13
25 I
31

13-22.g.44

Digitized by Google

3. C. 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPVTATIONVM
CONTROVERSIÆ
DE
CANONICA ELECTIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPVTATIONVM
CONTROVERSIÆ.
DE CANONICA ELECTIONE:

IN REGVLARIBVS PRÆLATIS, ATQ; CATHEDRALIVM Eccleſiarum Canonicis eligendis, & in quibus omnibus de Iure Canonico electio interuenit, exactè tractantur:

NEC NON ETIAM, DE PRÆLATORVM EORVMDEM IVRISDICTIONE, Ac poteſtate, deuè Religioſorum Appellatione eruditè ſanè ratiocinatur.

VBI QVOQVE DE PROPOSITVRIS, QVÆ ELECTORIBVS A PRÆLATIS NON Tuta fiunt Conſcientia; de Tractatibus ante Electionem, ac ſubortationibus; de ſchedulis, nec ante, nec poſt electionem manifeſtandis; de metu, ac metu Reuerentiali, & ſuſpicione; de Simonia, ac pactis ſimoniacis, & Conuentionibus; de Cenſuris, ac Irregularitate, in ordine ad Canonicam electionem, ſatis quidem curioſè diſputatur:

IN TRES TRACTATVS DIVISÆ.

OMNIA PER CONCLVSIONES, CVM SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Deciſionibus fideliter allatis, vnà, cum Doctorum Allegationibus dilucidantur, ac ſuccinctè reſoluuntur.

SCITV NAMQVE SVMMOPERE DIGNÆ, QVÆ PRÆ MANIBVS IN PRAXI, AC IN dies habentur, & tempeſtate noſtra per quam neceſſariæ Regularibus, ac Eccleſiaſticis perſonis non dumtaxat; verum etiam Aduocatis, Procuratoribus, ac Doctoribus cunctis in iure Canonico ac Cæſareo decoratis.

Duobus Indicibus; Diſputationum ac Controuerſiarum vno, Materierum altero copioſo, locupletatæ.

AVCTORE
R.P.F. FRANCISCO MARIA SAMVELLIO,
Prædicatorum Ordinis, Cluſino Patritio, ac Senenſi Ciue.

Ad Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D.

D. PAVLVM ANTONIVM LABIA,

Cameræ Apoſtolicę Clerico, Contradictorum Auditori, & Abbati S. Euphemiæ dicatæ.



VENETIIS, Apud Turrinum. M. DC. XLIV.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISS. DOMINO

Patrono meo Colendiſsimo.

VT Canonica iſthæc electio, quam omnibus exſudaui votis, ſpem ſibi Lectionis , inter pacifica Diſputationum certamina ageret, ac iam benè audire, penès Iuris aures, initium ſumeret; Tibi Illuſtriſsime Domine debuit; illa ſiquidem, ac certè de cauſa, atque ratione; quia contradictis, benigniſſimus Præſides Auditor, accurrere; tuto enimuero titulo, Labia ad Ius porrò aperiret, nihiluè, Canonicæ ei deerit auctoritatis, ſi Aquilam tuam, hoc eſt Romanæ Vexillum poteſtatis euentilabit: ſanè, atquè omninò lucem deſperaſſet hæc ſumma, expreſsæ facultatis meæ elucubratio, niſi magnanimos Aquilæ oculos, ſub fronte recluſiſset; Nàm qua tandèm ratione, ad Romanam Eccleſiaſtici Solis Rotam intendere potuiſset electio; niſi ad ſcititium Aquilæ ſibi vſurpaſset

Digitized by Google

intuitum, quæ vnica in Romanæ Fortunæ hoc eſt, Rotæ, Solem viſum conſueuit perdurare.

Igitùr, ad Tuæ Maieſtatis Cuſtodiam, Electio iſta accedit, vt Auditorum Labijs electa ſit, ac facilem ad Romanæ Curiæ Roſtra, hoc eſt, iudicia, minimè pertimeſcat, acceſsum; quæ, licèt metum inueſtigia ſecum Comitem indiuiſa conſiſtat: in Labijs nihilominùs tamen, Aquilæ primò in lucem exitu conſedit. Ergo, Illuſtriſsime Domine, ſerena Animi largitate, operis tam minuti, electionem accipe, eiuè, intrà liberalitatis viſcera electam Sedem aperi; vt quia paruula adhùc in Typis balbutit, indiga equidem defenſionis, Labia, profectò, aperta, ſuo ſortiatur patrocinio. At fateor certè, hoc exiguum eſse munus amplitudini tuæ, ſi nihilominus offerentis Animum inſpexeris, magnum quippè valdè exiſtimabis; quia magno Animo, ac toto cordis affectu, Tuæ Illuſtriſsimæ Dominationi præſtatur. Valè. Venetijs, apud Conuentum Sancti Dominici, Die 26. Maij 1644.

Illuſtriſsimæ, ac Reuerendiſsimæ Dominationis Tuæ

Humilis ſeruus

Frater Franciſcus Maria Samuellius Ordinis Prædicatorum.

AVCTOR

AVCTOR

Benigno, ac Vrbano Lectori.

MINIME equidem, abſque ſingulari ope diuina, ſacrum Prædicatorum Ordinem, ad animarum ſalutem, inſtitutum fuiſſe, nullus reperitur neſcius. Quod proinde palàm cunctis teſtatum poſteris, Honorio Tertio relinquere libuit, qui dum illa Paradiſi apparitione, ſatis eruditè Dominicanam familiam, ſub Prædicatorum Fratrum nomine, optimè comprobauit.

Verùm, quia ad Catholicorum Chriſti fidelium, ſalutem adipiſcendam, diuinique Verbi prædicationem dignè exercendam, poſt virtutis, ac contemplationis ſtudium, diſciplinarum cognitio, ac ſapientia maximè conducunt, ſicuti eruditè admodum, doctèque ille diuinæ voluntatis interpres diuinus, Angelicus Doctor, Thomas ſanctus Aquinas ediſſerit, opuſc. 19. iuſſu Clementis Quarti ædito, aduerſus Guillelmum de ſancto amore, Sigerium, alioſque Pariginos Magiſtros illius temporis, qui ſub Regia gubernatione Sancti Ludouici Francorum Regis, mendicantium religiones, pernicioſo, ac hæretico libello impugnabant.

Ab exordio itaque huius Dominicæ Religionis inſtituti, ad hęc vſque noſtra tempora, ſapientiſſimè, ac doctiſſimè Magiſtri haud defuere, qui orthodoxæ fidei propaganda, ac veritatis propugnandæ ſtudio igniti, Chriſtianam Rempublicam, non modò docendo, concionando, hæreſes refellendo, plurimum auxiliati fuere; Nemo eſt, qui ambigis, ſicut etiam innumeris lucubrationibus, atque monumentis diarunt, fatentur omnes.

Huius porrò præclariſſimi, ac eminentiſſimi Inſtituti Prædicatorum ordinis, vnum abiectiſſimum, ex Alumnis me eſſe, benigne Lector, fateor, & indignum fore; ac nequaquam in ſic præſtantiſſima, ac refulgentiſſima ſapientiſſimorum corona, tantorum virorum, virtutibus varijs immenſis glorificata, me intereſſe, & cum his connumerari.

Ad quorum ſanè exemplum, in quantum mei imbecillitas ingenij patitur, veſtigijs inhærendo, ſtudio Canonicæ Electionis, accenſus fui, multorum caſuum cauſa impulſus, qui de illius validitate ad manus mihi peruenerunt; & quia materia iſta verſatur in bonum Eccleſiæ, ac totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem in promouendis ad eccleſiaſticas gubernationes, & prǽlaturas, digniores perſonas, quantum humana compatitur fragilitas, & de maxima rerum agatur; hinc eſt, ad hoc opus perficiendum, ferè duos annos, vigilijs multis, laboribus magnis, ſumptibus varijs, incommodis infinitis, & multis omiſſis, iudicio, ac prudentię vrbani lectoris relinquo, me conſumaſſe.

Tandem, huiuſmodi laborioſiſſimus fœtus primus meus, Dei fretu, mundo apparuit, non dumtaxat ad regularium, & eccleſiaſticorũ vtilitatem, verũ etiã ad totius Chriſtianæ Orthodoxę Reipublicæ commodum, ac indigentiam, eo quia, vt diximus, de maxima rerum in Dei Eccleſia hoc opus noſtrum verſatur, & bonum vniuerſale reſpicit.

Scopus ſanè huius tractationis Canonicæ Electionis meus præcipuus, ac immediatus

exſtitit,

Digitized by Google

exſtitit, noſtra hac ætate, totis viribus, incommoda ferè infinita, & inexplicabilia inconuenientia, quæ paſſim, ac quotidiè in canonicis hiſce electionibus oriuntur, cauſa quorum, nullæ, ac inualidæ electiones ſequuntur, ſępiſsimè coactæ, ambitioſæ, ſimoniacæ, ac ſubornationibus malis plenæ, omnia in ſacrorum iurium Canones, Conciliorum ſanctiones, & ſummorum Pręſulum Decreta ſunt habita, totaliter eradicare, & auferre.

Hinc, mirum propterea, eſſe non debet, ſi (& hoc Deo permittente) in temporalibus, ac ſpiritualibus Eccleſiæ deſtruantur, dilapidentur, atque à fundamentis diuellentur; quarũ cauſa, tot, ac tanta mala, in hominibus accidunt: vnuſquiſque ſecum conferat, & tota mente pura meditetur, ſi quæ dicimus, vera ſint. Si, vrbane Lector, à me petas, hodie nè, electiones canonicè celebrentur? heu, heu, cum ſanguineis lachrymis, reſpondendo dicimus, vix aliqua datur purè Canonicè Electio celebrata. Vtinam Mendax eſſem, ac falſum dicerem. Lege, ac perlege opus hoc noſtrum attentè, & videbis ſi verum dicam, nec nè.

De Canonica Electione, nulli eſt dubium, alij Viri docti ſcripſerunt, ſed ſub huiuſmodi Titulo ſcholaſtico, ſtylo docili, facilitate, breuitate, reſoluto modo, diuerſarum Materierum, varia cum eruditione, tali ad Canonicam Electionem tractationi accommodatiſſimarum; neminem vſque ad noſtra tempora prælo mandaſſe ità, reperio, nec ad manus mihi pręſtiti fuere certè.

Benigne igitur Lector, ſi in Diſputationum Controuerſijs hiſce noſtris, boni aliquid inuenies, ac digni ſit, mecum Deo gratias age, ac ei totam gloriam tribue, qui mihi tanta ſua bonitate, talem pręſtitit intellectum: ſi quid verò inconciliatè dictum, parcat Criticus linguę, neminem offendet, corrigat peperam actum, verus Cenſor erit; nec mirabitur humanę conditionis memor, vt enim ſingulis rebus dotes inſunt; ità ſua non deſunt vitia.

Errores qui ſparſi fortè fuerint, tuum erit munus, vrbane Lector, illos emendare, & certiſſimè, & conſtantiſſimè tene, ex voluntate mea, nec Compoſitorum actos eſſe, ſed ex deficientia exactæ attentionis Correctoris in reuiſione. Vnde roſam accipe tantum, & ſpinas deſine, & recordare illius Dicti Dauidici; Omnis homo mendax, *pſal. 1ıı 5. verſ. 2.*

Te, bone Lector, demũ precor toto corde, ad Deũ preces pro me mittere digneris, vt in proximo alterum opus in lucem pręſtem, quod verſatur, De Regularium Priuilegijs in ſeptem Sacramentorum Adminiſtratione, valde nimis, pro animarum pœnitentium exoneratione indigenum, ac ſalutiferum. Vale, vt bene in omnibus valeas.

DISPV-

DISPVTATIONVM CONTROVERSIÆ, DE CANONICA ELECTIONE:

TRACTATVS PRIMVS.

QVÆ VERSATVR CIRCA ELECTIONEM, AC POTESTATEM Prælatorum, aliorumvè Officialium Regularium in genere.

DISPVTATIO PRIMA.

De diffinitione, ac forma Canonicæ electionis.

CONTROVERSIA PRIMA.

An propria, ac ſpecialis electionis canonicè diffinitio germana reperiatur, & de eius generali deffinitione, & diuiſione diſſeritur.

CONCLVSIO I.

ELECTIO eſt duorum, quæ propoſita fuerit, hominis iudicium, quo alterum alteri ex incitatione, appetituque anteponit. ſic ait Euſtr. 1. moralium.

CONCL. II.

2 Eligere eſt duo, vel plura, quæ sũt propoſita, alterum præoptare. ſic aſtruit *Albertus Magn. cap. 23. topic. & lib. de princ. mot. & proceſſ. & tract. 2. capit. 2. & 3. ethic. & tract. 1. cap. 14. & Ariſt. cap. 3. ethic. lib. 3.* ita inquit. *Electio nihil aliud eſt quam eorum, quæ in nobis ſunt conſultatiua appetitio, idem repetit 6. ethic. cap. 3.*

DE ELECTIONIS CANONICÆ DIVISIONE.

3 Primo electio ſecatur in bonam, & malam, *vt Philoſ. placet 2. ethic.* ſed

quia electio numquam fit, præter cõceptum iudicatum, de bono ſimpliciter, vel vt nunc ficut *Albert. Magn. autumat. 3. ethic. tract. 1. cap. 5. & lib. de prin. mot. & proceſſ. tract. 2. capit. 2.* propterea in præſentiarum à nobis, ſub ratione boni conſideratur, quia *vt Plutarchus de vitioſis verec.* ait, *& in minimis elegendum eſt, quod melius eſt.*

DIVISIO II.

4 Secundo diuiditur electio, iuxta vulgatum Axioma ſcilicet aliam eſſe electionem rerum, ſeu perſonarum, aut actionum, & hæc ſimiliter ſub diuiditur.

Alia eſt, rerum electio, aut perſonarũ, vel actionum ſecularium; alia autem ſpiritualium. In præſentiarum, autẽ noſtrum erit inſtitutum de electione perſonarum ad ſpiritualia per agere, quatenus, videlicet, ad Eccleſiaſticas dignitates regulares attinent, & hæc etiam diuidi poteſt, ſub hac ratione quatenus huiuſmodi electio ſpectat ad collationem, nominationem, & proprie dictam electionem, quia electio ad omnem approbationem factã per inquiſitionem ſedulam attinet, vt recte adnotauit *Greg. Toloſanus in tit. de elect. cap. 2. n. 2.* vnde in nominatione, collatione, prouiſione, &c. eſt perſonarum delectus adhibẽdus, vt idoneæ ſint muneri, & oneri delato, itaque, & iiſdem optime nomen electionis adaptatur. Nos autem relictis alijs omnibus nominibus ſcilicet collatione, poſtulatione, denominatione, &c. de electione proprie dicta tractabimus, cuius definitio propria, ac germana eſt in ſequenti concluſione dicenda.

CONCL. III.

5 Electio eſt alicuius perſonæ ad Prælaturam, aut fraternam ſocietatem canonicè, facta vocatio, Superioris confirmatione legitime approbata. ſeu dicatur.

Electio canonica eſt alicuius certæ perſonæ notorie eligibilis, ex pluribus, canonicè facta, voluntaria vocatio à maiori parte intereſentium, ac ius eligendi habentium, legitimè congregata, atque ſecretis ſuffragijs celebrata.

DOCT. ALLEG.

6 *Ità aſtruunt Hoſtienſ. & Ioannes Andr. apud Sylueſtr. ver. electio. 1. §. 1. num. 1. Tabiena ibi, tit. 1. numer. 1. §. 1. quam acceperunt ex cap. cum in cunctis, eo § quia propter q̃ definitionem poſtea ſunt amplexati, Syluestr. & Tabiena dictis locis Panorm. in rubrica de poſtulat. Prælat. num. 1. Gloſſa in cap. vnic. ver. vera electio de poſtulat. Prælat. in 6. & ibi. in rubrica Boerius q. 1. Decius in rubrica de elect. num. 1. & ibid. Paulus de Eleazar num. 1. in repet. Cuchus lib. 4. inſtitut. maiorum tit. de elect. nu. 4. Alterus de cenſuris tom. 1. lib. 2. cap. 2. in prin. Boerius in ſua parenet. conſil. p. 2. lib. 3. cap. 3. M. Antonius de dominis Toloſanus de elect. cap. 2. num. 2. Gofredus de elect. cap. 2. in fine. Rota deciſ. 66. num. 6. coram Greg. XV. Oldradus conſil. 146. Sigiſmundus de elect. cap. 1. dub. 1. num. 3. & alij nominales.*

CON-

Digitized by Google

CONCL. IV.

8 Electio Miniſtrorũ Eccleſiæ, ad Summum ſpectat Pontificem, vt ſcilicet, vel ipſe eligat, vel eligendi modum præſcribat, ſed quia per varios Summos Pontifices, in Sacris canonibus eſt, iam præſcriptus, idcircò conſultò dicitur, in electionis definitione, *canonicæ facta vocatio*.

RATIO I.

9 Probatur, nam illud eſt certum ex Euangelio, Eccleſiam vniuerſam, nulli vnquam hominum commiſsã fuiſſe, niſi Petro, vt habetur apud Ioan. c. vlt. ergo ad eum ſpectat Chriſtianis prouidere de ijs, qui curam eorum gerant, ergo vera concluſio.

RATIO II.

10 Probatur, nullus ex Catholicis, equidem, negabit Petrum, haud latuiſſe ius diuinum; ſed ipſe multos Epiſcopos creauit per multas prouincias teſte Damaſo in Pontificali, Innocẽtio I. in epiſt. ad Decentium, & Innocentius III. in epiſt. ad Germanos, ergo ad Papam ſolum modò, Miniſtrorum Eccleſiæ electio attinet, vel ad eos, quibus ipſe modũ eligendi præſcribet.

RATIO III.

11 Probatur auctoritate, primi Concil. Laodicenſ. can. 13. Concilij Nicænij 2. can. 3. Concil. Martin. Papæ apud Mart. Bracarenſ. can. 1. decretorum, Concil. 4. Conſtantinopolit. quod eſt octauum generale ca. 28. & c. Meſſanæ de elect. in quibus omnibus locis Conciliorum veritas noſtræ concluſionis habetur.

CONCL. V.

12 Electionem, iure diuino, ad vniuerſam Eccleſiam pertinere, nẽpe ad Clerũ, & populũ, itaut nemo prorſus ſine cõſenſu, & ſuffragio populi electus habeatur; eſt propoſitio hæretica, & hæreticorum horum temporũ. Ità falſo hãc ſeminarunt hęreſim *Mart. Lutherus lib. de Papæ poteſt. & lib. de inſtituendi miniſ. ad Boem. Ioan. Caluinus, Matthias Flaccus Illiricus, Ioan. Brent. Mart. Kemnit, & alij relati à Bellarm. to. 1. Controuerſ. 5. lib. 2. cap. 2. de hęreticis, quorum hæreſis confutationem pete apud eundem, ibid. cap. 7. Bouer. tom. 2. lib. 1. demoſt. ſexti ſymboli art. 6. in terminis, de elect. Epiſcoporum, & in ſua parænet. cenſ. p. 2. lib. 3. cap. 3. M. Anton. de Dominis in calce, vbi confutat eius errores, ex profeſſo de electione Prælatorum Regularium, & pænes alios DD. hęreticorum errores confutantes.*

Cõcluſio aũt noſtra Cathol. eiſdẽ probatur rationib. quib. eſt ſuperior probata.

CONCL. VI.

13 Eligẽdi munus, eſſe ſolius Dei, Eccleſiæ paſtores, ꝙ dumtaxat, pios, ac prædeſtinatos eſſe poſſint; eſt hęreſis, dannata *in Concilio Conſtãt. ſeſſ. 8. et 15 et rurſum, à Mart. V. per ſuã Conſtit. quæ incipit. Inter cunctas edita 1418. 8. Kalendas martij.*

Ita enim falſo docuere Ioã. Vuiclef, & Ioan. Hus, teſte Thoma Vualdeſi, lib. 2. doctrin. fidei, cap. 39. & 49.

RATIO I.

14 Nam non eſt ſemper Deus elegit prædeſtinatos ad politicas, aut Eccleſiaſticas gubernationes, ut primo enim regũ c. 10. conſtat, Saulẽ Deũ elegiſſe bonum quidem, ſed poſtea reprobus fuit. Chriſtus Dominus ſimiliter Iudam elegit bonum, in fine tamen clarum eſt, damnatum mortuũ fuiſſe. Ioan. c. 6. & cap. 6. act. Apoſt. dicitur, elegerunt Diaconos, & inter eos Nicolaum, qui poſtea Hereſiarca fuit, ergo veriſſima eſt noſtra aſſertio.

RATIO II.

15 Auctoritate cõprobatur D. Chryſoſtomi hom. vlt. in epiſt ad hæbreos D. Aug. lib. 2. c. 4. contra epiſt. parmenianc. & D. Bernard ſerm. 66. in cantica, docentium homines malos veros eſſe Epiſc. poſſe, ſi legitime, alias eligantur.

DOCT. ALLEG.

16 *Sequuntur autem noſtram aſſertionẽ Catholici oẽs DD. non ſolum ſupra relati, verum etiam allegandi, nulli eſt dubium.*

CONTROVERSIA II.

An Regularia Comitia generalia cõdere valeãt Conſtit. vt vero electio fieri poſsit à minori parte electorũ contra Sacr. Canon. diſpoſitionem, atq; determinationem.

1 EA ſumus ratione moti ad huiuſmodi excitandam Controuerſiam, quoniam in electionis deffinitione tradenda, diximus. *à maiori parte intereſcentium*, & quoniã ſic habetur *in cap. qu a propter de e'ect. n. 6.* quare, in decretis cuiuſdam Religionis cauetur, vt ſi in electio. eius, qui vnà cum Abbate ad generalia comitia acceſſurus ſit, & in quarto ſcrutinio non electio ſequatur, ſcrutatores eiuſdem quarti ſcrutinij, declarent duo, quibus ex electoribus plures fuerint ſuffragati, & alter eorum per ſchedulas ſecretas eligatur; nunc dubitatur, an tale decretum validum ſit, ſeu capitularis conſtitutio, pro cuius reſolutione ſit.

CONCL. I.

2 Conſtitutio, ſeu diſpoſitio à generali capitulo ſancita, nempe electionẽ à minori parte electorum celebrãdam eſſe, eſt prorſus nulla, & nullo modo in praxim eſt deducenda, niſi ſpeciali conceſſione Summi Pontificis, alias electio ſic celebrata, nulla ſemper erit.

Primo probatur, nam præfata conſtitutio eſt contra diſpoſitionem Sacrorũ canonum, in quibus, vt quidquid in quibus vis ca pitulis, & Communitatibus determinetur, id tantum ſit validum, quod à maiori parte fuerit conſtitutum, *l. quod maior ff. ad municip. l. nomin atiónum C. de decurionibus, lib. 10. et cap. 1. et vlt. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*. Et quo ad illas el ectiones tantum eſſe validas, quæ à maiori parte capituli fiunt, no-

notat gloſſa ex illo tex. in ca. ſi cui de elect. in 6. & in cap. cum in geneſi de elect. & c. eccleſia veſtra, & ca. cumana, & cap. quia propter cum alijs concordatibus de elect. in 6.

3 Secundo probatur, omnium enim dicta iura diſponentes, vt à maiori, & ſaniori parte quis eligatur, copulatiuè eſt in generali Conſilio requiſitũ; Et quando aliqua copulatiuè requiruntur ad ſubſtantiam actus non ſufficit alterum, ſed vtrumque concurrere debet, *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit ff. de verb. ſign. & cap. 1. §. ſi quis autem, et ibi. DD. & gloſſa in verſ. & contra de ſententia, & re iudic. in 6.*

Sed quia hodie receſſit ab Aula, vt fiat collatio de ſuffragiorum ſanioritate, pro maiori numero eſt ſemper ita præſumẽdũ, vt illa pars ſanior præſumatur, in qua maior pars numeri interuenit, & hoc eſt expediens pro bono pacis, & conſtat *ex cap. dudum il. 1. in fin. de elect. & ibi Bellamera. in cap. eccleſia veſtra num. 2. not. 5. de elect. edocet Caſtellinus cap. 5. de elect. num. 59. Syluestr. ver. elect. 2. num. 8. Federicus dub. 38. in 6. de elect. & alij nominales.*

DOCT. ALLEG.

4 *Edocent hanc noſtram primam concluſionem Hoſtien. in cap. quia propter, nu. 44 de elect. in 6. enumerans ea, quæ neceſſario requiruntur ad validam electionem faciendam in nono loco ponit, vt ille eligatur, quem omnes, vel maior pars, ac ſanior Capituli in ſcrutinio conſentit, Panorm. in d. cap. quia propter num. 9. & in cap. eccleſia veſtra il. 2. de elect. num. 4. & in d. cap. de his, quæ à maiori parte fiunt Capituli, vbi dat regulam, vt in omnibus explicandis, per vniuerſitatem, geſta non valeant, niſi fiant à maiori parte, & non eſſe dicendũ maiorem partem, niſi ſit maior omnium qui interſunt Capitulo. Anchar. in d. cap. Cumana num. 3. de elect. in 6. gloſſa in ca. cum in geneſi, de elect. in 6. & cæteri omnes Canoniſtæ, & DD.*

CONCL. II.

5 In electione etiam Papali, maior numerus ſatis non eſt, ſed duæ partes votorum neceſſariæ ſunt, ad canonicam electionem illam validam faciendam, non tãtum de iure antiquo, ſed etiam de iure nouiſſimo, *ex Greg. XV. Conſtitutione* 13. quod idem in Abbatiſſarum, & Prioriſſarum electione, *ca. indemnitatibus de elect. in 6. & l. nominationum C. de Decurionibus lib. 10. cap. 1. & vlt. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli diſpoſitione.*

CONCL. III.

6 Diſpoſitio per quam à minori parte electio celebranda ſit, quando à maiori parte fieri non valet, Eccleſiaſtici, & etiam Regulares facere non poſſunt contra Sacros canones, quãuis, fortaſſe id facere valeant Laici contra leges ciuiles.

Cuius eſt ratio, quia Eccleſiaſtici, Papa inferiores, auctoritate carent ſtatuendi contra leges Pontificias, cum talis facultas eis conceſſa non ſit per ius vllum canonicum: Immò cum ſit hoc eis prohibitum, ita vt nemo, excepto Papa facere valeat conſtitutiones, iuri canonico contrarias, *per text. in cap. quod ſuper his de maior. & obed. & ca. ſignificaſti de elect. & ca. inferior 21. diſt.*

DOCT. ALLEG.

7 *Aiunt omnes DD. communiter, &c. Imola in cap. fin. de officio legati, Felinus in cap. quod ſupra his num. 3. de maior. & obed. Bald. in leg. omnes populi, num. 30. Cardin. conſil. 2. Hoſtienſ. in cap. fin. de offic. Archidiac. Ioan. Andreas in cap. fin. de appellat. lib. 6. Clement. ne Romani de elect. in prin.*

CONCL. IV.

8 Dicta diſpoſitio, in qua ſtatuitur, electionem fieri deberi à minori parte, non eſt præter, ſed contra Sacros Canones directè, & immediatè.

Primo, ꝓbatur, quia præfata diſpoſitio expreſſe continet contrarium eorũ, quæ Sacri Canones directè determinant, ergo eſt contrà, & non præter, eorum legem, quia vt habetur *in l. contra legem ff. de legib.* contrà legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, ſed lex canonicè prohibet elctionem fieri à minori parte Capituli, ergo.

Secundo, Nam logici in relatiuis docent maius, & minus eſſe ſibi omninò contraria, ſed Sacrorum Canonũ deciſio continet concluſiones capitulares eſſe faciendas iuxta determinationem maioris partis illorum, qui interſunt in Capitulo, vt conſtat ex relatis iuribus, at conſtitutio Capituli generalis ſtatuit, vt fiat electio ſecundum determinationem minoris partis, ergo talis diſpoſitio eſt contrà, & non præter Sacrorum Canon. legem.

CONCL. V.

9 Generalia Comititia Regularia, Romæ, præſertim celebrata, nullo pacto valent condere ſtatuta præter Sacrorum Canonum determinationẽ, vbi Papa perſonaliter eſt, abſque illius ſpeciali auctoritate.

Etenim, ille præter legem agit, qui omiſſis verbis legis, ſecundum intentionem legislatoris operatur, *vt D. Thom. docet p. 2. q. 96. art. 6.* ſed hoc facere non poteſt, qui eſt legi ſubiectus, niſi in caſu, quo adeſſet periculũ in mora, ſi ad Superiorem recurreret, ſeu illo ceſſante ad Principem, vel Maiorem eſt recurrendum, *vt idem S. Thom. ibidem autumat,* ergo vera concluſio.

CONCL. VI.

10 Contra Sacrorum canonum electionem, ita electi ſunt, ſi ad aliam electionem aſſumantur, erit talis etiã electio nulla.

Probatur, deſtructo, nãq; fundamento ſcilicèt, ea electione facta contra iura canonica, cum nulla ſit, corruit ædificium, id eſt, hæc etiam electio nulla erit, cum à Superiori dependeat, mala, ac nulla, *argum. cap. cum paulus 1. q. 1.* & ex antecedenti falſo, concluſio vera ſequi non poteſt in bona Philoſophia.

CONCL. VII.

Præfata generalis diſpoſitio capitularis facta, duo continet, ſcilicet Modum eligendi, ſacris iuribus omninò contrarium, & alterum eſt, ipſa electio, vt videlicet ſi in quarto ſcrutinio, non ſit electio ſubſequuta, declarẽtur per ſcrutatores duo, quibus plu-

plures ex electoribus fuerint ſuffragati, & alter eorum per ſecretas ſchedulas eligatur, & caſu quo adhuc paria ſint vota, antiquior Religione electus cenſeatur.

12 Ex quibus verbis conſtat electionem prædictorum duorum, eſſe factam virtute dictæ conſtitutionis, non vero ex voto electorum, cum cõtra canones, non ſit celebrata à maiori parte, ergo in tali diſpoſitione adeſt electio, ſed cum ſit cõtra Sacros canones determinantes à maiori parte fieri, neceſſarium erit dicere, eſſe nullam talem electionem, & prædictam conſtitutionem, illa duo continere in ſe contraria ſacris iuribus.

CONCL. VIII.

13 Electio ad duos electores coarctata, licet ſit libera, quo ad ſpecificationem; attamen quo ad exercitium, libera minimè eſt.

Probatur, nam fieri poteſt, vt illi duo electi à minori parte indigni æſtimentur à maiori parte, & nihilhominus tenentur, vel ab electione ſe eximere, vel indignum, contra conſciẽtiam eligere, & cum vtrumque malum coarctet, neceſſario dicẽdum eſt, ad talia mala euitanda, electionem non eſſe ad duo arctanda.

CONCL. IX.

14 In Comitijs Generalibus congregati Regulares, quod præſtare poſſint facultatem, quibus volunt accedendi ad illa, ſimpliciter hoc intellecto, verum non eſſe, niſi omnes, & ſinguli conſentiant, quando de iure, talis acceſſus alicui, aliàs, non competit, Nam cum ſit res voluntaria tunc, *vt in l. ſi dictum ff. de euict.* omnes conſentire tenentur, vt notatur *in cap. cum omnes de conſtitut.* & quoniam vnicuiq; intereſt, ne extranei admittantur ad ea, quando vnus diſcrepat, admitti non poſſunt. *Abb. in cap. ſcriptum nu. 3. de elect. Felin. in cap. cum omnes num. 3. verſ. 3. fallit, de conſtitut. & ibi Decius in 1. lect. num. 32.* & alij DD. communiter, & fauent *cap. ſcriptum in ver. mutuo conſenſu, & cap. in cauſis, & cap. quia propter de elect. in 6.*

CONCL. X.

15 Comitia Generalia, ſi intelligatur, poſſe conſtitutiones cõdere per quas facultas concedatur ad ea accedendi, aut hoc faciunt formam tradendo, per quam quis eligendus ſit ad hunc acceſſum per Monaſteriorũ vocales, & hoc facere nõ valent ex ſuo captu, quando ſacrorum iurium præſcriptũ adeſt, vt ex his dictis conſtat: Aut hoc agunt, ſimpliciter tradendo facultatem, vt illi, & illi accedant, qui habẽt tale officium, vt Magiſtri, Viſitatores, Prouinciales, & hoc facere poſſunt, ſeruatis, ſeruandis.

16 Qua propter in caſu noſtro, hoc fit primo modo, & cum in eo præſcriptum habeamus à iuribus ſacris, vt viſum eſt ideo à tali præſcriptione non poterunt recedere: & quamuis dicatur, vt accedat ad Capitulum Religione ſenior ex duobus electis, ſi paria habeãt vota; attamen quoniam hæc facultas deſumitur ex dictorum duorum electione, nulliter facta, cum à maiori parte non celebrata fuerit, di-

dicenda nõ eſt, facultas data, ſed electio facta ex nullo principio, & ideo, nulla, & inualida eſt.

CONTROVERSIA III.

An detur forma canonica electionis, & quotuples aſsignetur.

1 Electionis varias formas, olim nõ nulli inuenire conabãtur, quas Petrus *Greg. Tol. ſ. in titulo de electione cap. 2. num.* 10. *& ſeqq. enumerat*, ſed quoniam propter eas, impedimenta multa proueniebant, ac pericula magna Eccleſijs viduatis imminebant; propterea in generali Conſilio Lateranenſi, ſub Innocentio III. celebrato, triplicem modum electionis, his verbis ſtatuit.

CONCL. I.

2 *Statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præſentibus, qui debent, & volũt intereſſe, aſſumantur de Collegio ſi de digni, qui ſecreto, & ſigillatim vota cunctorum diſquirant, & in ſcriptis redacta publicentur in communi, nullo prorſus appellationis, obſtaculo interpoſito, vt is collatione habita eligatur, in quo omnes, vel maior pars, & ſanior capituli conſentit, vel ſaltem poteſtas eligendi aliquibus viris idoneis committatur, qui voce omnium, Eccleſiæ viduæ prouideant de paſtore, aliter electio facta non valet, niſi forte communiter ab omnibus eſſet quaſi per inſpirationem ſine vitio celebrata; ſic habetur in cap. quia propter de elect. in 6.*

Ex quibus iuris verbis, manifeſtè nobis triplex electionis foram traditur; nimirum ſcrutinij, compromiſſi, & quaſi inſpirationis.

CONCL. II.

3 Communis inſpiratio non eſt forma electionis, ac proterea conſultò in ſuperiori iure dictum eſt à Papa Innocentio, *quaſi per inſpirationem*, & non per inſpirationem, cum inter ſe longe diſtent, ſcilicet electio per *inſpirationem, & per quaſi inſpirationem:* Cuius eſt ratio, quoniam, vbicumque eſt cognitum electionem, per inſpirationem factam fuiſſe confirmabitur quia vero inſpiratio eſt via Spiritus Sancti, vnde non ſubiacet legi, nec regulæ, aut formæ humanæ, quæ *in d. c. quia propter requiritur ergo.* Nam, quæ ſpiritu Dei aguntur, libera ſunt, & non ſub lege, neque abſurditate carreret aſſerere ea, quæ ſpiritu Dei aguntur, humanis legibus ſub eſſe, vt ex *D. Paulo ad Galat. c.* 5. *&* 1. *Corint.* 3. *& canon. duæ ſunt* 19. *q.* 2. *habet ergo.*

DOCT. ALLEG.

4 *Autumant noſtram concluſionem Innocent. in d. cap. quia propter num.* 6. *Hoſtienſ. num.* 50. *Panorm. ibid. in* §. *uiſi nu.* 1 *in fine Syluestr. ver. electio.* 2. *num.* 27 *Rota in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximini merc.* 20. *Nouemb.* 1624. *coram R. P. D. Coccino Decano* §. *cum in d. cap. quia propter & eadem Rota in Metenſi Monaſterij* 5. *Iulij* 1621. *coram eod. Coccino* §. *neque ex eo poteſt, vbi DD allegantur, gl. in cap. perpetuò de electione in* 6. *& d. Hoſtienſ. de electio in* 6. *num.* 16. *Biax in di-*

re-

rectorio electionis part. 3. cap. 16. num. 1. Romanus conſil. 345. in fine, num. 21. et 23. Thuſcus lit. E. concluſ. 74. Sygiſmundus dub. 2. num. 3. de electione, & alij recitandis.

CONCL. III.

5 Electio per communem inſpirationem ea eſt, quæ nullo ordine ſeruato inter electores, nullo præcedente tractatu ſpeciali, quaſi diuino nutu moti, omnes vnanimiter, ac conformiter in aliquem repete conſentiunt, ſimulque eſſe nominant, & eligunt vna voce; ſicut electi fuere, per communem inſpirationem ad Epiſcopatum D. Ambroſius, Martinus, Nicolaus, & alij huiuſmodi Sancti, vt dicitur, *in c. ſtatuimus, §. his omnibus diſt. 61.*

DOCT. ALLEG.

6 *Docent noſtram concluſionem Antonius de Butrio in d. cap. quia propter num. 49. Oldradus conſ. 155. quia de forma in prin. Marc. q. 1308. p. 1. Thuſcus, vbi ſupra Cuchus inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 26. Rota, vbi ſupra in d. Metenſi, Sygiſmundus, vbi ſupra, nu. 4. et alij.*

CONCL. IV.

7 Electio per communem inſpirationem, ſi non omnes electores, concurrant, ſed aliqui ſuſpenſi, aut priuati voce, reperiantur, minime electio facta per inſpirationem, diceretur,

DOCT. ALLEG.

8 *Noſtram aſſerunt concluſionem Cuchus in allegato loco, Caſtr. conſ. 147. forma capituli in fine lib. 1. à Tuſcho relatus vbi ſupra, Sygiſmundus allegato loco.*

CONCL. V.

9 Huius electionis forma, inſpiratio nis Sancti Spiritus, hac noſtra tempeſtate, raro, aut numquam euenit, id fortaſſe noſtris demeritis requirentibus.

DOCT. ALLEG.

10 *Sic enim aiunt Io. Andreas, et Anto. de Butrio in d. cap. quia propter, vbi ſupra Biax, ac Rota in allegata Metenſi, aliiuè, nuper recitati Doctores.*

CONCL. VI.

11 Electio *quaſi per inſpirationem*, eſt quando ſubitò, ac repente, aliquo tamen ordine ſeruato inter electores, vt nempe, vnus poſt alium ſine interuallo omnes eligant.

Huiuſmodi namque forma electionis, à prædicta via Sancti Spiritus differt, per illam dictionem *quaſi*, quod cum nō ſit expreſſiua veritatis, ſed habeat ſimilitudinem importare dicetur, qđ ad ſimilitudinem veræ inſpirationis diuinæ ſupradictæ ſit; quare legi ſubiacet, ac confirmatione eget, cum certò non conſtet, an ſit vera inſpiratio, nec ne; licet præſumatur ratione vnionis, & concordiæ, facit enim, *cap. niſi de renunciat. non enim eſt, qui poſſit viam Spiritus Sancti perſcrutari. Barus capit. 3.*

DO-

DOCT. ALLEG.

12 *Sunt noſtræ aſſertionis, Auctores Hoſtienſ.in d.cap. quia propter, num. 50. & ſumma, tit. de electio. §. qualiter facienda, col. 16. verſ. 3. forma. Panorm. in ca. quæſiuit, num. 1. de verb. ſignific. & in capit. gratum num. 9. de officio delegat. & in ca. cum dilecta, num. 10. de confirmat. vtil. vel inutil. Oldrad. Greg. Lopez, Alphonſus Diaz. cum alijs relatis à Rota in d. meten ſi, Sygiſmundus, num. 5. de elect. dub. 2. cap. 1.*

CONCL. VII.

13 Electio, vt dicatur quaſi per inſpirationem celebrata quatuor requirũtur conditiones ſequentes.

Prima, vt nulla præcedat nominatio.

Secunda, vt nullus ſpecialis tractatus ſit præhabitus, nam fas eſt, præcedere generalem tractatum, vt exempli gratia, Præſes poteſt capituli, præuia exhortatione electores commonere ad idoneum Prælatum eligendum.

Tertia, vt oẽs conſentiant, nemine diſcrepante, pp verba d. tex. cap. quia propter, vbi dicitur, *ab omnibus*, quare ſi elector contemptus, id eſt, vocandus, & non ſit vocatus, & poſtea electioni, pro bono pacis conſentiat, talis electio nõ cenſebitur, quaſi per inſpirationem celebrata.

Quarta, eſt vni committendum, qui vice omnium eligat, ne tot dicatur electiones, quot ſunt electores ca. in geneſi, de electione, & tunc cenſebuntur omnes vnanimiter elegiſſe, ca. dilectus, de tempor. ordin.

DOCT. ALLEG.

14 *Auctores habet noſtra concluſio, Ioannem Andream in cap. quia propter, de electione n. 39. Bellamer. ibid. §. niſi fortè, n. 1. & 3. Compoſtella nu. 21. Vital. in Clement. ne Romani, n. 22. de electio. Hoſtienſ. vbi ſupra Butrium in d. c. quia propter, & ibi Panorm. §. niſi, n. 1. Biax, vbi ſupra Ripam reſponſ. 34. alias 35. de electio. n. 10. & ſeqq. Thuſcum, nu. 2. d. loco, Rotam §. neque opitulatur, citato loco; Oldrad. conſ. 155. quia de forma, verſ. per quaſi inſpirationem, & alios relatos à Marc. q. 1252. n. 2. p. 1.*

CONCL. VIII.

15 Electio per compromiſſum, bifariam fieri poteſt, vno ſcilicet modo, ſimpliciter, & abſolute, videlicet, vt compromiſſarij eligant eũ, qui eis in Domino magis placuerit; altero modo, vt compromiſſum fiat limitate, ſiue determinate, nimirum, vt compromiſſarij, votis omnium, ſecreto inquiſitis, eum eligere adſtringantur, in quem maior pars capituli conſenſerit.

Primus modus compromiſſi habetur, in cap. cauſam, quæ, cap. in cauſis de electione, qui modus eſt inuſitatus, eo quia pauci ſunt, qui velint, ſua voce priuari, & alijs committere.

Secundus vero modus habetur in cap. cum Dilectus de electione, & cap. ſi cui, & c. cum expedit, eod. tit. in 6. & eſt modus vſitatior apud omnes.

DOCT. ALLEG.

16 *De primo modo compromiſſi mentionẽ fa-*

faciunt Panorm. Ioan. Andreas loco d. c. in cauſam, & Hoſtienſ. in ſumma, tit. de electio. col. 13. verſ. ſecunda forma, Biax in director. de elect. p. 3. cap. 17. nu. 1. de ſecundo Henrich. Canis in compendio Decretali tit. de elect. Rota deciſ. 6. tit. de electio. in antiquis, & in d. Metenſi Monaſterij, §. & quamuis Biax, vbi ſupra cap. 10. nu. 2. gloſſa in cap. cum expedias, de elect. in 6. Panorm in cap. quia propter, §. vel ſaltem, n. 2. de elect. Angelus, ver. electio n. 27. Sylueſt. eod. ver. q. 14. nu. 17. Menoch. conſ. 6. n. 27. Toloſanus c. 2. n. 4. de elect. & alij allegandi.

CONCL. IX.

17 In electione per compromiſſum, in vtroq; modo, omnia ſeruanda ſunt à compromiſſarijs, & ab electoribus, quæ ſeruantur in electione per ſcrutinium, ſunt etiam ſeruanda à ſcrutatoribus, & ab eiſdem electoribus ca. ſi cui, de elect. in 6. & cap. cum ab vno, de re iudic. eod. lib.

DOCT. ALLEG.

18 *Tenet Rota in d. Metenſi, §. & quamuis in fine, noſtram concluſionem cum alijs recentioribus ſuper hanc materiam de electione, & DD in ſuperioribus relati.*

CONTROVERS.^A IV.

An præter formam, canonicę electionis, cap. quia propter, de elect. in 6. alia nouiſsime reperiatur à Conciliari Tridentina Conſtitutione tradita, atque ſeruanda in omni Eccleſiaſtica electione canonica.

CONCL. I.

1 SAcrum Tridentinum Concilium ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus electiones canonicas, ità in poſterũ, fieri decernit, ſub his verbis.

In electione Superiorum quorumcunque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant; In primis Sancta Synodus diſtrictè præcipit, omnes ſupradictos elegi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina, numquam publicentur. Nec in poſterum liceat, Abbates, Prouinciales, Priores, aut alios titulares quoſcumque, ad effectum electionis faciendæ, cõſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere.

Si verò contra huius Decretis Conſtitutionem, aliquis electus fuerit, electio irrita ſit. Et is, qui ad hunc effectum, ſe in Prælatum creari permiſerit, deinceps ad omnia officia, in Religione obtinenda, inhabilis exiſtat, facultateſque ſuper his conceſſæ, eo ipſo abrogatæ cẽſeantur, & ſi in poſterum aliæ concedentur, tamquam ſubreptitiæ habeantur. Satis Concilium.

2 Præcipuum, autem, quod de nouo dif-

diffinitur in hoc conciliari Decreto, eſt, vt vota electorum, numquam publicentur. nam ante Concilium, informãdo ſcrutinio in electione Prælatorum Ordin. Prædicatorum, mos erat, vt habetur in conſtitutionibus, & declarationibus earum, cap. de electio. Prioris, diſt. 2. quod electores ſigillatim accedebant ad ſcrutatores, & ſinguli oretenus eligebant, & poſtulabant, quos volebant, & Vicarius cum ſcrutatoribus, in ſcriptis, vota eorum redigebant. Deinde collatione numeri nominatorum faciebant, etſi inueniebant aliquem electum fuiſſe à maiori parte, vltra medietatem electorum, vota publicabant, & electorum, ac eorum, qui electi erant, poſtea interrogabant eos, qui eum non eligerant, num vellent de nouo in electum à pluribus, conſentire, & eis conſentientibus, vel nõ conſentientibus, formabatur decretum, quem morem, ſupradicto decreto, abſtulit Concilium.

CONCL. II.

3 Electionis ritus, apud Patres Ord. Prædicatorum, poſt Tridenti Concilij decretum, in capitulo generali Bononienſi 1564. celebrato fuit preſcriptus, huius ſequentis tenoris.

In huius Decreti Concilij executionem, præcipimus vniuerſis Fratribus noſtris, vt in futuris electionibus infraſcripta forma deinceps, obſeruetur; & ſi ſecus factæ fuerint, irritæ habeantur. Singuli electores, in ſchedula ſcribant, electi nomen, vel ſcribi faciant; eligentis autem nomen, nunquã ſcribatur, nec ſcrutatoribus, nec confirmatori vnquam reueletur. Abrogata, igitur electione per communem inſpirationem, & per compromiſſum, ſemper per ſcrutinium faciẽda eſt electio, quod etiã Romæ 1571. ita diſpoſitum fuit.

Denunciamus in noſtro Capitulo generali diligenter ſuper forma electionis per ſchedulas facienda à Patribus eſſe tractatum, Decretumque fuiſſe eam formam, nullatenus eſſe omittendam, de qua re Sanctiſſimus D.N. Pius Quintus, etiam conſultus, in eadẽ ſententia fuit, qua propter, præcipimus omnibus Fratribus Ordinis noſtri, tam Prælatis, quã ſubditis, ne de cætero, vlla ratione eam immutare contendãt, ſicut dicitur diſt. 2 cap. 2. de elect. Prioris, lit. E. num. 1. in declarationibus textus.

CONTROVERSIA V.

An poſt decretum Tridẽtini Concilij, ſeſſ. 25. de Regularibus ca. 6. in electione Prelatorum Regulariũ, alio ritu, quã per ſcrutiniũ procedi poſſit.

CONCL. I.

1 IN quorumcunque Regulariũ Prælatorum electione, vt Decreto Tridentini Concilij ſatisfiat, opus eſt, electio fieri per vota ſecreta, vt verba conciliaria ſe habent, & nequaquam per viam compromiſſi, aut per com-

communem inſpirationem, alias electio eſt nulla ipſo facto, non ſeruata dicto Decreto relato verbotenus, in ſuperiori controuerſia, n. 1. aſſertione prima.

DOCT. ALLEG.

2 A Sacra Congregatione Cõcilij, quæſitum fuit, ſi in electione Prælatorum Regularium procedi poſſit alia via, quam per ſcrutinium, ſcilicet per viam compromiſſi, aut quaſi inſpirationis, aut oporteat procedere per viã ſcrutinij tantum, quo ſatisfieri poſſit Decreto Cõcilij, vt vota ſecreta ſint.

Congregatio cenſuit, electionem horum Prælatorum fieri debere, tunc per vota ſecreta, vt ſe habent verba Concilij, hoc cap.

Ità referunt Garceus de benefic. p. 5. cap. 4. n. 204. Caſtellinus, de elect. cap. 7. nu. 7. verſ. ad quorum, Sygiſmundus, de elect. dub. 2. n. 7. & dub. 31. n. 14. verſ. & inſuper Barboſa in collectan. Bullarij, verſ. elect. n. 9. diſentit, ſed male certe, Rodriquez, in ſumma, c. 102. n. 2. & c. 105. n. 3 & to. 2. qq. regul. q. 51. ar. 5 in Calce.

CONCL. II.

3 Electio Prælatorum omniũ, in ordine Prędic., celebrata non per vota ſecreta, ſed per communem inſpirationem, aut per compromiſſum eſt prorſus nulla, ac inanis.

Cõſtat ex verbis ordinationis Capituli generalis Bonon. celebrati, 1564. cuius verba dictæ ordinationis, retulimus, *Contr. ſuper. concluſ. 2. n.* 3. inter quæ, hæc habentur verba. *Abrogata igitur elect. per communem inſpirationem, et per cõpromiſſ. ſemper per ſcrutinium facienda eſt elect. & ſi ſecus facta, fuerit irrita habeatur.* cætera, noſtræ cõcluſioni fauentia, videantur ibi.

Itaque ſtante Conciliari Trid. Decreto, ac Sacrę eiuſdem Congreg. declaratione, hodie electio Prælatorũ Regularium per viam compromiſſi, & quaſi inſpirationis, minime celebrari poteſt, alias, eſt nulla ipſo facto, & cõſequẽter Rodriq. opinio eſt prorſus improbabilis, & in praxi vilipẽdẽda.

4 In præſentiarum eſt omninò ſciẽdum, Commiſſariorum Regularium „electionem ſub prædicto Decr. Trid. „Concil. compræhendi, & ideo formã in eo præſcriptam ſeruari debere, vt S. Cong. Concil. cenſuit in reſpondendo generali Gaſpari Minimorũ, die 25. Ianuarij 1571. eidem Congr. Conſulenti, texte confectio can. 41. in ſummario Regul. priuil.

CONTROVERS. VI.

An elect. celebrata, nõ ſeruata forma cano. in foro poli, ſeu cõſciẽtię valeat.

CONCL. I.

1 Certum eſt elect. eſſe validã, & in foro conſciẽtiæ tenere, vbi cętera iure diuino, ac naturali, requiſita concurrunt, licet ſint omiſſa ſubſtantialia, iure humano introducta.

Nam forma naturalis, eſt cõſenſus eligentiũ, & cum vniuerſitas ſit quoddam corpus fictum repræſentatũ per ſingulos de vniuerſitate, in, l. mortuo, ff. de fideiuſſ. nõ poteſt dici iſtud corpus

pus,ſeu iſtam perſonam vniuerſitatis aliquid feciſſe,niſi ſaltē maior pars to tius corporis cōcludat: fictione enim iuris qđ fit à maiori parte iſtius corporis attribuitur toti corpori,vt in c. 1.de his,quæ fiūt à maiori parte capi.

DOCT. ALLEG.

2 *Concluſio eſt Innocentij,in cap. cum in iure,& in c.quod ſicut,de elect. quem cōmuniter Doctores ſunt ſequuti, vt Bald. in c.nihil eſt,n.9.de elect. Nauarr. lib. 1. concilio 10.n.2.de elect.in 2.edit. Panor. in c.cum poſt.n.3.de elect.Decius in capit. Canon.p lect.n 20.de conſtit.Marc.p.27. n.3.p.1.Rota, in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximini,merc.29.Nouemb.1624.coram R.P.D. Coccino Decano §. neque etiā obſtat ſi dicatur,in fine, et eadem Rota in Valleſoletana, præeminentiarum, 29. Martij 1604.coram Pamphilio,ad finē, poſt Lapum,Card. et Lambert. firmauit noſtram concluſionem, et cęteri Doctores eam amplectuntur, de hac materia differentes.*

CONCL. II.

3 Ille, qui ad Eccleſiaſticam Prælaturam, etiam Regularem, eſt electus contra formam canonicam,& cætera de iure diuino, ac naturali requiſita ſunt præſtita, & confirmatus fuit, eſt verus Prælatus, nec tenetur in foro conſcientiæ reſignare.

Probatur, quia huiuſmodi electio habuit fundamentum naturale, quod eſt conſenſu electorum, qui naturaliter requiritur ad electionem,vt in foro conſcientiæ ſit valida.

Ius enim poſitiuum adinuenit ſolemnitates propter animarum periculū ac deceptiones euitandas, quæ cum ceſſent in noſtro caſu,non eſt,de illarum defectu curandum. ergo vera eſt noſtra aſſertio.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent concluſionem hanc Innocentius in c.quod ſicut,de elect.& ibi Bellam. nu. 54.verſ.ſi vero electio, Panorm.in c. quia plerique nu.31.de immunit.Eccleſ.Iaſon. in l.nemo poteſt,in 2.lectura,col.15. verſ. pro parte negatiua,ff.de legat.1. Felinus, in c.1.col.11.verſ.fallit ſextò,de conſtitut. Biax,in directorio de elect.p.3.cap.20. ad finem Sylueſtr.verſ.electio.1.q. 10. ante finem,& alij allegandi.*

CONTROVERS.^A VII.

An elect.celebrata contra formā canon.c.quia propter de elect. in 6. & c. 6. ſeſs.25.de regul.Trid.Cōcilij,ſit ipſo iure nulla,ac ab eiſdē, etiam electoribus, reiterari poſsit.

EXPLICATIONES.

1 QVid in foro cōſciētiæ ſentiēdū ſit,de electio.validitate,diximus in ſuperiori Cōtr. in pręſētiarū, vero cōtrouertimur, quid in foro exteriori,ſit reſoluendū;cū enim Sūmus Pōt.elector.cōſensū,nō ſolēniter poſitū,inualidare poſſit, *c. vnic.de poſtul. præl.Pano.in c.quia ſicut de elect.& Rot. in Treuer. Abbat.S.Maxi.mer.20.Nou. 1624.cor.Coc.Dec.§.neq; obſtat ſi dicat.*

Sed

Sed priuſquam ad concluſionem deciſiuam perueniamus controuerſiæ, nonnullas aſſertiones, ad maiorẽ claritatem præmittimus, quarum ſit.

CONCL. I.

2 Actus omnis, qui eſt contra iuris diſpoſitionem, quæ continet decretum irritans, eſt ipſo iure nullus.

Probatur, nam eſt certum, decretum irritãs, ſiue quod idem eſt, clauſulã annullatiuã inducere formam, ſed ceſſante forma, ceſſat formatum, *cap. cum ceſſante, de appellat. l. 1. §. ſi quæſita, de verb. obligat. & d. l. 1. de liber. & poſthu.* quoniam non ſeruata forma permiſſiua, immediatè ſuccedit forma deſtructiua, & conſequenter actus eſt, ipſo iure nullus. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

3 *Concluſio cum ſua probatione eſt Marthæ de clauſul. p. 1. clauſul.* 191. *n.* 6. *cum DD. multis allegatis, Baldi, & aliorum, in l. 1. de lib. et poſthum. Soc. iun. conſ.* 71. *n.* 23 *lib.* 1. *multis DD. allatis, & Rotæ deciſ. Garcei de beneficijs p.* 9. *cap.* 2. *nu.* 230. *Iaſonis, in eum textum, in l. prætor ait §. ſiue autem num.* 2. *in fine, de nou. oper. nunc. & Rotæ deciſ.* 286. *num.* 1. *& ſeqq. corã Card. Mant. & alij nominales.*

CONCL. II.

4 Clauſula in fine poſita, ad omnia præcedentia eſt referenda, vt euenit, in cap. quia propter, vbi clauſula, „aliter electio facta non valeat, poſt requiſita ad electionem legitime faciendam, referri ad illa omnia, quæ attentantur contra forma electionis, repertam ſolum à dicto ca. quia propter, in Concilio generali, non vero ad alia ibi narrata.

Conſtat concluſio, ex cap. inquiſitioni, in fine, de appellat. l. talis ſcriptura, §. 1. de legat. 1. Alex. conſil. 101. n. 10. lib. 3. & cap. Eccleſia 2.

DOCT. ALLEG.

5 *Docent aſſertionem communiter Doctores, Alexander, d. conſ.* 101. *num.* 10. *lib.* 3. *Cornel. conſ.* 174. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 4. *Socin. ſenior, conſ.* 188. *n.* 5. *lib.* 2. *Decius conſ.* 539. *n.* 4. *Garceus de benefic. p.* 5. *c.* 4. *n.* 178. *& fuit dictum in Toletana profeſſionis* 27. *Februarij* 1595. *coram Pamphilio, Felinus cap. cauſam, quæ num.* 22. *de reſcript. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 181. *num.* 2. *Sanchez de matrim. lib.* 6. *diſp.* 22. *num.* 19. *& lib.* 8. *diſp.* 16. *in fine, & lib.* 10. *diſp.* 17. *ad fine* Martha *part.* 4. *de clauſul.* 17. *& latè, clauſula* 33. *num.* 1. *&* 4. *vbi multos refert, Rota deciſ.* 52. *num.* 1. *&* 3. *coram Card. Mantica, Romanus conſ.* 332. *num.* 12. *& Rota in Treuerenſi Abbatia, Sygiſmundus de elect. c.* 1. *p.* 1. *dub.* 3. *n.* 3.

CONCL. III.

6 Electio Eccleſiaſtica celebrata nõ ſeruata forma c. quia propter de electio in 6. & c. 6. ſeſſ. 25. de regul. Cõcilij Tridentini, eſt nulla, ipſo iure. Cuius ratio, vtriuſque partis aſſertionis, eſt quoniam, in fine, c. quia propter, ſunt talia oppoſita verba.

„Aliter electio facta non valeat, & c. 6.
„Trid. dicitur, ſi vero, contra huius decreti conſtitut. aliquis electus fuerit,

electio ſit irrita, quæ verba, vtrorumque iurium, vim habent decreti irritantis, ac nullitatis ipſo iure, abſq; aliqua Iudicis ſentētia, importāt. ergo.

DOCT. ALLEG.

7 *Autumant in terminis Rota, in Metēſi Monaſterij 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, Suarez to. 1 tract. 3. lib. 2. cap. 12. n. 9. de Religio. Sanchez, in præcept. Decalogi, lib. 2. c. 38. n. 83. & communiter Canoniſtæ in d. c. quia propter, Romanus, conſ. 322. n. 12. Rota in Treuerenſi, in prin. & Metenſi Monaſterij, gloſ. in d. cap. quia propter, ver. vice omnium, & ibi Compoſtellat. n. 20. verſ. nunquid de iſta, Ioan. Andr. Imola, Mondago. Boer. & cæteri Doctores.*

CONCL. IV.

8 Electio celebrata, non ſeruata dicta forma canonica, dūtaxat, iure humano introducta reiterari poteſt ab eiſdem elector. ante Iudicis ſentētiā. Ratio eſt, quoniam electores minimè ſunt ipſo iure priuati, ſed priuandi, vt ſtatim dicemus. ergo aſſertio vera. poſsūt enim iuris auctoritate, interim vti ſua auctoritate; cum non teneatur quis amittere ius ſuū, pp ſententiam priuationis, quę fieri poſſit in futurū.

DOCT. ALLEG.

9 *Ita nāq; docent gl. in c. 1. & ibi ſequūtur oēs de ſagittar. cum alijs per Achill. de pœnis diſ. 1. Anch. conſ. 145. n. 3. Rot. dec. 8. n. 2. p. 1. in recent. Innoc. Compoſt. et Calder. et Panor. in d. c. quia propter, §. niſi n. 4. de elect. Rom. conſ. 183. n. 9. verſ. reſpōdeo. Caſtr. conſ. 347. n. 1. verſ. poſito vero gl. in c. grauem, verb. pauciores, de poſt. prę-lat. Aug. ver. elect. n. 3. Syl. ibid. q. 2. tit. 1. Tabiena ver. elect. n. 3.* Menoc. *conſ. 67. n. 30. Tiraqu. in l. ſi vnquā verbo, reuertātur C. de reuoc. donat. Tuſch. lit. E. concl. 76. n. 5. Rot. vbi ſup. n. 3. Sygiſ. n. 10. dub. 3. de elect. p. 1. c. 1. n. 11. et cæteri alij referēdi.*

CONCL. V.

10 Electores, qui cōtra diſpoſitionē, c. quia propter de elect. in 6. & decr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. ſunt priuandi per Iudicis ſententiam, minimè vero ſunt ipſo facto priuati eligendi iure. Cuius eſt ratio; quia verba textus, c. qa propter, vbi dicitur, ea vice eligendi poteſtate priuētur, sūt verba futuri tēporis, quę de ſui natura, nō ſignificāt priuationem ipſo iure, ſed per Iudicis ſententiam. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

11 *Noſtram ſequuntur concluſ. Innoc. et Panor. in c. de poſtul. prælat. gl. in c. cumana, de elect. et in cap. quia propter de elect. ver. priuentur, vbi etiam Ant. à Butrio n. 65. et Anchar. glo. in c. quicunque ver. innoduntur, de hęre. in 6. et in c. quiſquis n. 11. de elect. latè Tiraquel. in d. l. ſi vnquā ver. reuertatur n. 39. C. de reuocat. donat. Soc. iun. conſ. 68. n. 38. lib. 3. Biax, in ſuo direct. elect. p. 1. c. 22. n. 1. Menoch. conſil. 67. n. 29. Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 40. ſect. 8. n. 2. Sygiſ. de ele. du. 3. c. 1. p. 1. n. 11. Bart. in l. 1. n. 11. verſ. in cōtrariū ff. de iure cod. c. Lud. cōſ. 362. n. 27. li. 3. Pereg. de fideicom. ar. 46. n. 29. Rota dec. 48. n. 8. corā Cocc. Dec. et deſumitur ex l. ſi ita quis §. Seia. ff. de ver. ſign. vbi dicitur, qđ*

ver-

verba ſubiunctiui modi ſiue ſint præſentis temporis, ſiue præteriti imperfecti, ſemper comprehendant tempus futurum.

CONTROVER.^A VIII.

An decretum irritans, cõtẽtum in c. quia propter, de electio. in 6. quod eſt, Aliter elect. facta nõ valeat, liget etiam ignorãtes, quo ad nullitatem actus. Et ſimiliter in ca. 6. ſeſſ. 25. de Regular. Concilij Tridentini.

CONCL. I.

1 Decretum irritans, ſcilicet illa clauſula, *Aliter electio facta nõ valeat;* cum ſit expræſſa ligat vtique ignorantes, quo ad nullitatem actus. Probatur aſſertio ex multis *cap. iuris;* videlicet, *ex cap. dudum, & cap. vlt. de præbend. in 6. & cap. ſi eo tempore, vbi gl. verbo, ignorantes de elect. in 6. cap. 1. ex c. ſi ſoli, de conceſſione præbend. in 6.*

DOCT. ALLEG.

2 *Amplectuntur noſtram aſſertionem Innocentius in ca. quia cũctis, n. 19. de cõceſſ. præbend. in 6. Oldrad. conſ. 319. n. 1. Felinus, in cap. cæterum, nu. 37. de reſcript. Caſſad. deciſ. 12. num. 5. ſuper regul. iuris Puteus deciſ. 281. lib. 1. Caputaque deciſ. 249. n. 4. p. 1. Marta p. 1. de clauſu. n. 12. clauſula 191. Rota deciſ. 76. nu. 4. & 5. coram Card. Mantica, & deciſ. 578. n. 3. p. 1. diuerſ. & alij multi.*

CONCL. II.

3 Dictum Decretum irritans, licet, liget, etiam ignorantes quo ad nullitatẽ actus, minime vero, quo ad alias pœnas.
Nam tunc ignorantes non incidunt in illas. ergo non ligat quò ad alias pęnas.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita ſuſtinent hanc noſtram concluſionẽ gloſſa in Clement. nolentes in prin. verb. ex tunc de hæret. Felin. in cap. cęterum 3. col. 14. in fine, verſ. ſecunda reſtrictio nu. 19. de reſcript. Gonzalez ſuper regul. 8. cancell. gloſſ. 67. n. 19. Gratianus, diſceptaption. forenſ. cap. 631. nu. 14. ac tenuit Rota, in Calapuritana beneficij SS. Apoſtolo. Iacobi, & Andreę 17. maij 1593. de qua per Mareſcottum, lib. 2. variar. reſolut. cap. 39. n. 1. & 13. & cæteri DD.*

CONCL. III.

5 Moniales, quæ elegerunt, minime ſeruata forma *cap. quia propter*, ad quã, & ipſæ tenentur, vt probat *c. indemnitatibus, de elect. in 6.* non ſunt priuandæ eligendi poteſtate. Secus verò dicendum eſt de electoribus, & de prouiſoribus.
Cuius ratio eſt, quoniam ignorantia iuris excuſat mulieres, *l. regul. ff. de iur. & fact. ignorant. & l. iuris ignorantiam, vbi omnes, C. qui admittit.*

DOCT. ALLEG.

6 *Docent noſtram concluſionem omnes DD. & præſertim Caſtro conſ.347. formæ capitul. n. 1. lib. 1. Boerius q. 1. n. 41. in fine Menochius conſ. 67. n. 27. & alij allegandi.*

CONTROVERS.^ IX.

An elect. ſit nulla celebrata, aliquo ſubſtantiali omiſſo, formæ c. quia propter de elect. in vnico, tātū voto, & ſi contra eiuſdem c. diſpoſitionē allegari poſsit conſuetudo.

CONCL. I.

1 OMnis canonica electio celebrata, aliquo ſubſtantiali omiſſo, dictæ formæ, *cap quia propter, de elect. in 6.* ſatis eſt, etiam in vno voto, ad effectum, vt corruat, ac nulla dicatur.

Ratio eſt, quoniam in parte relinquitur forma, quæ eſt indiuiſibilis. ergo eſt nulla.

DOCT. ALLEG.

2 *Amplectitur noſtram aſſertionē Vincentius, quem refert, ac ſequitur Bellam. in d.c. quia propter, §. niſi forte, verſ. quæro. Garceus de benefic. p. 5. c. 4. nu. 184. Rota in Treuerenſi Abbatiæ, §. ſecundo principaliter, circa finem, Sygiſmundus, dub. 3. de elect. c. 1. p. 1. n. 8. & alij alleg.*

CONCL. II.

3 Contra diſpoſitionem, *c. quia propter de elect. in 6. & c. 6. ſeſſ. 2 ;. etiam Concilij Tridentini*, nulla conſuetudo allegari poteſt in contrarium.

Ratio eſt, quoniam Decretum irritans tollit conſuetudinem, ne dum in præteritum, ſed etiam in futurum, ergo vera concluſio, & hoc eſt regulare in omni lege, & canone habente Decretum irritans, *ca. quòd ſuper his, in fine de conſanguinit. & affinit. & c. ſuper eo, in princ. de cognat. ſpirituali.*

Et confirmatur, nam lex irritans, facit perſonam incapacem, quando circa illam verſatur; ſed conſuetudo non poteſt tollere in capacitatem. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

4 *Noſtram ſuſtinent concluſionem Boerius deciſ. 1. n 49. & 50. Rota in Metenſi Monaſterij, §. neque obſtat, & in Treuerenſi Abbatia, §. neque prædictis reſiſtit. Geminiar. in c. cum de beneficio, verſ. nota bene, & ibi Archidiac. verſ. ſed pone, Franchus verſ. ex quibus nota. de prębēd. in 6. Ant. Gabriel. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 3. n. 40. Gonzalez in regula 8. Cancell. gloſſa 67. n. 50. Martha de clauſ. p. 1. clauſ. 191. nu. 9. vbi varias deciſ. Rotæ cumulat. Nauar. in c. cum contingat de reſcript. ſecunda cauſa nullitatis, n. 12. & de ſpolijs §. 14. n. 2. & 3. pluribus allegatis. Garceus de beneſ. p. 1. c. 4. n. 179. vbi, in addictionibus ad iungit auctoritatem Rotæ in vna Virdunenſi Parochialis 23. Iunij 1586. corā Gipſio, ab eodem relata, p. 4. c. 2. n. 50. & in vna Cocbenſi beneficij de Voldeiudios 14. No-*

nem-

uembris 1611. coram Cardinale Sacrato, Domini habebant pro indubitato; non vſum, ſiue contrarium vſum populorum, ſine conſenſu Papæ nihil poſſe operari contra validitatem Conſtitutionum Apoſtolicarum, habentium decretum irritans, vt ibi, ex latè deductis in Romana concordia, S. Petri 13. Nouembris 1609. 11. Ianuarij, & 12. Februarij 1610. coram Cauallerio, Couarr. p. 4. c. 6. §. 10. n. 35. et ſeqq. Driedon de libert. Chriſtian. lib. 1. ca. 16. col. vlt. verſ. & hinc cauſam conſidera. Decius in c. nouit. n. 84. de iud. Felinus, et Aymon, quos allegat Suarez lib. 7. de legibus, c. 19 n. 13. Sygiſmundus, n. 9. c. 1. p. 1. dub. 3. de elect.

CONCL. III.

5 Electio, ſeu prouiſio deuoluta ad Superiores maiores, Priorũ localiũ, & nõ ſeruata ab eis forma, *c. quia propter, de elect. in 6. & Trid. Cõcilij ſeſſ. 25. cap. 6.* in tali prouiſione, ſeu electione, quacumque conſuetudine etiam, in memorabili non obſtante, in contrarium, eſt ipſo iure nulla, abſque vtiq; ante Iudicis ſententiam, & prætextu quoque Indultorum Papalium, non annullantium dicta iura, eſt prorſus nulla in foro fori.

Ratio eſt, quoniam Decretum irritans qualia ſunt dicta iura, aufert omnem conſuetudinem, licet, in memorabilem, & perſonam electam, ſeu prouiſam de tali honore Prioratus, à Prouinciali, non ſeruata dicta forma iurium, incapacem reddit, huiuſmodi electionis, ſeu prouiſionis, nonobſtante vſu, ſeu conſuetudine in contrarium.

DOCT. ALLEG.

6 *Allegãtur pro hac aſſertione relati auctores, ſuperiori numero 4.*

CONTROVERSIA X.

An electio ſit canonicè valida, in qua aliqua forma ſeruata non fuit, ob quã cauſam, elect. Monaſterij, ſublata fuit eligendi facultas, & eam ſumpſerũt Capituli diffinitores.

CONCL. I.

1 DE iure communi, proprij Prælati electio ad Monaſterij Capituli electores omninò ſpectat.

Conſtat *ex cap. 1. & cap. quia propter*, & totum titulum fauet de elect. in 6.

CONCL. II.

2 In eligendo, ſi occurrerit, duabus, vel tribus vicibus procedere, & prima, aut ſecunda vice, fuerit canonicè electio celebrata, & tertia vice, malè habita, quauis de cauſa; in huiuſmodi caſu ſtandum erit, in prima, aut ſecunda electione, quæ ratè, & canonicè ſunt celebratæ à maiori parte electorum.

3 Primo probatur ex illo iuris argumento inrefragabile, *l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de*

ff. de verb. obligat. & vtile, per inutile vitiari non debet, capit. vtile, de regul. iuris in 6.

Secundo probatur, nam in iuribus cauetur, vt quidquid, in quibus vis Capitulis, ac Communitatibus determinatur, id tantum ſit validum, quod à maiori parte fuerit conſtitutum, l. qđ maior. ff. ad municip. l. nominationũ, C. de Decurionibus lib. 10. c. 1. & vlt. de his, quę fiunt à maiori parte Capituli, & notat gloſſa, ex eo textu, in ca. cum in geneſi, de elect. & eſt textus, in cap. ſi cui, de elect. in 6. & cap. Eccleſia veſtra, & cap. Cumana, & cap. quia propter, cum alijs concordantibus, de elect. in 6.

CONCL. III.

4 Canonica, & legitima eſt, ac ſemper talis reputabitur electio illa, in qua eligentium conſenſu habito, ſaltem à maiori parte, licet, in illa forma aliqua ſeruata non fuerit, alias ſeruãda ſit, exempli gratia, ſchedulam in vrnam ponere non plicatam, quam debet elector plicatam mittere, & ſimilia ad electionem acceſſoria, & nõ neceſſaria ad electionem.

Huiuſmodi enim voti plicatio præbẽdi per ſchedulam plicatam non eſt de ſubſtantia, & electionis eſſentia, itaut eligens omittens inaduertenter, & à nemine electorum, videatur, ob id electio, alias canonicè celebrata, nulla, & irrita redatur.

DOCT. ALLEG.

5 *Ità docet Innocentius in cap. quia propter de electione, Abbas in cap. 1. de integr. reſtitut. Decius, in cap. Canonum, in 1 lectura, de conſtit. num. 70. & cæteri allegandi.*

CONCL. IV.

6 Canonica electio præcedens per inutilem confirmationem, non vitiatur quocumque iure

Conſtat ex cap. ſi in confirmationem, de elect. in 6. vbi cauetur, vt nec per ipſam electionis confirmationem, quocumque iure, inutilem, electio ſi præcedat canonicè facta, vitietur.

7 Et probatur etiam, quoniam confirmationis petitio electionis canonicæ factæ, & litteræ ad eam petendam ſcriptæ, ad electionem ſunt acceſſoriæ; quia ipſa electio, illa eſt, quæ in his actibus principaliter intenditur, vt colligitur ex gloſſa fin. in d. cap. ſi confirmationem; ſed principale nũquam ſui acceſſorij naturam ſequitur vt eadem gloſſa ibidem notat, licet è contrario acceſſorium ſui principalis naturam ſequatur, & in cap. ſi ſuper gratiam, de officio delegati, in 6. & cap. acceſſorium, de regul. iuris in 6. ex quibus omnibus neceſſario ſequitur electionem vitiari ex defectu litterarum non ſubſcriptarum, exempli gratia, & quoniam ſchedula non fuit data plicata, aut ex ſimilibus defectibus, ad ſubſtantiam electionis minimè pertinentibus.

CONCL. V.

8 Electio, quo ad ſubſtantialia, & eſſentialia, quando alias canonicè eſt celebrata, eſt omninò confirmanda, Superior, alias mortaliter peccat, ad quem

quem ſcilicet ſpectat confirmatio, ſi eam abſque iuſtis de cauſis renuit cōfirmare.

Manet certa ex cap. indemnitatibus §. 1. de elect.

DOCT. ALLEG.

9 *Inconfeſſo eſt apud omnes DD. et maximè apud Nauarrum in cōſil. 5. de elect. n. 1 in nou. s, et penes cæteros allegādos, quos cauſa breuitatis omitto.*

CONTROVERS. XI.

An Prælati Regulares, virtute alicuius priuilegij, poſsint defectus ca. quia propter de elect. in 6. & c. 6. ſeſſ. 25. de Regul. ſupplere, in electionibus canonicis, interuenientes,

EXPLICATIONES.

1 Huiuſmodi, namq; Cōtrouerſia à nobis diſputatur, ob quoddam priuilegium, à Sixto IV. emanatum in gratiam Ordinis S. Hyeronimi, cuius verba refert Rodriquez, to. 2. q. 52. art. 1. & 5. inquiens in qq. regul. ſic.

Sixtus IV. conceſſit, ac in perpetuum „ indulſit Capitulis generalibus Ordi- „ nis S. Hyeronimi, vel inter Capitu- „ lum, & Capitulum, Prioribus gene- „ ralibus, vt poſſint ſupplere quoſcun- „ que defectus ex commiſſione, præ- „ teritione, tranſgreſſione, cōtemptu, „ aut negligentia iuris, vel Statutorum „ Ordinis, qualitercumq; in electionum. „ interuenientes, contrarijs quibuſcū- „ que non obſtantibus. Nec aliud eſt priuilegium, quod in hac parte ſuffragari poſſit.

CONCLVSIO I.

2 Nulli Regulares Prælati, etiā per viam communicationis, dicti priuilegij, Sixti IV. poſſunt eius virtute ſupplere defectus ca. quia propter de elect. in 6. in canonicis electionibus, interuenientes.

Cuius eſt potiſſima, & efficaciſſima ratio, quoniam per nullum priuilegiū cenſetur derogatum Decretis Concilij generalis, niſi exprimatur per aliquam ſaltem, generalem clauſulā, exempli gratia, etiam ſi eſſet Concilij generalis, &c. ſed textus d. cap. quia propter, continet conſtitutionē Concilij generalis Lateranenſis celebrati, ſub Innocentius III. ergo dictum priuilegium per ſimplicem clauſulam iuris, vel Statutorum Ordinis non concedit facultatem Prælatis Regularibus ſupplendi defectus d. cap. quia propter, ſed opus erat, vt diceretur in eo, poſſint ſupplere, &c. defectus iuris, etiam ſi eſſet Concilij generalis, vel Statutorū Ordinis, &c.

Maior conſtat ex c. eā te, de ect. & qualitat, & cap. ex parte, & cap. fin de capell. Monachorum, & cap. non nulli, de reſcriptis. ergo.

DOCT. ALLEG.

3 *In terminis, mordicus defendit noſtrā con-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tonclſionē Sygiſmundus, dub. 4. de elect. p. 1. cap. 1. n. 2. & 3. & quo ad eius probationem, Sanchez, to. 2. lib. 3. diſp. 26. n. 7. multis allegatis, de matrim. Suarez lib. 8. de legibus c. 19. nu. 5. vbi de communi. Garceus, de benefic. p. 4 cap. 5. num. 40. Mareſcottus lib. 2. variar. reſolut. cap. 38. n. 41. Rota deciſ. 279. n. 6. coram Coccino & in terminis d. concil. Lateran. ſub Innocēt. Tertio. eadem Rota deciſ. 122. n. 1. & deciſ. 123. n. 1. & ſeqq. p. 1. diuerſ. & cæteri alij recitandi.

CONCL. II.

4 Licet, namque dictum priuilegiū Sixti IV. per ſe, minimè derogare Concilio generali Lateranenſi celebrato ſub Innocentio III. ſed nec etiam derogare virtute cuiuſdam cōfirmationis Apoſtolicæ factæ à Paulo IV. Fratribus de Obſeruantia, de ſuis priuilegijs anno 1555. die 1. Iulij, quæ incipit, ex Clementi Sedis Apoſtolicæ, vbi adeſt clauſula non obſtantibus, &c. etiam in vltimo generali Concilio Lateranenſi celebrato, quod celebratum fuiſſe, ſub Iulio Secundo, & Leone X. conſtat.

5 Probatur, nam eam clauſulam, nō obſtantibus, etiā in vltimo Concilio generali Lateran., appoſita in dicta confirmatione operari quidem, vt priuilegia, quæ ſunt contraria per ſe Concilijs generalibus, vſque ad illud tempus celebratis, manere in ſuo robore, & firmitate perſiſtere: ſed non per hoc vllo modo, eſt aſſerendū, eādem clauſulam ampliare, ſiue alterare formam, & diſpoſitionem ipſorū priuilegiorum; itaut compræhendāt caſum, quæ non compræhenderent, ſi præfatæ confirmationes Apoſtolicę non emanaſſent; vnde fit dictam clauſulam non referri ad ſingula priuilegia, ſed ad ea tantummodo, quæ per ſe ſunt talia, vt de directo contrarientur dictis Concilijs generalibus, quare cum allegatum priuilegiū non ſit ſufficiens ſupplere defectus, niſi iuris communis ſimpliciter per ſolum Papam ęditi, vt ſupra diximus. ergo ex recitata clauſula non alteratur eius diſpoſitio, dictę confirmationis ad effectum ſupplendi defectus Conſtitutionum Conciliariū.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent Sygiſmundus, vbi ſupra n. 4. Mareſcottus, allegato loco, num. 7. & 44. Rota deciſ. 267. n. 1. & deciſ. 159. nu. 4. coram Gregorio XV. & deciſ. 429. nu. 1. & deciſ. 555. n. 2. et deciſ. 111. n. 2. p. 2. in recent.*

7 Nec dicere valet, ſcilicet d. capit. quia propter de elect. minime eſſe Decretum Concilij generalis Lateranenſis, ſed eſſe Conſtitutionem Papæ in eodem Concilio.

Nam, ſiue vno modo, ſiue alio intelligamus, tantum dicere, Conſtitutio Papæ in Concilio, quantum eſt aſſerere, Conſtitutio Papæ, approbante Concilio: quoniam iſta confunduntur, vt bene docet Rota d. deciſ. 123. in fine, p. 1. diuerſ. approbans ſententiam Iacobat. Feltren. & Famogra.

CONCL. III.

8 Multò magis, ijdem Regulares Pręlati non poterunt alicuius priuilegij virtute defectus d. cap. 6. ſeſſ. 25.

de

de regularibus, ſupplere in electionibus canonicis, interuenientes poſt Concilium Tridentinum.

Cuius eſt ratio, quoniam in omnibus confirmationibus priuilegiorum Regularium, quæ poſt Tridentinum Concilium expediuntur à Summis Pōtificibus, fit cum huiuſmodi clauſula, nimirum; *Quatenus Decretis Concilij Tridentini non aduerſentur*, de ſtylo curiæ; vt aſſerunt Quaranta in ſumma Bullarij, ver. Concilium Tridentinum §. in confirmationibus Crux de priuileg. lib. 2. cap. 3. dub. 5. de mente Nauarri, & aliorum Curialiſt. ergo vera concluſio.

9 Quid autem hæc clauſula ſcilicet, quatenus Decr. Concilij Tridentini non aduerſentur; in cōfirmationibus Regularium priuilegiorum, operetur, expenditur.

Omiſſis, recentiorum non nullorum, explicationibus, minus conſentaneis noſtro inſtituto, ac materiæ, quam præmanibus habemus, intellectum huius clauſulæ, qua de cauſa in omnibus confirmationibus apponitur de ſtylo Curiæ, ſequenti concluſione, aperiemus.

CONCL. IV.

10 Ratio fundamentalis, propter quā dicta clauſula, ſeu exceptio, videlicet *Quatenus Decretis Concilij Tridentini, non aduerſentur;* in confirmationibus Regularium priuilegiorum apponitur, eſt quoniam neceſſario fieri debet mentio expręſſa Tridentini Cōcilij, alias ei eſſet derogatum, ac conſtitutioni, vtiq; Gregorij XIII. quæ „incipit, in tanta rerum mole, emana„ta 1573. primo Martij; per clauſu„las generales. non obſtantibus qui„buſcumque, quorum tenores, &c.

11 Probatur, quoniam illud vulgare „Axioma, quod nempe, numquam in„telligatur derogatum Decr. Concil. „generalis, niſi de illo mentio exprę̄ſſa fiat; non dumtaxat fallit in Apoſtolicis conſtitutionibus, manu propria Papæ ſignatis, in quibus non eſt opus ſpeciali, vel generali derogatione Concilij Tridentini, prout declarauit Pius Quintus per ſuum motum proprium, qui incipit, cum plerumque, æditum 1570. 23. Decembris, quē refert de verbo ad verbum, Garceus num. 33. de benefic. p. 4. cap. 5. & tenuit Sacra Congregatio Concilij, teſtes eod. Garceo num. 34. ſed etiam illud Axioma fallit in priuilegijs, ac reſcriptis Apoſtolicis, etiam ſi nō ſint manu Papę ſignatis; quia in eis ſat eſt, clauſula generalis, ſcilicet. Non ob„ſtantibus conſtitutionibus Apoſtoli„cis quorum, &c. ad derogandum „Concilio Tridentino. ergo vera noſtra concluſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Docet expreſſe hanc noſtram concluſionem Sygiſmundus de elect. dub. 5. & quantum ad probationem eius, etiam autumat obſeruari in praxi Gonzalez, ſuper* re-

regul.8.Cancellar.gloſſa 6.nu.120.Filliuccius, quem refert, ac approbat Bonac. de cenſur.diſp.2.q.5.p.2.num.8.verſ.ratio deſumitur, Marta,p.4.clauſul.14.nu.3.Rota,deciſ.179.num.6.& deciſ.687.num.24.p.2.in recent.Moneta de cõmut. vlt.volunt.c.11.n.250.& alij.

CONCL. V.

13 Quando dicitur, numquam derogari Decretis Concilij generalis, niſi de illo fiat expræſſa mentio;eſt huiuſmodi Axioma intelligendum, de illis Concilijs generalibus, in quibus nõ eſt expræſſe, Sedis Apoſtolicæ auctoritas reſeruata, ſicut in Concilio Tridentino ſeſſ.25. cap.21.de reform. fuit excepta,& reſeruata ſẽper auctoritas Sedis Apoſtolicæ in omnibus contentis, in eodem Concilio, cui ideo ſufficienter derogatur, abſque derogatione etiam in genere, Concilij generalis.

DOCT. ALLEG.

14 *Pro hac noſtra aſſertiones allegantur omnes relati Doctores, num.3.ſupra relati, & in terminis Mareſcottus, lib.2.variar.reſolut.cap.38.num.41.referens ſic reſoluiſſe Rotam in vna Vlixbonenſi decimarum 27.Nouembris 1572.corã Robuſterio, & in vna Oriolenſi decimarum, 8.Februarij 1588.coram Orano. Sygiſmundus, num.3.dub.5.p.1.cap.1.de elect. & alij.*

CONTROVERS. XII.

An in omni electione ad quamcumque dignitatem, & officiũ, ſit diſpoſitio cap. quia propter, de electione, in 6.ſeruanda,& c.6. ſeſſ. 25. Concilij Tridentini.

CONCL. I.

1 IN omni electione Epiſcoporum, ac Regularium Prælatorum, ac eorum omnium, qui iuriſdictionem generalem in Eccleſijs Collegiatis exercẽt, ob quorum mortem, Eccleſia quodammodo viduata dicitur, ac in Canonicorum Eccleſiarum electione, eſſet diſpoſitio cap. quia propter, de electione in 6. eſt omnino ſeruanda, nulli dubium eſt. Nam tales Prælati, ſponſi appellantur, 21.q.2.cap.ſicut in vna quaque.

DOCT. ALLEG.

2 *Hanc concluſionem tutantur Innocentius, Ioan.Andr. Butrius, Gloſſa Panorm. Boichus, Anchar. & communiter Caroniſtæ, in d.cap.quia propter, Gloſſa in cap.ſicut cum, in prin.de elect. in 6.Lambert.de iure patron.lib.2.p.2.q.2.art.18.Geminianus in cap.1.n.4.de electio.in 6.Sanchez in precept. decalogi, lib.2.cap.38.n.84.Marc.q.992.num.1.p.1. Rota deciſ. 3.in princ.& 5.tit.de electio. in nouis, et*

par-

partim, etiam deciſ. 647. n. 4. coram Card. Seraphino, & eadem Rota, multis allegatis, cum communi, in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximini 20. Nouembris 1624. corã Coccino Decano, & in Metenſi Monaſt. 5. Iulij 1621. coram eod. Coccino, aduerſ. Roffred. de libel. to. 2. ſuper iure Pontific. p. 3. tit. quod ſonet hoc nomen Abb. n. 8. lit. G. fol. 633. & alij multi, vt Sygiſ. dub. 6. de elect. cap. 1. p. 1.

CONCL. II.

3 De iure nouo, eſt diſpoſitio Conciliaris Tridentina, ſeſſ. 25. cap. 6. in omnibus Eccleſiaſticis electionibus, Secularium, ac Regularium, ſeruãda, aliàs, electio irrita eſt, ac nullius valoris, & momenti.

Probatur, nam Pius V. ſub Bulla, quæ incipit Paſtoralis officij, §. 1. 1571. ædita. 15. Maij, declarauit predictas electiones de quibus, fit mentio in d. cap. 6. Concilij Tridentini, vt eius vigore fiant ſecretò per ſchedulas tantum.

Et apponitur in dicta diſpoſitione decretum irritans, cum dicitur. Si vero contra huius decreti Conſtitutionẽ, aliquis electus fuerit, electio irrita ſit.

Quæ quidem clauſula, eſt omni gladio ancipiti, penetrabilior, etiam poſſeſſionem electionis infringens, ſi electus accepiſſet dignitatis, ſeu pręlaturæ poſſeſſionem.

DOCT. ALLEG.

4 *Concluſio cum ſit de ſe manifeſta, nulla eget probatione, & quantum ad illam clauſulam irritantem electionem, & poſſeſſionem prælaturę electi, docens Rota, deciſ. 76. n. 4. coram Card. Mantica, & deciſ. 202. n. 7. coram eodem Mantica, & in Metenſi Monaſterij, §. neque obſtat, Biſignet. deciſ. 1. n. 6. de reſt. ſpoliat. Sarnenſis ad regul. de annal. q. 23. n. 4. & q. 14. n. 5. verſ. poſtremo Caſſad. deciſ. 11. n. 5. ſuper regul. Mandoſius; to. 1. ad regul. cancell. q. 14. regul. de non iudi. iuxta for. num. 2.*

CONCL. III.

5 In Ordine Prædicatorũ, per ſchedulas ſecundum formam canonicam preſcriptam, tam in capit. quia propter, de elect in 6. quã in cap. 6. ſeſſ. 25. de regul. à Concilio Tridentino, Magiſter Ordinis, Priores, Prouinciales, ac Conuentuales, Diffinitores Capitulorum Prouincialium, ac Generalium, atque electorum, & Sociorum Priorum euntium ad Capitulũ Prouinciale, eliguntur.

Sic namque; dicitur diſt. 2. in declara-
„ tionibus, cap. de elect. Diffini. capit.
„ Generalis, & Prouincialis, §. 3. lit. A.
„ Declaramus, quod adhoc, vt aliquis
„ ſit Diffinitor, non ſolum oportet,
„ quod habeat plures voces, quam alij,
„ ſed oportet, quod habeãt plures vl-
„ trà medietatem, iuxta Capi. Bonon.
„ 1564. declarationem, vbi poſtquam
„ de elect. Prioris, Prouincialis præmi-
„ ſerat; quod fieri deberet per vota ſe-
„ creta, & vltrà medietatem omnium
„ eligentium, ſubdit hæc verba. Et
„ idem modus eligendi ſeruetur in ele
„ ctione Prioris Conuent. & Magiſtri
„ Ordinis, & Diffinitorum Capituli
„ Generalis, & Prouincialis, & Socij
„ Prioris euntis ad Capit. Prouincia-
„ lę. Hactenus, dictę declarationes.

CONCL. IV.

6 Conſuetudo, ſi quę ſit in cęteris Religionibus, non ſolum in electionibus Generalium, Prouincialium, Abbatuum, & Superiorum localium, iuxtà d.cap.qui propter,& cap.6.ſeſſ. 25.Concil.Trid. verum etiam in electionibus,exempli gratia procurator. Ordinis, Diffinitorum,Diſcretorum, ſeu Sociorum, vel electorum, obſeruari debetur.

Probatur,quia eſt conformis, iuri cap. quia propter de elect in 6. & Decreto,d.cap.6.ſeſſ.25.Concil.Trid. vbi „ expręſſe habetur, quod in electione „ quorumcunque Abbatuum temporalium,& aliorum officialium regul.

Quibus verbis,clarè inſinuatur,præter maiores, & minores Prælatos, eſſe etiam eligendos per ſchedulas, officiales præcipuos,nempè,Procuratores Ordinum, Diffinitores, electores Priorum Prouincialium, ſeu Socios, vel Diſcretos.

DOCT. ALLEG.

7 *Placet noſtra concluſio Boicho, in d. cap.quia propter.n.3.Mandagot.in tract. de elect.cap.21.Oldrado conſ.146.nu.3. Rota,in d.Metenſi Monaſterij,§. neque ſuſtinetur,Cucho inſtit.maior lib.4.tit. de ele.n.280.Syg.du.7.n.6.de elec.c.1.p.1.*

Ità namq; de conſuetudine ſeruatur d. decretalis,c.quia propter de elect. & Concil. Conſtit.Trid.relata,in elect. Diffinitorum,apud Congreg. D.Bernardi in Italia, Monachorum Ordin. Ciſtercienſ.regularis obſeru.vt videri eſt in Bulla Greg.XIII. incipit Romanus Pontifex,§.8.ædita 1578.23. Maij, & apud Cōgreg. Caſſinenſem D.Benedicti,vt conſtat ex Bulla Pauli V.incipit. Cum ſicut accepimus, §.9.ędita,1607.6.Aprilis.

CONTROVER. XIII.

An Regularium Generales,Prouinciales,ac Diffinitores, teneantur ad obſeruantiam formę, c. quia propter,de elect.& c.6.ſeſſ.25.Trid.Conc.in prouiſione Priorū, Guardianorū,ac Abbatuum; ſuppoſito,celebrandam eſſe ab ipſis huiuſmodi elect. ſeu prouiſionē; ex vi Statutorum ſui Ord.

CONCLVSIO I.

1 IN electionibus,abſolute,ac ſimpliciter, loquendo, omnia, quæ de ſubſtantia,& forma requiruntur,proportionabiler, in prouiſionibus exiguntur.

2 Probatur,texte illa celebri glo. in c. ſi poſtquā, verb. prouiſione,de elect. in 6 vbi dicitur. Cum quotidie iura parificent electionem, & prouiſionē, cap. ſtatuimus, capit.vt circa,capit. ſi poſtquam § final.ſi compromiſſarius, cap. conſtitutio, & cap. procurator, de electione in 6. & in Clementina con-

conſtitutionem,eod.tit.quid iuris eſt de vno,eſt quoque de alio.

3 Probatur, quoniam licet in odioſis, verbum,prouiſio, ſit interpetrandũ, vt ſupra non includat electionem, cap.cum illis §. illis vero, de præbẽd. in 6. attamen,in fauorabilibus, compræhendit etiam electionem,quoniã tunc continet omnem modum, per quem Eccleſijs prouidetur.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic aſſertio explicata,docetur à Panor. in Clement.de elect.n. 1. & cap.cum illis, §.illis vero,de præbend.in 6. Francho, in Clement.1.n.6. & 7. de elect.Coſtiũ, in pragmat.ſanctiones tit.de reſeruat.verbo, diſpoſitionem, Felino in cap.in noſtra, nu. 28.ad finem de reſcript. & nouiſſime, multis relatis à Garcio de benefic.p.1.c. 6.n.33 à Gemin.in cap.1.n. 10.à dicto Francho de elect.in 6.gloſſa, in Clement. final.verbo,prouiſioni,de elect.in 6. Apoſtillatore ad Panorm.in rubrica de poſtul. prælat.lit.B.Rota deciſ.141.n.2 in fine, p.1 in recent.deciſ.791.n. 6.p.1. diuerſ.*

CONCL. II.

5 Statutum correctorium iuris communis,in dubijs, & in non expreſſis, neceſſariò recipit interpetrationem, declarationem, & reſtrictionem, à iure communi.

Probatur, nam ſtatutum correctorium tantum corrigit, quantum loquitur, l.ſi vero,§. de vico ff.ſol.matr. & ideo ſtatuta regul.de quibus eſt in præſẽtiarum ſermo,ſunt interpetranda, vt ſcilicet vnũ tantum operentur cõtra ius cõmune,vbi duo operari poſſent.

DOCT. ALLEG.

6 *Sunt huius aſſertionis Doctores, Decius,conſ.333.n.3.verſ.quibus tamen, et conſ.669.n.6.Pariſ.conſ.12.n.44.lib.4. Bart.Alex.& alij.in l.1.§. lex falcidia,ff. ad l.falcidiam, Roland.conſ.72.n.34. lib. 3.Rota,deciſ.853.n.68.p.4. diuerſ.& deciſ.398.n.4.coram Greg.XV.& deciſ. 431.n.10.p.1.diuerſ. & deciſ.724. nu. 16.p.1.diuerſ.vbi de communi, Romanus, conſ.190.n.7.& 199.nu.7. Mareſc.lib. 2.var.reſolut.c.29.n.13.& c. 80.n.12. Butrius, in c. cum dilecti, de donat.Grat. conſ.45.col.1.lib.1.& conſ.46.n.7.Gozzadinus conſ.120.n. 19.Tiraquellus de retractat.Lignanus,§.1.gloſſa vnic.n. 4. & alij.*

CONCL. III.

7 Licet, namque ſtatuta,ſeu conſtit. Regul. de quibus in titulo Controu. ſint iuris communis correctoriç, dum ſcilicet ab electoribus Conuentuum, electionem auferunt Priorum, putà, Guardianorum, Abbatuum, & ſimilium Superiorum,& eam preſtãt,Generalibus,Prouincialibus, ac Diffinitoribus,attamen ab eiſdẽ fieri debere electionem,cum eiſdem qualitatibus cũ quibus fieri debet à principio nimirum,iuxta formam, cap. quia propter, de elect. in 6.& cap.6.ſeſſ.25. à Trident. Concilio pręſcriptam,aliàs huiuſmodi electio eſt irrita,& nullius momenti.

8 Primo probatur,nam Conſtit. exẽpli gratia in Ord.Prędic.electio Priorum ſpectat ad Patres Cõuent. de iure,ex aliqua autẽ ſuperueniente cauſa, per accidẽs deuoluitur immedia-

te ad Priorem, Prouinc. & ex alia cauſa, ab illo ad Generalē, contra, ſcilicet ius commune, ſed à Patribus vocalibus localibus Domorum, erat neceſſario executioni demandanda forma d. c. quia propter, & c. 6. 25. ſeſſ. Trid. Concil. ergo ex nunc à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus, etiam obſeruanda huiuſmodi iurium Decreta Conciliaria in electione Superiorum locorum Regularium.

9 Secundo probatur, cū enim Conſtit. corrigere poſſint ius commune circa electionē, & circa formā ſeruandā, ita ſunt interpetrandæ, vt tantum corrigant circa electores, ſicut expreſſe faciunt, & non circa formam, vbi id expræſſa ab eis non habetur. ergo.

Tertio probatur, oīs interpetratio cū admittatur, vt euitetur iuris cōmunis correctio, c. cum dilectus de cōuerſ. & c. cum expediat, de elect. in 6. & maxime circa formam ſeruandam, quia eſt vera elect. ſubſtantia, in talibus enim forma eſt eſſe rei, l. ſi §. item ff. ad exhib. & alia iura bene deducta per Romanum conſ. 146. factum tale eſt de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, nu. 3. quoniam vt aſſerit Rolandus, vbi ſupra, num. 5. allegatus; conditiones ſtatutorum noluerunt in hoc caſu diſponere, ac ſtatuere contra ius commune, & adducit textum in. l. quod vero contra, ff. de legibus, & cōmunē DD. in l. ſi conſtāt. ff. de ſolut. matrim.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent noſtram aſſertionem in terminis, ac reſoluit Rota deciſ. 65. n. 9. p. 1. in recent. gloſſa, in Clement. quia Regulares, verbo, Monaſt. de ſupplend. negli. prælat. Ioan. Andr. in regul. contra eum, in 6. Bertach in ſuo repert. ver. elect. à quibus, verſ. 3. Febn. in c. cum accenſiſſet, n. 18. ff. de conſtitut. Selua. de beneſic. p. 3. qu. 49. Lambert. de iure patron. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & part. 1. art. 30. lib. 2. Rebuff. de nomin. q. 3. n. 21. Gratt. conſ. 1. nu. 31. & conſ. 2. n. 15. Achil. deciſ. 13. de iure patr. q. Gomez. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa. 46. n. 33. & multis allegatis Garc. de benefic. p. 10. c. 3. n. 42. Nauar. lib. 1. cōſ. 3. tit. 8. de elect. in 2. edit. Rep. de necc. temp. c. 99. Sygiſ. dub. 7. n. 4. de elect. cap. 1. p. 1.*

CONCL. IV.

11 Electio quando, iuſtis de cauſis, per ſtatuta, & ordinationes regulares, eſt ad Generalem, vel Priorem Prouincialem, ac Diffinitores, deuolutum, opus eſt, vt tales ſuperiores maiores, omnino formam præſcriptā in c. quia propter de electio. in 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Trid. Concil. obſeruent, alias, ipſo iure eſt irrita, ac prorſus inualida electio, ab eis facta.

12 Ita per ſuam Bullā emanatā 1571. quæ incipit, paſtoralis officij Pius V. anno VI. ſui Pap. pro Fr. Min. de Obſ.

Aſſertio ſequitur à ſuperiori, & eiſdē probatur rationibus; cum clare conſtet forma tradita à dictis Conciliaribus Decretis, à quibus, huiuſmodi ſuperiores maiores, nequeūt recedere; & inſuper nouiſſime à Clemente VIII. fuit denuò decretatum, pro Reformat. regul. num. 36. vt omnino obſeruetur præſcripta forma Tridentini Concilij, etiam à ſuperioribus, de quibus in concluſione, quando electio ad eos eſt deuoluta; id quod nuper à Paulo Quinto reualida-

lidatum fuit, vt videri poteſt apud Quarantã in Bullario, fac. mihi 422. hinc in Ordine Prædic. in Conſtitut. diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris litt. O. verſ. quod ſi contingat. ad finem di„citur. ſi in aliquo Conuentu non re„periantur niſi duo legitime vocales, „tunc deuolitur electio ad Prouincia„les, qui de Concilio quatuor ad mi„nus, grauiorum Patrum, maxima cũ „conſideratione prouidere debebunt „eorumque conſcientias ſuper hoc „aggrauantes, ſicut declaratũ Romæ, „auctoritate Apoſtolica 1601. fuit.

DOCT. ALLEG.

13 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Nauarr. vbi ſupra Sygiſmundus, Ripa, in locus, nu. 9 relatis, Suarez tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 2 cap. 12 num. 43. & communiter Canoniſtæ in cap. quia propter, de elect. in 6. Rota in Metenſi Monaſterij 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, Gloſſa in d. cap. quia propter verſ. vice omnium, & alij recentiores.*

CONCL. V.

14 Electio, quãdo ad Generalem, vel Prouincialem, aut Diffinitores, eſt deuoluta, ac forma ſeruata, dictorum Conciliorum Decretorum, cum ijs, qui ſunt vocandi de iure, ad talem prouiſionem per agendam, ſeu electionem, habent in tali caſu, ſimul, & ſemel, ius eligendi, atq; confirmandi.

15 Cuius eſt ratio, quoniam de natura, ac eſsẽtia prouiſionis eſt, quod cui ius eligendi ſuffragatur, ius quoque confirmandi habet; ſed in perſona Generalis, vel Prouincialis, aut Diffinitorum, cum alijs, de iure vocãdis, & interuenientibus, hę duæ poteſtates eligendi, ſcilicet, & confirmandi concurrunt eodem iure, ac officio, licet altera earum, ſit de iure deuoluto, verum confirmandi eſt de iure communi. ergo vera concluſio.

Maior docetur à Panormitano, in cap. „cauſam quæ num 6. verſ. 2. quæritur, „& in cap. ne pro defectu, num. 4. vero „nota vlt. de elect. & in c. dilectus fi„lius, num 3. de conceſſ. præbend. vbi „etiam allegat Innocent. & Gloſſam, „inter Canonicos de elect. in Clemẽt. „ſi de beneficio, de prębend. & in cap. „cum veniſſent, de inſtit. & ab eadem „Gloſſa, vt circa, ver. electionis de ele„ctione in 6.

Minor vero, aſſeritur ab eod. Panorm. „in cap. Monach num. 10. per eũ text. „§. prioratus, de ſtatu Monach. & aliũ, „cum ad Monaſt. §. nec alicui, de ſtatu „Monachorum.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores, concluſionis ſunt Baldus conſ. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, Tuſchus, lit. P. concluſ. 950. num. 1. & 6. Innocent. in cap. tum olim, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa in cap. 1. verb. prouiſionem, & cap. vt circa, ver. electiones, de electio. & ibi Dominicus, Imola, in cap. auditis, col. 3. de elect. Geminianus, conſ. 13. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, Syluestr. ver. elect. 2. q. 19. Sygiſmundus, de elect. dub. 139. num. 6. Cuchus, Inſtit. maior lib. 4. tit. de confirmat. & confirmatoris poteſtate n. 12. Felinus, in cap. cum te, num. 3. de reſcript. Rota, deciſ. 66. num. 6. coram Gregorio XV. Compoſt. in cap. cum inter Cano-*

te ad Priorem, Prouinc. & ex alia cauſa, ab illo ad Generalē, contra, ſcilicet ius commune, ſed à Patribus vocalibus localibus Domorum, erat neceſſario executioni demandanda forma d. c. quia propter, & c. 6. 25. ſeſſ. Trid. Concil. ergo ex nunc à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus, etiam obſeruanda huiuſmodi iurium Decreta Conciliaria in electione Superiorum locorum Regularium.

9 Secundo probatur, cū enim Conſtit. corrigere poſſint ius commune circa electionē, & circa formā ſeruandā, ita ſunt interpetrandæ, vt tantum corrigant circa electores, ſicut expreſſe faciunt, & non circa formam, vbi id expræſſa ab eis non habetur. ergo.

Tertio probatur, oīs interpetratio cū admittatur, vt euitetur iuris cōmunis correctio, c. cum dilectus de cōuerſ. & c. cum expediat, de elect. in 6. & maxime circa formam ſeruandam, quia eſt vera elect. ſubſtantia, in talibus enim forma eſt eſſe rei, l. ſi §. item ff. ad exhib. & alia iura bene deducta per Romanum conſ. 146. factum tale eſt de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, nu. 3. quoniam vt aſſerit Rolandus, vbi ſupra, num. 5. allegatus; conditiones ſtatutorum noluerunt in hoc caſu diſponere, ac ſtatuere contra ius commune, & adducit textum in. l. quod vero contra, ff. de legibus, & cōmunē DD. in l. ſi conſtāt. ff. de ſolut. matrim.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent noſtram aſſertionem in terminis, at reſoluit Rota deciſ. 65. n. 9. p. 1. in recent. gloſſa, in Clement. quia Regulares, verbo, Monaſt. de ſupplend. negli. prælat. Ioan. Andr. in regul. contra eum, in 6. Bertach in ſuo repert. ver. elect. à quibus, verſ. 3. Febn. in c. cum acceſſiſſet, n. 18. ff. de conſtitut. Selua. de beneſic. p. 3. qu. 49. Lambert. de iure patron. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & part. 1. art. 30. lib. 2. Rebuff. de nomin. q. 3. n. 21. Gratt. conſ. 1. nu. 31. & conſ. 2. n. 35. Achil. deciſ. 13. Abſurg. part. q. Gomez. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa, 46. n. 33. & multis allegatis Garc. de beneſic. p. 10. c. 3. n. 42. Nauar. lib. 1. cōſ. 3. tit. 8. de elect. in 2. edit. Rep. de mact. temp. c. 99. Sygiſ. dub. 7. n. 4. de elect. cap. 1. p. 1.*

CONCL. IV.

11 Electio quando, iuſtis de cauſis, per ſtatuta, & ordinationes regulares, eſt ad Generalem, vel Priorem Prouincialem, ac Diffinitores, deuolutam, opus eſt, vt tales ſuperiores maiores, omnino formam preſcriptā in c. quia propter de electio. in 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Trid. Concil. obſeruent, alias, ipſo iure eſt irrita, ac prorſus inualida electio, ab eis facta.

12 Ita per ſuam Bullā emanatā 1571. quæ incipit, paſtoralis officij Pius V. anno VI. ſui Papip. pro Fr. Min. de Obſ.

Aſſertio ſequitur à ſuperiori, & eiſdē probatur rationibus; cum clare conſtet forma tradita à dictis Conciliaribus Decretis, à quibus, huiuſmodi ſuperiores maiores nequeūt recedere; & inſuper nouiſſime à Clemente VIII. fuit denuò decretatum, pro Reformat. regul. num. 36. vt omnino obſeruetur præſcripta forma Tridentini Concilij, etiam à ſuperioribus; de quibus in concluſione, quando electio ad eos eſt deuoluta; id quod nuper à Paulo Quinto reualida-

Digitized by Google

lidatum fuit, vt videri poteſt apud Quarantã in Bullario, fac. mihi 422. hinc in Ordine Prædic. in Conſtitut. diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris litt. Q. verſ. quod ſi contingat. ad finem dicitur: ,, ſi in aliquo Conuentu non re- ,, periantur niſi duo legitime vocales, ,, tunc deuoluitur electio ad Prouinciales, qui de Concilio quatuor ad minus, grauiorum Patrum, maxima cũ conſideratione prouidere debebunt eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauantes, ſicut declaratũ Romæ, auctoritate Apoſtolica 1601. fuit.

DOCT. ALLEG.

13 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Nauarr. vbi ſupra Sygiſmundus, Ripa, in locis, nu. 9 relatis, Suarez tom. 1. de religio. tract. 3 lib. 2 cap. 12 num. 43. & communiter Canoniſtæ in cap. quia propter, de elect. in 6. Rota in Metenſi Monaſterij 5 Iulij 1621. coram Coccino Decano, Gloſſa in d. cap. quia propter verſ. vice omnium, & alij recentiores.*

CONCL. V.

14 Electio, quãdo ad Generalem, vel Prouincialem, aut Diffinitores eſt deuoluta, ac forma ſeruata, dictorum Conciliorum Decretorum, cum iis, qui ſunt vocandi de iure, ad talem prouiſionem per agendam, ſeu electionem, habent in tali caſu, ſimul, & ſemel, ius eligendi, atq; confirmandi.

15 Cuius eſt ratio, quoniam de natura, ac eſsẽtia prouiſionis eſt, quod cui ius eligendi ſuffragatur, ius quoque confirmandi habet; ſed in perſona Generalis, vel Prouincialis, aut Diffinitorum, cum aliis, de iure vocãdis, & interuenientibus, hę duæ poteſtates eligendi, ſcilicet, & confirmandi concurrunt eodem iure, ac officio, licet altera earum, ſit de iure deuoluto, verum confirmandi eſt de iure communi. ergo vera concluſio.

Maior docetur à Panormitano, in cap. ,, cauſam quæ num 6. verſ. 2. quæritur, ,, & in cap. ne pro defectu, num. 4. verſ. ,, nota vlt. de elect. & in c. dilectus filius, num 3. de conceſſ. præbend. vbi ,, etiam allegat Innocent. & Gloſſam, ,, inter Canonicos de elect. in Clemẽt. ,, ſi de beneficio, de prębend. & in cap. ,, cum veniſſent, de inſtit. & ab eadem ,, Gloſſa, vt circa, ver. electionis de electione in 6.

Minor vero, aſſeritur ab eod. Panorm. ,, in cap. Monach num. 10. per eũ text: ,, §. prioratus, de ſtatu Monach. & aliũ, ,, cum ad Monaſt. §. nec alicui, de ſtatu ,, Monachorum.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores, concluſionis 5 ſunt Baldus conſ. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, Tuſchus, lit. P. concluſ. 950. num. 1. & 6. Innocent. in cap. tum olim, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa in cap. 1. verb. prouiſionem, & cap. vt circa, ver. electiones, de electio. & ibi Dominicus, Imola, in cap. auditis, col. 3. de elect. Geminianus, conſ. 15. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, Syluestr. ver. elect. 2. q. 19. Sygiſmundus, de elect. dub. 119. num. 6. Cuchus, Inſtit. maior lib. 4. tit. de confirmat. & confirmatoris poteſtate n. 12. Felinus, in cap. cum ic, num. 3. de reſcript. Rota, deciſ. 66. num. 6. coram Gregorio XV. Compoſt. in cap. cum inter Ca-*

te ad Priorem, Prouinc. & ex alia cauſa, ab illo ad Generalē, contra, ſcilicet ius commune, ſed à Patribus vocalibus localibus Domorum, erat neceſſario executioni demandanda forma d. c. quia propter, & c. 6. 25. ſeſſ. Trid. Concil. ergo ex nunc à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus, etiam obſeruanda huiuſmodi iurium Decreta Conciliaria in electione Superiorum locorum Regularium.

9 Secundo probatur, cū enim Conſtit. corrigere poſſint ius commune circa electionē, & circa formā ſeruandā, ita ſunt interpetrandæ, vt tantum corrigant circa electores, ſicut expreſſe faciunt, & non circa formam, vbi id expræſſa ab eis non habetur. ergo.

Tertio probatur, oīs interpetratio cū admittatur, vt euitetur iuris cōmunis correctio, c. cum dilectus de cōuerſ. & c. cum expediat, de elect. in 6. & maxime circa formam ſeruandam, quia eſt vera elect. ſubſtantia, in talibus enim forma eſt eſſe rei, l. ſi §. item ff. ad exhib. & alia iura bene deducta per Romanum conſ. 146. factum tale eſt de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, nu. 3. quoniam vt aſſerit Rolandus, vbi ſupra, num. 5. allegatus; conditiones ſtatutorum noluerunt in hoc caſu diſponere, ac ſtatuere contra ius commune, & adducit textum in. l. quod vero contra, ff. de legibus, & cōmunē DD. in l. ſi conſtāt. ff. de ſolut. matrim.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent noſtram aſſertionem in terminis, at reſoluit Rota deciſ. 65. n. 9. p. 1. in recent. gloſſa, in Clement. quia Regulares, verbo, Monaſt. de ſupplend. negli. prælat. Ioan. Andr. in regul. contra eum, in 6. Bertach. in ſuo repert. ver. elect. à quibus, verſ. 3. Feben. in c. cum accessiſſet, n. 18. ff. de conſtitut. Selua. de beneſic. p. 3. qu. 49. Lambert. de iure patron. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & part. 1. art. 30. lib. 2. Rebuff. de nomin. q. 3. n. 21. Gatt. conſ. 1. nu. 31. & conſ. 2. n. 15. Achil. deciſ. 13. de iure patro. Gomez ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa 46. n. 33. & multis allegatis Garc. de beneſic. p. 10. c. 3. n. 42. Nauar. lib. 1. cōſ. 3. tit. 8. de elect. in 2. edit. Rip. de nōt. temp. c. 99. Sygiſ. dub. 7. n. 4. de elect. cap. 1. p. 1.*

CONCL. IV.

11 Electio quando, iuſtis de cauſis, per ſtatuta, & ordinationes regulares, eſt ad Generalem, vel Priorem Prouincialem, ac Diffinitores, deuolutum, opus eſt, vt tales ſuperiores maiores, omnino formam præſcriptā in c. quia propter de electio. in 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Trid. Concil. obſeruent, aliàs, ipſo iure eſt irrita, ac prorſus inualida electio, ab eis facta.

12 Ita per ſuam Bullā emanatā 1571. quæ incipit, paſtoralis officij Pius V. anno VI. ſui Papi. pro Fr. Min. de Obſ.

Aſſertio ſequitur à ſuperiori, & eiſdē probatur rationibus; cum clare conſtet forma tradita à dictis Conciliaribus Decretis, à quibus, huiuſmodi ſuperiores maiores nequeūt recedere; & inſuper nouiſſime à Clemente VIII. fuit denuò decretatum, pro Reformat. regul. num. 36. vt omnino obſeruetur præſcripta forma Tridentini Concilij, etiam à ſuperioribus, de quibus in concluſione, quando electio ad eos eſt deuoluta; id quod nuper à Paulo Quinto reualida-

lidatum fuit, vt videri poteſt apud
Quarantã in Bullario, fac. mihi 422.
hinc in Ordine Prædic. in Conſtitut.
diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris litt. O.
verſ. quod ſi contingat. ad finem di-
„ citur. ſi in aliquo Conuentu non re-
„ periantur niſi duo legitime vocales,
„ tunc deuoluitur electio ad Prouincia-
les, qui de Concilio quatuor ad mi-
nus, grauiorum Patrum, maxima cũ
conſideratione prouidere debebunt
eorumque conſcientias ſuper hoc
aggrauantes, ſicut declaratũ Romæ,
auctoritate Apoſtolica 1601. fuit.

DOCT. ALLEG.

13 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Nauarr. vbi ſupra Sygiſmundus, Ripa, in locis, nu. 9 relatis, Suarez tom. 1. de religio. tract. 3 lib. 2 cap. 12 num. 43. & communiter Canoniſtæ in cap. quia propter, de elect. in 6. Rota in Metenſi Monaſterij 5 Iulij 1621. coram Coccino Decano, Gloſſa in d. cap. quia propter verſ. vice omnium, & alij recentiores.*

CONCL. V.

14 Electio, quãdo ad Generalem, vel
Prouincialem, aut Diffinitores eſt
deuoluta, ac forma ſeruata, dictorum
Conciliorum Decretorum, cum ijs,
qui ſunt vocandi de iure, ad talem
prouiſionem per agendam, ſeu ele-
ctionem, habent in tali caſu, ſimul, &
ſemel, ius eligendi, atq; confirman-
di.

15 Cuius eſt ratio, quoniam de natu-
ra, ac eſsẽtia prouiſionis eſt, quod cui
ius eligendi ſuffragatur, ius quoque
confirmandi habet; ſed in perſona
Generalis, vel Prouincialis, aut Dif-
finitorum, cum alijs, de iure vocãdis,
& interuenientibus, hę duæ poteſta-
tes eligendi, ſcilicet, & confirmandi
concurrunt eodem iure, ac officio, li-
cet altera earum, ſit de iure deuolu-
to, verum confirmandi eſt de iure
communi. ergo vera concluſio.
Maior docetur à Panormitano, in cap.
„ cauſam quæ num 6. verſ. 2. quæritur,
„ & in cap. ne pro defectu, num. 4. ver.
„ nota vlt. de elect. & in c. dilectus fi-
„ lius, num 3. de conceſſ. præbend. vbi
„ etiam allegat Innocent. & Gloſſam,
„ inter Canonicos de elect. in Clemẽt.
„ ſi de beneficio, de prębend. & in cap.
„ cum veniſſent, de inſtit. & ab eadem
„ Gloſſa, vt circa, ver. electionis de ele-
„ ctione in 6.
Minor vero, aſſeritur ab eod. Panorm.
„ in cap. Monach. num. 10. per eũ text.
„ §. prioratus, de ſtatu Monach. & aliũ,
„ cum ad Monaſt. §. nec alicui, de ſtatu
„ Monachorum.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores, concluſionis, ſunt Baldus conſ. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, Tuſchus, lit. P. concluſ. 950. num. 1. & 6. Innocent. in cap. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa in cap. 1. verb. prouiſionem, & cap. vt circa, ver. electiones, de electio. & ibi Dominicus, Imola, in cap. auditis, col. 3. de elect. Geminianus, conſ. 15. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, Syluestr. ver. elect. 2. q. 19. Sygiſmundus, de elect. dub. 119. num. 6. Cuchus, Inſtit. maior lib. 4. tit. de confirmat. & confirmatoris poteſtate n. 12. Felinus, in cap. cum te, num. 3. de reſcript. Rota, deciſ. 66. num. 6. coram Gregorio XV. Compoſt. in cap. cum inter Ca-*

te ad Priorem, Prouinc. & ex alia cauſa, ab illo ad Generalē, contra, ſcilicet ius commune, ſed à Patribus vocalibus localibus Domorum, erat neceſſario executioni demandanda forma d. c. quia propter, & c. 6. 25. ſeſſ. Trid. Concil. ergo ex nunc à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus, etiam obſeruanda huiuſmodi iurium Decreta Conciliaria in electione Superiorum locorum Regularium.

9 Secundo probatur, cū enim Conſtit. corrigere poſſint ius commune circa electionē, & circa formā ſeruandā, ita ſunt interpetrandæ, vt tantum corrigant circa electores, ſicut expreſſe faciunt, & non circa formam, vbi id expræſſa ab eis non habetur. ergo.

Tertio probatur, oīs interpetratio cū admittatur, vt euitetur iuris cōmunis correctio, c. cum dilectus de cōuerſ. & c. cum expediat, de elect. in 6. & maxime circa formam ſeruandam, quia eſt vera elect. ſubſtantia, in talibus enim forma eſt eſſe rei, l. ſi §. item ff. ad exhib, & alia iura bene deducta per Romanum conſ. 146. factum tale eſt de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, nu. 3. quoniam vt aſſerit Rolandus, vbi ſupra, num. 5. allegatus; conditiones ſtatutorum noluerunt in hoc caſu diſponere, ac ſtatuere contra ius commune, & adducit textum in, l. quod vero contra, ff. de legibus, & cōmunē DD. in l. ſi conſtāt ff. de ſolut. matrim.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent noſtram aſſertionem in terminis, et reſoluit Rota deciſ. 65. n. 9. p. 1. in recent. gloſſa, in Clement. quia Regulares, verbo, Monaſt. de ſupplend. negli. prælat. Ioan. Andr. in regul. contra eum, in 6. Bertach. in ſuo repert. ver. elect. à quibus, verſ. 3. Febn. in c. cum accenſiſſet, n. 18. ff. de conſtitut. Selua. de beneſic. p. 3. qu. 49. Lambert. de iure patron. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & part. 1. art. 30. lib. 2. Rebuff. de nomin. q. 3. n. 21. Gratt. conſ. 1. nu. 31. & conſ. 2. n. 35. Achil. deciſ. 13. de iure patro. Gonz. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa 46. n. 33. & multis allegatis Garc. de beneſic. p. 10. c. 3. n. 42. Nauar. lib. 1. cōſ. 3. tit. 8. de elect. in 2. edit. Rip. de mot. temp. c. 99. Sygiſ. dub. 7. n. 4. de elect. cap. 1. p. 1.*

CONCL. IV.

11 Electio quando, iuſtis de cauſis, per ſtatuta, & ordinationes regulares, eſt ad Generalem, vel Priorem Prouincialem, ac Diffinitores, deuoluta, opus eſt, vt tales ſuperiores maiores, omnino formam præſcriptā in c. quia propter de electio. in 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Trid. Concil. obſeruent, alias, ipſo iure eſt irrita, ac prorſus inualida electio, ab eis facta.

12 Ita per ſuam Bullā emanatā 1571. quæ incipit, paſtoralis officij Pius V. anno VI. ſui Papi. pro Fr. Min. de Obſ.

Aſſertio ſequitur à ſuperiori, & eiſdē probatur rationibus; cum clare conſtet forma tradita à dictis Conciliaribus Decretis, à quibus, huiuſmodi ſuperiores maiores nequeūt recedere; & inſuper nouiſſime à Clemente VIII. fuit denuò decretatum, pro Reformat. regul. num. 36. vt omnino obſeruetur præſcripta forma Tridentini Concilij, etiam à ſuperioribus; de quibus in concluſione, quando electio ad eos eſt deuoluta; id quod nuper à Paulo Quinto reuali-

lida-

lidatum fuit, vt videri poteſt apud Quarantã in Bullario, fac. mihi 422. hinc in Ordine Prædic. in Conſtitut. diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris litt. O. verſ. quod ſi contingat. ad finem di- „ citur. ſi in aliquo Conuentu non re- „ periantur niſi duo legitime vocales, „ tunc deuoluitur electio ad Prouincia- les, qui de Concilio quatuor ad mi- nus, grauiorum Patrum, maxima cũ conſideratione prouidere debebunt eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauantes, ſicut declaratũ Romæ, auctoritate Apoſtolica 1601. fuit.

DOCT. ALLEG.

13 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Nauarr. vbi ſupra Sygiſmundus, Ripa, in locis, nu. 9 relatis, Suarez tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 2. cap. 12. num. 43. & communiter Canoniſta in cap. quia propter, de elect. in 6. Rota in Metenſi Monaſterij 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, Gloſſa in d. cap. quia propter verſ. vice omnium, & alij recentiores.*

CONCL. V.

14 Electio, quãdo ad Generalem, vel Prouincialem, aut Diffinitores eſt deuoluta, ac forma ſeruata, dictorum Conciliorum Decretorum, cum iis, qui ſunt vocandi de iure, ad talem prouiſionem per agendam, ſeu electionem, habent in tali caſu, ſimul, & ſemel, ius eligendi, atq; confirmandi.

15 Cuius eſt ratio, quoniam de natura, ac eſsẽtia prouiſionis eſt, quod cui ius eligendi ſuffragatur, ius quoque confirmandi habet; ſed in perſona Generalis, vel Prouincialis, aut Diffinitorum, cum alijs, de iure vocãdis, & interuenientibus, hę duæ poteſtates eligendi, ſcilicet, & confirmandi concurrunt eodem iure, ac officio, licet altera earum, ſit de iure deuoluto, verum confirmandi eſt de iure communi. ergo vera concluſio.

Maior docetur à Panormitano, in cap. „ cauſam quæ num 6. verſ. 2. quæritur, „ & in cap. ne pro defectu, num. 4. verſ. „ nota vlt. de elect. & in c. dilectus fi- „ lius, num 3. de conceſſ. præbend. vbi „ etiam allegat Innocent. & Gloſſam, „ inter Canonicos de elect. in Clemẽt. „ ſi de beneficio, de prębend. & in cap. „ cum veniſſent, de inſtit. & ab eadem „ Gloſſa, vt circa, ver. electionis de ele- „ ctione in 6.

Minor vero, aſſeritur ab eod. Panorm. „ in cap. Monach. num. 10. per eũ text. „ §. prioratus, de ſtatu Monach. & aliũ, „ cum ad Monaſt. §. nec alicui, de ſtatu „ Monachorum.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores, concluſionis ſunt Baldus conſ. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, Tuſchus, lit. P. concluſ. 950. num. 1. & 6. Innocent. in cap. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa in cap. 1. verb. prouiſionem, & cap. vt circa, ver. electiones, de electio. & ibi Dominicus, Imola, in cap. auditis, col. 3. de elect. Geminianus, conſ. 15. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, Syluestr. ver. elect. 2. q. 19. Sygiſmundus, de elect. dub. 119. num. 6. Cuchus, Inſtit. maior lib. 4. tit. de confirmat. & confirmatoris poteſtate n. 12. Felinus, in cap. cum te, num. 3. de reſcript. Rota, deciſ. 66. num. 6. coram Gregorio XV. Compoſt. in cap. cum inter Ca-*

CONCL. IV.

6 Conſuetudo, ſi quę ſit in cęteris Religionibus, non ſolum in electionibus Generalium, Prouincialium, Abbatuum, & Superiorum localium, iuxtà d.cap.qui propter,& cap.6.ſeſſ.25.Concil.Trid. verum etiam in electionibus,exempli gratia procurator. Ordinis, Diffinitorum,Diſcretorum, ſeu Sociorum, vel electorum, obſeruari debetur.

Probatur,quia eſt conformis, iuri cap. quia propter de elect in 6. & Decreto,d.cap.6.ſeſſ.25.Concil.Trid. vbi „ exprȩſſe habetur, quod in electione „ quorumcunque Abbatuum temporalium,& aliorum officialium regul. Quibus verbis, clarè inſinuatur,præter maiores, & minores Prælatos, eſſe etiam eligendos per ſchedulas, officiales præcipuos,nempè,Procuratores Ordinum, Diffinitores, electores Priorum Prouincialium, ſeu Socios, vel Diſcretos.

DOCT. ALLEG.

7 *Placet noſtra concluſio Boicha, in d. cap.quia propter.n.3.Mandagot.in tract. de elect.cap.21.Oldrado conſ.146.nu.3. Rota,in d.Metenſi Monaſterij, §. neque ſuſtinetur,Cucho inſtit.maior lib.4. tit. de ele. n.280.Syg.du.7.n.6.de elec.c.1.p.1.*

Ità namq; de conſuetudine ſeruatur d. decretalis,c.quia propter de elect. & Concil. Conſtit.Trid.relata,in elect. Diffinitorum,apud Congreg. D.Bernardi in Italia, Monachorum Ordin. Ciſtercienſ.regularis obſeru.vt videri eſt in Bulla Greg.XIII. incipit Romanus Pontifex,§.8.ædita 1578.23. Maij, & apud Cõgreg. Caſſinenſem D.Benedicti,vt conſtat ex Bulla Pauli V.incipit. Cum ſicut accepimus, §.9.ędita,1607.6.Aprilis.

CONTROVER. XIII.

An Regularium Generales,Prouinciales,ac Diffinitores, teneantur ad obſeruantiam formę, c. quia propter,de elect.& c.6.ſeſſ.25.Trid.Conc.in prouiſione Priorũ, Guardianorũ,ac Abbatuum; ſuppoſito,celebrandam eſſe ab ipſis huiuſmodi elect. ſeu prouiſionẽ ;ex vi Statutorum ſui Ord.

CONCLVSIO I.

1 IN electionibus,abſolute,ac ſimpliciter, loquendo, omnia, quæ de ſubſtantia,& forma requiruntur,proportionabiler, in prouiſionibus exiguntur.

2 Probatur,texte illa celebri glo. in c. ſi poſtquã, verb. prouiſione,de elect. in 6 vbi dicitur. Cum quotidie iura parificent electionem, & prouiſionẽ, cap.ſtatuimus, capit.vt circa,capit.ſi poſtquam § final.ſi compromiſſarius, cap. conſtitutio, & cap. procurator, de electione in 6. & in Clementina

con-

conſtitutionem, eod. tit. quid iuris eſt de vno, eſt quoque de alio.

3 Probatur, quoniam licet in odioſis, verbum, prouiſio, ſit interpetrandũ, vt ſupra non includat electionem, cap. cum illis §. illis vero, de præbẽd. in 6. attamen, in fauorabilibus, compræhendit etiam electionem, quoniã tunc continet omnem modum, per quem Eccleſijs prouidetur.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic aſſertio explicata, docetur à Panor. in Clement. de elect. n. 1. & cap. cum illis, § illis vero, de præbend. in 6. Francho, in Clement. 1 n. 6. & 7. de elect. Coſma, in pragmat. ſanctiones tit. de reſeruat. verbo, diſpoſitionem, Felino in cap. in noſtra, nu. 28. ad finem de reſcript. & nouiſſime, multis relatis à Garcia de benefic. p. 1. c. 6. n. 33 à Gemin. in cap. 1 n. 10. à dicto Francho de elect. in 6 gloſſa, in Clement. final. verbo, prouiſioni, de elect. in 6. Apoſtillatore ad Panor. in rubrica de poſtul. prælat. lit. B. Rota deciſ. 141. n. 2 in fine, p. 1 in recent. deciſ. 791. n. 6. p. 1. diuerſ.*

CONCL. II.

5 Statutum correctorium iuris communis, in dubijs, & in non expræſſis, neceſſariò recipit interpetrationem, declarationem, & reſtrictionem, à iure communi.

Probatur, nam ſtatutum correctorium tantum corrigit, quantum loquitur, l. ſi vero, §. de vico ff. ſol. matr. & ideo ſtatuta regul. de quibus eſt in præſẽtiarum ſermo, ſunt interpetranda, vt ſcilicet vnũ tantum operentur cõtra ius cõmune, vbi duo operari poſſent,

DOCT. ALLEG.

6 *Sunt huius aſſertionis Doctores, Decius, conſ. 333. n. 3. verſ. quibus tamen, et conſ. 669. n. 6. Pariſ. conſ. 12. n. 44. lib. 4. Bart. Alex. & alij in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falcidiam, Roland. conſ. 72. n. 34. lib. 3. Rota, deciſ. 853. n. 68. p. 4. diuerſ. & deciſ. 398. n. 4. coram Greg. XV. & deciſ. 432. n. 10. p. 1. diuerſ. & deciſ. 724. nu. 16. p. 1. diuerſ. vbi de communi, Romanus, conſ. 190. n. 7. & 199. nu. 7. Mareſc. lib. 2. var. reſolut. c. 29. n. 13. & c. 80. n. 12. Butrius, in c. cum dilecti, de donat. Grat. conſ. 45. col. 1. lib. 1. & conſ. 46. n. 7. Gozzadinus conſ. 120. n. 19. Tiraquellus de retractat. Lignanus, §. 1. gloſſa vnic. n. 4. & alij.*

CONCL. III.

7 Licet, namque ſtatuta, ſeu conſtit. Regul. de quibus in titulo Controu. ſint iuris communis correctoriæ, dum ſcilicet ab electoribus Conuentuum, electionem auferunt Priorum, putà, Guardianorum, Abbatuum, & ſimilium Superiorum, & eam preſtãt, Generalibus, Prouincialibus, ac Diffinitoribus, attamen ab eiſdẽ fieri debere electionem, cum eiſdem qualitatibus cũ quibus fieri debet à principio nimirum, iuxta formam, cap. quia propter, de elect. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. à Trident. Concilio præſcriptam, aliàs huiuſmodi electio eſt irrita, & nullius momenti.

8 Primo probatur, nam Conſtit. exẽpli gratia in Ord. Prædic. electio Priorum ſpectat ad Patres Cõuent. de iure, ex aliqua autẽ ſuperueniente cauſa, per accidẽs deuoluitur immedia-

te ad Priorem, Prouinc. & ex illa cauſa, ab illo ad Generalē, contra, ſcilicet ius commune, ſed à Patribus vocalibus localibus Domorum, erat neceſſario executioni demandanda forma d. c. quia propter, & c. 6. 25. ſeſſ. Trid. Concil. ergo ex nunc à Generali, vel Prouinciali, & Diffinitoribus, etiam obſeruanda huiuſmodi iurium Decreta Conciliaria in electione Superiorum locorum Regularium.

9 Secundo probatur, cū enim Conſtit. corrigere poſſint ius commune circa electionē, & circa formā ſeruandā, ita ſunt interpretandæ, vt tantum corrigant circa electores, ſicut expreſſe faciunt, & non circa formam, vbi id expreſſa ab eis non habetur. ergo.

Tertio probatur, oīs interpretatio cū admittatur, vt euitetur iuris cōmunis correctio, c. cum dilectus de cōuerſ. & c. cum expediat, de elect. in 6. & maxime circa formam ſeruandam, quia eſt vera elect. ſubſtantia, in talibus enim forma eſt eſſe rei, l. ſi §. item ff. ad exhib. & alia iura bene deducta per Romanum conſ. 146. factum tale eſt de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, nu. 3. quoniam vt aſſerit Rolandus, vbi ſupra, num. 5. allegatus; conditiones ſtatutorum noluerunt in hoc caſu diſponere, ac ſtatuere contra ius commune, & adducit textum in. l. quod vero contra, ff. de legibus, & cōmunē DD. in l. ſi conſtāt ff. de ſolut. matrim.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent noſtram aſſertionem in terminis, ac reſoluit Rota deciſ. 65. n. 9. p. 1. in recent. gloſſa, in Clement. quia Regulares, verbo, Monaſt. de ſupplend. negli. prælat. Ioan. Andr. in regul. contra eum, in 6. Bertach in ſuo repert. ver. elect. à quibus, verſ. 3. Febn. in c. cum accenſiſſet, n. 18. ff. de conſtitut. Selua. de beneſic. p. 3. qu. 49. Lambert. de iure patron. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & part. 1. art. 30. lib. 2. Rebuff. de nomin. q. 3. n. 21. Gatt. conſ. 1. nu. 31. & conſ. 2. n. 35. Achil. deciſ. 13. de iure patro. Gomez. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa 46. n. 33. & multis allegatis Garc. de beneſic. p. 10. c. 3. n. 42. Nauar. lib. 1. cōſ. 3. tit. 8. de elect. in 2. edit. Rep. de mor. temp. c. 99. Sygiſ. dub. 7. n. 4. de elect. cap. 1. p. 1.*

CONCL. IV.

11 Electio quando, iuſtis de cauſis, per ſtatuta, & ordinationes regulares, eſt ad Generalem, vel Priorem Prouincialem, ac Diffinitores, deuolutam, opus eſt, vt tales ſuperiores maiores, omnino formam præſcriptā in c. quia propter de electio. in 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Trid. Concil. obſeruent, aliàs, ipſo iure eſt irrita, & prorſus inualida electio, ab eis facta.

12 Ita per ſuam Bullā emanatā 1571. quæ incipit, paſtoralis officij Pius V. anno VI. ſui Papi pro Fr. Min. de Obſ.

Aſſertio ſequitur à ſuperiori, & eiſdē probatur rationibus, cum clare conſtet forma tradita à dictis Conciliaribus Decretis, à quibus, huiuſmodi ſuperiores maiores nequeūt recedere; & inſuper nouiſſime à Clemente VIII. fuit denuò decretatum, pro Reformat. regul. num. 36. vt omnino obſeruetur præſcripta forma Tridentini Concilij, etiam à ſuperioribus, de quibus in concluſione, quando electio ad eos eſt deuoluta; id quod nuper à Paulo Quinto reualida-

lidatum fuit, vt videri poteſt apud Quarantã in Bullario, fac. mihi 422. hinc in Ordine Prædic. in Conſtitut. diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris litt. O. verſ. quod ſi contingat. ad finem di-
„ citur, ſi in aliquo Conuentu non re-
„ periantur niſi duo legitime vocales,
„ tunc deuoluitur electio ad Prouincia-
les, qui de Concilio quatuor ad minus, grauiorum Patrum, maxima cũ conſideratione prouidere debebunt eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauantes, ſicut declaratũ Romæ, auctoritate Apoſtolica 1601. fuit.

DOCT. ALLEG.

13 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Nauarr. vbi ſupra Sygiſmundus, Ripa, in locis, nu. 9 relatis, Suarez tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 2 cap. 12 num. 43. & communiter Canoniſtæ in cap. quia propter, de elect. in 6. Rota in Metenſi Monaſterij 5 Iulij 1621 coram Coccino Decano, Gloſſa in d. cap. quia propter verſ. vice omnium, & alij recentiores.*

CONCL. V.

14 Electio, quãdo ad Generalem, vel Prouincialem, aut Diffinitores eſt deuoluta, ac forma ſeruata, dictorum Conciliorum Decretorum, cum iis, qui ſunt vocandi de iure, ad talem prouiſionem per agendam, ſeu electionem, habent in tali caſu, ſimul, & ſemel, ius eligendi, atq; confirmandi.

15 Cuius eſt ratio, quoniam de natura, ac eſsẽtia prouiſionis eſt, quod cui ius eligendi ſuffragatur, ius quoque confirmandi habet; ſed in perſona Generalis, vel Prouincialis, aut Diffinitorum, cum alijs, de iure vocãdis, & interuenientibus, hę duæ poteſtates eligendi, ſcilicet, & confirmandi concurrunt eodem iure, ac officio, licet altera earum, ſit de iure deuoluto, verum confirmandi eſt de iure communi. ergo vera concluſio.

Maior docetur à Panormitano, in cap.
„ cauſam quæ num 6. verſ. 2. quæritur,
„ & in cap. ne pro defectu, num. 4. verſ.
„ nota vlt. de elect. & in c. dilectus fi-
„ lius, num 3. de conceſſ. præbend. vbi
„ etiam allegat Innocent. & Gloſſam,
„ inter Canonicos de elect. in Clemẽt.
„ ſi de beneficio, de prębend. & in cap.
„ cum veniſſent, de inſtit. & ab eadem
„ Gloſſa, vt circa, ver. electionis de ele-
„ ctione in 6.

Minor vero, aſſeritur ab eod. Panorm.
„ in cap. Monach num. 10. per eũ text.
„ §. prioratus, de ſtatu Monach. & aliſi,
„ cum ad Monaſt. §. nec alicui, de ſtatu
„ Monachorum.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores, concluſionis, ſunt Baldus conſ. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, Tuſchus, lit. P. concluſ. 950. num. 1. & 6. Innocent. in cap. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa in cap. 1. verb. prouiſionem, & cap. vt circa, ver. electiones, de electio. & ibi Dominicus, Imola, in cap. auditis, col. 3. de elect. Geminianus, conſ. 15. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, Syluestr. ver. elect. 2. q. 19. Sygiſmundus, de elect. dub. 119. num. 6. Cuchus, Inſtit. maior lib. 4. tit. de confirmat. & confirmatoris poteſtate n. 12. Felinus, in cap. cum tc, num. 3. de reſcript. Rota, deciſ. 66. num. 6. coram Gregorio XV. Compoſt. in cap. cum inter Cano-*

nonicos de elect. Toloſ.in tit. de elect. cap. 19 num. 5. & al j.

ADICTIO.

17 Quare ſtandū eſt, in diſpoſitione d.c. quia propter, de elect. in 6. vt expreſſe ſancitum eſt, in Concilio generali Lateran. vlt. ſub Leone X, celebrato, ſeſſ. 11. fol. mihi 167. col. 2. circa med. tom. 5. Venetijs impreſſ. vbi ſic dicitur.

Per præmiſſa, tamen non intendimus „in aliquo præiudicare Capitulis Ec„cleſiarum, Conuentibus, Monaſte„riorum, & Prioratuū, huiuſmodi pri„uilegia à Sede Apoſtolica proprium „eligendi Prælatum obtinētium, quo„minus ad electionem Epiſcoporum, „ac Abbatuum, & Priorum, iuxta pri„uilegia eis conceſſa, liberè procede„re poſſint, iuxta formam in eorum „priuilegijs contentam, & ſi in eorum „priuilegijs forma aliqua expræſſa nō „fuerit, tunc Concilij generalis, cap. „quia propter, ſeruare teneantur.

CONTROVER. XIV.

An Regularium ſuperiorum localium, electio, ſeu prouiſio valida ſit, nō celebrata ſecretò, ſed palam, vt vnuſquiſque aure aliorum vota percipiat, à Generali, vel Prouinciali, cū Diffinitoribus, non ſeruata forma, ordinationum, ſeu ſtatutorū, propriæ Relig. in quibus cauetur, vt huiuſmodi prouiſio, ſeu electio fiat à Superioribus maioribus, per ſcrutinium ſecretum, vel per ſchedulam habeatur.

CONCLVSIO I.

1 Electio, ſeu prouiſio Superioris localis Regularis, ſi Generalis, aut Prouincialis, & Diffinitores, cā non celebrant ſecreto, ſed palam, vt vnuſquiſque aure vota aliorum percipiat, eſt ipſo iure nulla, atque irrita, tam de iure, quam de conſuetudine.

2 Probatur, quod ſit nulla de iure: nam, Decretum irritans habetur pro expræſſo in conſtitutionibus, ſeu ſtatutis Regularibus, cum per prius id inductum fuerit à iure communi, videlicet, à Decreto Conciliari Tridē„tino, cap. 6. ſeſſ. 25. de regul. vbi, „quo omnia ſine vlla fraude fiant, di„ſtricte præcipitur, vt omnes Supe„riores Regularium elegi debeāt per „vota ſecreta, itaut ſingulorum eligē„tium nomina, numquam publicen„tur, & poſt pauca ſubditur: Si vero „contra huius Decreti Conſtitutionē „aliquis electus fuerit, electio irrita ſit. Cum ergo Conſtitutiones Regulares loquantur in eodem caſu, eo ipſo, quo deficit ſecretum, quod requirit

in

in prouiſione, ſeu electione Superiorum localium, ſtatim intrat nullitas inducta à Tridentino Concilio.

Probatur de conſuetudine, quia dictũ Decretum irritans tollit, etiam conſuetudinem, vt Controuerſia octaua, num. 3 concluſione ſecunda, liquido probauimus; ne dum in præteritum, ſed in futurum. Atque nullum priuilegium Regularibus, in hoc etiam, ſuffragatur, vt diximus.

DOCT. ALLEG.

3 *In terminis aſſerit noſtram concluſionem; Nauarrus, lib. 1. conſ. 2. num. 4. de elect. in antiquis, & conſ. 8. n. 2. nod. tit. in noua edit. Rom. de volt. temp. cap. 99. Sygiſmundus, dub. 8. de elect. n. 1. cap. 3. & alij recentiores allegandi.*

CONCL. II.

4 Secluſo Conciliari Tridentino Decreto, poteſt Generalis, ſiue Prouincialis, ac Diffinitores eligere inferiores Prælatos locales palam, & non ſecreto, vt vnuſquiſque aliorum vota audiſſet, ac præcipuè, quando omnes conſentiunt, nemine prorſus diſcrepante.

Probatur, nam in tali facto ceſſarent deceptiones, ad quas euitandas, ius poſitiuum adinuenit ſolemnitates: vnde de illarum defectu, in præſenti caſu non eſſet curandum.

DOCT. ALLEG.

5 *Docent noſtram concluſionem. Innoc. in cap. quod ſicut de elect. Panorm. in cap. quia plerique num. 3. de immunit. Eccleſiæ, Iaſon in, l. nemo poteſt in, 2. lect. col. 15. verſ. pro parte negatiua, de legat. 1. Felin. in cap. 1. col. 18. verſ. fallit 6. de conſtit. Syluestr. ver. elect. 1. qu. 10. Biax in ſuo directorio elect. part. 3. capit. 20. Sygiſmundus, vbi ſupra numero 9. & 10. & alij.*

CONCL. III.

6 In præſentiarum, quod dicimus de prouiſione, idem aſſerimus de electione; iuxta mentem Trid. Concilij, cap. 6. ſeſſ. 25. de Regularibus, nempe per agenda, à Superioribus maioribus, in prouiſione localium Superiorum Regularium.

Probatur, nam verbum, prouiſio in fauorabilibus, etiam electionem comprehẽdit, vt in ſuperioribus diximus: ſed ſtatutum, ſeu conſtitutiones, quæ ſunt emanatæ ad obuiandum fraudibus, etiam fauorabiles, ac late interpretandę. ergo quod dicitur de prouiſione in terminis de dicto Decreto Concil. Trid. emanato ad obuiandũ fraudibus, proportionabiliter poteſt, de electione dici.

7 Et non ſolum in terminis de dicto Decreto, ſeu de ſecreto in electionibus habendo, verum, & in terminis, de quacumque alia ſolemnitate, quæ requiratur pro forma in electionibus, poteſt, & proportionabiliter de prouiſionibus, & è contra, intelligi: quoniam, teſte illa celebri Gloſſa, in cap. poſtquam, verb. prouiſione, in 6. de electione, communiter approbata; cum videamus quotidie, iura parificare electionem, & prouiſionem, cap. ſtatuimus, cap. vt circa, cap. ſi poſtquã capit. ſi compromiſſarius, de elect. in 6. quid

6. quid iuris de vno, & de alio eſt.

DOCT. ALLEG.

8 *Amplectuntur noſtram aſſertionem Rota, deciſ. 327. num. 5. coram Gregorio XV. afferens text. in l. 1. §. pecuniam; ff. de calumnia, cap. quanto de priuileg. cap. ſi ciuitas, de ſententia excommun. in 6. Decius conſ. 5. in fine Aymon, conſ. 118. nu. 11. Sygiſmundus, n. 11. et 12. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. IV.

9 Statuti, ſeu conſtitutionis forma nequit per equipollens ad impleri, vbi adeſt expræſſe decretum irritans. Ratio eſt, quia vbi eſt decretum illud appoſitum, magis attenditur forma legis, quam ratio legis. ergo.

DOCT. ALLEG.

10 *Eſt concluſio cum ſua probatione, Baldi in l. 1. de lib. & poſthum. quem ibi omnes ſequuntur, & præſertim Iaſon, nu. 1. Alexand. in fin. n. 3. de procurator. Pariſius, conſ. 19. n. 187. lib. 2. Aldobrandinus, conſ. 92. num. 27. Felinus, in cap. cum cauſa, n. 21. de re iudic. vbi Apoſtillat. multos allegat, & ita poſt Aretin. & Tiraqu. quos refert, & firmat Rotæ deciſ. 245. n. 1. p. 1. & deciſ. 224. p. 4. diuerſ. & fuit tentum in vna Toletana profeſſio 27. Februarij 1595. Sygiſmundus, vbi ſupra num. 12.*

Et hinc fit, in tali caſu, non eſſe neceſſe, vt Statutum habeat clauſulam annullatiuã, vel verba prohibẽtia, ex quo id fuit inductum à iure communi, à quo Statuta ſemper recipiunt interpetrationem paſſiuam;

vt in ſuperiori Controuerſia diximus. Ita Boerius, q. 24. n. 3. ver. cum ergo forma, quem allegat, et ſequitur Mareſcottus lib. 2. var. reſol. cap. 29. n. 13. & 14.

CONCL. V.

11 Statuti forma ad impleri per equipollens poteſt, quando nimirum, cõtinet Decretum irritans, tacitè: ſicut etiam, idem iuris eſt, quando nec expreſſe, nec tacite, continet.

Pars prima probatur, quoniam ſi aliquid exempli gratia fieri mãdet, adhibens verba negatiua; ſed vlterius non annullet; tunc etſi verba negatiua inducat formam, & nullitatẽ actus, attamen, quoniam talis forma, tacite colligitur; poteſt per equipollens ad impleri, vt poſt Alexandrum, vbi ſupra, & alios, docet Felinus, in cap. cũ dilecta, numer. 16. in vndecima ampliatione, de reſcript. quem ſequitur Mareſcottus, cap. 38. num. 13.

Secunda vero pars probatur, nam licet ſtatuti forma, ad certum effectum, requiratur: ſi tamen ille effectus aliũde habeatur per equipollens, poteſt & per illud adimpleri; cum in hoc caſu non curetur de modo, ſed de effectu.

DOCT. ALLEG.

12 *Allegatur pro hac noſtra aſſertione, cum ſuis probationibus: preter Doctores in prima probatione relatos, l. ſi quis, mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, & ibi Baldus, n. 2. ff. de acquirend. hæredit. l. fin. §. mand. Iaſon, in l. 1. n. 5. ff. de lib. & poſth. Rota, deciſ. 1413. n. 3. coram Card. Seraphino, allegans Caſſador. deciſ. 26. ſuper regul.*

regul. Sygiſmundus, num. 3. 4. vbi ſupra, & alij.

CONCL. VI.

13 Statuti forma, vbi non ad impletur per equipollens, actus eſt ipſo iure nullus, licet ſtatuta procedant per verba imperatiua ſolum, & non negatiua.

Primo probatur, nam quando aliquid requiritur in ipſo actu; tunc ſi illud non ſeruatur, actus eſt nullus ipſo iure, etiam quod ſtatutum vltra non procedat, annullando. ergo.

Secundo, quia ſtatuta habent perpetuã cauſam prohibitionis; ſunt enim condita ad obuiandum falſitatibus, & fraudibus, & vt erroris cauſa tollatur, ergo ſolemnitatis omiſſio reddit actum nullum, ipſo iure, licet ſtatuta non habeant clauſulam annullatiuam.

Tertio, ſtatuta quamuis non procedãt per modum prohibitionis, tamen idem eſt virtualiter, quando per verba imperatiua diſponunt.

DOCT. ALLEG.

14 *Sunt docentes hanc noſtram aſſertionem, Bart. in l. vniuerſa, & ibi Iaſ. vbi de commun. n. 8. dicens in toto mundo, hanc ſententiã eſſe receptam, C. de precib. imper. offer. Rom. conſ. 203. n. 2. Panor. in c. 2. n. 5. verſ. ſcire enim debes, & ibi Felin. col. 2. verſ. 3. nota. de teſtibus, vbi inquit, ſtatutum dici prohibitiuum non ſolum ſi apponatur verbum negatiuum; ſed etiam ſi in contractu, mandetur, aliquam ſolemnitatẽ obſeruari, quia videtur prohibitus actus, illa ſolemnitate non ſeruata. Immo, ſi ſtatutum deſideret aliquam qualitatem in contractu, quæ inter alias de iure communi neceſſaria non eſt, vtique eam pro forma requirere videtur, etiam ſi ipſummet ſtatutum loquatur, per verba affirmatiua, nec procedat vlterius annullando. Anchar. conſ. 36. n. 1. Aymon. conſ. 182. n. 10. Socin. iun. conſ. 37. n. 6. lib. 2. vnde merito, & ſolemnitate non cõcurrente, actus ipſe defectu formæ, ſuſtineri non poteſt, vulg. l. cum hi, §. preter. ff. de tranſactione, cum alijs per Alex. conſ. 137. n. 15. lib. 2. Rota, deciſ. 15. n. 3. p. 2. in recent. & alij.*

DISPVTATIO II.

De electorum, ſeu vocalium conuocatione.

CONTROVERSIA PRIMA.

An ad canonicam elect. vt canonicè celebretur nonnulla neceſſariò requirantur, quę electio. formam præcedant, aliàs, inanis, ac irrita, electio ſit.

CONCL. I.

1 PRiuſquam ad canonicam electionem celebrandā canonicè, perueniatur, neceſſariò exigitur abſentium vocatio, diei aſſignatio, electorum abſentium expectatio, ſeu eorum procuratorum, quæ omnia, ſi omiſſa fuerint, faciunt, vt nulla declaretur electio, ſed non irritam faciunt.

2 Concluſio conſtat ex cap. quod ſicut, §. ſi autem, de electio. in 6. & alia ſunt iura, hoc idem probantia.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent omnes Doctores in d. cap. quod ſicut, §. ſi autem, de elect. in 6. Abbas, antiquus, in cap. quia propter, n. 17. de elect. in 6. cum cæteris nominalibus Doctoribus de communi.*

CONCL. II.

4 Die veniente, ab illo ſunt electores vocandi, qui de iure, ſeu conſuetudine, congregare habet, ac eo deficiente, ab eo, qui eſt antiquior in Capitulo, & ſolito more, ad ſonum campanæ, ac in ſolito loco; aliàs, geſta Capitularia, nulla ſunt, & vana.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita docent Bart. in l. 2. C. de decurionibus, lib. 10. Bertach. in p. 1. de Gabellis, n. 18. Megala, p. 2. lib. 2. cap. 17. q. 3. num. 36. & to. 1. promptuarij, ver. capitulum, n. 4. & cæteri nominales.*

CONCL. III.

6 Electores, qui electioni minime interfuere, retractari valēt, quando nec cāpana pulſata fuit, nec ad locū talem vocati fuere, niſi notorium, & verum eſſet, quod omnes, qui vocandi ſunt, Capitulum ſciunt, locum, ac horam electionis celebrandæ.

7 Probatur, quia tunc contemptus ratio ceſſaret; nam per certam ſcientiam prædictorum, tacite vocati cenſentur; ac taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, vt vulgatis iuribus conſtat, & quando vocationis effectum habemus, qui sūt vocandi, prædicta ſciāt, non

non eſt curandum de modo, quo vocati fuere, iuxta vulgata iura.

DOCT. ALLEG.

8 *Doct. Abbas, in cap. bonę memoriæ, n. 10. & ibi Doctores, il. 2. & cap. quia propter, & cap. quod ſicut, de elect. in 6. & alij relati, cum alijs nominatis.*

CONCL. IV.

9 In Prælatorum Regularium electione, ante omnia ſunt Conſtitutiones prælegendæ, de qualitate, & requiſitis eligendorum, & his præhabitis, electores omnes iurare debent ſecundum veritatem vniuſcuiuſque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos ſe electuros eſſe.

10 Ita ſanciuit Clemens VIII. in decreto ſuo, pro Regularium Reform. §. 23. quod incipit, in ſuperiorum, &c. cuius verba, infrà, ſuo loco recitabimus, & eſt tom. 3. Bullarij in ordine eius Conſtit. 60. Bulla, fol. 80. & hoc decretum à Paulo Quinto, confirmatũ fuit, ac nouiſſimè ab Vrbano VIII. ſtrictius innouatũ, & corroboratũ; cum clauſulis generalibus reuocãtib. omnes conceſſiones præteritas, ſub quacumque exquiſitiſſima forma conceſſas. Ita ut, à præfato iuramento præſtãdo, electores Regulares, haud, immunes ſunt, cuiuſuis ordinis, ac inſtituti, vt videri libet, in eius Bulla 26. ſub titulo de Regularibus Apoſtatis, & eiectis, ac de innouatione, &c. quę reperitur tom. 4. Bullarij, fol. 167. & fuit Romæ 1624. 21. Septembris data, ac poſtea publicata, 26. die Octobris, eiuſdem anni, & ſui Papatus, anno II. De huius iuramenti obligatione erit ſermo in alio loco.

CONCL. V.

11 Elector, quando per procuratorem electionem facit, ſi mandãti præcipit, vt certa perſona, ſecundum eius voluntatem eligat, ipſe elector mandans iurare tenetur, iuxta Conſtitutionem Clementis Octaui, Pauli V. & Vrbani Octaui confirmatam, de probiore eligendo, ac idoniore; & quando procurator eligitur, abſque tali ſpeciali mandato, tunc ipſemet procurator tenetur, prædictum iuramentum præſtare.

CONCL. VI.

12 In præfato iuramento præſtando, electores Regulares cuncti ſciant, quę in Conſtitut. Clementis Octaui, §. 22. & §. 35. Bullæ Vrbani Octaui, dicuntur, ſunt hęc verbotenus.

13 Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur; Caueant omnes „ à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuf„fragiorum, procuratione, tam prò ſe „ ipſis, quam prò alijs, tàm in Capitu„lo locorum, tàm in cæteris, præſer„tim generalibus Capitulis. aut Con„gregationibus, ſeu alibi. Quicumq; „ ſecus fecerint, pręter alias pœnas, & „ cenſuras hactenus, contra huiuſmodi „ ambientes inflictas, quas in ſuo robo„re permanere volumus, in pœnas pri„uationis officiorum, quæ obtinent, „ eo ipſo incidant, & ad futura quæcũ„que pariter inhabiles habeantur, ſu„per quo, cum eis diſpenſari à nemi-

ne

„ ne poſſit, niſi à nobis, vel à ſucceſſo-
„ ribus noſtris, & pro qualitate culpa-
„ rum, grauius etiam plectantur. Porrò
„ ſupradictas omnes pœnas ad com-
„ plices, & ſimpliciter ſcientes, & non
„ reuelantes, extendimus. ſatis Vrba-
„ nus Octauus, in illius extrauaganti
„ Conſtitutione.

CONCL. VII.

14 Omiſſio vnius, vel ſingulorum, aut omnium præambulorum relatorum, ante electionem, agendorum, electionem non vitiat, nec nullam reddit, ſi aliàs, electio ſit celebrata cũ ſubſtantialibus omnibus ſuis requiſitis, iuſtà iura canonica antiqua, & Trident. Concil. cap. 6 ſeſſ. 25.

15 Cuius eſt ratio, quia ſunt eius accidẽtia, tum quoniam ſunt actus præcij, tum quoniam nullum adeſt decretum ſuper hoc irritans electionem, his præambulis omiſſis. ergo vera aſſertio.

CONTROVERSIA II

An Canonicus Secularis Religionem ingrediens intrà probationis annũ, vocem in Canonicorũ electione habeat, ſi exẽpli gratia, caſus eueniat, vt Canonicus eligi debeat.

1 CONCL. I. Eſt Aiens.

2 Cuius eſt ratio, quia in tali ſtatu adhuc habet vocem eligendi, quæ nullo iure ei prohibetur. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent ſic Suarez, tom. 3. de Religio. lib. 5. cap. 16. Azor, tom. 1 inſtitut. moral. lib. 12. c. 3. q. 5. Peyrinus, tom. 2. de prælato, cap. 1. q. 3. §. 3. num. 124. cum alijs allegandis.*

CONCL. II.

4 Nouitius Canonicus ſi ad alium accedat Canonicum eligendum, minimè excludi poteſt, aliàs, nulla eſſet electio, ſine illo facta.

5 Ratio eſt, quia vocem in electione habet, ac ius ſuum in hoc adhuc retinet, & nullo priuatur iure. ergo excludi nequit. ergo cum excludendo ab electione, in quà vocem habet, nulla eſſet.

CONCL. III.

6 Nouitius Canonicus ſi conſuetudo adeſt eo loci, illum non vocandi, vocari non debet, ſi vero adeſt conſuetudo eſt omninò vocandus, licet impedimentum habeat quo caſu, procuratorem pro ſe ad eligendum inſtituere poteſt, ac debet.

DOCT. ALLEG.

7 *Ita aſſerunt Petrus de Baiſio in directo-*

Digitized by Google

Ilario elect. Peyrinus loco d. gloſſa, in cap. beneficium, verſ. conferendam, de regul. in 6. & alij nominales.

CONTROVERS. III.

Electores, ſeu vocales à quo vocandi ſunt, & qui ſint, & quomodo ad electionem ſunt petendi.

CONCLVSIO I.

1 Electores, ſiue vocales, ab illo ſunt vocandi, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine ſpectat, & nè dum præſentes, ſed abſentes vtique, qui debent, volunt, & poſſunt commodè venire.

Ità habetur in cap. quia inter vniuerſas, & cap. quia propter, & cap. coram dilecto, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Autumāt gloſſa, noſtram aſſertionem, & iura, nuper allata, verb. prouincia, Imola, ac Panorm. n. 3. de elect. Rota, deciſ. 288. coram Card. Mantica, & communiter omnes DD. Sygiſm. cap. 2. dub. 9. de elect. n. 1*

CONCL. II.

3 In præſentiarum, ſub electorum præſentium, nomine, comprǽhendūtur omnes vocales, qui ſunt in ciuitate, vel clauſtro, vel in hortis; & ſub abſentium autem, nomine, veniunt illi, qui non ſunt, quidem in ciuitate, nec in clauſtro, nec in hortis, commodè tamen, vocari poſſunt.

DOCT. ALLEG.

4 *Auctores, noſtræ concluſionis, ſunt Innocentius, in d. cap. quia propter, de elect. in 6. Panorm. & Felinus, nu. 22. in cap. cum omnes, de conſtitut. ſupplem. tit. electio. 1. §. omnes electores, Angel. eod. tit. num. 17. Syl. verb. elect. 1. q. 5. Tabiena, eod. tit. 1. num. 10. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. §. verum quid Rota, & Sygiſmundus, vbi ſupra, num. 2.*

CONCL. III.

5 Electores præſentes congregandi ſunt verbo, aut ſigno conſueto nolæ, ſeu campanæ; Abſentes, vero, per litteras, aut per Nuncium, itaut, vtrique ſufficienti modo, rationabiliter vocati cenſeantur.

DOCT. ALLEG.

6 *Sic habent Innocentius, in cap. in cauſis, num. 2. Panormit. num. 5. de election. & cap. coram dilecto, num. 3. de election. Gofredus, in ſumma, tit. de elect. num. 10. Biax, in director. elect. part. 3. cap. 4. num. 6. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. Felinus, in cap. cum omnes, num. 38. verſ. ſecunda opinio, de conſtitut. Rota, deciſ. 288. num. 2. coram Card. Mantica, vbi quoque refertur idem fuiſſe reſolutum, in Calaguritana de Aranguiz, coram Cardin. Pamphilio.*

CONCL. IV.

7 In Ordine Prædicatorum, diſt. 2. cap. 2. nu. 1. littera A ſic cauetur, circa vocationem electorum abſentium in declarationibus. Ad electionem canonicam, requiritur, quod mortuo, vel amoto Priore, electores abſentes vocandi ſunt, ſi Nuntius, ad eos pedeſter per vnam diem commodè poſſit accedere.

FORMA CITATIONIS.

8 Litteras, quibus, ad electionem, quis vocatur, vtile eſſet, ac expediret ad omnem meliorem effectum publicè, & apertas reddi, prout Cuchus, inſtitut. maior. libr. 4. de election. numero 60., & 61. de mente Speculi ſuadet.

Quarum litterarum tenor, ſecundum eoſdem Doctores eſſe debet, vt Prælatus, ad quem conuocare ſpectat, poſt ſalutationem in proemio litterarum, appoſitam, electorem moneat, cui litteras dirigit, cauſam obquam eſt Capitulum celebrandum, vt exempli gratia, quia generalis ſui temporis officium eſt expleturus tali die, vel mortuus eſt, vel huiuſmodi. quapropter, nè Religio propter diuturnam vacationem patiatur grauem iacturam in ſpiritualibus, ac temporalibus talem diem ſtatuiſſe celebrandum Capitulum, & per conſequens ad omnes electiones ſolitas in eo celebrandas, ideoque eum requirere, accitare, vt die ipſa conuenire cum eis velit, ad tractandum, & eligendum, ac concludendum cum eis, ſecundum quod ad eius munus, vel perſonam ſpectat de iure in ipſo Capitulo, aliàs eo non comparente ad electionem, & ad alia Capitularia per agenda, abſq; eo ſe proceſſuros, abſentia ipſius non obſtante. Vbi vero viget procuratorum inſtitutio, in ipſis litteris additur, quod ſi fortè, iuſto impedimento fuerit diſtractus, quò minus venire poſſit, certum, ac ſpecialem Nũcium tranſmittat, qui de legitimo impedimento, fidem plenam faciat, iuxtà ſtatutum Concilij generalis, qua præſtita ei poteſtas fiet, ſi voluerit, vt alicui de Capitulo vices ſuas demandet, & vti etiam poteſt alia meliori citationis forma, iuxta ritum vniuſcuiuſque Religionis, & loci, ac Prouincię.

CONCL. V.

9 Electorum citatio eſt dirigenda ad locum, in quo morari conſueuerunt, quæ non minus eos cohercet, quam ſi eos appræhendiſſet, licèt, ignorentur, vbi nam gentium exiſtant, vel latitant, nè citatio ad eos peruenire poſſit, dolo id agentes, nempè, vt cõtemptos ſe dicere poſſint.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt huius aſſertionis Doctores Specul. apud Cuchum, numero 58., & 59. Sygiſmundus, dub. 9. cap. 2. de elect, numero 4. & facit, quod impediens, quo minus citetur, habetur pro citato, capit. quoniam frequenter, §. porrò, vbi Gloſſa., in verbo, compete. vt lit. non conteſtat. Cardin. in Clement. cauſam, quæſt. 13. de elect. cum alijs, per Tiraquel. de retractat.*

Li-

Lignag. §. 1. *gloſſa* 10. *nu.* 102. *& alij penès Rotam, deciſ.* 1094. *n.* 3. *coram Cardin. Seraph.*

CONCL. VI.

11 Electores, qui nolunt electioni intereſſe minime compellendi ſunt, niſi id Eccleſiæ, ſeu Religionis interſit; nec etiam ſunt vocandi, qui commodè, venire non valent.

DOCT. ALLEG.

12 *Defenſores noſtræ aſſertionis, ſunt Panormitanus in cap. quia propter, nu.* 4. *de elect. communiter receptus. Tabiena, tit. electio.* 1 *num.* 12. *Innocentius, in cap. cum ex iniuncto, de nou. oper. nunc. & facit cap. cum inter.* 2. *de elect. Sygiſmundus num.* 5. *&* 6. *dub.* 9. *de elect. & alij.*

CONCL. VII.

13 Electoris commodum minimè eſt reſpiciendum, ſed benè Eccleſiæ, ſeu Religionis; vnde, quando notabile detrimentum Religionis, ſeu Eccleſiæ non vergeret, nullo pacto elector abſens vocandus eſſet, licet contrarium ex conſuetudine ſeruaretur.

Cuius eſt ratio, quoniam talis conſuetudo non tenet, cap. 1. de conſuetud. vbi Panormit. & in cap. coram Dilecto, de electio. in 6. exempli gratia ſi Capituli Prouincialis celebratio immineret, non eſt expectandus elector abſens, qui ſuffragium in electione Diſcreti, ſeu Socij, præſtare habet, ſimiliter ſi electoribus ad Comitia generalia conuenturis, aditus negaretur ob peſtilentiæ morbum, quo aliqua Prouincia, quod abſit, graſſaretur.

DOCT. ALLEG.

14 *Sunt huius ſententiæ Archid. & Ancharanus, in cap. cum in Eccleſijs, de præbend. in* 6. *Panorm. in cap. quia propter, de electio. in* 6. *numer.* 5. *Sylueſtr. verſ. electio* 1. *quæſt.* 5. *Sygiſmundus numer.* 7. *dub.* 9. *capit.* 2. *de electio. & alij allegandi.*

CONCL. VIII.

15 Electores, an ſint vocandi in Prouincia, vel extrà eam degant abſentes non eſſe ſimpliciter attendendum ſed illud præcipuè eſt inſpiciendum, an, ſcilicet commodè vocari poſſint.

Ratio huius eſt, quoniam fieri poteſt, vt aliquis elector ſit in alia Prouincia, & tamen vicinior ſit Conuentui, de cuius Socij, ſeu Diſcreti electione, agitur, quam alter abſens, qui eſt in eadem Prouincia, & dum Doctores aiunt, eſſe vocandos, qui ſunt in eadem Prouincia, regulariter intelligendi ſunt, quia vt plurimum, tales, commodè, vocari poſſunt.

DOCT. ALLEG.

16 *Placet nimis, noſtra aſſertio Panormitano, in dicto capit. coram Dilecto fauet Biax in directorio elect. part.* 3. *capit.* 7. *numer.* 3. *ſequitur Rota, deciſ.* 288. *coram Cardin. Mantica, amplectitur Sygiſmundus, vbi ſupra num.* 8. *& cæteri Doctores docent.*

Digitized by Google

CONCL. IX.

17 Electores abſentes, quando, nam dicantur vocari poſſe, quoniam certa Regula ſtatui non poteſt, ideo à boni Iudicis arbitrio, in hoc, non eſt recedendum, & in præſenti idoneus Iudex cenſetur ille, cuius eſt, ratam habere electionem, licet aliàs non ſit ordinarius.

Primo Probatur, quia ex quo ipſe habet electionem cõfirmare, & ad eum ſpectat ipſius confirmationis cognitio, conſequenter ad illum vtiq; pertinebunt præambula, ac præparatoria ad confirmationem, ſeu eorum cognitionem, capit. licet, in fine de elect.

18 Secundo probatur, nam cui committitur cauſa ſuper omnia, quæ ad cauſam ipſam pertinere noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem, c. præterea, & cap. ſuſpicionis de offic. delegati, l. 15. de iuriſd. omn. iudic. l. 3. §. fin. ff. de pœn. leg. l. veteres, vbi gloſſ. & Bart. ff. de deiten. actuq; priu Rota, deciſ. 66. in fine, coram Gregor. XV. quæ iura à Doctoribus explicantur, vt ſub cauſa commiſſa, recipiat poteſtatem non dumtaxat ſuper omnia neceſſaria, verum etiam ſuper omnia valdè commoda, quæ ad ipſam cauſam ſpectare noſcuntur.

DOCT. ALLEG.

19 *Præter, nunc, allegatos ſcriptores, & iura, ſequuntur noſtram aſſertionem, B. Auguſt. de Ancona, de poteſtat. Eccel. qu. 2. artic. 4. in fine reſolut. Syluestr. verſ. elect. 1. quæſt. 5. Cuchus, inſtitut. maior. lib. 4. tit. de electio. numer. 54. Ioan. Andreas in cap. publicato, vbi Panormin. & Butrius, num. 21. de elect. & in cap. venerabilem, num. 15. de elect. Panormit. in cap. coram dilecto. Biax in directorio electionis p. 3. c. 7. num. 3. & cap. 34. num. 3. Suarez, to. 4. diſp. 49. ſect. 1. num. 17. Sigiſmundus, num. 9. dub. 9. cap. 2. de elect. & alij.*

CONCL. X.

20 Ad electionem vocandi ſunt, qui de iure communi, vel ſpeciali interuenire, ac eſſe debent, ac de conſuetudine intereſſe.

DOCT. ALLEG.

21 *Tenent noſtram aſſertionem Panormitan. Gloſſa, Butrius, in capit. quia propter, de electtion. in 6. numer. 21. & communiter Canoniſtæ ibi. Syluestr. ver. electtion. 1. quæſt. 5. ac fauent, capit. cum dilectus, de conſuetudine capit. cum ana & capit. cum Eccleſia Vulaterana de electtion. Decius, in capit. licet, numer. de election. Speculum, titul. de electtion. §. 1. numer. 12. Cardin. in capit. quia propter quæſt. 12. in principio, Bertachinus, de Epiſc. lib. 1. part. 3. qu. 5. num. 4. Butrius, ad Madagot. de electio. capit. 23. littera B. Rota in Treuerenſi Abbatiæ, merc. 20. Nouembris 1624. coram Coccino § neque prædictis reſiſtit. Butrius, & Panormitan. quos refert, ac ſequitur, Rota, deciſ. 65. num. 11. part. 1. in recent. & deciſ. 11. num. 2. tit. de conſuetud. in antiquis, & Metenſi monaſterij, Lunæ, 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, §. neque obſtat, & alij.*

CON-

Digitized by Google

CONCL. XI.

22 Electores, licèt, ſint ab eo, ad quē de iure, ſeu de conſuetudine ſpectat, vocandi; attamen ſi non adſit, tunc in tali euentu, Antiquior congregabit, qui à profeſſione, videlicet, cæteris fuerit, minime verò Annorum, vt de Monialibus, præſertim, Sacræ Congregatio Concilij cenſuit, eſſe attendendum tempus profeſſionis emiſſę.

DOCT. ALLEG.

23 *Noſtram amplectuntur concluſionem, Innocent. Panorm. in cap. cum ex iniuncto de nou. oper. nunc. & in cap. cum nobis, nu. 9. de elect. Cuchus inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 163. Felinus, in cap. 1. de maior. & obed. & in cap. cum omnes, col. penult. verſ. ſed dubium eſt, de conſtitut. vbi multorum Doctorum ſententias cōcordat, Biax, in direct. elect. p. 3. cap. 2. nu. 3. & cap. 34. n. 1. & 5. Gloſſa, ver. Antiquiores, in cap. fin. de conſuetud. in 6. Sygiſm. nu. 11. & 12. dub. 9. cap. 2. de elect. & alij.*

CONCL. XII.

24 Si maior pars electorum petierit à Suppriore, vel Vicario, ſi non adſit Supprior, vt congreget Capitulum ad electionem, & ipſe renuerit, tunc Antiquior ex omnibus electoribus, poſt tertium, aut quartū diem à notitia carentiæ Prioris, poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere, quod ſi iſte noluerit, alius antiquior poſt ipſum, & ſic de cæteris, donec ad electionem procedatur vt ipſis eiſdem verbis fuit declaratū Romæ 1601. & Pariſijs 1611. in Capitulis generalibus Ord. Prædicatorum, & habetur diſt. 2. de elect. Prioris Conuentu, cap. 2. n. 1 littera A. in Conſtitut. eiuſdem Ordinis.

CONTROVERS. IV.

An tēpore electionis præfixo, & neglecto ab eo, ad quem ſpectat electores conuocare, nihil de electione cogitat, poſſint ipſi electores ſe ipſos conuocare, & canonicam electionem validam celebrare.

EXPLICATIONES.

1 Controuerſiæ ratio eſt, quoniam in Conſtitut. Cleric. Regularium, cap. 1. p. 3. decernitur, vt die 2. Nouembris, ſi triennio, vt fit, Capitulum eſſet celebrandum, cuiuſque Domus Præpoſitus conuocet omnes vocales, in ſua ipſius Domo, præſentes, & aſſignatos, & eis tempus elect. ad eſſe, notum faciat: nunc dubitatur quid ſit dicendum, ſi dicta die Præpoſitus non curaret, aut negligeret electores conuocare, valeant ne ipſimet vocales ſe ipſos conuocare, & ratam electionem celebrare.

Nos in ſuperioribus, tract. 1. diſp. 2.

Controuerſia prima, iam tractauimus hanc materiam.

CONCL. I.

2 Electorum conuocatio, ad Præpoſitum Domus, in Regularium Clericorum inſtituto, minimè ſpectat, tanquam ſit forma ſubſtantialis, & neceſſariò requiſita, prò eligendo vocali, Capituli generalis, vt ſine eo, talis non poſſit fieri conuocatio, & facta, & celebrata, ſine eius conuocatione, nulla ſit electio.

3 Probatur, nam bifariam, aliquid dici poteſt ſpectare ad alicuius rei formam, vno modo intrinſecè, & eſſentialiter, ſine quo, aliquid fieri non poteſt eſſentialiter, vel natura rei, ſeù ex præcepto legis, eo quia forma dat eſſe rei, & ſi ideo omittatur, actus dicitur nullus, ipſo iure, l. cum hi, §. prætor, ff. de tranſactis, & l. in conuentionalibus, in fine ff. de verborum obligationibus, licèt in qualibet minima qualitate omittatur, quia forma cōſiſtit in ſui integritate: ſed ex rei natura in caſu noſtro, cōuocatio per Domus Præpoſitum non ſpectat ad ſubſtantiam electionis; cum de ſubſtantia eius ſit conſenſus maioris partis Capituli, vt eſt ſupradictum. Nec attinet ex legis præcepto, quando Conſtitutio hoc nòn dicit, nec annullat actum, ſi aliter actus fiat, & quamuis dicat, conuocandos eſſe prò electione, tamen non detur alio modo non dicit alio modo, non eſſe conuocandos. ergo nec nos debemus §. quia vero, authent. de non alienand. Bald. conſil. 298. col. 1. vol. 2. Bartol. in l. ſuper chyrographis, C. ſi cert. petat. Maior propoſitio eſt eiuſdem Bartoli, in l. nominatim, ff. de condictio. & demoſtrat. Baldi, in l. final. C. de ſuis, & legit. Decij, in l. hac conſultiſſima, nu. 12. C. qui teſtam. fac. poſſ.

4 Altero modo, dici poteſt, aliquid pertinere ad formam, externè, & accidentaliter; & ſic conceditur conuocationem ſpectare ad Præpoſitum quæ forma accidentalis ſi omittatur, electio eſt valida, ſi ea, quæ ſunt neceſſaria ad formam eſſentialem, aliàs, concurrant.

CONCL. II.

5 Capitulum, licèt, ad ſonum campanæ ſit conuocandum; nihilhominus tamen, acta capitularia valent, ſi aliter congregatum ſit, & omnes vocem habentes in capitulo, interſint. Cuius eſt ratio, quia ſonum campanæ non pertinet ad ſubſtantiam actus, niſi per accidens, & ſic conuocatio eſt facienda per Præpoſitum in tali caſu, in quo vocales ius eligendi, habent ſine Præpoſito.

CONCL. III.

6 Præpoſiti Domus conuocatio, ad electionis ſubſtantiam non attinet, nec antecedenter, nec conſequenter, & ideo à cæteris Patribus electoribus fieri poteſt talis electio validè, & canonicè, cætera ſubſtantialia concurrentia.

7 Probatur, quia quidquid eſt, de eſſe, & ſubſtantia cauſę, eſt etiam, de eſſe, & ſubſtantia cauſati, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure; ſed talis conuocatio, quę antecedit electionem non

non ſpectat ad ſubſtantiam cauſæ, quia per accidens ſe habet, nec ad ſubſtantiam cauſati, quia electio cauſatur à conſenſu electorum, non vero à conuocatione per Præpoſitum peragenda; quia ſi nollent abire, non ſunt cogendi electores tunc ſi eis nõ placeret tempus. ergo talis conuocatio, nec antecedenter, nec conſequenter ad ſubſtantiam electionis ſpectat.

CONCL. IV.

8 Renuente Præpoſito die 2. Nouembris, *electores* conuocare, poſt *trinam* requiſitionem factam, licitè poſſunt dicti electores ſe ipſos congregare, & celebrare electionem de electore acceſſuro ad Capitulum generale.

Eſt textus in terminis in cap. 1. de ſupplend. negligent. prælat. vbi Papa determinat, vt ſi Diœceſanus, tertio cũ humilitate, & deuotione requiſitus, Abbatem Monachorum, benedicere non vult, poſſe Abbatem, ac ſi benedictus eſſet, omnia ea exercere, quæ ad officium ſuum ſpectat. ergo idem eſt dicendam in caſu noſtro, quia eadem ratio in vtroque caſu, limitat duritiei. ergo eadem militare debet iuris diſpoſitio. ergo vera concluſio.

CONCL. V.

9 Electio Socij Prioris Conuentualis euntis ad Prouinciale Capitulum, quantum ſpectat ad ordinem Patrũ Prędicatorum, ità decernitur in eorum Conſtitutionibus, diſt. 2. cap. 3. de elect. Prioris Prouincialis, num. 5. littera E. in declarationibus, vbi dicitur.

10 Declaramus, quod ad Priores Conuẽtuales non ſpectat ordinare, vel ſe intromittere de tempore, vel die inſtituendo, ſiue de quocumque alio eorum, quæ ad tractatum Prouincialis Capituli, vel electionem Socij pertinent: ſed aſſignatio diei, in quo tractari debent ea, quæ ad electionem Socij Prioris, & ea, quæ ad Capitulũ Prouinciale mittenda ſunt, pertinent ad Suppriorem; nec Priores electioni Socij intereſſe debent, ſicut declaratum fuit apud Monteпеſulanum, 1271. & Lugduni 1274. & Barchinonæ 1323. & tractatus eorum, quæ mittenda ſunt ad Capitulum, non poſſunt vltra vnum diem prolongari hæc ibi. ſi in vno mane diei dictus Socius non eligitur, in alio eligi non poteſt, nec electus, pro alio anno eſſe poteſt Socius, ſed denuò eligendus eſt ſemper toties quoties fit Capitulũ Prouinciale, quod ſi eueniret, vt eo anno non celebraretur Capitulũ Prouinciale, dictus Socius electus nõ poteſt deſeruire pro alio anno ſequenti, ſicut Ferrariæ, 1362. & Bononiæ, 1564. hæc dicta fuere ſarcitã.

CONCL. VI.

11 Præfati Socij eligi non poſſunt, vbi non fuerint ſex ad minus vocales in Conuentibus, nec fuerint decem Sacerdotes, aut Clerici ſaltem in eiſdem domibus, in Ordine Prædicatorum, vt habetur diſt. 2. de domibus concedendis, cap. 1. num. 2. littera E. cuius verba per extẽſũ nõ retulimus gratia breuitatis, & Pariſijs, 1611. fuit

fuit ſancitum; non poſſe de corpore Capituli eligi Prior, vbi non ſunt, ad minus ſex Sacerdotes, ſed neceſſariò ab extrà eligi debet.

CONTROVERSIA V.

An electio illa valida ſit, in qua fuit à Collegiata noua, Clericorum Sæcularium, Rectore, aut Archipræsbytero carente, electus Sacerdos de Collegio, huius cauſa, vt ad Synodum Diœceſanam accederet, quod factum fuit, contrà conſuetudinem immemorabilem.

EXPLICATIONES.

1 FActi contingentia eſt huiuſmodi, vt melius titulus Controuerſiæ intelligatur in quadam Diœceſi, conſuetudo immemorabilis adeſt, vt ad Synodum Diœceſanam, Archipræsbyteri, & Rectores Eccleſiarum Collegiatarum accedant, & vnà cum eis, vnus Sacerdos ex collegio eligatur: modo occurrit in eadem Diœceſi eſſe Eccleſiam de nouo collegiatam conſtructam, quæ caret ſuo Rectore, vel Præsbytero; vnde ſtante Diœceſana Synodo, de tali collegio elegerunt vnum Sacerdotem, cauſa ad Synodum mittendi, ad quam peruenit; dubitatur modo, an legitime, & canonicè fuerit electus, & vocem in Synodo habeat, cum talis collegiata careat dicto Rectore, & ſit facta talis electio contra immemorabilem conſuetudinem.

Prò cuius reſolutione ſit.

CONCLVSIO I.

2 Vbi namque, ius ſpecificum non habetur, ad loci conſuetudinem eſt recurrendum, & in ea ſtandum eſt, & agendum maximè in actibus, de quibus lex non exiſtit.

Probatur ex cap. vtinam 76. diſt. & ex lege 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & cap. conſuetudo, diſt. 1. & cap. fin. de conſuetud. inſtitut. de iure naturę, §. ex non ſcripto, & l. de quibus, ff. de legibus, & quia conſuetudo vim legis habet.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt huius aſſertionis ſcriptores Lupus in repet. rubricæ, de donat. inter virum, & vxorem, col. 5. Diaz, in ſua praxi, cap. 66. num. 7. in nouis, & in antiquis c. 6. n. 7. & cæteri allegandi, & eſt communis inter Doctores.*

CONCL. II.

4 Stante in præfata Diœceſi, antiquiſſima conſuetudine, itaut, memoria non ſit in contrarium, vt in Eccleſijs collegiatis, in quibus non eſt Rector, aut Archipræsbyter, electio Sacerdotis non fiat ad Synodum acceſſuri

ſuri Diœceſanam, & aliam legem, ſeu priuilegium circa hoc, illi de Eccleſia Collegiata non habeant neceſſe eſt, dicere, malè elegiſſe, & nullam fuiſſe eorum electionem.

5 Primo probatur, nam huiuſmodi antiquiſſima conſuetudo, tamquam lex ab eis erat obſeruanda; & cum ſit tanti temporis, vt illius initij non ſit memoria, vim etiam conceſſionis habet, cap. ſuper quibus, § præterea, de verborum ſignificationibus, & l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & aſtiua. ergo.

Secundo probatur, omnia enim ea, quę à lege fieri *prohibentur*, ſi facta fuerint, *non ſolum* inutilia ſunt, ſed etiã prò infectis ſunt habenda, licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere, quod factum eſt, & ſi quid fuerit ſubſequutum ab ea, vel ob id, quod *interdicente lege* factum eſt, illud quoque caſſum, & inutile eſſe præcipitur, vt ſancitum conſtat ex lege nõ dubium, C. de legibus: ſed in caſu noſtro, à conſuetudine, quæ vim legis habet diſpoſitæ, vt electio dicta non fiat à Collegiata carente Rectore, &c. cuius caput immediatè eſt Epiſcopus. ergo cenſetur, vt ſi fiat nulla ſit. interdicente conſuetudine. ergo vera concluſio.

6 Tertio probatur, nã nemini licet ius ſibi dicere, iuris via omiſſa, l. 1. C. ne quis, in ſua cauſa, ſed Sacerdotes dictę collegiatæ, ius ſibi dixerunt, iuris via omiſſa; quia debebant, volentes eligere, ad eorum Ordinarium, vel ad Papam recurrere debebant, vt de Rectore, &c. eis prouideret, ſeu facultatem præſtaret, vt eligere poſſent, ſicut & cæteræ collegiatæ Clericorum Sæcularium; ſed hoc minimè fecerunt. ergo vera concluſio. Nam quidquid fit contrà legis prohibitionem nullum eſt, vt dicitur in d. l. non dubium C. de legibus.

7 Quarto probatur, in conceſſione enim quantumuis generali non veniunt ea, quæ ſpecialiter prohibẽtur, ex cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. Bartol. in l. ambitioſam C. de decur. ab ordin. facien. & Panorm. in q. 6. num. 7. ſed in d. Diœceſi per dictã conſuetudinem, electio prędicta prohibetur ſpecialiter. ergò.

Quinto probatur, quamuis, nec leges communes, nec ſtatuta, aut Diœceſana Conſtitutio prohibeat hanc electionem in collegiatis non habentibus Rectorẽ, tamen eam prohibet illa antiquiſſima conſuetudo, quæ vim legis habet, & maximè in actibus, de quibus lex non extat, vt in prima diximus aſſertione. ergo.

8 Sexto, diſpoſitio generalis numquam comprætendit ea, quæ ſpecialem habent prouiſionem, l. ſtichus, in prin. & ibi Bartol. ff. de alim. & cibar. legat. ſed in d. Diœceſi ſpecialiter à conſuetudine eſt prouiſum, vt ſcilicet non fiat electio Sacerdotis pro Synodo Diœceſana in Eccleſijs collegiatis carentibus Rectore, &c. ergo.

Septimo, conſuetudo, cum ſit optima legum interpres, cap. cum dilectus, de conſuet. & l. minimè ff. de legibus & l. ſi de interpretatione, ff. eod. ſed à prædicta conſuetudine immemorabili interpretatum ſit, & ius accedendi ad Synodum Diœceſanam non pertineat, niſi ad Rectores, &c. Eccle-

cleſiarum collegiatarum, & ad vnum ex electis Sacerdotibus, à Collegiatis. ergo vera aſſertio.

CONTROVER. VI.

An electio ſit valida, vbi, quatuor electores, vel plures, ad celebrandam electionem conueniāt, & quidam eorum contendat, aliquem minimè conuenire poſſe, non habēs ius eligendi, quia illud omiſerit; Alij verò contendant, ipſum debere amitti, ſaltem, cum proteſtatione, & excludens, nullo pacto conſentiat, vt admittatur; & Socio vocato, cum ipſo eligat, reclamantibus cæteris duobus; quid ſi; facta tali electione, alij duo, vel plures, aliā faciant electionem, primam, nullam fuiſſe contendentes.

EXPLICATIONES.

1 HVius tituli Controuerſiæ, caſus euenit proximis præteritis menſibus, ac habita diſcuſſione, vtraque ſiquidem electio annullata fuit. Prima, namque propter excluſionem illius, qui minimè excludi debuit. Secunda, verò, quia poſterior ſubſiſtere nequit, niſi prima caſſetur, aut niſi ſit euidenter nulla; cap. conſiderauimus, & capit. congregato, de elect. vbi gloſſa, etiam, poſteriori, c. ver. irrita.

CONCL. I.

2 Electores eligere minimè valent, niſi ſint collegialiter ad celebrandam electionem congregati, vt valida canonicè electio habeatur.

3 Primo probatur, nam electio, vt vera canonicè ſit, ab electoribus fieri debet, quatenus eligendi habent poteſtatem, niſi in cōmuni conueniant, ac collegialiter congregentur: itaut tamquam collegialiter congregati ad actum electionis perueniāt, vt habetur, cap. cum in geneſi, de elect. iuncta gloſſa, ver. communiter, & capit. quia propter, de elect. in 6.

4 Secundo probatur, quia quando electio ad plures ſpectat, ex ſui natura electio eſt communis, & ad collegium pertinet; ad ſingulos verò, electores, dumtaxat, vt ſunt pars Collegij: vnde nec poſſunt eligere, niſi vt pars Collegij, & proindè, niſi vt in Collegio exiſtentes, aliàs, nulla canonicè, vera electio ſequeretur.

DO-

DOCT. ALLEG.

5 *Sic enim, aſſerit gloſſa in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienandis Panorm. in cap. quia propter; de elect. in 6. Miranda, tom. 2. manual. prælat q. 23. nu. 29. Paſqualigius, deciſ. 260. & cæteri de communi ſententia.*

CONCL. II.

6 Electores, ſe à vocalium Collegio, ſeparantes, haud eligere valent, & in tali caſu, electores cenſendi ſunt ſe à Collegio ſeparare, qui non manent ſub ea congregatione facta in ordine ad electionem.

7 Prima pars probatur, aſſertionis, quoniam tunc electio vera non eſſet; quia non fieret à Collegio; qui enim, ſe à Collegio ſeparãt, extrà ſunt Collegium, ac veluti ſchiſmatici in electione reputantur, quod hoc vtique eſt intelligendum, licèt, qui ſe ſeparant, maior pars ſit; nam Collegium non requirit maiorem partem, ſed tota poteſtas etiam ad vnum electorem reduci valet. hinc eſt, quod qui ſi ſeparant, ſicut ſingulares fiunt perſonæ, & extrà Collegium ſic ius, ac poteſtatem apud eos, qui remanent, relinquunt.

8 Secunda probatur pars concluſionis; nam facta Congregatione, in ordine ad electionem, Collegium conſtituit; ſed qui conuenire nolunt ad peragendam electionem, cum omnibus congregatis, ſaltem cum proteſtatione ſe ſeparant ab ijs, qui non recuſant, immò, requirunt cum omnibus conuenire, & communem electionem peragere. Nam hi electores congregationem iam factam, retinent, ſed cæteri illam ſcindũt, & aliã inſtituunt: quòd ſi quidem intelligẽdum eſt, quando is, cum quo conuenire recuſat, non eſt euidenter ad eligendum inhabilis.

9 In caſu autem, noſtro, illi, qui primam celebrarunt electionem, à Collegio ſe ſeparauerunt; quoniam, cum cæteris conuenire noluerunt, qui cũ ipſis conuenire non recuſabant, ac ideò electio fuit ſingularis, & haud communis, nec à Collegio celebrata, ſed à ſingularibus electoribus; vnde fuit prætenſa electio, minimè vero, canonicè vera, & legitima.

10 Nec obſtat, quod dubium fuerit, an aliquis interuenire potuerit; quia ſtante dubio, minimè excludi poterat, ſed admittendus erat cum proteſtatione ſaltem; quia vulgatis iuribus, *in dubio, melior eſt conditio poſſidentis.* & propterea, qui cum ipſo conueniere nolunt, & cum eis, qui ipſum admittunt, ſe à Collegio, ſiue à Capitulo ſeparant.

CONCL. III.

11 Ab electoribus celebrata electio, in Capitulo collegialiter congregatis, proculdubio, valida, ac canonicè bona eſt.

12 Probatur concluſio, quia duo electores, vel plures totũ conſtituebant Capitulum. Nam poteſtas, ac ius electionis Capitularis, apud eos remanet, qui permanent capitulariter in Congregatione facta, in ordine ad electionem, ac illi remanent, vt diximus, qui cum cęteris conuenire non re-

recuſant: qui verò recuſant ex dubia, ac incerta cauſa, non remanent; hinc fit, poſteriorem electionem, validam eſſe; quia in communi capitulariter eſt canonicè celebrata, & ad ipſam deueniri potuit, quoniam euidens erat, primam electionem celebratam, à Capitulo minimè fuiſſe, & per conſequens inualidam fuiſſe.

DOCT. ALLEG.

13 *Sunt Doctores iydem; num. 5 allegati, hanc noſtram docentes aſſertionem, ac alij nominales.*

CONTROVERS. VII.

An electorum abſentium vocatio ita ſit de eſſentia, ac electionis ſubſtantia, vt ſi minimè vocentur, electio, ipſo iure, nulla ſit.

CONCL. I.

1 ELectio ſi celebretur, non vocato, ſufficienti modo, aliquo eorũ, qui debent, volunt, ac poſſunt commodè, ei intereſſe, equidem, electio, non eſt ipſo iure nulla; benè, tamen, verum eſt, ſi non vocatus, contemptus ſui proſequitur; tunc ad illius petitionem eſt irritanda, atque annullanda, ſecus verò eſt aſſerendum, ſi non proſequitur contemptum, vel electionem vult ratam facere. Et hæc aſſertio procedit tam de his, qui iure communi, quam iure ſpeciali, vel conſuetudine eligere habent.

DOCT. ALLEG.

2 *Fauent noſtrę aſſertioni, cap. quod ſicut vbi Imola, num. 4. cap. bonę 2. & ibi idem Imola, num. 5. cap. venerabilem, verſ. obiectioni, in fin. cap. Eccleſia, 2. vbi Gloſſa, penult. de elect. Innocent. in cap. quia propter, & in cap. conſiderauimus, de elect. Panorm. in cap. in geneſi, num. 10. & ſeq. vbi rationes affert, & in cap. 1. num. 16. de his, qui fiunt à maior. parte, cap. & cap. gratum de poſtulat. prelat. Archidiaco. & Ancharan. in cap. cum in Eccleſijs, de prębend. in 6. Andr. ab ex ea in cap. cum omnes, n. 171. de conſtit. in repet. Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 8. n. 15. Tabiena, ver. elect. 1. n. 13. Syluest. ver. elect. 1. q. 5. §. 5. Tuſchus, littera C. concluſ. 967. & litt. A. concl. 36. Sygiſmundus, dub. 10. de elect. cap. 2. n. 1. Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 51. & alij, Sà verb. elect. n. 4. in aphoriſ.*

CONCL. II.

3 Electorum abſentium vocatio nõ eſt de eſſentia, & ſubſtantia electionis ſed de iuſtitia dumtaxat. Cuius ratio eſt, quoniam ſi de eſſentia, ac ſubſtantia eſſet, non poſſet electionem ratificare ipſe elector abſens cõtemptus; cum poſſit quis fauori publico renunciare, cap. ſi diligenti, de for. competent. Farinaccius, qui multos cumulat, de carcer. & carcerat. q. 27. n. 84. ſed tantum eſt de iuſt. quia retractabitur elect. proſequente contemptu, ipſo non vocato.

DO-

DOCT. ALLEG.

4 *Suſtinent concluſi nem Panor. in cap. quia propter, de elect. in 6. Marc. relatus, à Marta in ſuo digeſt. nou ſſ tit. elect. cap. 29 & cap. 45. & poſt Felinus, & Bertum, Menoch. conſ. 67. n. 31. Biax, in ſur dire ctor elect. p. 3. cap. 7. & Panorm. ſimiliter, in cap. ingeneſi, nu. 11 de elect. & cæteri alij allegandi.*

CONCL. III.

5 Elector dumtaxat contemptus, allegare poteſt ſui contemptum ad effectum, vt electio retractetur; quare, nec iudex, nec alij de Capitulo, tacente ipſo contempto, allegare contemptum poterunt.

Ratio eſt, quia cum hoc caſu agatur de priuato fauore, non vero de publico, Iudex nequit ex officio ſuo ſupplere, vt probatur in l. 4. §. hoc autem Iudicium, ff. de dam. infect. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

6 *Placet noſtra aſſertio Panorm. in cap. geneſi, n. 10. & in cap. bone, de poſtul. prælat. Sigiſmundo, num. 3. dub. 10. cap. 2. de elect. & alijs allegandis. Sà verb. elect. num. 4.*

CONCL. IV.

7 Capitulum minimè condere poteſt ſtatutum, nullitatem electionis inducens propter defectum aliquorum non vocatorum, qui erant vocandi.

Probatur, quoniam ſtatutum nequit electionem, aliàs, validam infringere, & validare nullam, contrà diſpoſitionem, cap. quia propter, de elect. in 6. argum. cap. inferior, diſt. 21. capit. cum inferior, de maiorit. & obedien. Clementina, nè Romani, de electio. ergo patet minimè poſſe Conſtitutionem Inferiorē in aliquo minuere, vel detrahere Conſtitutioni Superioris.

DOCT. ALLEG.

8 *Huic aſſertioni Panorm. in cap. quia propter, de elect. in 6. num. 12. ſuffragatur poſt Ioan. Andr. Rota, in Toletana Canonicatus 18. maij 1584 coram Clem. VIII. Sigiſmundus, vbi ſupra, num. 5. et cæteri recitandi.*

CONTROVER. VIII.

An elector abſens contemptus, audiendus ſit, ſi non contradicat electioni infrà tempus, quod confirmationem antecedit.

CONCL. I.

1 Elector abſens contemptus abſolutè, & ſimpliciter, loquēdo, non eſt audiendus, ſi non contradicat electioni infrà tempus, quod confirmationem antecedit, iuxtà cap. final. de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Auctores, huius aſſertionis, ſunt Biax, in ſuo directorio electionis, part. 3. capit. 7. Additio ad Panormitan. in capit. geneſi, numero 10. littera B. allegans Franchum & Additio. ad Geminianum, in capit. ex eo quod de election. in 6. littera A. Cucbus inſtit. maior lib. 4. tit. de elect. num. 51. Sigiſmundus, dub. 10. nu. 4. cap. 1. cum aliis allegandis,*

CONCL. II.

3 Elector abſens contemptus, ſi cõſtat, eum ignoraſſe electionis celebrationem, ac confirmationis; eſt de iure, & iuſtitia, poſt, etiam, confirmationem, audiendus, iuxtà cap. fin. qui ma. accuſ. poſſ.

Eſt eorumdem Doctorum, nunc allegatorum, noſtra hæc aſſertio.

CONCL. III.

4 Elector abſens contemptus, etiam auditur poſt confirmationem ſi celebratio actus, de quo agitur, reuera non ſit electio, ſed prouiſio.

Quia, qui prouident, elegunt, & confirmant vnico actu, gloſſa, in capit. 1. verb. prouiſionem, de elect. in 6. & habet eoſdem Auctores, quos num. 2. retulimus.

CONTROVERS. IX.

An ad petionem electoris Religioſi contempti, electio ſit irritanda, ad quam de iuſtitia vocandus erat,

EXPLICATIONES.

1 Conſultò, in ſpecie, placuit, in Controuerſiam vertere, ſi ad petitionem Regularis electoris contempti, ſit irritanda electio ad quam non fuit petitus, quia illius vocatio eſt de iuſtitia, ac conſequenter, de eius commodo, & proprio fauore, ſeu priuatione agitur. at quoniã Religioſus non habet nec velle, nec nolle, ſed omnia eius iura relinquuntur diſpoſitioni ſuorum Superiorum, itaut pro mortuo habeatur; hinc eſt, minimè poſſe ad eius petitionem, electionem irritari, & ideo quæ in ſuperiori Controuerſia diximus, non procedere in electoribus Religioſis, quia non poſſunt proſequi ſui contemptum ſuo Superiore inuito, ad cuius deciſionem deueniendam, nobis placet talem ſequentem aſſertionem in medium afferre.

CONCL. I.

2 Religioſum abſolutè, & ſimpliciter loquendo, verum eſſe, non habere, nec velle, nec nolle, nẽpè honeſto, & lici-

licito, abſque Superioris voluntate, atq; pro mortuo haberi.

Conſtat aſſertio, l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cleric authent. ingreſſi, C. de Sac. Sact. Eccleſ. & plenè, & latè Guttierez, multis allegatis, quæſtionum canon. lib. 2. cap. 1. num. 37. & ſequ. Rota deciſ. 302. num. 1. part. 2. in recent. & deciſ. 87. num. 4. & 12. coram Greg. XV.

CONCL. II.

3 Religioſum, non intereſt, haberi pro vero mortuo, mortem ciuilem reſultantem ex Monaſterij ingreſſu, niſi in caſibus in iure expræſſis, ideoque habere conſenſum, vel diſſenſum naturalem, qui ſunt ſufficientes, verè, ad valorem actus, dum nullo iure irritatur: & cum in iure, non reperiatur, id prohibitum electoribus Religioſis eſſe, ſed conceſſum, & ab eorundem Conſtitutionibus confirmatum, & diſpoſitum; hinc eſt, quod ad eius petitionem electoris contempti, electio eſt irritanda, ad quam de iuſtitia vocandus erat.

DOCT. ALLEG.

4 *Docet gloſſa hanc noſtram aſſertionem, in cap. placuit, 2. verb. mortuus, 16. qu. 1. Alexand. conſ. 139. num. 4. lib. 2. Oldrad. conſ. 284. numer. 4. Guttierez, vbi ſupra, Rota, deciſio. 543. numero 1. parte ſecunda in recent. Sigiſmundus, dub. 10. cap. 2. numero 7. & 8. de elect. Sanchèz, tom. 2. operis moral. lib. 6. cap. 11. numero 44. & alij allegandi.*

CONCL. III.

5 Generalis Regularis non poteſt, abſque iuſta cauſa rationabili, ius eligendi auferre ſibi ſubdito electori, contra diſpoſitionem Conſtitutionum ſui Ordinis.

Primo probatur, quoniam inferior nequit concedere, ac negare contra voluntatem Superioris; ſed Generalis non dumtaxat, eſt, Canonum conditori, inferior, ſed etiam Capitulo generali, quod ſtatuta, ſeu Conſtitutiones ſaxit, vt maximè in Religione Minorum patet, ex B. Hug. Cord. q. 3. polic. num. 17. Theſau. fol. 337. & communiter ex expoſitoribus Regulæ illius, in cap. 8.

6 Secundo probatur, ex Regula D. Franciſci habetur Capitulum generale gaudere auctoritate abſoluendi Miniſtrum generalem ab officio, cum primum illum in ſufficientem nouerit. ergo.

Et hoc idem cauetur in Conſtitutionibus Ord. Prædicatorum, diſt. 2. cap. 8. num. 7. litt. E. quod ſcilicet Diffinitores Capituli generalis, in caſibus expræſſis ibi, abſoluere poſſunt generalem, & etiam à Sede Apoſtolica idē habent, nimirum ab Innocentio III. in cuius priuilegio ſic, dicitur. Vt
„ Succeſſores tui, & tu Magiſter à Dif-
„ finitoribus Capituli ſecundum Con-
„ ſtitutiones Ordinis eiuſdem, abſolui
„ & ammoueri poſſitis, auctoritate pr-
„ ſentium indulgemus. Et idem concedit, & corroborat multo magis Sixtus IV. in mari magno.

Tertio probatur, nam ſicut ab Archiepiſc. ad Synodū Prouinc. appellatur,

tamquam ab inferiori ad ſuperiorem, licet in ea ſit caput. ergo pari ratione. de generali reſpectu Capitulis generalis.

DOCT. ALLEG.

7 *Concluſio hæc noſtra, cum tota doctrina probationum eiuſdem, præter Sigiſmundum, num. 8. & 9. cum ſeq. dub. 10. cap. 2. de elect. placet Gambarutæ, de auctorit. Legati à Latere, n. 708. lib. 6. Nemizzano, conſil. 116. num. 1. Rotæ, deciſ. 1328. coram Card. Seraphino, adducenti, cap. vt noſtrũ, & cap. vt debitus, de appellat. Hoſtienſi, in capit. graue, in fine, de præbend. Cardin. in Clement. 1. § quod etiam interdictis, n. 1. not. 1. de ſententia excommun. Anchara. ibid. n. 5. not. 5. Nauarræ, lib. 1. conſil. 6. tit. de maiorit. & obed. latè Sanchez, de matrim. lib. 8. diſput. 18. nu. 36. & aliis.*

CONTROVERSIA X.

An electio, ipſo iure, nulla ſit, ſi non fuerint congregatæ ſaltem, duæ partes eorum, qui debent, volunt, ac poſſunt commodè intereſſe.

CONCL. I.

1 ELectio tunc eſt, ipſo iure, nulla, quando ad electionem non fuerunt congregatæ, ſaltem, duæ partes electorum, qui de iure debent, volunt, ac commodè poſſunt intereſſe, nec poſt ſcrutinium, reperitur, electum habuiſſe maiorem partem, ipſarum duarum partium, habito reſpectu ad dictos, qui debebant vocari, & vocari minime, fuerunt.

2 Veritas aſſertionis, vt magis pateſiat, ſic exemplificatur. Sint exempli gratia, triginta electores, qui de iure debent, volunt, ac commodè poſſunt electioni intereſſe, ex quibus decem, & nouem congregentur, cæteris vndecim non vocatis. Modo ex his 19. vocalibus, in aliquem decem tantum conſentiant; tunc electio eſt ipſo iure nulla, quia electus non habuit maiorem partem, duarum partium Capituli, nec fuerunt congregatæ ſaltem, duæ partes Capituli, habito reſpectu ad illos, qui debebant vocari, & non fuerunt vocati; vnde ibi non erat congregata vniuerſitas.

In electionis namque, negotio congregari debent, ſaltem, duæ partes illorum, qui debent, volunt, & commodè venire poſſunt, & tunc valebit quidquid diſponit maior pars; aliàs non conſiſtit ibi vniuerſitas, ſi non ſint, nempè, duæ partes ad minus, vt notatur, in l. nulli, & in leg. planè, ff. quod cuiuscapit. vniuerſ. not.

CONCL. II.

3 Electores ſic contempti, nimirum, non vocati ad electionem, ad quam de iure intereſſe debebant, atque vocandi erant, minime poſſunt huiuſmodi electionem, ipſo iure,

iure, nullam ratificare, ac validare.

Conſtat aſſertio per eandem rationem nunc allatam, & quoniam debent cõſentire in ſcrutinio cum alijs congregati iuxta cap. quia propter.

DOCT. ALLEG.

4 *Harum aſſertionum Doctores ſunt Cõpoſtellat in cap. quia propter, num. 29. de elect. in 6. Bellamer. §. niſi fortè, verſ. 3. quæro de elect. Rota, in Treuerenſi Abbatiæ, S. Maximini, 20. Nouembris 1624. coram Coccino, §. 2. principaliter, in fine, Panor. in d. cap. quia propter, n. 5. & 12. iũcta doctrina, quam tradit, in cap. quod ſicut, § ſuper eo, n. 9. & in cap. geneſi, num. 11. de elect. & cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. parte cap. Marc. q. 924. nu. 3. p. 1. latè Toloſ. in tit. de elect. cap. 14. n. 5. Marta, in ſuo digeſt. nouiſſ. tit. elect. cap. 6. ex varijs deciſionibus, Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de election. num. 52. Sygiſmundus, numer. 11. & 12. dub. 10. de electio. cap. 2.*

CONCL. III.

5 **Electores, qui non ſunt vocandi, vel ſi ſunt vocandi, vocati tamen, noluerunt accedere, aut expreſſe renunciarunt, aut non finita electionè receſſerunt, & huiuſmodi omnibus, nõ eſt ratio habenda, nec ſunt computandi in numero abſentium, ſeu in numero eorum, qui Capitulum, ſeu Vniuerſitatem conſtituunt; ſed quo ad actum, tunc explicandum ſpectat, habentur, ac ſi de Capitulo non eſſent.**

DOCT. ALLEG.

6 *Ità autumant noſtram aſſertionem Innocent. in cap. Eccleſia, 2. de elect. Panor. in cap. cum omnes, nu. 13. de conſtitut. in cap. cum cauſis, n. 9. in d. cap. quia propter, n. 5. in cap. cum nobis, n. 4. de elect. & in Clement. quod circa, vbi etiam gloſſa, & communiter DD. eod. tit. & alij ſupra allati, & allegandi.*

CONCL. IV.

7 Electio, quando, eſt nulla, ipſo iure, vt diximus, non ſolùm poteſt allegari contemptus ab ipſo electore nõ vocato, ſed vtique ab alio electore quolibet de Capitulo, ſeu à Iudice.

Ratio eſt, quoniam in tali caſu, non propriè, vt ius contempti priuati allegatur; ſed vt tranſgreſſio iuris publici, nempè quia non fuit facta collatio numeri ad numerum, nec electus, maiori parte ſuffragiorum gaudet. ergo.

DOCT. ALLEG.

8 *Eſt huius concluſionis defenſor Panorm. in cap. geneſi, in fine, de elect. Sygiſmundus, num. 14. cap. 2. dub. 10. de elect. ac cæteri DD. ſupra allegati.*

CONTROVERS.^A XI.

An electores inhabiles, ſi non vocentur, electio, & alia Capitularia ſint

 nul-

nulla, & irrita, nec nè.

EXPLICATIONES.

1 IN præſentiarum, eſt omninò, aduertendum, quod nomine electorum inhabilium, intelligimus illos, qui ità deliquerũt, manifeſtè, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit delictũ, ob quod inhabiles, ad eligendum, facti ſunt ipſo iure, quia tunc, ad nullũ ordinem iudiciarium ſeruandum, Iudex tenetur in cõdemnando tali reo, exemplo D. Pauli, Corinti 5. qui nullo ordine iudiciario ſeruato, abſentem illum notorium inceſtuoſum, ſathanæ tradidit per excõmunicationis ſententiam 2. q. 1. de manifeſta, & c. ad noſtram 2. de iure iurand. his. prædictis ſit.

CONCL. I.

2 Electio celebrata, aliàs, canonicè, electoribus inhabilibus, non vocatis, vt præfertur, aut ſi etiam vocatis, minimè tamen, expectatis, valida eſt, ipſo iure, ac tenet, & hoc maximè, vbi certò conſtat de electorum inhabilitate, & priuatione.

DOCT. ALLEG.

3 *Sic aientem aſſertionem amplectuntur Innocent, Ancharan. & Panorm. in cap. 2. de poſtulat. prælat. & cap. cum inter 2. nu. 12. de elect. Boichus in cap. illa quotidiana de elect. Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 122. Sylueſt. verb. elect. 1. qu. 5. verſ. 6. ſi autem, Tabiena, verb. elect. 1. n. 4. verſ. quid ſi non vocentur, & eſt certa apud omnes, Sygiſmundus, dub. 11. cap. 2. de elect. n. 1. & 2. & alij, num. 5. infra citandi.*

CONCL. II.

4 De electorum inhabilitate, ſi certò non conſtat, ſunt in tali euentu citandi, ac audiendi, antè condemnationem, qui ſi ſe de huiuſmodi delicto, probabilibus argumentis contrà delationes teſtium purgare nequeât, itaut earum vigore conuincantur; tunc nullus ambigendi locus relinquitur, quin electio celebrata, eis nõ vocatis teneat, licet, cauſa ob imminentem electionis celebrationem imperfecta remaneat.

DOCT. ALLEG.

5 *Præter relatos Doctores, n. 3. citantur vlterius prò eadem prima concluſione, Speculum, 3. p. tit. de accuſat. §. 1. num. 17. D. Antonin. 3. p. tit. 9. cap. 8. §. 3. Nauarrus, cap. 25. ſummæ, Clarius, lib. 5. §. fin. q. 8. in prin. Arragonus, 2. 2. q. 67. art. 2. Petrus Nauar. de reſt. lib. 3. n. 192. Leſſius de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 29. n. 100. Farinacc. q. 21. n. 133. & ſeq.*

Prò ſecunda aſſertione autem allegantur Bald. in l. ea quidem, n. 43. C. de accuſat. Francbus in cap. ex inſinuatione, n. 3. de Appellat. Rota, deciſ. 393. nu. 10. & 11. coram Card. Seraphino, Sygiſm. n. 4. vbi ſupra, & alij.

CONCL. III.

6 Electorum inhabilitas ſi dubia eſt, & adhuc pendeat, ſunt in tali caſu, cum proteſtatione admittendi, ſe nõ in-

intelligere communicare eis ius eligendi, & velle eiuſdem vocem nemini dare ſaffragium, vel afferre nocumentum.

DOCT. ALLEG.

7 *Suffragantur noſtræ aſſertioni Innocent. Panorm. & Butrius, in cap. cumana, de elect. Compoſtell. Panorm. & Boichus, in cap. illa quotidiana, de elect. Biax, in ſuo director. elect. p. 1. cap. 9. n. 5. Sygiſmundus, num. 5. dub. 11. capit. 2. de electio. & alij.*

CONTROVER.ª XII.

An electus ſi è vita decedat, ſeu renuntiet, aut ob illius occultum vitium, electio irritetur.

CONCL. I.

1 Electio ſi, ex eo non ſortiatur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum, renũtiat iuri ſuo, aut fortè, diem claudit extremum, ſeu propter occultum eius vitium irritatur. Electores, qui iam, fecerant, quod ſpectabat ad ipſos, infrà terminum iuris, eligendo habebunt, à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione, prædictis, ac ſi vocatio noua eſſet, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dum nil fraudulenter egerint in præmiſſis, ſic habetur in cap. ſi electio de elect. in 6.

Circa quæ verba ſunt adnotanda illa, ſcilicet, *ſi electio non ſortiatur effectum*, ideſt confirmationis, vt aiunt Innocent. in cap. 2. de reſtit. in integrum, n. 5. Archidiacon. & gloſſa, 1. hoc in loco.

CONCL. II.

2 Electio, quando non conſequitur confirmationem abſque electorum culpa, ad eoſdem reuertitur, ac ſi vocatio noua eſſet, id quod verum habet, quotieſcumque eueniat huius, caſus.

DOCT. ALLEG.

3 *Gloſſa, vbi ſupra verbo aliam, Cuchus inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 302. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 746. num. 13. Sygiſm. dub. 12. n. 2. & 3. aſtruunt hanc noſtram aſſertionem, cuius fundamentum eſt in relatis verbis iuris canonici, quia electio non dicitur perfecta, quouſque fuerit confirmata, & ideo ad eos redit electio.*

CONCL. III.

4 Electores, ſi intrà terminum eis præfixum, ex negligentia electionem non celebrauerint, ex eoq; ſuperior, iure deuoluto, prouidet, tunc in tali euentu, ſi prouiſus renunciat, vel moritur, ſeu priuatur, non ad eumdem prouiſorem, ſed ad electores, electio redit.

DOCT. ALLEG.

5 *Eſt concluſio Ancharani in d. capit. ſi ele-*

electio, verſ. 4. nota, Butri. n. 2. gloſſ. verb. integrum, Sygiſmundi, n. 3. vbi ſupra, & aliorum prædictorum Doctorum.

CONCL. IV.

6 Quandò ille, inquem abſolutè cõpromiſſa eſt, eligendi poteſtas ab electoribus, & electus ab eo conſentire recuſat, vel moritur, aut priuatur, tũc ſimiliter, non amplius ad eum, ſed ad compromiſſores, ſiue electores electio reuertitur, cap. ſi compromiſſarius, de elect. in 6.

Probatur, nam ſi ob culpam ex delicto, prouenientem, electores plectuntur priuatione primę electionis tantum, ex cap. Vvitonienſis, de electione, quanto magis idem eſt aſſerendum, de culpa, quæ prouenit ex negligentia, cum minor pœna ſummenda ſit de negligentia, quam de dolo, capit. nihil eſt, de elect.

DOCT. ALLEG.

7 *Defenſores ſunt noſtræ concluſionis, gloſſa in cap. ſi compromiſſarius, & communiter Canoniſtæ, de elect. in 6. Cuchus, inſtitut. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 38. Syluest. verb. electio. 2. q. 19. nu. 26. Sygiſmund. n. 3. dub. 12. de elect. Panorm. in cap. nihil eſt, n. 3. Anto. Butrius, nu. 22. de elect. cap. ad falſariorum, de crim. falſi, & cap. ſuper litteris, de reſcript. & alij referendi.*

CONCL. V.

8 Electio non eſt iteranda ob mortem, vel renuncitationem, ſi electores à loco Capituli, hùc, & illùc de more profecti ſunt, antequam memoratus electus electioni de ſe factæ Nũcium remiſiſſet, vel ob cultum eius defectum inanis redderetur electio.

Quia in tali caſu non vrget tanta neceſſitas ad aliam electionem denuò reuertendi, quin ei longè præponderet incommodum, iteratò congregãdi Capitulum, quando propter talem renunciationem, vel mortem electi, Eccleſia non remanet viduata. Generalis enim, vel Prouincialis, ſine illis, Diffinitores, exempli gratia, rectè cauſas ad iudicare valent: ſicut, & Generalis electio celebrari poteſt, abſque interuentu non nullorum electorum, & idem eſt aſſerendum, cum proportione de electione Socij, ſi Conuentus Fratrum, de cuius Socij, ſeu Diſcreti, iterata electione agitur, commodè congregari nequit.

9 Et ſi dicatur contra aſſertionem, quod nemo eſt ſuo iure priuandus, c. ſatis peruerſum, diſt. 56. & cap. inuẽtum, 16. q. vlt. & cap. 1. de re iud. & cap. deſcritionem, de eo, qui cogn. con., ſed ſi Prouincia caret voce in Capitulo generali, vel Conuentus, in Capitulo Prouinciali, ob Diſcreti mortem, conſequenter ſine culpa iure ſuo priuatur. ergo.

10 Dicimus, hanc regulam, ſcilicet, nemo debet priuari iure ſuo, eſſe temperandam, niſi ſubſit iuſta cauſa, per regul. ſine culpa, de regul. iuris, in 6. iuſta autem cauſa, ſecundum Dynum ibid. eſt vtilitas publica, quæ vt Baldus, ait, in cap. bonæ, 1. num. 6. de poteſt. prælat. magna habet priuilegia. Semper enim vtilitas publicas præfertur priuatæ, vulg. l. vnic. §. final. C. de ca-

caduc. tollend. l. actione, §. labeo, ff. pro ſocio, §. 1. verſ. & enim quæ communiter in authent. de reſtitut. & ea, quæ parit. cap. ſcias, 7. q. 1. quod procedit etiam ſi fiat in damnum, & incommodum particularium, vt tradūt Crauet. conſil. 132. num. 23. & alij. Multa namq; conceduntur fauore publicæ vtilitatis, quę aliàs non permitterentur, vt latè ſcribit Felinus, in c. non nulli, num. 16. verſ. & fauore, de reſcript., licet ſint contra regulam iuris.

CONTROVER. XIII.

An electio teneat, atque valida ſit, ſi aliqui electorum, vel maior pars, ſeu omnes è vita deceſſiſſent, aut inhabiles eſſent, ſeu non veniſſent intra terminum.

CONCLVSIO I.

1 Electores ſi ferè omnes inhabiles exiſtunt, vel mortui ſunt, tota Capitularis potentia reſidet penès habiles, vel viuos, & ſi multò minorem partem Collegij faciant.

Ratio eſt, quoniam in huiuſmodi caſu iſti, totum Collegium repræſentant, cum priuati, & inhabiles exiſtant, non ſunt proterea in numero computandi.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſſertionem hanc noſtram edocent Innocent. in cap. 2. de nou. oper. nunc. Butrius, in c. gratum, n. 7. & 18. de poſtul. præl. vbi etiam Panorm. n. 5. & in cap. cum in iure, n. 9. de elect. Felinus, in cap. cum omnes, de conſtit. Tabiena, verb. elect. 1. n. 3. Marc. q. 1389. p. 1. relatus à Marta in ſuo digeſto nouiſſ. tit. elect. cap. Sigiſmundus, dub. 13. n. 1. de elect. cap. 2. & alij.*

CONCL. II.

3 Electores, ſi cōpromiſiſſent abſotè, electionem, in tres compromiſſarios, quorum duo elegiſſent indignū & ideo inhabiles euaderent, nō proptereà eligendi poteſtas, remanet penès tertium, licet ipſe quoque dignū elegiſſet; ſed ad eoſdem compromittentes electores, reuertitur electio.

Conſtat concluſio ex cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

4 *Doctores huius aſſertiones ſunt Panorm. in cap. gratum, n. 8. de poſtulat. prælat. Cuchus, in ſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 38. in fine, Sigiſmundus, vbi ſupra, & alij allegandi.*

CONCL. III.

5 Electores, ſi omnes mortem oppetierint, vel inhabiles exiſtant, tunc electio deuoluitur ad proximè immediatum Superiorem ſemper gradatim, vſque ad Papam.

Probatur ex cap. nè prò defectu, de electio.

ctio.cap.licet,& cap.fin.de ſupplend. negligent.prælat.cap.quamquam de elect.in 6.cap.ſi compromiſſarius, de elect.in 6.cap.2.de conceſſ.prębend.

DOCT. ALLEG.

6 *Prò hac aſſertione citantur gloſſa in d. cap.quamquam de elect.in 6. Panorm. in cap.2.de conceſſ.præbend.in prin.& capit. cum in cunctis §.fin.n. 5. & in cap.quia propter, niſi, n.4.de elect. Toloſ.in tit. de elect.cap.6.n.4.& cap.13.n. 9. Syluestr. verb.elect.1.q.12. Marta, vbi ſupra Sigiſmundus, loco nuper dicto 1. idem Panorm.in cap.litteras, de ſupplend. neglig ēt. prælat.de elect.in 6. Coraſius de benefic.p. 1.cap.7.num.8.& p.4.cap.1. num.11. Azor, p.2.lib.6.cap. 27. inſtit.moral. Garceus, de benefic.p.10.cap.3.n.1.& 2. Rota, deciſ.632.n.4.p.4.diuerſ.& dec.186 n.1.p.2.in recent.& deciſ.260.n.2.et 4. et deciſ.271.n.11.coram Card.Mantica, et ſępe reſoluit eadem Rota, teſte Gonzalez, ſuper regul.Cancellar.in proem.§.3.n. 4. Sigiſmundus, nu.2.dub.13.cap.1. de elect. et alij.*

CONCL. IV.

7 Electio, tunc ad Summum Pontificem immediatè deuoluitur, Epiſcoporum, in caſu negligentiæ, & delicti, nempè, quando electores ſunt per ſententiam, ex eo quod non ſeruauerint formam, cap. quia propter de electio.in 6. priuati, aut quando ipſo iure priuati remanent, ex eo quod indignum elegerint; minimè vero in electione Superiorum Regularium, qui non ſubduntur immediatè Sedi Apoſtolicæ, vt putà Priores Prouinciales qui immediatè ſubduntur Generali, & Priores Conuentuales, qui Priori Prouinciali ſubduntur.

Si vero huiuſmodi Prælati Regulares eſſent immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, vt ſunt Generales Ordinum exemptorum, tunc benè electio illa deuoluta eſſet ad Papam, tamquam ad immediatum Superiorem.

Hæc noſtra aſſertio habetur in capit. quamquam, iuncta gloſſa in fig.caſus, in pri.not.& in verbo, in inferioribus de elect.in 6.

DOCT. ALLEG.

8 *Huius concluſionis ſequaces ſunt Archidiac.in d.cap. quamquam, n.2.de elect. in 6. vbi multos alios cumulat. Ancharan. ibid.n.3.verſ.vlt. vt ſcias, & communiter recentiores, Rota, in Treuerenſi Abbatię S. Maximini, 24. Ianuarij 1625. coram Coccino Decano, vbi explicat cap. d. quamquam, de elect. Epiſcoporum, & etiam habere locum, in alijs beneficijs Sedi Apoſtolicę immediatè ſubietis, minimè vero de Superioribus Regularibus mediatè Papę ſubiectis.*

CONCL. V.

9 Electores ad electionem vocati non venientes, intra terminum eis conſtitutum, facta, nimirum, huiuſmodi vocatio ab illo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine ſpectat habetur, ac ſi de Capitulo non eſſent.

Ratio eſt, quoniam talis citatio conſtituit non venientes, in contumacia, cap. cum nobis de electione.

DO-

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſerunt Innocent. & Ancharanus, in cap. 1. de maior. & obed. & clariùs Panormit. in cap. in cauſis, de elect. vbi de communi, Gofred. in ſumma, num. 19. tit. de elect. Lambertin. de iure patron. lib. 2. par. 2. qu. 2. art. 19. num. 5. Tuſchus, littera E. concluſ. 64. Sigiſmundus, d. loco, num. 5. & alij.*

CONCL. VI.

11 Electores, ſi tamen, electione inchoata, & non dum completa, accedant, in reliquis admittendi ſunt, quæ remanent agenda circa illam.

Probatur concluſio, ex cap. Eccleſia 2. de elect.

DOCT. ALLEG.

12 *Eſt concluſio Sylueſtri, verb. election. 1. quæſt. 5. §. quintum, & citat Albertin. & Archidiacon. & amplectitur Sigiſm. n. 6. dub. 13. de elect. cap. 1.*

CONCL. VII.

13 Elector Superior, licet, de rigore, poſſit ad electionem cum præſentibus procedere, abſentes vocatos vltra terminum conuocationis non expectando: tamen ſunt abſentes expectandi, ſi ipſi notabilem partem Collegij conſtituerent, & aliqua cauſa neceſſaria, vel ſaltem probabili, nempè, imbre detinerentur, & Superior pro certo haberet, eos non longe ab eſſe, nec aliqua graui neceſſitate, ad electionem compelleretur.

DOCT. ALLEG.

14 *Allegantur pro hac noſtra concluſione, Panorm. in Clementina, vt hi, nu. 11. de ætat. & qualit. Innocent. Bartol. & Tancred. relati à Bertachino, in ſuo repertorio, verb. elect. n. 17. & idem Panorm. in cap. cum nobis, num. 9. de elect. Cuchus, num. 83. inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. Rota, deciſ. 288. num. 3. coram Card. Mantica, Sigiſmundus, num. 7. dub. 13. de election. capit. 1.*

CONCL. VIII.

15 Elector Superior, vel Capitulum dicat electores abſentes re expectandos eſſe; tunc electores præſentes recedere nequeunt, electione non finita: & ſi recedent, habebuntur, ac ſi de Capitulo non eſſent. Immò ipſe actus electionis eſſet nullus, ſi præſentes duas partes non conſtituerent, licet maior pars illorum, præſentium conſentiret in aliquem.

Veritas huius aſſertionis, ex relatis in prima aſſertione, num. 1. Controuerſię quintę, Superioris, ſatis luceſcit, & illuc Lectorem mittimus.

DOCT. ALLEG.

16 *Fauent aſſertioni Innocent. Hoſtienſ. Butrius, & Rota, in firm. Parochialis, 6. Martij 1592. coram Cadin. Pamphilio, quos omnes refert, ac ſequitur Mareſcottus, lib. 1. variarum reſolutionum, cap. 52. n. 31. Sigiſm. nu. 7. de elect. dub. 13. & alij allegandi recentiores.*

CON-

CONTROVER.^a XIV.

An electio Superiorum Regularium localium, quæ de iure, ad Patres Conuentuales, vtputà in Ordine Prędicatorum, ſpectat, & electorum, numero diminuto Conuentus malitia, ac fraude Priorum Prouincialium, vt electio, ſeu prouiſio, ad eos deuoluatur, & ſic facta ab illis, in vtroque foro teneat, ac valida ſit, nec nè.

EXPLICATIONES.

1 Seorſum placuit hanc excitare Controuerſiam, eo quia, hac noſtra tempeſtate, maxime, Superiores Prouinciæ, deuolutionem electionis hanelantes, vt Conuentibus de Priore prouidere poſſint, numerum vocalium Conuentualium diminutum, non curant ſubrogare, ſed relinquere, eſſe Conuentus ſine electoribus, omninò contra proprias Religionis ſantiones, decreta Conciliaria, ac Apoſtolicas Conſtitutiones, vt infrà videbimus, ac præficere perſonas, vt plurimum, minus idoneas, ad regularem obſeruantiam promouendam, & obſeruandam, à proprio intereſſe impulſi, & vtilitate, atque commodo, & priuſquam ad deciſionem Controuerſiæ perueniamus præmittemus nõ nullas concluſiones fundamentales, quarum ſit.

CONCL. I.

2 Electio Prælaturæ collegiatæ, vel Conuentualis Eccleſiæ, de iure communi, ad Collegium, ſeu Conuentũ ſpectat, de cuius Prælati electione agitur.

Probatur ex cap. Congregatio, 16. q. 7. cap. Abbatem, 2. & cap. Abbas, 2. 18. q. 2. cap. final. q. vlt. cap. cum Terra. & cap. 1. de elect. & cap. cum dilectus, & Gregorius XI. 1374. 6. Martij per Bullam, quæ incipit, virtute conſpicuos, indulſit Ordinis Prædicatorum Fratribus.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt Doctores noſtræ aſſertionis Panorm. de conſuetudine, cap. 2 §. final, de ſtatu Monach. & in cap. 1. officior. n. 1. de elect. & in Clementina, & ſi principal. n. 5. de reſcript. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de elect. §. quis poſſit eligere, verſ. ſi non apparet. Felinus, in c. ad petitionem, n. 1. de accuſat. gloſſa. in cap. ſciant cuncti, verſ. ſpectat de elect. in 6. Verallus, deciſ. 296. p. 1 Præpoſitus, in cap. 1. n. 6. circa med. verſ. aut tales Eccleſia, deciſ. 21. Nauarr. commentar. 3. de regular. n. 2. & lib. 1. conſil. 3. n. 3. tit. de elect. in nouis. Rota, deciſ. 65. p. 1. in recent.*

CON-

CONCL. II.

4 In prędictis autem Monaſterijs, & domibus, tam Virorum, quam Mulierum, bonis immobilibus poſſident ib. tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum cõſeruetur qui, vel ex redditibus proprijs Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſint ſuſtentari. ità Trid. Concilij ſeſſ. 24. cap. 3.

5 In ordine Prędicat. diſt. 2. c. 1. §. 2. de domibus conſtruendis ſic dicitur.

Conuentus, circa numerum duodenarium Fratrum profeſſorum, quorum *decem ad minus* ſint Clerici, & ſine licentia Generalis Capituli, & abſq; Priore, & Doctore non mittatur, nec poſtquam miſſus fuerit, dictus numerus minuatur, & ſi aliquis indè ſubtractus fuerit loco illius aſſignetur.

Hoc idem confirmatum fuit in Capit. gener. apud Biſuntiũ 1353. & apud Ianuam 1413. vti in declarationibus dictorum verborum habetur, his verbis.

Niſi fortè, illo anno, propter obitum Fratrum, numerus ille fuerit diminutus; & in tali caſu debent Priores Prouinciales, & Conuentuales operam dare efficacem, vt per Fratrum receptorum multitudinem, numerus ille ſufficienter poſſit reparari. Et in Capitulo Pariſijs celebrato 1611. confirmantur omnia dicta, & prætereà additur, vt quantum fieri poſſit omnes Conuentus, Fratres in numero præfixo alant.

6 Et Paulus Quintus Conſtit. 9. incipit, Sanctiſſimus 1605. 4. Nouembris, emanata, vt nimirum, cuilibet Conuentui numerus Fratrum ſit prędfigẽdus. quibus omnibus inhærentes Sacra Congregatio Concilij, nouiſſimè in decretis de Miſſarum celebratione, §. 7. 1621. editis, ſtatuit hæc.

Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemoſynarum, & onerum, præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Cõgregationi exhibeant, vt in illo diligenter, omnibus diſcuſſis, cuiuſquè familiæ, Monaſterij, Conuentus, ac Domus Regularis, in ſingula quaque Prouincia, certus earum tantum perſonarum numerus Patrum Capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus, vt ſuperius, ſufficienter ali poſſint.

CONCL. III.

7 Electio Prioris Conuentualis cum apud Patres ſpectet, in Ordine Prædicat. num. præfixo in Conuentu aſſignatos, quo carente numero, Prior Prouincialis teneatur illum reparare ſtatim, ad hunc effectum, vt eligi poſſit ab electoribus Patribus, cuilibet Conuentui, pręſignatis, Prior conuentualis, malitia, ac dolo non reperans dictum numerum electorũ Prior Prouincialis, ex eo quod electio, ſeu prouiſio ad eum deuoluatur, peccat mortaliter, & in foro poli huiuſmodi electio eſt prorſus nulla, & inualida, & in foro fori irrita, & inanis.

8 Concluſio conſtat ex duabus præmiſſis aſſertionibus principaliter, prò fundamento huius aſſertionis, iactis, deinde probatur ſequentibus rationibus.

F Pri-

Primo, nã in Conſtit. Ord. Prędicatorum, vt infrà ſtatim dicemus per ſuas concluſiones, in certis determinatis, tãtum, caſibus, & etiã in taxatis, à iure, ad Superiores maiores, vt putà, ad Priorem Prouincialem, ac Generalem, electio Priorum Conuentualium deuoluitur; minimè vero, proprio libito malitioſo, ac doloſo. ergo quoties huiuſmodi malitia, ac dolum interuenit, vſurpat iniuſtè ius eligendi, ſeu prouidendi, quod de iure ad electores Conuentuales ſpectat, & conſequenter talis electio, ſic deuoluta ad eum dolo, & malitia, eſt iniuſta, & inanis, atque nullius valoris in vtroque foro. Conſequẽtia conſtat; quoniam non deuoluta electio licitè, & canonicè nimirum, ſecundũ caſus à iure expræſſos, quãdo ad Superiores maiores eſt prouiſio, vel electio fiẽda, vt in tempore peſtis, & contagij, & in ſimilibus caſibus repentinis, & cauſalibus, in quibus permittitur Prouinciali talis electio, & non aliàs.

9 Secundo Prouincialis enim ex vi iuris communis, iuxtà primam aſſertionem, Tridentini Cõciliaris decretũ, Apoſtolicas Conſtitutiones, & Ordinis Prædicatorum Conſtitutiones proprias, de quibus, num. 4. & ſequẽti diximus, omninò tenetur præfigere ſuum determinatum numerum electorum, cuilibet Conuentui, in quo eſt Prior eligendus, & aliquo electore per mortem, aut alio caſu, deficiente, alium loco illius ſubrogare, ac reparare numerum deficientem electorum, in ſuo tempore, vt eligere poſſint Priorem, eo Conuentu carente; ſed ſi id malitia, ac dolo renuit agere, peccat vſurpando hoc ius eligendi, mortaliter, & iniuſtitiam committit. ergo.

10 Tertio ſuadetur his verbis, in declarationibus conſtitutionum Ordinis Prædicat. diſt. 2. cap. 2. de electio. Prioris, lit. O. nu. 5. appoſitis, ad rem facientibus.

„Quamquam conſtitutio Prouinciali „terminum non præfigat ad prouidendum de Priore, ſed abſolutè dicat, „quod ſi infra Menſem non elegerint, „Prior Prouincialis Conuentui pro„uideat de Priore, non tamen propter „hoc intendit derogare iuri commu„ni, quo cauetur, vt ille ad quem pote„ſtas deuoluitur, debet infra tres men„ſes Eccleſiæ viduatæ prouidiſſe, vt „habetur in cap. nè prò defectu extra „de electione. ergo infra huiuſmodi „tẽpus Prior Prouin. poteſt, ac debet „num. eligentiũ Cõuentui prouidere.

11 Et diſt. ead. c. 2. n. 6. lit. O. de elect. Prioris, in declarationibus, item dicitur ſic ad rem noſtram, Declaramus „preterea, quod ſi in aliquo Conuen„tu non reperiantur, niſi duo legitimi „vocales, Sacerdotes, videlicet, & qui „habuerint ſex annos à profeſſione, „tunc adiungantur vſque ad quinariũ „numerum, ex his, qui habent quatuor „annos à profeſſione, & ſunt in Sacris, „incipiendo ab antiquioribus, quod ſi „non tot ſuppetant, addantur ſaltem, „vſque ad numerum ternarium, & ſic „poterunt ad electionem procedere.

12 Ex quibus omnibus relatis, liquido habetur, minimè poſſe, in vtroq; foro poli, & fori; Priores Prouin. ad ſe trahere huiuſmodi eligendi, ſeu prouidendi Priorem Conuentualem, ius, iniuſtè cum dolo, & malitia ſibi vſur-

vſurpatum, ab ijs, quibus de iure competit, vt ille tenetur ex iuſtitia cuilibet Cœnobio, ſuos præſtare electores tempore opportuno, & vnquam relinquere Conuentus eſſe abſque ſuis vocalibus Patribus, qui à iure communi, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & propriæ Religionis, ius eligendi habent ſuum proprium Paſtorem.

CONCL. IV.

13 Electores, in Ordine Prædicatorum, ſi in aliqua Prouincia non repeciantur ſex annorum à profeſſione completorum, Fratrum, paucitatis cauſa, itaut in domibus Prioralibus, electorum numerus deſignatus, pro canonica electione Prioris, minimè ſuppetat; in tali euentu, iure decretorum, dicti Ordinis Prædicatorum, ius prouidendi, ſeu eligendi Priorem Conuentualem, ad Prouinciæ Priorem deuoluitur.

14 Conſtat concluſio ex verbis, diſt. 2. cap. 2. num. 6. ex declarationibus Conſtitut. vbi dicitur. Si tot vero nimirum, electores Sacerdotes, non reperiantur, tunc deuoluitur electio ad Prouinciales, qui de conſilio quatuor ad minus, grauiorum Patrum, maxima cum conſideratione prouidere debebunt, eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauamus, ſicut fuit Auctoritate Apoſtolica declaratum Romæ, 1601. circa explicationem ordinationis, quæ 12. annos profeſſionis requirebat.

CONCL. V.

15 Declaramus, quod quādo ius prouidendi Conuentui, ac Prouincialem iuxta noſtrarum Cōſtitutionum, præſcriptum, deuoluitur; ſi Prior à Prouinciali inſtitutus, Prioratum acceptare recuſauerit, iam iterum tale prouidendi ius penès Prouincialem reſidebit; ita tamen, vt ſemper Prouincialis, quotiès ad ipſum electio, vel inſtitutio Prioris deuoluitur, id abſque grauiorum Patrum conſilio, quorum maiori parte ſtare debet, nō exequatur.

Ita declaratum fuit in Capitulo generali, Romæ 1629. celebrato in declarat. 12.

CONCL. VI.

16 Prior Prouincialis, cum dictis quatuor, ad minus, Patribus grauioribus à Conſilio, dictam prouiſionem; ſeu electionem, Prioris Conuentualis facere tenetur, iuxtà formam cap. quia propter, de elect. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. Concilij Tridentini præſcriptam.

17 Conſtat aſſertio ex d. diſp. 1. concl. 4. pręſertim nam, cum in Conſt. Ord. Prædicatorum forma non pręſcribatur, de modo prouidendi, ſeu eligēdi Priorem, à Prouinciali, quando ad eū, eſt huiuſmodi electio deuoluta, niſi dumtaxat dicatur, quod ipſe, de conſilio quatuor ad minus Patrum grauiorum, maxima cum conſideratione prouidere debebunt; ſtandum erit iuri communi, ſcilicet formæ pręſcriptæ à Conc. Trid. & à Conc. Lateran. ſub Innocent. III. celebrato, relato in cap. quia propter, de electio. in 6. &

 à Leo-

à Leone Decimo in Concilio vlt. celebrato, ſeſſ. 11. vbi dicitur, clarè ad rem noſtram ſic.

Per præmiſſa, tamen, non intendimus, in aliquo præiudicare Capitulis Eccleſiarum, Conuentibus Monaſteriorum, & Prioratuum, huiuſmodi priuilegia à Sede Apoſtolica proprium eligendi Prælatum obtinentium, quò minus ad electionem Epiſcoporum, ac Abbatuum, & Priorum, iuxta priuilegia eis conceſſa, liberè procedere poſſint iuxta formam, in eis priuilegijs contentam, & ſi in eorum priuilegijs forma aliqua expræſſa non fuerit, tunc Concilij generalis, cap. quia propter ſeruare teneantur.

Ex quibus vltimis verbis, clarè de ſumitur, cum forma non ſit, in Conſtitutionibus Ord. Prædicatorum præſcripta, prouidendi Priorem Conuẽtualem à Prouinciali, quando eius electio eſt ad illum deuoluta, ſtandum erit iuri communi, ſcilicet Concilij Tridentini formæ, vt per vota ſecreta, cum dictis Patribus à Concilio talis prouiſio, ſeu electio fiat.

CONCL. VII.

19 Eligendi, ſeu prouidendi Prioris Cõuentualis, poteſtatem habet Prior Prouincialis, intrà tres menſes, quibus autem, tranſactis, eſt ius, mox deuolutum, ad Magiſtrum Generalem, iuxtà Dominicanas ſanctiones.

20 Sic namque habetur, in declarationibus, ad c. 2. diſt. 2. de elect Prioris n. 5. littera O. vbi dicitur. Quamquam Conſtitutio Prouinciali terminum non præfigat ad prouidendum de Priore, ſed abſolutè dicat, quod ſi infrà Menſem non elegerint, Prior Prouincialis Conuentui prouideat de Priore, non tamen propter hoc intendit derogare iuri communi, quo cauetur, vt ille, ad quem poteſtas deuoluitur, debet infrà tres menſes Eccleſiæ viduatę prouidiſſe, vt habetur in cap. ne prò defectu, extra de elect. Et ideò ſi Prouincialis, vel eius vices gerens, in prædicto caſu, infra tres menſes Conuentui de Priore non prouiderit, elapſis tribus menſibus, non poterit prouidere, & ſi prouiderit, prouiſio non valebit, ſed ad Magiſtrum Ordinis poteſtas prouidendi deuoluetur, vt habetur extrà de ſuppl end. negligentia Prælatorum, cap. licet, vbi dicit gloſſa, quod mora in electionibus non poteſt purgari. hæc ibi.

CONCL. VIII.

21 Electio Prioris Conuentualis, ad Priorem Prouincię, itẽ, deuoluitur ius prouidendi, ſeu illum eligendi, ſi caſſata, ex aliqua rationabili cauſa, electione facta de Priore ab electoribus, & denuò, ſine Prouincialis licentia, eundem ipſum elegerint, ſeu poſtulauerint ijdem electores.

22 Ita enim dicitur, diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, litt. L. num. 3. in Conſtitut. Ordinis Prædicatorum. Item declaramus, quod ſi Prior Prouinc. Fratrem aliquem electum, vel poſtulatũ, non cõfirmauerit, ſed ex aliqua rationabili cauſa, electionem caſſauerit, non poſſunt poſteà electores eum ſecundò, eligere ſine licentia Prouinc. quod ſi caſſata electione, ſine eius licen-

licentia, denuo illum eumdem elegerint, vel poſtulauerint, electio illa nulla eſt, & poteſtas prouidendi de Priore ad ipſum Priorem Prouincialem deuoluitur, ſicut fuit ordinatum apud Montempeſulanum 1271., & apud Florentiam 1272.

Noſtra autem, aſſertio fundamentum habet rationale ex capit. ſuper eo, de elect. in 6. quia ſemel reprobatus iuſta de cauſa, ab electione, non eſt iterum eligibilis.

DOCT. ALLEG.

23 *Prò hac noſtra concluſione allegantur, Ioan. Andreas, Bald. Innocent. Panorm. & Felinus, in cap. ſuper eo, de elect. in 6. & idem Felin. in cap. ſuper his, col. 4. de accuſat. Sylueſt. verb. elect. 1. qu. 14. Angelus, ibid. n. 23. Toloſan. in tit. de elec. cap. 9. nu. 23. & latiùs, cap. 11. num. 10. Tabiena, verb. elect. n. 17. Biax, in directorio, elect. p. 2. cap. 5. Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 141. Miranda, to. 2. in manuali prælat. q. 23. art. 11. concluſ. 5. qui autumant omnes, electione caſſata, ratione perſonæ, non eſt amplius eligibilis.*

CONCL. IX.

24 Prelatus Regularis, quando ad illum eſt deuoluta electio, ſeu prouiſio iuſta de cauſa rationabili, tenetur in vtroque foro, poli, ac fori, ſcilicet eligere, ſiuè prouidere Superiorem talem, qualem hic, & nunc, pro eo loco nouerit meliorem eſſe omnibus, ac pro tali, ac paſtorali cura, haberi poſſe, & abſque peccato mortali eſſe.

25 Eminentiſs. Cardin. Caietani eſt aſſertio in ſumma, verb. electio Prælati, cuius hæc ſunt verba propria.

26 Electio Eccleſ. Paſtoris debet in foro conſcientiæ, fieri, de homine habente duas conditiones.

Prima eſt, quod ſit bonus, hoc eſt, ſine peccato mortali; propter hoc enim Dominus ter Petrum interrogauit, ſi haberet charitatem.

Secũda eſt, quod ſit melior cæteris cognitis, qui poſſet eligi, & haberi; melior autem non quantum ad bonitatem vitę, ſed quantum ad regimen illud hic, & nunc reſpectu talium ouiũ, & reliquis particularibus occurrentijs penſatis; exiguuntur autem, in tantum, ambæ conditiones, vt neutra earum poſſit ſcienter omitti ſine peccato mortali. Scienter autem, dico, hoc eſt, ſecundum conſcientiam eligẽtis; tenetur enim eligens, ſi abſque peccati mortalis incurſu, vult eligere tenetur ſecũdum ſuam conſciẽtiam, quod ille, quem eligit, ſit in gratia Dei, & quod ſit ad tale vfficium, in hoc loco, hoc tempore, &c. melior omnibus, quos nouit, poſſe haberi pro tali cura.

Et ratio primi eſt, quia exiſtens in peccato mortali eſt indignus Prælatione Eccleſiaſtica, vt potè, non diligens Chriſtum ſuper omnia, ac per impotens paſcere Chriſti Oues ex ſua vita, quod præcipuè exigitur in Paſtore.

Ratio ſecundi eſt, quia poſtponere meliorem minus bono, in huiuſmodi, non eſt ſine crimine acceptionis perſonarum, dum perſona præponitur cauſæ.

Et ſcito, hoc idem eſſe iudicium de prouiſore hoc eſt, de illo, qui per viã prouiſionis, abſque electione, facit Paſtorem. Secus autem eſt, de con-

firmatore; quoniam confirmator nõ eligit Paſtorem, ſed electionem ſupponit, & ſi dignus electus eſt, ſufficit ei, & melior cæteris ille haberi poteſt ex hoc ipſo quod electoribus, ſolus iſte pręceteris gratus nunc eſt. eſt ſiquidem conditio iſta multum faciens ad cauſam. Prælatus enim minus idoneus, gratus tamen ouibus, melior eſt illo Pręlato, magis idoneo, & minus illis accepto; quoniam ibi charitas coaleſcit, hic periculum operandi ex metu, &c.

Si vero plures ſunt nominati, & liberum eſt confirmatori eligere inter illos in quem conſentiat tenetur inter illos, meliorem ad hoc præferre, vt de electore dictum eſt, eadem ratione.

27 Et hæc, quo ad ſecundam conditionem, intellige, conſiderato affectu, & reſpectu ad bona temporalia, gradum, ſcilicet celcitudinem, honorem, diuitias, &c. quatenus ſunt communia Eccleſiæ bona deſtribuenda, inter Eccleſiæ membra, ſic enim habet in huiuſmodi electionibus, locum acceptio perſonarum, quia iniuria irrogatur digniori, ſi poſt habetur, & hæc dico, propterea, quia, ſi in electionibus, ſpectaretur ad ſpirituale tantum officium, ad quod eligitur, cum eligatur ad onus, ceſſet ratio iniuriæ, reſpectu dignioris, & ſufficeret eligere dignum, ſicut in cæteris oneroſis officijs, credimus ſufficienter prouidiſſe, ſi eligimus dignum, & ratio, quare poſtponeret digniorem, eſſet, quia non tenetur eligere digniorem, quamuis melius faceret, ſi ad hoc digniorem eligeret; vnde Paulus Apoſtolus, quales debeant Paſtores eligi, deſcribens ad Titum, & Thimoteum numquam meminit conditionis comparatiuę, ſcilicet quod ſit cæteris magis dignus, ſed tantum conditionum poſitiuarum, quæ requiruntur ad hoc, quod ſit idoneus Epiſcopus; quia tũc Epiſcopi non beneficium, ſed officiũ habebant, & quia ad id, quod eſt per ſe reſpiciebat Apoſtolus.

28 Ex quibus patet non eſſe, ſuo genere peccatum mortale, poſtpoſito digniore, eligere verè dignum in Eccleſiaſticum Paſtorem, quia ex ijs, quæ ſunt per ſe iudicando, ſufficit eligere ſufficienter ad onus tale ſpiritale, & ad diſpenſandum temporalia, quoniam ſecundum veritatem, etiam ad oneroſum officium, reſpectu temporalium eligitur conſequenter.

Hactenus Caietanus, à cuius doctrina diſcant Superiores, quomodo ſe gerere debeant in electionibus, ſeu prouiſionibus peragendis, ac confirmationibus in vtroque foro.

29 In declarationibus autem Conſt. Ord. Prædicatorum, cap. 2. diſt. 2. n. 3. lit. L. ad rem hæc habentur. Declaclaramus, quod in Capitulo apud Verdunum, in Prouincia Franciæ, celebrato 1356. ſic dicitur. Imponimus vniuerſis Prouincialibus, eorumque Vicarijs, ſub pœna abſolutionis ab officio, quatenus electos in Priores, quantumcumque vnanimiter, nõ præſumant confirmare, niſi ſint ſufficientes in ſcientia, & moribus prædicti; & niſi veriſimiliter præſumant, quod correptioni, & honeſtati, & reformationi Ordinis operam dabunt efficacem, & propter hoc Conſtitutio dicit, quod Prouincialis, Priorem electum, ſi ei viſum fuerit, confirmabit; quod verbum non deſignat libe-

beram poteſtatem, ſed diſcuſſionem rationis,& arbitrium boni viri; atque ideo nō debet Prouincialis ſecundū libitum ſuæ voluntatis, ſed ſecundum iudicium rationis, Priorem electum confirmare: Quamobrem in Capitulo Romano 1580. fuit confirmatum, vt Prouinciales in confirmandis Prioribus Conuentualibus, Patrū diſcretorum conſilium capiendum vocauerint, per ſuffragia ſecreta, ſeu fabas ſuſcipiant, quo liberius ſuam poſſint ferre ſententiam, quod etiam ordinatum fuit Barchinon. 1574. ad rem etiam faciunt, quæ ex declarationibns Conſtitutionum, num. 13. ſupra retulimus.

CONCL. X.

30 Superiores omnes Regulares, in promouendis ad Conuentuales, ſeu Locales, perſonas Prælatas, tenentur ſpecialiter inſpicere, quando ad eos, nempè, huiuſmodi electio, ſeu promiſſio, eſt deuoluta, aut de iure ſpectat, non dum ætatem, ac doctrinam; ſed mores, ac prudentiam vtique, vt meritò ſit ſemper ille præferendus, qui alterum antecellit integritate vitæ, prudentia, aliiſque virtutibus, ad Eccleſiam regendam, opportunis, licet hic alter antiquior eſſet, ætate, ſeu inſignitus Concionatoris gradu, ſeu Doctoratus, & in confeſſionibus audiendis exercitatus.

Ratio eſt, quoniam non ex eo, quod hic alter eſt doctior, ſeu Concionator, vel antiquior, vlla præſumptio, quod illum ſuperet vitę, ac morum ſplendore, & prudentia, quæ potiſſimum requiruntur in adminiſtratione curæ Eccleſiæ Epiſcopalis, Parochialis, & Regularis, & eſt concluſio conformis ſuperiori aſſertioni, & Caietaneæ doctrinæ.

DOCT. ALLEG.

31 *Sequuntur noſtram hanc concluſionē Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſa, 4. n. 114. & ſeq. Rota, in Fauentina Parochialis 13. Ianuarij, coram Pirouano, et in Eugubina Parochialis S. Venantij, 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo, & deciſ. 5. num. 2. & 3. & deciſ. 6. num. 5. & deciſ. 7. num. 2. penès Marcheſ. p. 1. tit. de comm. appellat. in cauſa beneficiorum, cap. 8. ad finem. Bannes, 2.2. q. 63. art. 2. col. 1. Sà, verb. electio, in addit. aphoriſ.*

Quandò autem paritas morum, & vitę integritas, ac prudentię datur, tunc ſanè eſt preferendus, qui Doctor eſſet, & Concionator, & huiuſmodi, vt inter alios, Puteus, dec. ſ. 200. num. 3. lib. 3. & Rota, deciſ. 677. numer. 1. diuerſ. & alij multi, allegandi.

CONCL. XI.

32 Electio, ſimiliter ad Priorem Prouinciæ deuoluitur, in Ordine Prædicatorum, ſi electores à notitia carentię Prioris Conuentus, infrà Menſem non elegerint Priorem, aut poſtulauerint, niſi ab eodem Prouinciali, eiſdem ius eligendi præſtetur.

Ita dicitur in Conſtitutionibus Patrū Prædicatorum, diſt. 2. de elect. Prioris, cap. 2. num. 5. litt. O. Si vero infra menſem non elegerint, vel poſtulauerint, Prior Prouincialis prouideat Conuentui de Priore, qui competenter ſciat in ſuo Conuentu proponere ver-

verbum Dei. Cuius Conſtitutionis eſt talis expoſitio.

Declaramus, quod ſi electores ſtatuerint aliquem diem, ad eligendũ Priorẽ infrà Menſem, & in illa die ſtatuta non elegerint, poterunt alium diem, infrà ipſum Menſem, ad electionẽfaciendam conſtituere, ſicut fuit declaratum Toloſæ 1304. & in Capitulo Romano 1601. etiam fuit declaratũ, Menſem electionis incipere à die, quo de carentia Prioris in Conuentu conſtiterit, infra quem Menſem, debent electores canonicè aliquem eligere, quod ſi non elegerint, etiam ſi aliquos actus electionis, vel ad electionem pertinentes, fecerint, ſtatim trãſacto illo primo Menſe, deuoluitur ius ad Prouincialem. Quod ſi canonicè aliquem elegerint, & contigerit, vt caſſetur electio, incipiat denuò alter Menſis electionis, à die, quò canonicè conſtiterit Conuentui prędicta caſſatio, quod ſanè intelligendũ eſt, habere robur, quomodocumque caſſetur electio, ſiuè propter defectũ, in ipſa commiſſum, ſiuè propter aliquam rationem, & ſi in iſto caſu Prouincialis Priorẽ prouiderit, ille talis non erit Prior; & dicta caſſatio notificari à Prouin. debet per hoc verbum, *caſſo electionem iſtam*. quod ſi diceret; eligite alium Priorem; quia hunc nolo confirmare non ſufficeret, & ſic ſi eligerent, electio nulla eſſet. Prouincialis tamen non debet caſſare electiones canonicas, & validas, ſine rationabili cauſa.

CONTROVERS. XV.

An elector abſens exprimere, ſuum poſsit votum per litteras, aut procuratorem inſtituere, qui ipſius nomine, in electione ſuffragium præſtet.

CONCL. I.

1 Electori abſenti, vllo pacto, licèt ſuum præſtare ſuffragium, in electione, per litteras, aliàs, nulla eſt electio, quacumque non obſtante cõſuetudine in contrarium, ipſo iure, abſque Iudicis ſententia interueniente, ad illius nullitatem declarandam.

2 Textus habetur expræſſus, in cap. ſi quis iuſto, §. final. de elect. in 6. cuius eſt ratio, quoniam votũ non eſt exprimendum ante ſcrutinium, ſed benè in ipſo ſcrutinio, ſecretò, ſcilicet, & ſigillatim dumtaxat. ergo vera concluſio.

3 Quæ ratio eſt fũdata in diſpoſitione cap. quia propter, de elect. in 6. & cõſequenter actus contrarius eſt ipſo iure nullus; nec conſuetudo aliqua contraria iuuat in tali caſu propter decretum irritans, ibidem appoſitum, vt in prima diſp. Controuerſia octaua diximus.

4 Pro hac noſtra cõcl. allegãtur Scriptores infra, nominãdi, & ideo nũc omittimus

timus referre, breuitatis gratia, ne eoſdem pluries nominemus.

CONCL. II.

2 Elector abſens, ſi vult, poteſt ſuam vocem vni, vel pluribus committere, inſolidum, de ipſo Collegio, dum tamen, iuſto ſit detentus impedimento ſuper quo, ſi opus fuerit, proprio iuramento fidem faciat, cap. quia propter §. illud, de elect. in 6.

In aſſertione conſultò diximus, *vni vel pluribus inſolidum*; quoniam, elector abſens poteſt nè dum vnum, ſed & plures conſtituere procuratores ad eligendum; cuilibet eorum facultatem in ſolidum præſtet.

Diximus de Collegio, ſeu Capitulo, quoniam, ſi de Collegio nemo velit aſſumere vices eiuſdem abſentis, ipſi, nolente capitulo, non licet extraneũ deputare, cap. ſi quis iuſto, §. abſens quoque, vbi Io. Andreas, & Butrius, num. 4. de elect. in 6.

Diximus, ſuper quo ſi opus fuerit, quia vt benè gloſſa notat ibid. non multũ expedit talis fides, ſed caſu quo, præſentes ei fidem habere nollent, nec aliter procuratorem admittere vellent, nec tunc poſtea huiuſmodi iuramento pręſtito, de dicto impedimento tenentur eum admittere. Panorm. in cap. conſtitutus, de appellat. Felinus, Prepoſitus, & alij, mox allegandi.

DOCT. ALLEG.

3 *Doctores harum duarum aſſertionum ſunt gloſſa, Innocent. Ancharanus, & Panorm. in cap. quia propter, de elect. in 6. & ſimiliter, Panorm. Prapoſitus, & Franchus, in cap. conſtitutus, de appellat. Angelus, verb. elect. nu. 5. Syluest. eod. tit. qu. 3. Tabiena, verb. electio, nu. 7. Lambertinus, de iure patron. lib. 2. p. 2. qu. 2. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. Cucbus, inſtitut. maior. lib. 4. tit. de elect. à numer. 224. vſque ad 228. Sigiſmundus, dub. 14. num. 1. & 2. de elect. p. 1. cap. 1. & alij, & gloſſa, in d. cap. ſi quis iuſto, verb. exprimendum, Ancharan. item, conſil. 78. num. 2. verſ. ſed his non obſtat, & nu. 3. Rota in Vallisoletana præheminentiarum 23. Ian. 1604. coram Pamphilio, Sà, verb. electio, nu. 11. in aphoriſ. alios citans.*

4 Quarè eſt in præſenti ſciendum, electorem abſentem, inſtituendo procuratorem, non exprimere votum ſuum, ſed mandatum tantum, præſtare de voto exprimendo: vnde illud mandatum certè non augebit numerum votorum, ſi illud idem non fuerit expreſſum à procuratore in actu ſcrutinij.

Itaque aliud eſt dicere, *eligo talem*, & aliud eſt dicere, dò mandatum, N. *de tali eligendo*, illud enim primum fieri debet in ſcrutinio ſecretò, & ſigillatim; ſed hoc ſecundum poteſt fieri ante ſcrutinium. hæc adnotauimus ad differentiam, eligendi per litteras, quod fieri non poteſt, & per procuratorem, quod licet.

CONCL. III.

5 Abſens elector, in conſtituendo procuratorum, debet procurare, vt ſaltem, ſit in ſacris conſtitutus, nempè, in ordine ſubdiaconatus.

Probatur, ex cap. ex eo, §. in Eccleſijs, de elect. in 6. Clement. vt ij, de ætat. & qualit. & nouiſſimè ex Trid. Conc.

ſeſſ.

ſeſſ. 22. capit. 4. de reformation.

Concluſio eſt certa de iure communi abſolutè loquendo; in aliquibus vero Religionibus putà, Minorum D. Frãciſci Reformatorũ, ac Cappuccinorum, Fratres Laici votum habent in electione ex conceſſione Pij Quinti, in quibus ſi admitterentur Procuratores dicti, iuxta eorum Indulta, & conſuetudinem, non requireretur, vt Subdiaconus ſit, velut exigitur in Ordine Prædicatorum, vt ſuo loco infrà dicemus, & Doctores, vtique autumant Laicos Religioſos, ex Conſuetudine, ſtatuto, & priuilegio hoc potiri poſſe iure eligendi Clericoſque.

DOCT. ALLEG.

6 *Habet hæc noſtra concluſio omnes Doctores relatos, num. 3. & expoſitores Canoniſtas ſuper dicta iura allegata, & alios nominales.*

CONCL. IV.

7 Elector procurator, duas habens voces, propriam, nimirum, & alienã, tenetur vni, eidemque, vtramq; præſtare, aliàs, nulla eſſet electio ipſo iure, & inanis.

Conſtat ex d. cap. ſi quis, iuſto, §. porrò de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

8 *Hæc noſtra concluſio Auctores habet Archidiacon. Panorm. & alios, in cap. cum olim, de re iudic. & in cap. conſtitutus, nu. 8. de appellat. Felin. & Decium, in cap. t. quamuis, de officio delegati. Angelum, Tabienam, Syluest. vbi ſupra, num. 3 allegatos. Toloſanum, in tit. de elect. cap. 6. num. 11. Cuchum, loco relato, num. 3. de n. 229. Sigiſm. n. 7. de elect. dub. 14. cum alijs recentioribus nominalibus.*

CONCL. V.

9 Elector abſens, licet, de iure antiquo, c. ſi quis, iuſto, §. porrò de elect. in 6. poterat ſuo procuratori ſpeciale mandatum præſtare; verum de iure nouo, ex Trid. Concil. cap. 6. ſeſſ. 25. modo nequit huiuſmodi ſpeciale mãdatum ſuo præbere procuratori, præcipiens electiones Regularium, per ſecreta vota celebrari, ſicut nouiſſimè declarauit Sacra Congregatio Concilij his ſequentibus verbis.

Procuratores legitimè conſtituti, cum „ generali mandato ad eligendum ab „ ijs, qui legitimè impediti fuerint, nõ „ excluduntur; dummodo non habeant „ ſpeciale mandatum de certa perſona „ eligenda; quia tunc votum non poſ- „ ſet eſſe ſecretum, prout in hoc decreto; ita refert Garceus de benefic. p. 5. cap. 4. n. 200. Sigiſmundus, nu. 9. vbi ſupra.

CONCL. VI.

10 Procurator elector conſtitutus ab electore abſenti, tunc poterit dare ſuum votum ſeorſum, à mandatario, ſi caſus occurreret, vbi merita duorum, vel trium electorum, adeò æqualia eſſent, vt diſcerni non poſſet ab electoribus, quis eorum melior, & idonior cæteris eſſet.

CON-

DOCT. ALLEG.

11 *Ita Molina, de hiſpol. primog. lib. 2. cap. 5. n. 52. 53. Guttierez qq. canon. cap. 11. n. 9. Sigiſm n. 8 loco relato, num. 3. & alij communiter.*

CONCL. VII.

12 Electio valet, ac tenet ſi procurator eligat, licèt prius moriatur mandatarius elector abſens, quam electio perfecta ſit, & procurator ſit ob id reuocatus, etſi Capitulum ipſius mortem ignoret.

DOCT. ALLEG.

13 *Hanc aiunt concluſionem Compoſtillator. Ioan. And. & Innocentius, in cap. quia propter, de elect. in 6. Franchus, in cap. ſi quis iuſto, Biax in director. electionis, p. 3. cap. 40. in fine. Cuchus, inſtitut. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 228. Sigiſmundus, nu. 9. dub. 14. de elect. & cæteri nominales.*

CONTROVER.ª XIV.

An elector Regularis abſens, ſuum poſsit ſuffragium, in electione Prælatorum Regularium quorumcunque per procuratorem ſupplere, ac præſtare, ex vi noui iuris Trid. Concilij capit. 6. ſeſſ. 25. de Regularibus.

CONCL. I.

1 Regularis elector abſens, ex vi decreti Concilij Tridentini noui iuris, nullo pacto, poteſt, per procuratorem, ſuum ſupplere votum, in quacumque canonica electione Prælatorum Regularium, aliàs, talis electio ſic celebrata, eſt ipſo iure nulla, atque irrita.

2 Probatur concluſio ex ipſiſmet verbis Tridentini Concilij, quæ ſunt talia.

Neque in poſterum liceat, Abbates, Prouinciales, Priores, aut alios titulares quoſcumque, ad effectum electionis faciendæ, conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. ſi vero contra huius decreti Conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, &c. ergo vera concluſio.

3 Paraſellus in compendio priuilegiorum Minorum, affert quamdam declarationem factam ſuper hæc verba, à Sac. Congregatione Concilij, de anno 1571. die 8. Auguſti, nempè Concilium dumtaxat, quandam conſuetudinem, his verbis, abſtuliſſe, quę antiquitus viguit in alquibus Religionibus, in quibus præſidentes Capitulorum iubebant procuratores, vice abſentium, quos volebant, quod non leue detrimentum Religionibus ipſis afferebat. Concordant Rodriq. tom. 2. qq. regular. q. 52. art. 6. & Miranda in manuali prælat. tom. 2. q. 23. art. 7.

Nihilhominus tamen eſt attendendus ſenſus, ac ratio, cum ſuis verbis, decre-

creti Conciliaris, irritantis electionẽ factam per procuratorem, electionis abſentis, eius ſuffragium, ſupplentem,& ſuſtinet Sigiſmundus, numer. 11.dub.14.de electio. cum alij nominalibus.

CONCL. II.

4 In quacumque electione in Ordine Prædicatorum, minimè electores abſentes queunt per litteras, aut per procuratorem eligere, ſed opus eſt, quod ipſi perſonaliter, ac præſentialiter in electionis loco exiſtant, niſi in eodem conuentu infirmi eſſent decumbentes, nam tunc ſcrutatores tenentur ad illos accedere ad eorum ſuffragia ſumenda, ſicut etiam in electione Magiſtri Ordinis è conclaui egredi, vt ordinatum fuit in capitulo Romæ celebrato 1629.

5 Concluſio conſtat, ex textu conſtitutionis, & eiuſdem declarationibus, diſt. 2. cap. 2. de Prioris electione, n.7. lit. Q. vbi ſic dicitur.

Electio tam Priorum Prouincialium, quam Conuentualium, ad illos tantũ pertineat electores, qui perſonaliter præſentes in electione extiterint, ſicut fit in electione Magiſtri Ordinis. Declaratione vero, ſuper hæc textus verba ſunt huiuſmodi. Declaramus, quod licet ſecundum iura, qui ſunt abſentes, poſſint inſtituere procuratorem ad eligendum, quando electio eſt facienda; tamen in Ordine noſtro, in quacumq; electione non poſſunt electores abſentes per litteras, aut per procuratorem eligere, ſed oportet, quod ipſi perſonaliter, & præſentialiter in loco electionis exiſtant, niſi in eodem Conuentu eſſent infirmi decumbentes; quia tunc ſcrutatores debent ad eos accedere

CONCL. III.

6 Electione inſtante, in Ordine Prędicatorum, Prioris, in Conuentu, vel tractatu de ſocio faciendo, ſi aliqui ex electoribus extra Conuentum, infra dietam fuerint, debent præſidentes Conuentuum ad eos Nuncium mittere: quod ſi noluerint, vel non potuerint venire, vel in loco vbi veriſimiliter putabantur debere eſſe, facta diligenti inquiſitione, inuenti nõ fuerint, poterunt electores præſentes, poſtquam hoc eis legitimè conſtiterit, in eorum abſentia, canonicè ad electionem procedere.

7 Sic fuit ordinatum, ac declaratum in Capitulo apud Biſuntium 1353. & Romæ, 1602. auctoritate Apoſtolica hoc idem ſtatutum fuit de Prouincialibus, & Diffinitoribus, qui ad electionem Magiſtri Ordinis conueniunt. Per Dietam autem intelligitur iter quod poteſt facere vnus pedeſter in vna die. Hæc habentur in loco relato n.3. in diſt. 2. Conſt. Ord. Prædicatorum.

CONCL. IV.

8 Ab electionibus Regularibus, procuratores non dumtaxat, in Ordine Prædicatorum excluduntur, ſed quoque idem eſſe iuris apud Capuccinos & cæteros Regulares, poſt decretum Tridentini Concilij, probabiliſſimè exiſtimo, alias electiones eſſent irritæ, nulla immemorabili conſuetudi-

ne

ne non obſtante in contrarium.

Nam dicta clauſula, *electio irrita ſit.* omnem conſuetudinem, tollit, & ignorantes ligat, iuxtà, à nobis tradita, diſput. 1. Controuerſia 7. & 8. celebrata, videlicet contra dictum Decretũ Concilij, electio per procuratorem, ab electoribus omnibus Regularibus in quacumque electione Prælatorum Regularium.

DOCT. ALLEG.

9 *Ex ſcriptoribus recentioribus, aſſeritur concluſio à Sigiſmundo num. 11. de elect. dub. 14. atteſtans nõ ſolum, vſquam maximè, præſcripto, recepta eſt huiuſmodi procuratorum excluſio in ordine Capuccinorum, ex Bulla edita à Paulo III. incipit. exponi nobis, de anno 1536. §. 3. ſed quoq; omnes Religiones.*

CONCL. V.

10 Licet, ex Tridentino Concilio, ſeſſ. vlt. capit. 6. non liceat, Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque Titulares, ad effectum, electionis faciendæ, conſtituere, aut voces, & ſuffragia ſupplere: Nihilhominus, ſi ex inſtitutis, aut Decretis alicuius Religionis liceat Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis mittere ad Capitulum generale, alium Fratrem, qui tamquam eorum procurator, ſuo loco, & nomine det vocem in electione; dictum Trid. Cõcil. id non prohibuiſſe, ſicut Generali Correctori Minimorum Patri Gaſpari concludenti, reſponderunt D.D. Cardinales S. Cong. Conc. interpretes, de anno 1571. die 8. Augusti.

DOCT. ALLEG.

11 *Præter DD. relatos, ſupra n. 2. teſtatur, de hac aſſertione etiam Confettius, in ſumm. priuileg. Regul. c. 1. de Decretis Concil. can. 429.*

CONTROVER. XVI.

An electores abſque mortali peccato poſsint voci actiuæ renunciare.

EXPLICATIONES.

1 IN Regularium electionibus, qui voce gaudent actiua, in triplici differentia ſe habent.

Primo namque electores non nulli Regulares actiuè electionibus interſunt iure regulari, vt putà, in Ordine Prædicatorum, cauetur, Priores Prouinciarum, cum ſuis Socijs, aut Diffinitores earundem, cum ſuis Socijs, eligere tenentur Magiſtrum Ordinis, & in Religione D. Franciſci ex vi Regulæ tenentur Miniſtrum generalem eligere Prouinciales, & Cuſtodes.

2 Secundo, electores alij, ad elect. celebrandam actiuè conueniunt ex publico officio; ſicut ſunt Priores locales, ſeu Guardiani, & Diſcreti, ſeu Socij in electionibus Capit. Prouincialis.

Tertio demum, cæteri alij electores inter ſunt ratione iuris priuati, id eſt, ſpecialis fraternitatis, vt ſunt electores, in electione Socij, ſeu Diſcreti. his explicatis ſit.

CONCL. I.

2 Electores, qui iure regulari, intereſſe electioni, tenentur, minimè, ſuæ voci renunciare queunt; aliàs, lethaliter peccant.

Cuius eſt ratio, quoniam, Decretis factis, ſeu Conſtitutionibus, vel ſtatutis, pro bono publico conditis in Religione principaliter, renunciari non poteſt: ergo nequeunt electores ſuę voci renunciare.

4 Quod vero mortaliter peccent ex vi ſtatuti, probatur; nam licet in Ordine Prædicatorum, non caueatur per Conſtitutionem, electores Capituli generalis, renunciantes ſuæ voci, in electione Magiſtri Ordinis, peccare mortaliter attamen, ſi huiuſmodi renunciatio ab eis fiat abſque iuſta, & legittima cauſa, ſolum, aliquo humano reſpectu, ac intereſſe, & proprio commodo non caret mortali peccato, cum fiat damno publico totius Religionis.

In ordine autem Minorum, Regula illorum præcipit Miniſtris Prouincialibus, ac Cuſtodibus, vt interueniant Miniſtri Generalis electioni; ſicut in Clement. exiui, de verbor. ſignificat, declaratur hoc verbum, *teneantur*, vim præceptiuam præſeferre in Minorũ Regula ergo inobedientes mortaliter peccant.

DOCT. ALLEG.

5 *Fauet noſtræ aſſertioni Panormita. in cap. in geneſi, num. 10. de elect. Felinus, in cap. ſi diligenti, num. 19. de for. compe- tenti, Farinaccius, de carcer. & carcerato. q. 27. num. 84. Syneſt. verbo, conſenſus, q. 3. ad finem, vbi ait.*

Ex his patet, quam malè faciunt Religioſi habentes vocem in Capitulo, ſi humano reſpectu renuncient voci ſuę quod eſt tacere, quando vident, quod auctoritas prouidendi per hodremanet penès eos, qui zelo carent, & verbo, electio, 1. q. 5. dicto. 5. vbi inquit, & ſic malè faciunt, qui permittunt eligi indignos, vel inſufficientes renunciantes voci ſuæ, nè notentur, vel alio humano reſpectu, & poſſet faciliter hoc eſſe peccatum mortale. ſatis Syluest. Sigiſm. dub. 15. p. 1. cap. 2. n. 2. & alij nominales.

CONCL. II.

6 Electores, qui ex officio, ius actiuæ vocis, ad electionem habent celebrãdam, nequeunt, ſine peccato lethali, illi renunciare pro bono publico; nimirum, in electione Superioris Prouinciæ, veluti, in electione Regularium Priorum Prouincialium.

Ratio eſt, quoniam huiuſmodi ius talibus electoribus, illis non in proprium fauorem, & vtile, ſed tantummodo, in gratiam officij, & boni publici, quem admodum Clericus haud poteſt his renunciare, quæ concernunt Clericale priuil. iuxta nota. in c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, de foro competenti, & c. contingerit, de ſent. excomm.

DOCT. ALLEG.

7 *Recitantur pro defenſione huius aſſertionis DD. in ſuperiori numero d. & inſuper Felin. n. 17. in cap. ſi diligenti, de foro compet. Rota, dec. 269. in fine, p. 2. in recẽt.*

&

& deciſ.441.numero 8.coram Gregorio Decimoquinto hinc dixit Decianus,conſil. 19.num.60.à Tuſco relatus,lit.R.conclu. 171.num.11.iuri prelationis non poſſe quempiam renunciare, inconſultò eo, qui prælationem conceſſit, & dignitatem. pari modo nequit elector ſuæ renunciare voci, quam à iure Statutorum, ſiue Religionis habuit, ſine eiuſdem venia, id eſt, cauſa legitima, & naturali.

CONCL. III.

8 Elector quilibet priuatus Regularis, ſuæ voci renunciare poteſt, niſi ex tali renunciatione, renunciantis electoris fama non leue detrimentum pateretur; aut huiuſmodi renunciatio in damnum, aut Prouinciæ, vel Conuentus, ſeu domus vergeret.

9 Pars prima probatur, nam quilibet poteſt proprio fauori renunciare, leg. ſi quis, in conſcribendo, Cod. de pactis, capit. cum acceſſiſſent, de Conſtitution. & capit. cum ad Apoſtolicam, de regul. ergo poteſt cuilibet priuatus elector renunciare ſuæ voci.

Secunda vero pars, eſt de ſe manifeſta.

Tertia ſuadetur etiam, nam tunc in detrimentum Religionis cedere diceretur talis renunciatio, vbi exempli gratia, vt electores Regularis obſeruantiæ cultores, ab eligendo ſe abdicarent, ac poteſtas eligendi penès alios laxioris diſciplinæ amatores, & ſequaces remaneret. Vel ex defectu illius vocis electio in indignum dirigenda eſſet, ſeu in dignum quidem, ſed non in notabiliter digniorem, qui electus eſſet, ſi dictus renuncians ſuffragium tuliſſet.

DOCT. ALLEG.

10 *Suffragantur aſſertioni omnes Doctores, numero 3. & 5. allati, & inſuper Baldus, in capit. cum omnes, num. 24. de Conſtitut. Panormitan. in capit. in geneſi, num. 10. de electio. Felinus, num. 1. in capit. ſi diligenti, de foro competent. Angelus verb. electio, num. 19. Armilla, ibidem n. 20. Tuſchus, littera R. cõcluſ. 170. per totam, Rota, deciſ. 265. num. 3. part. 1. in recent. & Panormit. Item in capit. qnia propter, num. 4. de elect. communiter receptus ait.* Illi, qui nolunt intereſſe, non debent compelli, niſi Eccleſiæ interſit; nam propter intereſſe Eccleſiæ poterunt compelli. *Sigiſmundus, dub. 15. num. 4. & ſeq. Tabiena, verb. electio. 1. num. 12. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 53. art. 10. Miranda, in manuali prælat. tom. 2. q. 23. art. 6. concluſ. 5. & alij nominales.*

CONCL. IV.

11 Elector ſuæ renuncians voci, id agere debet in ſcriptis, expræſſe loco patenti, ad viam præcidendam innumerabilibus controuerſijs, ac litibus, quæ ex natura renunciationis, oriri poſſent.

12 Cuius eſt ratio, quoniam renunciatio eſt ſtricti iuris, ac intelligi debet, vt quantò minus dicatur renunciatum, quatenus, ſcilicet patiuntur verba renunciantis, itaut ei minus noceat, quam poſſibile ſit.

13 Nec renunciatio ad ea trahitur, quæ expræſſa, & ſignificata non ſunt, niſi ad ſint coniecturæ ad modum vrgen-

gentes: vnde in dubio non præſumitur quis ſuo renunciare iuri, ac interpretatio omnis eſt admittenda, vt talis præſumptio excludatur, & neque renunciatio per verba vrbanitatis inducitur.

DOCT. ALLEG.

14 *Concluſio cum ſuis ſequentibus dictis, eſt Decij conſil. 308. num. 8. 379. num. 4. Socinæ ſenenſ. conſil. 93. num. 10. lib. 3. Butrij, conſil. 397. numer. 44. Hond. conſil. 29. num. 93. & ſequ. libr. 1. Rotę, deciſ. 669. in fine, & deciſ. 782. num. 4. & 5. part. 2. in recent. ac ad rem multos Doctores cumulãtis; & in Bononienſi hæreditatis, de Armis Lunæ, 12. Decembris 1622. coram Merlino circa finem, & deciſ. 471. num. 5. part. 1. iuncta deciſ. 383. num. 3. part. 2. in recentibus, & deciſ. 43. numero 5. coram Coccino Decano, Baldi, in cap. ad hæc num. 11. de ſequ. poſ. & fruct. Tiraquelli, de retract. Lignag. §. 38. gloſſa 2. num. 59. Rotę, deciſ. 636. num. 6. p. 1. in recent. Sigiſmundi, num. 7. dub. 15. de elect. & aliorum.*

CONCL. V.

15 Electoris renunciatio, quandodiu Superior illam minimè acceptauerit, nulli eſt dubium, quin redeat ad electorem, ſicut ad ſuum priſtinum ſtatum, & eam reaſſumere poteſt, vt prius illam poſſidebat, ſecus vero eſt dicendum eſt, ſi eam Superior acceptauerit.

Prior pars conſtat ex capit. ab exordio, dicto 35. quia res redit de facili ad ſui naturam, ſin autem acceptauit Superior, quoniam ſuo exuit iure patenter per ſcripturam, & teſtes amplius non eſt in ſui poteſtate illam reaſſumere pro illa vice eligendi.

DOCT. ALLEG.

16 *Placet Baldo aſſertio, in cap. licet, num. 8. de elect. Gloſſæ, Ioanni Andreæ, Archidiacono, Geminiano, Francho, & Ancharano, in capit. licet, de procurator. in 6. quos ſequuntur Sanchez, de matrimonio, lib. 8. diſp. 32. num. 2. Moneta, de commutat. vltim. volunt. cap. 8. num. 345. Sigiſmundus, num. 8. dub. 15. de elect. & alij, & facit textus cap. vbi periculum, §. ſanè, de elect. in 6. vbi dicitur*

Sanè, ſi aliquis, ex prædictis Cardinalibus, Conclaue prædictum, ut ſupra exprimitur, non intrauerit, aut intrãs, abſque manifeſta cauſa infirmitatis exierit, ipſo minimè requiſito, nec in eiuſdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad eligendum, ſubſtituendum Põtificem, liberè procedatur. Si vero infirmitate ſuperueniente idem Conclaue ex eis, aliquem exire contingat, ipſa, etiam infirmitate durante, poterit, eius ſuffragio non requiſito, procedi. Sed ſi ad alios poſt ſanitatem reditam, ſeu ante redire voluerit, vel etiam ſi alij abſentes, quos per decem dies, diximus expectandos ſuperuenerint reintegra videlicet, antequam eidem Eccleſiæ de Paſtore ſit prouiſum in eodem negotio, in illo ſtatu, in quo ipſum inuenerint, admittantur.

CON-

CONTROVERS. XVI.

An electio canonica, locum habeat, in quo ab electoribus celebranda ſit.

CONCL. I.

1 Electio canonica, abſolutè, ac ſimpliciter loquendo, eſt abſque dubio, ab electoribus celebranda in loco conſueto honeſto, & non clandeſtino.

Nam electiones factæ in cubiculis per occulta conuenticula reprobantur in c. 2. diſt. 79. & c. quia propter §. electiones. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

2 *Docentes ſunt noſtram aſſertionem, Gloſſa, & Panorm. n. 2. cap. quia propter, de elect. Hoſtien. in cap. cum terra, de elec. & in ſumma, tit. de elect. num. 3. & idem Panor. in cap. 1. de clandeſt. de ſponſ. Ancharan. in cap. vnic. n. 20. vt Eccleſ. benefic. Innocent. in cap. cum inter Canonicos, n. 2. de elect. Decius; in cap. ad hæc in beato, n. 4. de poſtulat. prælat. Lambertinus. de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 7. n. 1. Paulus de Eleazaris, in rubr. de elect. nu. 3. in repet. Angelus, verb. elect. n. 11. Syluestr. eod. tit. 1. q. 8. Tabiena, verb. elect. 1. n. 9. Miranda, in ſuo manuali prælat. to. 2. q. 23. art. 9. Sigiſmundus, de elect. dub. 16. nu. 1. & cæteri omnes in hac noſtra aſſertione conueniunt.*

CONCL. II.

3 In Ordine Prædicatorum, locus conſuetus, honeſtus, ac publicus, in quo Patres vocales, ad electionem canonicam celebrandam, ad ſonum campanulæ vocantur, eſt Capitulum, ſeu Sacriſtia, iuxta Conuentuum cõſuetudine.

4 Sic namq; ſtatuitur in cap. 2. diſt. 2. de elect. Prioris, nu. 1. littera A. in declarationibus, vbi dicitur. Secundum eſt, quod vocatis, & expectatis abſentibus, debent vocales ad locum electionis, per ſonum campanulæ conuocari, & præmiſſo tractatu, ſaltẽ in communi, ſi viſum fuerit, de perſona idonea eligenda, debet eligi hora, & locus, pro electione facienda, quod ſi maior pars electorum petierit, à Subpriore, vel Vicario, ſi non adſit Subprior, vt congreget Capitulum ad electionem, & ipſe renuerit, tunc antiquior ex omnibus electoribus, poſt tertium, aut quartum diem à notitia carentiæ Prioris poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere; quod, ſi iſte noluerit, alius antiquior, poſt ipſum, & ſic de cæteris, donec ad electionem procedatur vt ipſis iiſdem verbis declaratum. Romæ 1601. & Pariſijs 1611. fuit.

CONCL. III.

5 Ab electoribus canonica electio, iuſta de cauſa, quando nulla ſub eſt conſuetudo certi alicuius loci, tunc celebrari poteſt in quocumque loco, dum tamen, ſit honeſtus, ac decens locus.

DOCT. ALLEG.

6 *Subſcribuntur pro hac aſſertione Hoſtienſis, Lambertinus, & Tabiena, vbi ſupra, n. 2 allegat. Ancharanus in cap. cum Terra, de elect. Gonzalez, ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſa, 62. n. 13. & alij nominales,*

CONCL. IV.

7 Electio canonica, ab electioribus eſt celebrāda in Eccleſia, aut in Choro, ſeu in Capitulo illius loci, cui debet præ eſſe prælatus eligendus, extra cauſam, ſcilicet aliūde celebrāda. Conſtat ex cap. quod ſicut, vbi dicitur „ſic. Præſertim, cum iuxtà Conſtitu„tiones canonicas, ſi fieri poteſt in Ca„thedrali Eccleſia, electio debeat ce„lebrari.

DOCT. ALLEG.

7 *Noſtra aſſertio placet Panorm. in cap. cum Terra, & cap. quod ſicut, de electione, vbi Ancharano, & in cap. quia propter, de elect. Decio, in cap. ad hæc in Beato, nu. 4. de poſtulat. prælat. Toloſano, inſt. de elect. cap. 15. num. 2. Marc. in pluribus quæſtio. p. 1. Marta in ſuo nouiſſimo digeſto, tit. de electio, cap. 7. Sigiſm. n. 2. dub. 16. de elect. & alijs nominalibus.*

CONCL. V.

9 Inter electores Controuerſia orta, vnde in dictis locis, non poſſit electio celebrari, exempli gratia ſortibus aut alijs ſimilibus modis, eſt dirimenda. Nam licet per ſortes electio non poſſit fieri, vt infra, ſuo dicemus, loco; attamen, diuerſa eſt ratio de loco electionis, & de ipſamet electione.

DOCT. ALLEG.

10 *Affirmant concluſionem Bellamerus, cum alijs nominal. bus, in cap. & temporis, 16. q. 1. Gratianus diſceptation. forenſ. cap. 655. n. 40. & 43. Sigiſm. n. 3. dub. 16. de elect.*

CONCL. VI.

11 Electio, quamuis, non celebrata in loco non conſueto, nihilhominus tamen eſt valida, etiamſi interdictus eſſet, atque Summi Pontificis fuiſſet electio.

Pars prima probatur, quoniam locus non eſt de ſubſtantia electionis, nec locus ſanctificat hominem capit. non loca, diſt 40. malè licet faciunt electores conſuetudinem peruertendo, ergo valet electio.

12 Secunda pars, probatur, quia electio non eſt ſacramentū, ſed quædam obligatio, ſeu contractus; ſed per interdictum ſolum ſuſpenduntur diuina, & Eccleſiaſ. ſecraméta, c. finale, de ſententia excommun. in 6. ergo non ſuſpenditur electio, ſed tenet, & eſt valida, licet ſit Papę electio celebrata, quia in cap. vbi periculum, §. porrò, de elect. in 6. etſi Papalis electio ſit à loco interdicto arcenda, tamen ſi ibi fiat, non propterea eſt nulla, ſed valet, & valorem ſuum minimè amittit, tale ius non irritat eam.

DO-

DOCT. ALLEG.

13 *Suſtinent aſſertionem Panor. in cap. cum Terra. Decius, in cap. ad hæc in beato, n.4. de poſtulat. prælat. Paulus de Eleazaris, in rubr. de elect. n.3. Cucbus, inſtit. maior lib.4. tit. de elect. n. 23. Ancharan. fauet, dicens, locum non eſſe de ſubſtantiam electionis, in cap. cum Terra. Io. Andreas, Baldus, Butrius, Panorm. & Ancharanus, in cap.1 n.8. de poſtulat. prælat. Biax, in ſuo director. de elect. p.1. cap.19. Angelus, Tabiena, Syluest. Miranda, & Sigiſmundus, in locis relatis, n.2. & cæteri omnes accentiunt.*

CONTROVER. XVII.

An canonicæ electioni tempus præſcriptum detur, in quo electores teneantur capitulariter cõuenire ad celebrandam electionem.

EXPLICATIONES.

1 MVlta equidem iura, circa tempus eligendi, & electionem, præſcripſerunt, ac decretarunt, vt putà, electoribus temporis terminum post obitum prædeceſſoris ſtatuerunt ad electionem celebrandam: ſimiliter, tempus determinatum præſtarũt ijſdem electoribus ad electionem pręſtandam electo, cui etiam certos mẽſes constituerunt, intra quos, electioni conſenſum præſtet. Item determinarunt tale tempus ad effectum impetrandæ confirmationis eiuſdem electionis, & ſimilia alia ſanxerunt, vt videri poteſt, ex cap. bonæ, 2. & cap. nè pro defectu, de elect. cap. quam ſit. cap. cupientes, & cap. ſi compromiſſarius, eod. tit. in 6. cum ibi adnotatis à DD. Sed quoniam huiuſmodi iura sũt modificata, quoad Regulares ſpectat, & qui eorum priuilegijs perfruũtur; id circò omitto gratia breuitatis, eorum omnium explanationem, & eò magis, quòd in ſequentibus patefiet ſuo loco, deodante, quæ de ſingulorum Prælatorũ electionibus huc pertinere poſſent, penès Papales Bullas.

CONCL. I.

2 Ab electoribus, electiones Eccleſiarum Cathedralium, ac Regulariũ intrà tres menſes fieri debent; computandas à die vacationis, de iure cõmuni, loquendo, aliàs, deuoluuntur ad proximum ſuperiorem, qui ſi intrà præfatum terminum non elegerit vel non prouiderit, deuoluuntur ad alium Superiorem immediatum, & ſic vſque ad Papam incluſiuè.

Sic enim habetur in cap. nè prò defectu de elect. & in alijs iuribus, de elect.

DOCT. ALLEG.

4 *Doctores ſunt huius noſtrę concluſionis, D. Antoninus, 3. p. tit. 19. cap. 2. §. 1. Syluest. verb. electio. 1. q. 6. n. 7. Piſanella, verb. electio, §. infrà quod tempus, Tabiena verb. electio 1. num. Roſella, verb. electio, num 6. Hoſtienſ. lib. 1. ſumme, de electione, §. quo tempore, num. 19. Peyrinus, to. 1. de*

1.de ſubdito,cap.31.q.1.verſ.noto.9.& alij de commum ſententia.

CONCL. II.

5 Electoribus Regularibus, per priuilegia,& indulta Apoſtolica, habentibus, non currit tempus à iure ſtatutum, ac præſcriptum ſuper electiones canonicas celebrandas, ſed procedũt iuxtà eorum gratias, ac fauores Papales,quas in vſu habeut.

Concluſio cõſtat; per priuilegium relatum in compendio, tit.electio,nu.4. „Clemens IV. ſtatuit, ac conceſſit, „quod in electionibus Generalis, ac „Prouincialium Miniſtrorum Ordinis „Minorum Fratribus, qui debent electionem huiuſmodi celebrare, tempus,ſuper hoc à iure ſtatutum nõ currat, nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulis coarctentur.

Et hoc idem priuilegium conceſſit Gregorius XI. Ord. Prædicatorum, in ſua Bulla, incipit, virtute conſpicuo,ædita. 1374.

6 Illius veritas etiã patet,quia à varijs Papis fuit ſpecificè præſcriptum tempus, ſecundum quod dirigendę electiones,cuiuſcumq; ferè Ord. ſunt,vt apparet in Clement. exiui,de verbo. ſignificat.in Bulla Pauli III. facta Capuccinis, & alibi, atque ideo hæ ſpeciales Papales Cõſtitutiones ſunt ab electoribus Regularibus attendendę, & non aliæ generales,quia generi per ſpeciem derogatur, cap.generi per ſpeciem,de regul.iuris,in 6.vbi gloſſ. & Dynus.

DOCT. ALLEG.

7 *Aſſertionem atteſtantur Rodriquez, tom.2.qq.regular.q.13.art.13.Miranda, in manuali prælat.tom.2.q.23.art.10.Sigiſmundus,dub.17.de elect.n.2.& cæteri Scriptores nominales, de hac materia tractantes.*

CONCL. III.

8 Electores,ſi infrà menſem à carentia Prioris Conuentualis, illum non „elegerint,vel nõ poſtulauerint, Prior „Prouincialis prouideat de Priore,qui „competenter ſciat in ſuo Conuentu „proponere verbum Dei.

Talis eſt Conſtitutio in Ordine Prædicatorum diſt.2.capit.2.de elect. Prioris, §.5. littera G. quorum verborum declaratio eſt huiuſmodi, quæ ſequitur.

Declaramus, quod ſi electoris ſtatue„rint aliquem diem ad eligendũ Prio„rem, infrà Menſem,& illa die ſtatuta, „non elegerint, poterunt alium diem, „infrà ipſum Menſem, ad electionem „faciendam conſtituere ſicut declara„tum fuit Toloſę 1304.& in Cap. Ro„mano 1661. Menſem autem electio„nis incipere à die, quo de carentia „Prioris in Conuentu conſtiterit, in„frà quem menſem debent electores „canonicè aliquem eligere,quod ſi nõ „elegerint, etiam ſi aliquos actus elec„tionis, vel ad electionem pertinen„tes,fecerint,ſtatim tranſacto illo pri„mo menſe, deuoluitur ius ad Prouin„cialem, quod ſi canonicè aliquem ele„gerint, & contigerit, vt caſſetur ele„ctio,incipiat denuò alter menſis, electio-

ctionis, à die quo canonicè conſtiterit Cõuentui prędicta caſſatio, quod ſanè intelligendum eſt habere robur quomodocumq; caſſetur electio, ſiuè propter defectum in ipſa commiſſum ſiuè propter aliquam aliam rationem, & ſi in iſto caſu Prouincialis Priorem prouiderit, ille talis non erit Prior.

CONCL. IV.

9 Quando per Conſtitutionem pręfigitur menſis electionis vocalibus, à die notitiæ carentiæ Prioris, huiuſmodi menſis excluſiuè à præfata die cõputandus eſt.

Sic declaratũ fuit in Capitulo generali Romæ celebrato 1629. & eſt 13. declaratio in ordine, §. declarationes.

CONCL. V.

10 Quandò ius prouidendi Conuentui, ad Prouincialem, iuxtà noſtrarũ Conſtitutionum præſcriptum, deuoluitur; ſi Prior à Prouinciali inſtitutus, Prioratum acceptare recuſauerit; iam iterum tale prouidendi ius penès Prouincialem reſidebit; ita tamen, vt ſẽper Prouincialis, quoties ad ipſum electio, vel inſtitutio Prioris deuoluitur, id abſq; grauiorum Patrum conſilio, quorum maiori parte ſtare debet, non exequatur.

Ita declaratum eſt *in* Capitulo generali Romæ celebrato 1629. in duodecima declaratione, §. declarationes.

CONCL. VI.

11 Electores cuiuſcumque Prouincię, infrà annum, poſtquam eis conſtiterit, quod Prouincia caret ſuo legitimo Prouinciali, non elegerint, vel non poſtulauerint, Prouincialem, ipſo facto electio, & prouiſio de Prouinciali, ſit ad Magiſtrum Ordinis deuoluta.

Ita enim habetur in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, cap. 3. de electio. Prioris Prouincialis, num. 4. littera, B.

CONCL. VII.

13 Electores, poſtquam congregati fuerint in vigilia Pentecoſtes, à Fratribus præſentibus in loco, vbi fienda eſt electio in vno conclaui firmiter includantur, ita quod inde egredi nullatenus valeant, nec eis vllo modo aliqua alimenta miniſtrentur, quouſque Magiſter Ordinis ſecundum formam canonicam ſit electus. hoc autem tam ab electoribus, quam à recludentibus præcipimus firmiter obſeruari, quod ſi quis contraire præſumpſerit, ipſo facto ſit excommunicatus, & pœnam grauioris culpæ debitam ſuſtinebit.

Sic in cap. 5. de electione Magiſtri Ordinis, num. 4. littera E. in Conſtitut. Ord. Prædicatorum habetur.

CONCL. VIII.

14 Nulla Regularis Religio poteſt ſtatuta condere contra ius commune, attamen ſi quando, vel ipſa ſtatuta ſunt confirmata in forma ſpeciali à Sede Apoſtolica, vel ipſa Religio gaudet ſpeciali priuilegio ſtatuendi in aliquo caſu contra ius commune; tũc ipſa valida ſunt.

Nam

Nam quamuis, exempli gratia Capuccinorum Conſtitutiones confirmatæ non ſint in forma ſpeciali, adſit nihilhominus priuilegium ſpeciale conualidans prouiſionem Guardianorũ, iuxta ordinis Decreta, contra ius cõmune factam, erit conſequenter valida Conſtitutio eorum circa Guardianorum prouiſionem fiendam ſuo tẽpore contra ius commune circa electionem Superiorum localium, ſuo præſcripto tempore, de quo, in ſequenti aſſertione.

CONCL. IX.

15 Electores tenentur, iuxtà ius commune Canonicum, intra tres menſes, à carentia Eccleſiæ, ſiue Cathedralis, ſiue Regularis, ſui Prælati, illum eligere; aliàs, eligendi poteſtas eſt deuoluta ad eum, qui proximo præ eſſe dignoſcitur.

Aſſertionis veritas patet ex cap. nè pro defectu, de electione in 6. vbi ſic dicitur, „vt vltrà tres menſes, Cathedralis, „vel Regularis Eccleſia Prælato non „vacet, infrà quos, iuſto impedimento „ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi „poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum, qui proximò „præ eſſe dignoſcitur, deuoluatur. Is „vero ad quem fuerit deuoluta poteſtas, Deum, præ oculis, habens, non „differat vltrà tres menſes prouidere, „&c.

CONCL. X.

16 Electores licitè, ac validè celebrare poſſunt diebus Feſtis, electionem canonicam, atque de electo fieri poteſt die Feſtiuo, quoque confirmatio.

Cuius eſt ratio, quoniam iure nullo, hoc prohibitum eſt: Immò in ordine Patrum Carthuſianorum, parte ſecunda, capit. 2. numero 41. fol. 14. ſic dicitur.

17 Sciendum eſt autem, quod quamuis electiones, diebus Feſtis Eccleſiæ, „vel Ordinis, licitè fieri valeant; aſſignationes, tamen, terminorum, quæ „fiunt per Priores vocatos ad apponẽdum contra electionis formam, & „perſonam electi, debent cadere in „diem non feſtiuam, & die feriali confirmatio ipſa fieri, cum ſit actus iudicialis.

18 Secunda pars probatur, quoniam confirmatio etiamſi ſit actus iudicialis; tamen in foro iudiciali non ſeruatur iuris ordo à Regularibus, ſicut à Sæcularibus: maximè vero hoc ſine vlla hæſitatione procedit, quando dicta confirmatio fit extra iudicialiter.

Nam, & iuramentum, & contractus, ac omnes actus extra iudiciales vetantur fieri die feſto, cap. cum contingat, de iur. iurand. & cap. quamuis, de pact. in ſextò, & tamen facti tenent, vt optimè à Doctoribus tutantur, à Rota approbati, deciſio. 1282. numero quarto, & ſeq. coram Cardinale Seraphino, Sigiſmundo, dub. 18. de elect. numero 5.

CONTROVER. XIX.

An electiones canonicæ, noctis tempore licitè, ac validè fieri poſsint.

CONCL. I.

1 Noctis tempus, prò præſenti inſtituto noſtro, ad effectum, de quo agimus, intelligimus illud, quod incipit poſt ſignatam Aue Maria, quò aduſque lumine artificiali videri poteſt, & durat vſque ad diem, nempè, vſque illud tempus, quo iam albeſcit, cum tunc propriè dies appelletur.

Patet ex cap. conſuluit officio iud. delegat.

DOCT. ALLEG.

2 *Doctores aſſertionis ſunt Cardinalis, in cap. ſi per fodiens, de homicid. Natta, conſil. 469. extat decretum, num. 6. verſ. idem latius proſequitur Selua, de benefic. p. 3. q. 1. num. 5. verſ. in contrarium facit, Tiraquellus, de retractat. Lignag. §. 1. glo. 11. verb. 2. verſ. cuius rei, Ripa, de noct. temp. cap. 3. nu. 52. Nauarrus conſ. 8. tit. de elect. n. 2. adit. Sigiſ. dub. 18. de elect. & cæteri nominales.*

CONCL. II.

3 In illis electionibus, in quibus, cap. quia propter, de elect. in 6. ſeruatur, nullo pacto ab electoribus fieri poſsũt electiones noctis tempore.

Ratio eſt, quia in dict. cap. quia propter reprobantur electiones clandeſtinę.

DOCT. ALLEG.

4 *Aſſerunt concluſionem Panorm. in cap. 1. num. 18. vt Eccleſ. benefic. & in cap. 1. n. 2. de clandeſt. deſponſ. Felin. in cap. conſuluit, n. 20. de officio, & poteſt. iud. delegat. Selua, vbi ſupra, num. 4. verſ. & il ud Tabiena, verb. elect. n. 8. Nauarrus, loco d. Ripa, cap. 98. n. 4. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. qu. 52. artic. 15. Miranda, in manuali prelator. to. 2. q. 23. art. 12. Sigiſm. dub. 18. nu. 2. & omnes id autumant, & communem eſſe inter DD. de actibus iudicialibus.*

CONCL. III.

5 Electio, ob cauſam vrgentem, ac grauem, poteſt ab electoribus, in tali caſu, licitè, validèque celebrari, noctis tempore, dum tamen, adſint tria, adminus, luminaria, nè in dandis, ſeu ſuffragijs conſcribendis aliquid vitiũ contra ius canonicum, contingat.

Cauſa grauis vrgens, & neceſsitas, in præſentiarum, erit, ſi per diem, maior pars Capituli haud concors fuerit, & ſequẽti die, eligendi poteſtas peritura ſit, ac ad Superiorem, mox, deuoluatur; in tali enim caſu electores celebrare poſſunt electionem nocte, neceſſitas enim non habet legem, & iure ſuo tenentur electores vti.

DOCT. ALLEG.

6 *Placet ad modum, concluſio Cuchorn. ſtitut. maior. lib. 4. tit. de electione, nu. 20. ſauet Nauarrus, loco allegato, n. 2. ſuffraga-*

gantur Sigiſmundus, nu. 3. Rodriquez, & Miranda, nuper allegati, aientes eſſe communem Canoniſtarũ, in d. cap. quia propter & ibi Panorm. & fauet liquido, cap. conſuluit, de offic. delegat. iudi. quod benè commentatur, Rota, deciſ. 131. num. 4. coram Gregorio XV.

CONCL. IV.

7 Ad electiones omnes, licet, nulla neceſſitas intercedat, electores procedere poſſunt, in quibus exequtioni, cap. quia propter, de elect. in 6. non demandatur.

DOCT. ALLEG.

8 *Prò hac concluſione allegantur omnes relati Doctores in ſuperioribus, & Ripa, de noct. tempore, cap. 98. n. 2. Sigiſm. n. 4. de elect. dub. 18. & cæteri nominales.*

CONCL. V.

9 Regulares electores, quibus præſcriptum eſt tempus eligendi, per Conſtitut. Papales, eis traditas, aut proprias, ab eiſdem approbatas, poterunt in nocte electionis celebrare Prouincialium, ſeu Priorum, ſi in die finire non potuerint.

Cuius eſt ratio, quoniam electio, aliàs, deuoluitur apud Superiores, poſt terminum eis ſtatutum, vt apud Patres Prædicatores eſt Conſtitutio relata in ſuperiori Controuerſia, num. 5. & apud minores, ex Decreto Clementis Quinti, deuoluitur ad Generalem Prouincialis electio. quę aſſertio ſeq. ex prędictis, & eoſdem Auctores habet, quos in ſuperioribus retulimus.

CONCL. VI.

10 Electio Diffinitorum, Cuſtodum, apud minores regulares, non videtur ſufficiens cauſa de nocte celebrari ab electoribus, niſi fortaſsè, talem dixerimus, ad euitandam, nimis longam celebrationem comitiorum, vt quando, ſcilicet nimis in longum protraheretur multiplicatio ſcrutinorum, antequam electorum maior pars in aliquem conſentiret: & ſimiliter, ſufficiens cauſa electionem Diſcreti, ſeu Socij celebrandi, eſt imminens celebratio Capituli Prouincialis, quæ non patitur in diem alterum differri.

CONCL. VII.

11 Electio, ſeu prouiſio Superiorum localium Regularium abſolutè, ac ſimpliciter nequit noctis tempore celebrari à Diffinitorio ſine iuſta cauſa.

Ratio eſt, quoniam in huiuſmodi electione, ſeu prouiſione obſeruandum, cap. quia propter, de elect. vt ſupra diximus, & diſpoſitio etiam Concilij Trid. cap. 6. ſeſſ. 25. de regul. ſtatuens vt in electionibus Superiorum Regularium, quò omnia, ſine fraude vlla, fiant, per vota ſecreta procedatur, ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

12 *Subſcribitur Nauarra lib. 1. conſil. 8. tit. de elect. in 2. edit. Ripa, de noct. tempo. cap. 99. in fine, dicens electionem Superiorum localium, à Diffinitorio factam, tempore nocturno ſine lumine artificiali non vale-*

valere, & Tridentino, aduerſari capit. 6. ſeſſ. 25. de regular. enim declaranda, ac manifeſtanda erunt ſuffragia, aut fraudi facillimè locus erit, quorum, vtrumque Sanctę Synodo aduerſatur, Sigiſmundus dub. 8. nume. 6. quidquid aſtruant miranda, & Rodriquez, in d. locis. Et ſi aliquãdo tales electiones noctis tempore celebrentur non eſt ex eo quod in eis non ſeruetur d. c. quia propter, ſed ob rationem ſupra dictam in 6. concluſione, ad euitãdam, ſcilicet longiorem protractionem Capituli.

CONTROVERS. XX.

An ad electionis celebrationem, oratio præcedere debeat.

CONCL. I.

1 ANtè Paſtorum, ſiue Prælatorũ electionis celebrationem, ex Tridentino Decreto orationes, ac præces ad Deum, ſunt effundendæ, atque fiendę.

Sic namque dicitur, ſeſſ. 24. cap. 1. De-„creto de reformat. Statuit Sancta Sy-„nodus, vt cum primum Eccleſia va-„cauerit, ſupplicationes, ac pręces pu-„blicè priuatimque habeantur, atq; à „Capitulo per Ciuitatem, & Diœce-„ſim indicentur, quibus Clerus, popu-„luſque, bonum à Deo Paſtorem, va-„leat impetrare. Satis Concilium.

Sanctiſſimè quidem, factum eſt, nam vt D. Greg. Papa lib. 1. Reg. c. 16. quæ-„rendi ſunt idonei Eccleſiæ Paſtores; „ſed niſi Deus demonſtret, non inue-„niuntur, iuxta illud Dei dictum ad Sa-„lomonem, *vnges, quem moſtrauero tibi*. „eſt ergo orandum, vt à Deo demon-„ſtrentur: quid, ſubdit D. Grego. hor-„tor Paſtores quærere, cum niſi Deus „occultos proferat, nequeũt inueniri? „quid enim aliud eſt, vnges quem mo-„ſtrauero tibi? tamen ſunt etiam quæ-„rendi, quia, niſi quæſiti diù, minimè „demoſtrantur.

2 Et licet hæc D. Greg. dũtaxat procedant in electione Prælatorum nihil hominus tamen, vt Theophilactus ait in cap. 6. Lucę, poſt ordinem Chriſtus Dominus elegit diſcipulos, vt nos etiam doceat, quando quem piam in ſpirituale miniſterium ſumus ordinaturi cum præcibus hoc faciamus, vt Deus reuelet quis idoneus ſit.

CONCL. II.

3 In ordine PP. Prędicatorum, decre-„tatum eſt, quod in omni elect. cuiuſ-„cumq; Prioris, ſiue Prouinc. ſiue Cõ-„uentualis, & Priorisſæ, teneantur om-„nes vocales præmiſſa, ſi opus fuerit, „ſacramentali cõfeſſione, diuiniſſimũ „Eccariſtiæ Sacramentum ſuſcipere, „ante celebrationẽ electionis, ſub pœ-„na priuationis vocis, ipſo facto.

Ita fuit ordinatum in Capit. Barchino. 1574. & 1580. Romę confirmatũ, vt in declarationibus Conſtitutionũ c. 2. diſt. 2. de elect. Prioris, n. 1. lit. C. ante finem. Canitur etiam Miſſa à toto Cõuentu, de Sp. Sancto. Præterea, alì elector. pręmiſſo confiteor, qui pręeſt electioni abſoluit electores à cenſuris; deinde inuocatur ab omnibus genuflexis, gratia Spir. Sãcti per Hymnum, Veni creator Spiritus, &c. & antiph. Veni S. Spiritus, Kyrie, eleiſ. &c.

Pater noſter, & ne nos, &c. emitte Spiritum tuum, &c. Dominus vobiſcũ,&c.oremus, Deus, qui corda, &c.

CONCL. III.

4 Electionem neceſſariò de iure ſpeciali vniuſcuiuſque Religionis, Miſſę auditio, ac ſacra cõmunio pręcedunt. Attamen de iure communi, certum eſt,hęc minimè eſſe de electionis ſubſtantia, nec ex eorum omiſſione, eam vitiari,& irritam reddi.

Conſtat ex cap. cum Terra de electio. in 6.

DOCT. ALLEG.

5 *Defendunt primam partem aſſertionis Biax,in ſuo directorio,de elect.par.1. cap.24.& p.3.cap.13.Rodriquez,qq. regular.tom.2.q.42.art.1.& alij nonnulles.*

Secundam partem autem, ſuſtinet Anchar an.d.capit.cum Terra,numer.3.& capit. cum incer.2.de electio.Panormitan.in capit. tranſmiſſam,col.penultima de electio. & in cap.cum Eccleſia Sutrina; vbiquoque Antonius Butrius, num. 3.de cauſa poſſ.& prop.Tabiena,verb.electio.1.num. 20.in fine,Sigiſmundus,num.5.dub.19. de elect.& alij.

CONCL. IV.

6 Electores Regulares Ordinis Prædicatorum, omittentes Sacram communionem ante electionem, priuantur ipſo facto, voce actiua,& alij etiam omittentes prædicta, antè electionem, peccant, grauiori, aut leuiori culpa, pro ſcandali indè in ſurgentis qualitate, iuxta vniuſcuiuſque Religionis inſtituta, & Conſtitutiones Regulares.

CONTROVER. XXI.

An in Prædicatorum Patrum Religione, dentur aliqua obſeruanda, tam ante electionem canonicam, quã in ipſo actu, atque poſt illam ab electoribus celebratam.

EXPLICATIONES.

1 QVæ quidem, ſunt in Conſtitutionibus præſcripta, ad electionem canonicam exigentia, cap.2. de elect.Prioris diſt.2.num.1.litt. A. placet in medium per concluſiones, ſummariè proponere, quarum ſit.

CONCLVSIO I.

2 Primo requiritur in canonica electione, quod mortuo, vel amoto Priore Conuentus, electores abſentes vocandi ſunt, ſi Nuncius ad eos pedeſter per vnam diem commodè poſſit accedere.

Item in Capitulo Romano 1601. fuit pro his,qui ad Capitulum Prouinciale proficiſcuntur ordinatum,q quando Priores tẽpus ſui Prioratus,in Capitulo Prouinciali, dũtaxat, expleuerint, tenẽtur electores præſtolari Socios eorundem Priorũ, qui ad Capit.

Pro-

Prouin. profecti fuerint, vſq; ad Sabbatũ Pentechoſtes excluſiuè, & tũc procedere poterunt ad electionem Prioris, niſi forte ante diem illi, qui ad capitulum Prouinciale acceſſerant, reuerſi fuerint.

CONCL. II.

3 Secundum eſt, quod vocatis, & aſpectatis abſentibus, debent vocales ad locum electionis per ſonum campanulę conuocari, & præmiſſo tractatu, ſaltem, in communi, ſi viſum fuerit, de perſona idonea, debet eligi hora, & locus, prò electione facienda, *quod* ſi maior pars electorum petierit à Subpriore, vel Vicario, ſi non adſit Subprior, vt congreget Capitulum ad electionem, & ipſe renuerit; tunc antiquior ex omnibus electoribus, poſt tertium, aut quartum diem, à notitia carentiæ Prioris, poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere, quod ſi iſte noluerit, alius antiquior poſt ipſum, & ſic de cæteris, donec ad electionem procedatur, vt ipſis iiſdem verbis fuit declaratum Romæ 1601. & Pariſijs 1611.

CONCL. III.

4 Tertium eſt, quod determinatis iã hora, & loco electionis, præſentibus ad ſonũm campanæ vocalibus, debet in Capitulo à præſidente electionis, fieri proteſtatio, quod non intendit admittere aliquem de iure non admittendum, nec excludere non excludendum.

CONCL. IV.

5 Quartum eſt, quod ille, qui præ eſt debet ad cautelam, generalem abſolutionem electoribus à Cenſuris dumtaxat, præſtare, cui præmiſſo Confiteor Deo, &c. Et Miſereatur, &c. dicat ſub tali forma.

Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti: in quantum ſe extendunt gratiæ, & priuilegia, ordini noſtro indulta, mihi commiſſa, & vobis conceſſa, Ego abſoluo Vos, & reſtituo Vos Sacro Sanctis Sacramentis Eccleſiæ communioni, & vnitati fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Eadem auctoritate Ego diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate, ſiue irregularitatibus, ſi quam, vel ſi quas contrhaxiſtis, & habilito Vos executioni ordinum, & officiorum veſtrorum, & ab omnibus alijs, de quibus conſueuit fieri abſolutio, vt ſitis abſoluti hic, & ante Tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, habeatiſque vitam ęternam, & viuatis in ſęcula ſæculorum. Amen.

CONCL. V.

6 Quintum, Miſſa in Choro, canenda eſt, de Spiritu Sancto, & omnes electores refici tenentur Sanctiſſimo Altaris Sacramento, antè electionem ſub pœna, ipſo facto, incurrenda, vocis actiuæ, præmiſſa Sacramentali confeſſione, ſi opus eſt, & ab omnibus eiſdem electoribus genuflexis,

gratia Spiritus Sancti per hymnum, Veni Creator Spiritus,&c.& Antiph. Veni Sancte Spiritus,&c. Kyrie,&c. Pater noſter,&c. & ne nos, &c. emitte Spiritum tuum, &c. Dominus vobiſcum,&c. Oremus, Deus qui corda,&c.

CONCL. VI.

7 Sextum eſt, quod ille, qui præeſt, debet ſecum duos ſcrutatores aſſumere,qui habitum noſtræ Religionis, poſt profeſſionem, diutius portauerunt, & cum eis ad ſcannum præparatum ante oſtium Capituli, debet accedere; quibus Conuentus poteſt addere quartum, quem electores eligant in Capitulo per ſchedulas, tribus primis ſcrutatoribus exhibenda, & qui à pluribus fuerit nominatus, quamquam vota non exceſſerint medietatem, ille quartus ſcrutator habendus erit. Quod ſi duobus æqualia vota collata fuerint, ille, qui fuerit antiquior in ordine, præferendus erit; itaut ex primo ſcrutinio, quartus ille ſcrutator, pro ea dumtaxat electione ſemper habeatur.

CONCL. VII.

8 Septimum eſt, quod poſtquam prædicti tres, vel quatuor ſcrutatores in menſa coram omnibus ſederint, debent primò, ſua, deinde aliorum vota, per inuolutas ſchedulas, in aliquo vaſe, vel vrna recipere; nihil aliud reſpicientes, quam, quod vna, tantum, ab vno quoque electore exhibeatur,& in vrnam mittatur, quod vt rectè, & ſine aliqua fiat fraude, nullus electorum, manum cum ſchedula in vrnam mittat, ſed vnam ſolam, ex aere pendentem, itaut ſcrutatoribus viſibiliter cadens appareat, intromittat.

Similiter, vt omnis fraus, auferatur, omnibus, ac ſingulis eligentibus, in Capitulo generali Bononienſi 1615. celebrato, ſtrictiſſimè præcipitur, vt in omnibus electionibus canonicis, nullus electorum audeat ſchedulas, quibus electiones huiuſmodi perturbantur, multiplicare

CONCL. VIII.

9 Octauum eſt, quod ſcrutatores receptis ſingulorum votis debent ſchedulas inuolutas,in menſam effundere,& numerare, atq; conferre cum electorum numero; & ſi numerus earum non fuerit æqualis numero electorum, ſtatim eas non explicando, neque legendo comburant.

Si autem æqualis fuerit, eas explicent, legant, diligenter ſcrutentur, & in ſcriptis redigant.

CONCL. IX.

10 Nouum eſt, quòd facto ſcrutinio votorum, ſcrutatores debent conferre numerum cum numero eorum, qui fuerint electi; & ſi inuenerint; quod aliquis exiſtens extrà Collegium, aut extra numerum electorum fuerit electus à maiori parte, vltrà medietatem omnium electorum, eius electio rata, ac legitima habeatur.

Si

11 Si quis vero, de numero ipſorum eligentium, electus fuerit, vt illius electio rata, ac legitima ſit, nè fraudi locus adſit, neque poſſit aliquis ſeipſum eligere, duo vota vltra medietatem,
12 collata eſſe oportet. Declarantes, tamen ſatisfieri huic ſtatuto, de duobus votis, ſi conſtet, illum eſſe electum à maiori parte ſecluſo ſuo voto, ſi fortè illud, ſibi contuliſſet. Id autem tunc ſatis conſtabit, quando aderit vnum votum, & dimidium, quod dicitur, vltra maiorem partem, vt potè ſi electores ſint quinque maior pars ſunt tres; requiritur. ergo, & ſufficit, vt electus, qui eſt de numero electorum, *habeat quatuor vota*, vt illius electio rata, ac legitima habeatur, vt in Capitulo generali Bononienſi fuit ordinatum 1564.

13 Item declaramus in Capitulo Barchionenſi, 1574. & poſteà Romæ, 1580. & 1583. iſtud haberi. Ordinamus, quod aliàs, fuerat confirmatum in Capitulo, immediatè præcedenti, vt ſi quis propriæ voci renunciatione, medietatem electorum exceſſerit, in quacumque electione, tam canonica, quam alia, irrita cenſeatur electio, & hoc habet quatuor Capitula, quantũ ad electionem canonicam. Adijcientes, quod totum hoc ordinatum cadit ſuper electione ipſa, & non ſuper electo, ita quod non poſſit denuò eligi, quod in Capitulo Romano, 1589. fuit confirmatum, & additum, quòd ſi quis, nec propriæ voci renunciare, nec ſuum votum conferre voluerit, ſed dixerit, ſe neutraliter ſe velle habere, tamquam ſi voci renunciaſſet cenſendus etiam erit.

14 Et quod, qui contra huius tenorem quempiam electum confirmauerit, ijs pœnis ſubijceat, quę confirmantes, non legitimè electos, ſtatutæ ſunt, ac talis confirmatio nulla, ſit, & inualida, & in eodem Capitulo Romæ, 1589. fuit ordinatum, quod ille, qui eſt aſſignatus in aliquo Conuentu, & electioni reuera ad eſſe poteſt, ſiue electioni ad ſit, ſiue non ad ſit, debet neceſſario habere duo vota, vltra medietatem electorum, vt ipſe canonicè cenſeatur eſſe electus, ſicut de illo, qui propriæ voci renunciat, declaratum eſt.

CONCL. X.

15 Decimum eſt, quod habito, ſchedularum numero, & collatione facta numeri ad numerum, debent vota in ſcriptis redigere; deindè ſchedulas coram electoribus antè publicationem ſcrutinij comburere, & in medium Capituli veniendo, ſcrutatores nomina publicent eorum, qui electi fuerunt, atque numerum votorum exprimant, quæ vnuſquiſque habuit, quod etiam faciendum eſt, etiamſi nullus fuerit à maiori parte, vltrà medietatem electus, vt ad ſecundum ſcrutinium poſſint dirigi electores. Si autem electio rata fuerit, ille qui primam vocem habuerit inter electores, tenens in manibus librum Conſtitutionum, debet vice omnium prædictorum electorum, eligere, & decretũ electionis formare, dicendo; Ego Fr. N. vice mea, & omnium eligentium præſentiam, eligo Fr. N. in Priorem talis Conuentus.

14 Quòd ſi in dicto ſcrutinio, in quo nullus eſt ſufficienter electus, ſint aliqui ſufficienter electi, immò, & vnanimiter poſtulati, nullum debet formari Decretum; quia poſtulati, confirmari non poſſunt, ſi nullus ſit electus, ſi verò quis fuerit electus, benè fieri poteſt poſtulatio, & dicat,qui præ eſt, & poſtulo Fratrem N. & Fratrem N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti Amen. Quod ſi primus ſcrutator fuerit electus,ſecundus ſcrutator, in publicando ſcrutinium, & formando Decreto ſuccedat;& ea ſolum, quæ in Capitulo publicantur,in Decreto electionis, mittendo ad confirmatorem, ſcribenda ſunt, ſubſcriptis nominibus ſcrutatorum.

CONCL. XI.

15 Vndecimum eſt, quod haberi debent litteræ præparatæ, in quibus sũt omnia ſcribenda, quæ in tali electione peracta ſunt breuiter, in ſpecie vero nomina eorum, qui electi ſunt, ac ſufficienter poſtulati, & etiam addatur, nihil fuiſſe omiſſum eorum, quæ ad canonicam electionem exiguuntur,& præcipuè formationem Decreti, quæ litteræ à ſingulis ſcrutatoribus manu propria ſubſcribantur,& ſigillo Conuentus, roborentur, coram omnibus,antequam à loco electionis electores recedant; munitumque ſic tale Decretum quantocius ad confirmatorem mittatur.

16 Solent etiam fieri duæ copiæ authenticæ ſcrutinij, quarum altera cõſeruatur in capſa oblatio nis,vt ſi altera pereat,hæc mitti poſſit.

Atque his omnibus præhabitis à Patribus electoribus, in ipſo loco electionis,iuxtà rubricam, complentur huiuſmodi electionis canonicæ acta, legendo,dicitur pſalmus,Laudate Dominum omnes gentes per choros, cũ gloria Patri, &c. Deindè, qui Capitulum tenet, dicat, Adiutorium noſtrum,&c. & ſic omnia electionis geſta terminantur cum gratiarum actione ad Deum ſemper benedictum, per omnia ſæculorum ſæcula. Amen.

Hæc omnia retulimus,ex locis, Conſtitutionum, allegatis, à principio Controuerſiæ.

D I-

DISPVTATIO III.

De electione, ac poteſtate ſcrutatorum, atque compromiſſariorum.

CONTROVERSIA PRIMA.

An in electione canonica, ſcrutatores exigantur, & qui, ac quot eligendi ſint.

CONCLVSIO I.

IN canonica electione, tres requiruntur ad minus ſcrutatores, de collegio electorum, fide digni, qui ſecretò, & ſigillatim, vota cunctorum diligenter exquirant; aliàs, nulla eſt electio, ipſo iure, atque irrita.

Concluſio habetur in cap. quia propter de elect. in 6. vbi ſic dicitur.

Cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commodè inter eſſe, aſſumãtur tres de collegio, fide digni, qui ſecretò, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, &c.

Ratio eſt, quia tres facilius conueniunt ac fidelius negotium pertractant.

DOCT. ALLEG.

2 *Auctores ſunt noſtræ aſſertionis, Panorm. in d. cap. quia propter, n. 7. Imola, n. 4. ibid. Baldus, n. 31. Ioan. Andreas, n. 9. verſ. aſſumatur, Butrius, n. 22. verſ. dicitur 6. Hoſtienſ. nu. 17. & 43. debent hoc tutius eſſe Card. n. 3. q. 12. Anchar. col. 1. in fin. Goffred. in ſumma, tit. de elect. n. 7. Hoſtienſ. in ſumma, §. qualiter facienda, verſ. ſed verba concil. Biax, in direct. elect. p. 3. cap. 23. vbi de communi, Bertrandus, conſil. 187. nu. 1. vbi etiam de communi, quod ob hac opinione non ſit recedendum in conſulendo, neque in iudicando, Rebuff. ſuper concord. in tit. de regul. prælat. nomi. faciend. §. vlt. verb. formam, verſ. vbi de communi, Franc. Marc. q. 1201. vbi pariter, de communi, Ioan. de Friburg. in ſumma tit. de elect. qu. 7. col. 2. verſ. aſſumantur, Syluest. verb. elect. nu. 12. verſ. 3. de communi, Angel. verbo elect. n. 26. Tabiena in eod. tit. 1. n. 20. verſ. 2. Roſella, eod. tit. col. 5. verſ. quot ſunt formæ, Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 11. Rodriquez in ſumma, capit. 2. de elect. col. 3. vbi de communi, aliàs, c. 102. Iadoch. in Theſauri, vtriuſque Theologiæ, verb. elect. in forma prima ſcrutinij, verſ. 2. vbi ipſi eligunt, Sigiſmun. de elect. cap. 3. dub. 20. n. 1. & in terminis prælat. Regularium, fuit noſtra aſſertio in Rota, in Metenſi monaſterij, 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, & in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximini, 20. Nouembris 1624. coram eodem, & alij nominales.*

CON-

CONCL. II.

3 Si vnus, vel alter ex ſcrutatoribus, deficiat ob mortem, vel aduerſam valitudinem, aut aliud ſiniſtrum, loco eius alius de collegio ſubrogandus erit.

DOCT. ALLEG.

4 *Hanc concluſionem noſtram edocent Innocent. Ioan. Andreas, & Panormit. in d. cap. quia propter, de elect. in 6. Biax, vbi ſupra, Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. de elect. n. 20. Rodriquez, to. 2. qq. regul. q. 51. art. 3. ad finem, Sigiſmundus, n. 2. dub. 20. et alij relati, & nominales.*

CONCL. III.

5 In Ordine Prædicatorum, poteſt ab electoribus in Capitulo, eligi quartus ſcrutator, ſi expedire videbitur, quod etiam eſt ad mentem iuris communis, cap. quia propter, de elect. in 6. qui per ſuffragia publica, ad fraudes tollendas eligendus neceſſe eſt.

Pars prima, eſt iam in ſuperiori Controuerſia, nu. 6. concluſione 6. oſtenſa, ex verbis Conſtitutionum eiuſd. Ordinis. Et ita etiam declaratum fuit Romę 1629. declarat. 16. his verbis. Declaramus, quod quando ex quacumq; cauſa, in electionibus quibuſcumque, quartus ſcrutator aſſumendus eſt, ille per ſuffragia publica ad fraudes tollēdas, eligatur, & nō aliter.

6 Secunda autem pars, conſtat ex relatis verbis, d. capit. quia propter, vbi aſſumantur de collegio, fide digni, qui ſecretò, &c. ex quibus verbis, non deducitur, quod ſcilicet tres, tantum aſſumantur, vt quartus, ſi opus fuerit, addi non poſſit; nam cum ſimus in materia odioſa pęnali, non eſt, ita reſtringenda, vt ſolummodo tres, & nullo modo quartus, addatur, ſi neceſſe fuerit.

Nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, nempè, dum, enim d. cap. quia propter, non prohibet, quartum ſcrutatorem expræſſe; quando eius opus eſt. ergo, licitè eligere poterunt; quia, lex debet eſſe rationabilis, ſi neceſſe eſſet eligi quartus ſcrutator, vetaret eligi poſſe; id quod non efficit explicitè, ſed abſolutè dicit, *tres aſſumuntur, &c.* ergo.

CONCL. IV.

7 De canonicæ electionis ſubſtantia, ſeu eſſentia, atque quidditate eſt, vt dicti ſcrutatores, in omni electione pauciores non ſint minus trium, nec plures, quatuor, aliàs, electio eſt ipſo iure nulla, & irrita, Nulla conſuetudine in contrarium non obſtante.

CONCL. V.

8 Dicti tres, aut quatuor ad plus, ſcrutatores, neceſſario eſſe debent de collegio, & non aliundè, ſeu ab extrà, alias, nulla eſt electio, ac irrita, ipſo iure, nulla conſuetudine in contrarium non obſtante.

Cuius ratio eſt, harum concluſionum, quoniam hæc duo ſunt de ſubſtantia, & quidditate electionis canonicæ, contra quæ duo ſubſtantialia, nulla conſuetudo in contrarium allegari poteſt, cum contra diſpoſitionem cōtinen-

tinentem decretum irritans, non poteſt allegari conſuetudo, vt diſput. 1. controuerſia 8. plenius probauimus, & ex verbis, d. cap. quia propter, patet.

DOCT. ALLEG.

9 *Hæ duæ aſſertiones habent omnes allegatos Doctores, n. 2. & 4. pro ſe, qui omnes interpretãtur dictum Capitulum, quia propter, in omni electione tres requiri ad minus ſcrutatores, & eſſe hos, de collegio.*

Leges enim humanæ admittunt doctrinalem interpretationem, quę licet per ſe non inducãt obligationem, cum non habeat poteſtatem legem inducendi, vt in materia de legibus Doctores autumant, & inter alios, Suarez, lib. 6. cap. 1. nu. 5. Nihilhominus tamen, ſecus eſt dicendum, quando communis, fere omnium Doctorum opinio conuenit in interpretatione: quia tunc facit humanam certitudinem, & inducit obligationem, ſeruandi legem, & ducendi illã in praxi, iuxta cõmunem interpretationẽ, vt Suarez, vbi ſupra verſ. de hac igitur interpretatione, Rota in d. Metenſi, §. neque dicatur, quod hic, & in d. Treuerenſi, §. neque prædictis reſiſtit.

CONCL. VI.

10 Scrutatores non debent eſſe cæci, neque ſurdi, ſed debent eſſe tales, vt legere poſſint eligentium vota, & ita ſcribere, & legere, ac lecta, in publicatione ſcrutinij audire. Sic enim habetur in declarationibus Conſtit. Ord. Prædicatorum, cap. 2. de elect. Prioris, diſt. 2. num. 1. littera E. in calce.

Crederẽ tamen modo non debere opponi ſcrutatoribus ſurditatem, vt antè Concil. Trid. quoniam tunc ſcrutinium formabatur verbis, non ſcripto, vt nouo iure modo fit.

CONTROVERSIA II.

An in electione celebranda per compromiſſum, numerus compromiſſarij ſit præſcriptus, & qui eligi debent.

CONCL. I.

1 Electores, tot compromiſſarios eligere poſſunt, quot eis libet, ſiuè ſint electi de collegio, ſiue ab extra.

Probatur aſſertio, quoniam in cap. quia propter, de elect. in 6. non eſt præſcriptus numerus compromiſſarij, nec ſtatuit, quod ſit de collegio, vel aliunde, ſed tantum aſſerit.

„ Vel ſaltem eligendi poteſtas aliqui-
„ bus viris idoneis committatur, qui
„ vice omnium Eccleſię viduatæ pro-
„ uideant de Paſtore.

Vndè, ſiue ab vniuerſitate in vnum compromittatur, ſeu duos, ſiue plures ſecundum numerum ſibi gratum, hoc non refert, cap. in cauſis.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius aſſertionis, defenſores Panorm. in cap. in cauſis, n. 2. cunctio, cap. cum iure, & cap. cum dilectus, vbi Butrius, n. 2*

de

Digitized by Google

de elect. Gloſſa, in cap. quia propter, verb. viris, & idem Panor. in cap. cauſam quæ, vbi quoque Butrius, n. 3. de elect. & cap. cum inter, de elect. & in cap. quia propter, n. 36. & ibi Imola, n. 9. de elect. Syluestr. verb. electio, 2. q. 15. n. 18. Biax, in director. elect. p. 3 cap. 17. Marc. q. 1206. p. 1 Rota, in Metenſi monaſt. 5. Iulij 1621. coram Coccino Decano, §. penultim. Sigiſmundus, dub. 21. nu. 1. de elect. & cæteri nominales.

CONCL. II.

3 Electores eligere poſſunt compromiſſarios non ſolum per ſemetipſos, verum, etiã per alios, nempe, poſſunt aliquos eligere, per quos compromiſſarij eligantur, qui poſt modum vice Capituli eligere poſſint.

DOCT. ALLEG.

4 *Docet concluſionem hanc Panormitanus, in d. cap. in cauſis, nu. 2. Sigiſmundus, n. 2. dub. 21. de elect. & alij, ex recitatis Doctoribus.*

CONTROVERS. III.

An electio compromitti poſsit, aliquo de Capitulo diſſentiente, atque nolente.

CONCL. I.

1 Compromiſſum abſolutum fieri minime poteſt, aliquo de Capitulo diſcentiente.

Cuius ratio eſt, quia ab electo. vox auſertur, ac cuilibet illorum præiudicatur ſingulariter, ex poteſtatis translatione eligendi ab eis in compromiſſarios, quare in re communi melior eſt conditio prohibentis, vt in regul. iuris in 6. dicitur, & ibi, iuncta gloſſa.

DOCT. ALLEG.

2 *Sequuntur aſſertionem Panormita. in cap. ſcriptum, n. 3. in cap. Vuitonienſis, nu. 4. in cap. in cauſis, n. 3. in cap. quia propter, §. vel ſaltem, n. 6. de elect. & in cap. conſtitutus, n. 6. vbi quoque Franchus de appellat. Butrius, in d. cap. quia propter, nu. 40. de elect. Biax in ſuo director. elect. p. 3. ca. 20. n. 1. Felinus, in cap. cum omnes, n. 18. in fin. verſ. 14. fallit, de conſtitut. Lambertinus, de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. ar. 17. Marc. 1206. p. 1 Syluest. verb. elect. 2. q. 15. in fine, Cuchus, inſtit. maiorum, lib. 4. tit. de electio. numero 36. Sigiſmundus, num. 3. dub. 21. de electio. & alij referendi.*

CONCL. II.

3 Compromiſſum limitatum, ſiue determinatum, quando videlicet, in aliquos compromittitur, vt votis ſingulorum electorum, ſecretò perſcrutatis, iidem electores eligant eum, in quem maior pars Capituli conſenſerit, & ita poterit compromitti per maiorem partem, alijs contradicentibus iuxtà tradita, diſp. 1. controu. 2. num. 15. & ſeqq.

Probatur, quia nemini hoc pacto fit præiudicium: nam quilibet vocem ſuam retinet, & quem vult nominat,

&

& talis limitatio vera eſt; niſi quis opponeret aliquod rationabile ipſis pro mouendis in cõpromiſſarios, vt optimè aduertit Panorm. in cap. in geneſi n. 9. ad calcem, de elect.

Ex quibus, patet clarè minimè ob eſſe eos, qui irrationabiliter modo huic modo illi Fratri in compromiſſarium promouendo, opponunt.

DOCT. ALLEG.

4 *Ampleſtuntur concluſionem Lapus, Geminianus, ac Franchus, in cap. cum expediat, de elect. in 6. Ferrettus, in cap. cum omnes, n. 41 in fine, de conſtitut. in repet. Roſella, & Angel. verb. elect. n. 7. Tabiena, verb. elect. 2. n. 3. Sigiſm. dub. 21 n. 4. & alij allegandi.*

CONTROVERS. IV.

An in electione compromiſſum, factum à Capitulo, vno electorum cõtradicente, valeat, & ratum ſit.

EXPLICATIONES.

1 HVius Controuerſiæ ratio eſt, quia in actibus Capitularibus, ſemper attendendũ eſt id, quod à maiori parte Capituli fit, iuxta c. cum in cunctis, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, pro cuius reſolutione ſit.

CONCL. I.

2 Compromiſſum factum ab Vniuerſitate, aut Collegio, ſeu Capitulo, vno contradicente electorum, non valet, & factum, ab vno ſolo reuocari poteſt, re integra.

Ratio cuius eſt potiſſima, quoniã compromiſſum eſt res merè voluntaria, l. ſi dictum ff. de euictionibus; ſed in rebus meris voluntarijs, omnes tenentur conſentire, vt dicitur in cap. cum omnes, de conſtitut. ergo vno contradicente non eſt validum. Nam cum quilibet in electione, alijſuè negotijs Capitularibus vocem habeat, iure ſuo priuari non debet, ne inuitus cogatur, ſuum ius alijs præſtare contra, l. inuictum, & l. inuendendis, C. de contrahend. emption.

DOCT. ALLEG.

3 *Ita aiunt Hugo apud Archidiac. in cap. Epiſcopus, 16. q. 7. Gloſſa in cap. quia propter, in verb. vice omnium, de elect. in 6. Abbas, in eod. cap. §. vel ſaltem, not. 2. & teſtatur de cõmuni, Dominicus, poſt Lapũ in cap. cum expediat, n. 5. in fine, de elect. in 6. Felinus, in cap. cum omnes, de conſtit. n. 30. verſ. 10. & n. 34. fallunt. 54. vbi ait hoc eſſe quotidianum, Bertachinus, in tract. de Epiſcopo p. 1 lib. 3. qu. 13. Decius, in cap. cum omnes, in 1. lect. num. 33. & teſtatur de communi, Federicus de Senis, conſil. 100. num. 5. in fine, Tuſch. in verb. compromiſſum factum ab Eccleſia, conſil. 502. Socinus ſenior in conſil. 45. col. fin. n. 14. lib. 1 Angel. conſil. 247. verſ. viſis, & examinatis, & alij.*

CON-

CONCL. II.

4 In re communi, vt ſingulis, non valet quod maior pars facit, niſi omnes, & ſinguli conſentiant.
Nam quod omnes tangit, ab omnibus eſt approbandum, cap. quod omnes, regul. iur. in 6. & iure communi, potior eſt conditio prohibentis, cap. in re communi, eod. tit.

DOCT. ALLEG.

5 *Prò ſe habet hæc aſſertio omnes ſupra relatos Doctores, & docet præſertim Ioan. Andr. in regul. iur. quod omnes, & cæteri nominales.*

CONCL. III.

6 In quibuſcumque electionibus vocalis quilibet contradicere valet, vt non fiat compromiſſum.
Conſtat ex ſupradictis, & eam tenent relati Doctores, & pręcipuè Abb. in cap. in cauſis, num. 3. de elect. vbi de communi teſtatur, & nominales cæteri idem autumant.

CONCL. IV.

7 In cauſis Capitularibus magni momenti, debent ſigillatim omnes inquiri, & expræſſe tenentur conſentire, vel diſſentire in ſcrutinio agendo.
Probatur, nam quo ad concluſionem ſeruandum eſt id, quod maior pars concludit, exceptis cauſis voluntarijs, vt iam eſt dictum.

DOCT. ALLEG.

8 *Concluſio eſt omnium relatorum Doctorum, & in ſpecie Abb. vbi ſupra nu. 3. cum alijs referendis ſcriptoribus.*

9 *Ad id, quod diximus ab initio, ſcilicet quod in actibus Capitularibus eſt attendendum, quod fit à maiori parte, id eſt verum quando tractatur in capitulo de rebus neceſſarijs, in quibus eſt ſeruandum ſemper quod fit à maiori parte, ſed in rebus meris voluntarijs, quia in eis vnus duntaxat contradicere valet, vt eſt certum in agendo compromiſſo.*

CONTROVERSIA V.

An electores, reuocare poſsint facultatem, quā compromiſſarijs præſtarunt.

CONCL. I.

1 A Belectoribus poteſtas compromiſſarijs tradita eligendi, ipſorum fauore, reuocari minime poteſt etiam re integra.
Ratio eſt, quia huiuſmodi facultas, ac poteſtas, in præſentiarum, & in tali facto, & occaſione non conſideratur, vt purum eſt mandatum, ſed vt quædam donatio, & vt quædam gratioſa conceſſio, iſtis facta compromiſſarijs.

DOCT. ALLEG.

2 *Concluſio habet Auctores Gloſſam, in cap.*

cap.in cauſis, verb.cum res non eſſet integra, de elect. quæ non diſplicet Sigiſm. n. 6. dub. 21. de elect. & nominales cæteros pro ſe retinet Doctores.

CONCL. II.

3 Compromiſſarijs tradita poteſtas ab electoribus, ad fauorem Eccleſiæ reuocari poteſt re integra, ſecus vero, re non integra.

Cuius eſt ratio, quoniam ipſi compromiſſarij ſunt nudi miniſtri, & executores deputati ad eligendum, & prouidendum Eccleſię de Paſtore.

DOCT. ALLEG.

4 *Sunt docentes concluſionem, Hoſtienſ. in c. in cauſis, & ibi Vincent. & Goffred. & in c. cauſam, de elect. Io. Andr. in d. c. in cauſis, & communiter DD. teſtes Panor. ibi. n. 11. Biax, in director. elect. p. 3. c. 19. n. 2. Syluẽſt. verb. elect. 2. q. 11. Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 37. Miranda, in manuali prelat. to. 2. q. 23. art. 34. col. 3. Sigiſm. n. 7. dub. 21. de elect. & alij multi.*

CONCL. III.

5 Poteſtas compromiſſarijs facta à capitulo, quando nõ conſtat ipſorũ gratia, vt ſcilicet eos honoraret in actu eligendi, ſit facta expræſſe, tunc in tali caſu, etiam re integra, reuocari poteſt ab electoribus.

Conſtat aſſertio ex cap. conſtitutus, de con ceſſ. præbend. & probatur eadem ratione, qua eſt prima aſſertio probata.

DOCT. ALLEG.

6 *Pro hac concluſione citantur Doctores omnes, num. 2. & 4. ſupra relati, nam omnes conueniunt vnanimiter in hac aſſertione.*

CONCL. IV.

7 Quãdò expræſſe non conſtat, & vtique, quando dubitatur, an huiuſmodi poteſtas ſit præſtita fauore ipſorum compromiſſariorum, an vero in gratiam Eccleſ. vt ſcilicet facilius proui-uideatur Eccleſ. per eos; in tali caſu, re ſolum integra, id eſt, quando iã nõ eſt ad ſubſtantialia negotij proceſſum, licet, ad ſolemnitates tantum, poſſe tũc reuocari hanc poteſtatem: ſecus autẽ re non integra, id eſt, quando iam eſt ad ſubſtantialia proceſſum negotij.

Probatur aſſertio eadem ratione, qua 2. concluſio eſt probata, fauet c. in cauſis de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

8 *Allegantur omnes Doctores, n. 4. dicti, ac inſuper Innocent. in cap. conſtitutus, de conceſſ. & præbend.*

9 Conſultò diximus in aſſertione, quã do dubitatur an ſit facta fauore compromiſſariorum, dicta poteſtas, & ſolum re integra reuocari poteſt ab electoribus, quia tunc gratia, vel donatio non eſt præſumenda, l. cũ de in debito ff. de præbend. in fine, & notat glo. in l. cum quid ff. ſi cer. pet. quæ mo. nã ſi vni dico, tolle hanc pecuniam, non præſumitur donatio, ſed potius mutuum, vel depoſitum; quia nemo præſumitur iactare ſuum, vt in capitulo

ſuper eo, de regul. & d. l. cum de indebito, & faciunt ad rem, quæ diximus contro. 12. diſp. 2. n. 8. & ſeqq.

CONCL. V.

10 Compromiſſarij in electione per compromiſſum determinatũ poſſunt mutari, quãdo iterandũ eſt ſcrutiniũ. Nam tunc in reiueritate cenſetur eſſe res integra, & id minimè aduerſatur, cap. 6. ſeſſ. 25. Concil. Trid. vbi diſtrictè præcipit, vt nomina eligentium, numquam publicẽtur; quia ſuffragia data in vno ſcrutinio poſſunt variari in altero, & ideo non eſt inferendum, electorum vota, vtriſque compromiſſarijs eſſe nota, ſi mutẽtur in iteratione ſcrutinorum.

Sequitur concluſio ex ſuperioribus.

CONCL. VI.

11 Compromiſſum factum, ab electoribus, non poteſt reuocari reintegra, ab vno de Capitulo, vel à minori parte eiuſdem Capituli.

Probatur, quia ex quo compromiſſum ſemel tenuit oportet, vt maior pars concurrat in reuocatione. argm. in c. 1. de his, quę fiunt à maiori parte Capituli, & l. quod maiori, ff. ad muni.

DOCT. ALLEG.

12 *Concluſionem defendunt Panor. in c. in cauſis, n. 16. vbi additio lit. D. pro hac opinione citat Rom. cõſ. 352. col. 3. verſ. quoad 3. Oldrad. conſ. 120. Fel. in c. 1. col. 1. verſ. quæ ſit verior, de maior. & obed. Mandag. in ſuo tract. de elect. p. 1. c. 49. vbi aliquid, & latius, in gl. Sigiſ. dub. 21. n. 10. de ele. & alij alleg.*

Et dicta concluſio locum habet, & procedit, licet ipſi cõpromiſſarij, aliqua infamia, meri facti laborarent; cum electio alioquin, ritè, & rectè ſit facta, per hoc non vitiatur.

CONTROVERS. VI.

Quomodo ſint diſquirenda electorum, vota à cõpromiſſarijs, & à ſcrutat.

EXPLICATIONES.

IAm, in prima diſp. contr. 2. n. 17. diximus, quæcumq; ſunt obſeruanda à ſcrutatoribus in electione per ſcrutinium, eadem etiam ſunt obſeruanda à compromiſſarijs in electione per compromiſſum determinatum. his præhabitis ſit.

CONCL. I.

1 Decens, ac honeſtum eſt, præſidentem Capituli, exigere à ſcrutatoribus fidelitatem per iuramentum, aut per præceptum ſanctæ obedien. adhoc, vt fideliter, electionis negotium, & canonicè explicent, quæ ſolemnitas ſi omittatur, non propterea electio de iure communi vitiatur, & eò magis, quò ſerutatores ipſi, vel compromiſſarij ad hoc deuinciũtur ex natura rei

DOCT. ALLEG.

3 *Placet multum concluſio Biax, in direct. elect. p. 3. c. 24. ſuffragatur, Cuchus, inſtit. maior, lib. 4. de elect. n. 204 amplectitur Panorm in c. in cauſis, n. 2. in fine, de elect. ſeq. Sigiſ. dub. 22. n. 2. & alij referendi.*

CON-

CONCL. II.

3 Scrutatores prædicti, ſeu compromiſſarij in loco conuenienti de more exiſtentes, qui licet, videri, non tamē audiri poſſint, ſecretò, ac ſigillatim vota cunctorum diligenter per ſe, & proprio ore, & non per alios exquirāt etiamſi ipſi aſſiderent.

Nam in cap. quia propter de elect. in 6. de eſſentia, ac ſubſtantia, & forma electionis cauetur, vt ſcilicet ſecretò, & ſigillatim vota cunctorum diligenter per ſe, & proprio ore exquirent, & nō per alios, licet, ipſi aſſiderent, aliud enim eſt facere, & aliud aſſidere, l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. & aliud eſt facere, & aliud eſt eſſe præſentem actui partium explicato, Bart. in l. omnium, nu. 8. per illum text. & ibi Bald. n. 9. Alexand. n. 9. in l. Modeſtinus, nu. 3. ff. de donat. Bald. in l. illud, ſub n. 4. C. de Sac. Sanctę Eccleſ.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent aſſertionem Biax, in directo. electionis, p. 3. c. 25. n. 2. Miranda, to. 2. q. 23 art. 16, concluſ. vnic. Rota, in Treuer. Abbatiæ, S. Maximini 20. Nouemb. 1624. coram Coccino, §. 3. principaliter, Sigiſm. n. 4. dub. 22. de elect. Marc. vero q. 1202. p. 1. quem ſequitur Marta, in ſuo digeſto no uiſſ. tit. elect. c. 20 addit, vt exquirant, adhibitis quibuſdam verbis ad hortatorijs, ſed non de ſubſtantia, vt inquit Speculum, de elect. §. 1. n. 17. & ſequitur Bertach. de Epiſc. lib. 2. p. 1. n. 2. Butrius, in d. c. quia propter, n. 25. docet, fauet Panormit. nu. 5. not. 3. Hoſtienſ. n. 30. Innocent. num. 6. & Rota, vbi ſupra.*

CONCL. III.

5 Scrutatores, ac cōpromiſſarij quoq; ſi ſunt de collegio, ſe ipſos ſcrutari incipient, & ſatius erit, ſi pręſes Capituli id à princ. eis exprimat, & id eſt, ita neceſſarium, poſt Concil. Trid. in c. 6. ſeſſ. 25. quod aliàs, electio eſſet ipſo iure nulla.

Probatur, quia cū aliorum vota eſſent ſcrutatoribus, & cōpromiſſarijs, nota, electio dependere poſſet ob eorū poteſtate; cum enim eſſent conſcij aliarū ſententiarum, ex illis, ſuas poſſent aſſumere, & informare, & conſequēter non eſſet ſecreta, ſed manifeſta elect. quod eſt contra ſubſtantiam, & formā ipſius elect. quæ neceſſariò, ex c. quia propter, de elect. & Conc. Trid. eſſe debet ſecreta, aliàs eſt nulla ipſo iure.

6 Pręterea, nam tales ſcrutatores, & cōpromiſſarij poſſunt conſiderari dupliciter, vt ſcilicet electo. & vt ſcrutatores, vel compromiſſarij ſunt, quæ diſtinctio deſumitur, ex d. c. quia propter, ibi, *Vota cunctorum diligenter exquirant*, ac proindè, etiam ſui ipſorū. Si ergo, vt electores conſiderentur, qđ fit, antequā ipſi, ſua ſuffragia tulerint tunc eis non poteſt eſſe notū votū alterius elect. in ipſo actu ſcrutinij, aliàs electio eſt nullo ipſo iure, ꝙ ex eo maximè patet quoniā electio ſic celebrata, non cenſetur ſecreta iuxtà Conc. Trid. in quo apponitur decretū irritans. ſ. *Aliter electio facta non valeat.* Sin autem cōſiderentur, vt ſcrutatores, ſeu compromiſſarij ſunt, quod fit cū iam ipſi ſemetipſos ſcrutati ſunt, tunc quidē electio dicitur ſecreta iuxta terminos, c. quia propter, & Conc. Trid.

Trid. ſi eis ſint nota vota aliorũ poſtquam per prius ipſi ſunt ſuffragati. ergo ſi prius ſe non ſcrutentur, antequam vota aliorum de capitulo exquirant, electio eſt nullo ipſo iure. ergo neceſſariò debent primo ſeipſos ſcrutari.

DOCT. ALLEG.

7 *Docentes ſunt noſtram aſſertionem Io. Andr. Innocent. & Panorm. in d. cap. quia propter, n. 9. verſ. 4. quæritur, de elect. Tabiena, verb. elect. 1. n. 20. Syluest. eod. tit. 24. 4. n. 7. Hoſtienſ. in ſumma, tit. elect. §. qualiter facienda, col. 4. circa med. Biax, in director. elect. p. 3. cap. 26. n. 6. Sigiſm. num. 6. dub. 22. de elect. qua in re non recte ſentit, Cucchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. de electio. num. 208. dum hęc dixit,* In primis tamen, ſe ipſos inuicem ſcrutabuntur antequam ex collegio, vllũ, excepto eo, qui cæteris omnibus, dignior eſt, ſcrutari incipiant, ne aliarũ ſententiarum conſcij, ex illis, ſuas ſumant, & informent, & multò incautius, eum ſequendo, Rodriq. to. 1. qq. regul. q. 51. art. 3. ad finem, eius reſcripſit verba: nam debebat illam exceptionem ponderare, nimirum, *excepto eo qui cęteris omnibus, dignior eſt.* Si hoc, namq; votũ notũ eſſet ſcrutatoribus priuſquã ipſi, ſua ſuffragia tulliſſent, ſcilicet quando etiam electoris perſonam repræſentant, eſſet nulla electio ipſo iure, vt diximus, cum ſat ſit, vt in vno ſolo voto non ſeruetur forma, ad effectum illam annullandi.

CONCL. IV.

8 Forma, ſeipſos ſcrutandi, à ſcrutatoribus, & à compromiſſarijs, vbi, & ipſi erunt de collegio, adhibenda in electionibus, in quibus proceditur viua voce, iuxtà diſpoſitio. c. quia propter & Trid. Concil. eſt, vt nemini eorum, antequam ſuum depoſuerit ſuffragiũ ſit notum ſuffragium Socij, nè eius conſcius poſſit ſuum ſumere, & informare, aliàs electio nulla eſt ipſo iure.

Sequitur aſſertio ex Superioribus recitatis, & de ſe manifeſta eſt, & eoſdem habet auctores relatos nuper.

CONCL. V.

9 Licet id non ſit de formæ ſubſtantiâ electionis, optimum tamen erit, vt nimirũ, quando tres ſunt ſcrutatores, duo ſemper ſcrutētur tertiũ; quod vt fiat, & ſimul ſecretũ ſeruetur, ita procedendum videtur, vt ſcilicet primus ſcrutatorũ, ſic ſecretò, vt nec ab alijs duobus videri poſſit, ſcribat nomen eius, quem eligit; poſteà ſecundus, ſecretò, & ipſe etiam ſcribat, vt à nemine videri poſſit, in ſchedulam ſeparatam nomen eius, quem eligit, quam ſchedulã clauſam apponet, ipſis alijs duobus ſcrutatoribus, ideſt, primo, & tertio. Deinde, ſecundus, cum primo exquirent votum tertij ſecretò, vt nemo alius videre poſſit, quo voto diſquiſito, & in ſcriptis redacto, ſecundus, & tertius aſpicient cui nam aſcripſerit ſuum ſuffragium primus, & vltimo, primus, & tertius aperient ſchedulam ſecundi, & in ſcriptis redigent eius votum.

Quæ forma eſt diligenter aduertenda, quoniam ſi in vnico, tantum voto nõ ſeruetur electio eſt nulla ipſo iure, vt dixerunt, ac firmarunt Domini de Ro-

Rota in Treuerenſi Abbatię, S. Maximini, 20. Nouembris, 1624. coram Coccino Decano.

10 Ratio autem, ob quam, duo ſcrutatores, ſemper debeat tertium ſcrutari, eſt, quoniam ſicut quando in aliquo caſu, in quo reperiretur, ita inhabilis ille ſcrutator, vt eſſet excludendum eius votum, non eſſet credendum ipſi ſuffragatori, nec etiam poſſet plena fides adhiberi alijs ſcrutatoribus, ſi fuiſſent ſingulares in ſcrutando voto illius, quod ſecus erit, ſi fuerint conteſtes, tunc enim meritò creditur ſcripturæ, & ſcrutatoribus.

Hinc eſt, quod in cauſa graui, cautum eſt, vt aſſumantur duo teſtes in examinatione cuiuslibet teſtis, vt in cap. vt officium, de hæret. in 6. & Innoc. & Hoſtienſ. in c. Alber. de teſtib. ſenſerunt, igitur bene vult text. vt duo ſemper ſcrutentur tertium.

CONCL. VI.

11 In Ordine Prędicatorum, electores, ac ſcrutatores, qua forma optima, & tuta, vtantur in quacumque canonica electione, pro maiori facilitate, & abſque omni fraude, & malitia, & omni rectitudine; retulimus, diſput. 2 Controuerſia 16. num. 6. 7. 8. & ſeq. ad ſaturitatem, & illuc Lectorem mittimus, qua, quidem, omninò ſeruatur diſpoſitio Tridentina Conciliaris, & cap. quia propter, de electione, ad amuſſim.

CONCL. VII.

12 Scrutatores, vel cõpromiſſarij, aliorum electorum vota ſecretò, & ſigillatim diligenter exquirant, & in ſcriptis redigent, id eſt, fideliter aſſignãdo vota cuicumque data fuerint per ſcripturam, & id eſt de ſubſtantia electionis, vt in ſcriptis redigantur, aliàs eſt ipſo iure nulla.

Conſtat aſſertio, ex cap. quia propter, de elect. ibi, & in ſcriptis redacta. Nam aliàs forma non ſeruaretur, & hoc præcipitur, quia melius conſtat, per ſcripturam de voto, nè memoria ſcrutatorum pereat.

DOCT. ALLEG.

13 *Tractant concluſionem Panormit. in c. quia propter, de elect. n. 6. & 16. verſ. 8. Butrius, ibid. n. 27. Io. Andr. n. 19. Hoſtienſ. n. 31. Innocent. n. 6. Imola, nu. 7. verſ. in cap. redacta, Anchar. n. 1. Biax in director. elect. p. 3. cap. 28. n. 1. & ſeq. Rota, in Treuerenſi Abbatia S. Maximini, 20. Nouembris, 1624. coram Coccino Decano §. 4. etiam, & alij, vt Sigiſm. nu. 13. dub. 22. de elect.*

CONCL. VIII.

14 Electorum vota, ſeu ſuffragia, à ſcrutatoribus, & non per tabellionẽ, ſunt neceſſariò de ſubſtantia formæ electionis in ſcriptis redigenda, vel à compromiſſarijs, quibus in hoc officio eſt plena fides adhibenda, aliter facta electio eſt nulla ipſo iure, ac irrita.

Nam ex diſpoſitione c. quia propter, de elect. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de regul. non poteſt adhiberi teſtes, in depoſitione votorum, & eſt textus expræſſus, in cap. cum dilectus.

DOCT. ALLEG.

15 *Suſtinent aſſertionem Panormitanus, in cap. cum dilectus, & ibi Ambar, nu. 1. verſ ſex. not. de elect. Sigiſmundus, num. 16 & 17. dub. 22. de elect. & alij ſupra recitati.*

CONCL. IX.

16 Contra formam ſubſtantialem canonicæ electionis, traditam à Concilio Tridentino, & in capit. quia propter, de electione, agunt, & quidem, nulliter, ipſo iure; deponentes in electionibus canonicis vota, ſeu ſuffragia, quàm per ſcripturam, id eſt, per quędam ſignacula mobilia, appoſita in foraminibus cuiuſdam Tabellæ, in qua ſcribuntur ſolum nomina eorum quibus vota dantur, & ſuffragia, deindè non ſcribuntur, ſed ſignantur, cum eiſdem ſignaculis. Sed conſiderent, quæſo, quid agant, quia non ſatisfaciunt forma textus, vtrorumque iurium, ſcilicet Tridentini, & cap. quia propter, de electio quæ eſt, vt vota in ſcriptis redigantur; & cum huiuſmodi diſpoſitio cap. quia propter, contineat decretum irritans, nequit per æquipollens adimpleri.

CONTROVERS. VII.

An compromiſſum factum à Superiore, ſiue ab aliquo alio, nomine, ſeu vice omnium, alijs tacentibus, & non contradicentibus, valeat? & an idem ſit iuris, de ſcrutatoribus.

CONCL. I.

1 Compromiſſum factum ab vno, nomine aliorum tacentiũ minimè valet.

Quam aſſertionem pulchrè ad rem trifariam regulat Felinus, in cap. conſtitutus, num. 12. quæ omnia per ſequentes concluſiones aperiemus.

DOCT. ALLEG.

2 *Suffragantur aſſertioni Panormit. in cap. in cauſis de elect. Biax in ſuo directorio, de elect. p. 3. cap. 17. num. 2. Sigiſmun. dub. 23. n. 1. Syluestr. verb. elect. 2. q. 12. Lambertinus, de iure patro. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 17. & alij nominales, qui omnes, de communi teſtantur.*

CONCL. II.

3 Electores, qui compromittere habent, ſunt neceſſariò vocandi, vt conſentiant, vel diſſentiant: nam vbi ſimpliciter, in eorum pręſentia ab vno, aliorum nomine compromiſſum fieret, & ipſi tacerent, porrò, licet, incurrerent peccatum, ex non contradictione, non valeret, tamen actus.

Et meritò quia, aliud eſt quidpiam fieri in loco Capituli, & aliud fieri illud idem capitulariter, vt doctè aduertit Mohed. deciſ. 164. alias, primo de foro

ro competenti, Rota, deciſ. 1247. n. 3. coram Card. Seraph.

DOCT. ALLEG.

4 *Subſcribit huic concluſioni Felinus, in cap. cum omnes, n. 12. in fine, de conſtitut. Sigiſmundus, num. 2. vbi ſupra, & cæteri allegati.*

CONCL. III.

5 Compromiſſum haud valet, quando compromittentes, metu non contradicunt, dummodo cognita cauſa, conſtet reuerentiam Superioris, vel alterius, ita vrgere, vt ſilentium imponat, aliàs ſola Superioris præſentia nō inducit ſufficientem metum.

CONCL. IV.

6 Compromiſſum, ſimiliter non valet, ſi non detur aliquantula deliberatio, itaut ſit interuallum, in quo electores poſſint commodè deliberare, vel contradicere.

Cuius eſt ratio, quoniam taciturnitas, poſt interrogationem, non ſtatim pro reſponſione habetur.

DOCT. ALLEG.

7 *Concluſionem edocent Calderinus, in cap. cum in iure, n. 15. de elect. Felinus, in locis recitatis; Innocent. in cap. cum in cunctis, de elect. Bald. in l. 2. §. qui ſi actor. C. de iur. calum, & in cap. cum in cæteri, n. 1. & 2. & ibi Innocent. n. 5. Hoſtienſ. nu. 5. Imola, n. 5. Butrius, n. 7. 15. & 16. Panorm. in cap. cum nos, n. 5. de his, quæ fiunt à prælat. Gloſſa, in cap. cum conſuetudinis, verb. conſenſu, de conſuet. & ibi Hoſtienſ. ſuper illa verb. Caputaque deciſ. 222. n. 3. p. 1. idem Felinus, in cap. non nc, n. 8. in fine, de præſum. & in d. cap. cum omnes de conſtitut. Bertach. in tract. de Epiſc. lib. 3. p. 1. nu. 87. & 88. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloſſa, 46. num. 40. & 45. Sigiſmundus, num. 4. dub. 23. de electio. & alij.*

CONCL. V.

8 Materia hæc tacentis, ex his, vſq; habitis, declaratur ex circunſtantijs facti, & coniecturis, ex quibus iudex arbitrari poteſt, an ſcilicet taciturnitas prò conſenſu, vel diſſenſu habenda ſit.

DOCT. ALLEG.

9 *Huius ſunt concluſionis Doctores, Felinus, in d. cap. non ne, nu. 6. Rot. Domini, deciſ. 708. n. 5. coram Card. Seraph. Sigiſmundus, nu. 5. dub. 23. de elect. cum alijs nominalibus.*

CONCL. VI.

10 Scrutatorum idem eſt iuris proportionabiliter, quod hactenus eſt de compromiſſarijs dictum, videlicet, ſuſpicione non careant illi, qui de Capitulo congregato, ſe ingerunt ad vota electorum ſcrutanda, abſque eo, quod prius eligātur à Collegio, attamen, ſi ipſo, demum Capitulo non contradicente, ſeruatis omnibus ſeruandis, ſequatur communis electio, valet actenet.

11 Ratio eſt, quia cum agatur de materia concupiſcipili, & meritoria,

ta-

tacentes habentur pro conſentientibus.

DOCT. ALLEG.

12 *Ita autumant Biax, in director. elect. p.3. cap. 22. Cuchus, lib. 4 inſtit. maior. de elect. num. 197. Sigiſmundus, nu. 6. dub. 23. de elect. Syluest. verb. elect. 2. qu. 10. verſ. ſecundus eſt, & nominales alij.*

CONTROVERA. VIII.

An quandò duo ſunt electores, ac vnus de Capitulo eſt eligendus, electio canonica ſequi valeat.

CONCLVSIO I.

1 DE iure ciuili, ad Collegium conſtituendum tres, ſaltem perſonæ exiguntur, ac ſatis ſunt ad valorem actus.

Sic enim habetur in lege Neratius, ff. de verb. ſignificat.

CONCL. II.

2 De iure, ſiquidem, canonica, ad Collegium conſtituendum, dumtaxat duę ſufficiunt perſonæ, atque requiruntur, ad valorem actus; at proterea, niſi aliunde impediatur, hę duæ perſonæ, canonicam electionem celebrare valebunt.

3 Primo probatur, auctoritate, cap. 1 de elect.

Secundo probatur ratione, nam adhuc in duobus ſaluatór pluralitas, ergo fieri poteſt communis inquiſitio, ac concors ſcrutinium pro eligendo. ergo electio ſic celebrata, canonica eſt.

4 Tertio ius enim canonicum, præualet ciuili, & ipſum in canonica electione ſeruandum eſt. ergo vera aſſertio.

5 Quarto canonica ſi quidem, electio, vt communitati magis neceſſaria, facilior reddi debuit, vt minus ex iis, quæ accidere queunt, impedire poſſit. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

6 *Doctores ſunt Abbas, in d. c. 1. de elect. n. 5. & 6. Nauar. lib. 1. conſil. 6. de elect. n. 2. in 2. editio. Rodriquez, to. 2. qq. regul. qu. 54. art. 11. Alterius, de cenſur. libr. 5. diſp. 3. c. 2. lit. P. Rota, deciſ. 860. n. 7. & deciſ. 1036. n. 5. coram Card. Seraph. Glo. in c. 1. q. 1. 10. & c. quia propter de elect. in 6. verb. pauciores, & in c. nullus, de elect. in 6. Boithus, in c. quia propter, de elect. n. 1. & in c. illa quotidiana, n. 3. de elect. Panormitanus, p. 2. conſil. 25. n. 2. Butrius, in c. gratum, n. 19. & ſeq. de poſtulat. prælat. vbi etiam Panorm. & Anchar. qui vtique idem aſſerit in cap. nullus de elect. Biax in director. elect. p. 3. c. 2. n. 3. & p. 3. cap. 23. n. 3. Paulus, de Eleazarijs, in cap. cum nullus, de elect. to. 2. repertorij, n. 13. Io. Andr. in regul. in toto, de regul. iuris, in 6. Thuſc. in lit. E. concluſ. 72. & 78. Lambertinus, de iure patron. lib. 1. q. 9. tit. de elect. n. 39. Sigiſmundus, dub. 13. n. 4. & dub. 24. n. 5. de elect. Paſqualigius, deciſ. 253. nu. 4. & alij allegandi.*

CON-

CONCL. III.

7 Electio eſt canonicè celebrata, quando duo, dumtaxat, vocales ſunt, & vnus de collegio, eſt eligendus, atque valida, & tenet.

8 Cuius eſt ratio, quia inter duos ſaluari poteſt vera electionis ratio canonicæ, quæ eſt alicuius perſonæ canonicè facta vocatio: ſed vnus poteſt alterum canonicè vocare ad id, ad quod eligitur, præmiſſo prudenti, ac diſcreto iudicio de perſonæ eligibilitate; ſed hoc euenire poteſt, ſi vnus poteſtate eligendi vtatur, & alter iuri ſuo eligendi cedat; tunc enim ille hunc eliget. ergo.

DOCT. ALLEG.

9 *Auctores, huius aſſertionis, ſunt omnes relati, n. 6. & prætervillos, docent Syluest. verb. elect. 1. §. 1. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. allegans, Panorm. in rubr. de postulat. prælat. n. 1. Gloſſa, in c. vnic. verb. vera elect. de poſtulat. prælat. in 6. & ibid. in rubric. Boerius, q. 1. n. 1. Decius in rubr. de elect. n. 1. Paulo de Eleazzarijs, n. 1. in repetit. Cuchus lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. lib. 4. numero 4. & num. 39. & cæteri nominales.*

CONCL. IV.

10 Collegium, ſemul in multis conſtitutum, illud ius, ad vnum venire poteſt, & in eo totum Collegium conſeruari, ac tota poteſtas Collegij eligendi, conſiſtere.

11 Concluſio conſtat ex lege, ſicut, §. final. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. & probatur quoque eiſdem rationibus traditis, n. 3. & ſeq.

DOCT. ALLEG.

12 *Doctores ſunt huius concluſionis omnes, citati, n. 6. & 9. nemine diſcrepante, & alij allegandi.*

CONCL. V.

13 Electores, cum duo tantum fuerint, vnus poteſt alterum eligere, & ſic electus, ſuę electioni conſentire valet, & hoc modo numerum auget, atque ſeruatur id, quod ius præſcribit, cap. quam, 18. qu. 1. videlicet, vt electio concors etiam eſſe debeat, quod non eueniret, ſi electus in alium conſentiret, & ſic talis electio celebrata erit à toto Collegio.

14 Probatur aſſertio, nam electum ſuę conſentientem electioni, numerum augere, nulli eſt dubium; quia ipſe ſuam non incipit electionem, ac ideo non eſt in tali caſu ambitioſus, ſed ab alio inceptam, complet. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

15 *Subſcribunt huic aſſertioni Baldus, c. cum in iure, n. 1. & 2. de elect. gloſſa, ibid. verb. conſentiat, Panormit. ibid. n. 1. & 2. in c. licet, n. 13. & c. cumana, & c. per noſtras, n. 5. de iur. patron. & p. 2. conſil. 25. n. 3. March. q. 9. ε. 3. per totum, Lambertinus, de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 8. nu. 2. Butrius, in cap. cumana, de elect. nu. 35. Præpoſitus, c. qui Epiſcopatum, 8. q. 1. nu. 6. Tbuſſus, litt. E. concluſ. 72. n. 3. & concluſ. 78. Ioan. Andr. in regul. in toto, de regul.*

reguliuris,in 6.Sigiſmundus,part,3.dub. 115.de elect.n.3.c.4.& alij relati,ſupra, & cæteri nominales.

CONCL. VI.

16. Præfatis concluſionibus, minimè, c. quia propter,de elect. in 6. obſtat, quoad illud, videlicet, electionem à maiori parte fieri debere;cum in vtroque caſu,à toto Collegio celebrata ſit ac forma ſcrutinij, quæ ibi præſcribitur, ob electorum paucitatem ſeruari nequit: nam ſi eſt electio celebranda neceſſariò alter ſuffragari debet, ac ideo ex rei natura, vota eſſe publica debent, nec ob id electio deſinit eſſe canonica;quia lex non obligat, quandò ſeruari nequit,cap. erit autem lex, diſt.4.& l.final.ff.quæ ment.fine, & l. ità autem, ff.de admi.tut.

17 Ex reſponſione,S.Congreg.Concil.Trid.conſtat aſſertio, relata incollectam, Declarat. Gallemart. cum fuerit interrogata;vbi ſunt tres vocales, quorum vnus eligi poteſt in Diſcretum, & conſequenter neceſſe eſt, vt alter aliorum duorum,qui remanēt alteri præſtet ſuam vocem, & ſic electio eſſe nequit ſecreta; dubitatū fuit, an valeat Diſcreti electio fieri, quæ non ſit contrà huius Decreti formā, & reſpondit. Congregatio cenſuit poſſe, ſi ita ſtatus Religionis permittit. ergo vera concluſio.

CONCL. VII.

18 In Ordine Prædicatorum,ſi in celebranda electione, non fuerint ad minus tres vocales ad eligendum putà, Priorem localem,nulla eſſet electio.

19 Ità namque dicitur, in declarationibus conſtit.diſt.2.cap.2. de electio. Prioris conuentual.lit.O. §.6.his verbis. *Declaramus præterea, ſi in aliquo Conuentu non reperiantur,niſi duo legittimi vocales Sacerdotes, videlicet, & qui habuerint ſex annos à profeſſione, tūc adiungatur, vſque ad quinarium numerum ex his, qui habent quatuor annos à profeſſione,ſi ntque in ſacris, incipiendo ab antiquioribus; quod ſi tot non ſuppetant, addantur ſaltem, vſque ad numerum ternarium, & ſic poterunt ad electionem procedere. Si autem tot non reperiantur, tunc reuoluitur electio ad Prouinc., qui de conſilio quatuor ad minus grauiorum Patrū, maxima cum conſideratione prouidere debebunt, eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauamus, ſicut fuit auctoritate Apoſtolica declaratum Romę 1601. circa explicationem ordinationis, quæ duodecim annos profeſſionis requirebat.* hæc ibi.

20 Quod Patres dicti Ordinis, cum maxima prudentia,ac iudicio,conſulta Sede Apoſtolica, decretarunt, ad manutenendum in robore, ac vi ſua Conciliare Decretum Trident. cap. 6. ſeſſ. 25. de Regul. requirens, vt vota ſint ſecreta omninò, ac totaliter, & hoc etiam modo ius ciuile ſaluatur in ſuo valore, exigens, ad valorem actus, requiri tres perſonas, & Congregationem, ſeu Capitulum conſtituere.

CONCL. VIII.

21 Prior Conuentus, in Ordine Prædicatorum, eligi minimè poteſt de Collegio,ſeu Capitulo,niſi fuerit ſex vocales,vel ad minus quinque.

Sic per plura Capitula generalia ordina-

natum, & pręſertim Pariſijs 1611. & in alijs generalibus Capitulis.

CONCL. IX.

22 In Religione Patrum Theatinorũ, ſi duo tantum electores de Collegio remaneant, valent canonicè eligere vocalem, Capitulo generali inter futurum.

23 Probatur, nam qui voci actiuæ renunciat, priuatus voce paſſiua, quoq; remanet, vt p.3.c.1.decretali, n.2.& 3.habetur, & licèt, Prior modus locũ non habeat; habet tamen locum poſterior modus; quia videlicet, vnus alteri ſuffragari poteſt, & iſte ſuæ electioni conſentire, & electio canonica erit. Nam iuxtà Conſtitutiones huius Congregationis Theatinæ, p.3.c.1.verb. nulla electio, &c. permittitur vnicuique in electione huiuſmodi, ad ſeipſum accedere, dummodo ante ſcrutinium, omnes, & ſinguli electores in id conſentiant, & huiuſmodi Conſtitutiones à Summis Pontificibus confirmatæ ſunt cum ampliſſimis clauſulis, & omnium, quæ ipſis obſtare poſſunt derogationibus, vt videri eſt in Theatinis Conſtitutionibus, allatis locis.

24 Quà in re ſtandum, ac conformandum erit, iuxtà cuiuſcumque Religionis Decreta, ac Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas, & approbatas, vt electio canonicè ſit celebrata, ac valida exiſtat: vnde certum iudicium, niſi de iure communi dari minimè poteſt, niſi ſicut hactenus, diximus per concluſiones, cum ſuis rationibus, ac Doctorum allegationibus.

CONTROVERS. IX.

An duo, vel tres, aut vnus in Capitulo reperiantur ad electionem celebrandam, teneantur tales electores obſeruare formã, cap. quia propter, de elect. in 6. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus.

CONCLVSIO I.

1 IN canonicis electionibus, in quibus neceſſariò, aliàs, diſpoſitio, c. quia propter, de elect. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. exequtioni demandatur, & tres adſunt in capitulo electores, tenentur ad obſeruantiam horum iurium, ſiuè per viam ſcrutinij, ſiuè compromiſſi, electio celebretur, nihil namq; refert, cum in omnibus electionibus ſit per vota ſecreta procedendum, ex vi Trid. Concilij.

2 Nam, quando per ſchedulam obſignatam proceditur, nullum eſt dubium, quin ſeruanda ſit dicta forma: quando vero proceditur viua voce, in electionibus compromiſſarijs, ſi dicti electores nolunt aſſumere compromiſſarios, extra collegium, prout licet, vt controuerſia 2.nu.1. diximus, conueniant ipſimet in capitulo, & ſe inuicem ſcrutentur, iuxta in ſuperioribus

ribus allatis, & hoc idem eſt dicendū, ſi per ſcrutinium electio fiat.

DOCT. ALLEG.

3 *Huius eſt opinionis Hoſtienſis in ſumma, tit. de elect. nu. 2. quem meritò eſt ſequtus Paulus de Eleazaris, in c. nullus, n. 11. de elect. in repet. Sigiſmundus, num. 2. dub. 24. de elect. & alij neoterici nominales.*

CONCL. II.

4 Scientia, quæ habetur de ſuffragijs, ſeu votis trium electorum, poſt ſcrutinij publicationem, ſi ipſi ſolum modo in capitulo ſint, minimè obeſt.

Nam Sacra Congregatio Concilij, à qua fuit quęſitum, & reſolutum reſpondit.

Vbi ſunt tres vocales, quorum vnus poteſt eligi in Diſcretum, ſeu Socium, & conſequenter neceſſe eſt, vt alter aliorum duorum, qui remanent, det alteri vocem ſuam, & ſic electio non poteſt eſſe ſecreta, fuit dubitatum, an fieri poſſit Diſcreti electio, quæ non ſit contra formam huius Decreti, ſeſſ. 25. cap. 6. de regu'. Congregat. cenſuit poſſe, ſi ita ſtatus Religionis permittit.

Ratio, huius reſponſionis eſſe fortaſſe poteſt, quoniam lex non ſtringit, vbi de facto ſeruari minimè poteſt, vt ſtatim magis probabitur.

CONCL. III.

5 Si tantum, duo extent electores in capitulo, ad electionem procedere poſſunt abſque ſcrutinij forma, ac valida erit, & minimè inanis, & irrita ex defectu formę, capitul. quia propter, de electione in 6.

Ratio eſt, quia ex paucitate numeri electorum, illius obſeruantia impeditur, & lex non ſtringit, vbi de facto ſeruari nequit, cap. erit autem lex, diſt. 4. l. final. ff. quæ ſent. ſine apparatu reſcin. & l. ita autem, ff. de admi. tut.

DOCT. ALLEG.

6 *Concluſio eſt Io. Andr. in regul. 8. in toto, de regulis iuris, in 6. in mercut. ſcripſit Panorm. p. 2. conſ. 25. n. 2. Boichus, in c. quia propter, num. 1. de elect. Biax, in direct. elect. p. 3. cap. 23. n. 3. Tuſch. litt. E. concluſ. 72. & 78. Sigiſmundus ſequuntur, nume. 5. dub. 24. cum cæteris allegandis.*

Qui omnes Doctores inſuper aſſerunt, poſſe eligi ab alio, palam, vnum, qui electus, non prohibetur electioni de ſe factæ conſentire, aut vnus actiuę voci renunciare poteſt, priuſquàm ad electionem deueniatur: teſte Anchar. in c. nullus, de elect. & Paulo de Eleazaris, ibi. n. 13. & tunc, poſt pręſtitum, ſibi Socij votum, cēſebitur electus, à maiori parte. Si vero, neutrum modum, ex his dictis, namciſci velint, aut conſuetudo contrariū poſtulet, non permittuntur ad electionem deuenire, aiunt Ioan. Andr. Panormit. vbi ſupra, & Nauarrus, lib. 1. conſ. 6. n. 4. de elect. quæ omnia ſunt intelligenda, ſi de collegio ſit neceſſario eligendus quis ad munus, de quo agitur; ſi enim extra collegium aſſumi poſſit, tunc dicimus iuxta dicta in ſuperioribus, hos duos electores, in tali caſu, eſſe adſtrictos eligere per ſcrutinium ſecretum, propter rationem dictam de tribus electoribus.

CON-

CONCL. IV.

7 Si tandem, penès vnum electorem tantũ, ius Collegij remanſit, ipſe eligat, ac poſteà publicet electionẽ à ſe factam, quando extra Collegium eſt eligẽdus, & eligit de facto, cum ſeipſũ eligere nequit, vt ſtatim dicemus.

DOCT. ALLEG.

8 *Allegantur pro hac aſſertione, Innoc. in c. quia propter, de elect. in 6. Anchar. in cap. nullus, de elect. Goffr. in ſumm. tit. de elec. n. 2. Tabiena verb. elect. n. 3. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. n. 202. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de elect. n. 2. Paulus de Eleazaris, in cap. nullus, n. 11. de elect. in repet. Sigiſm. dub. 24. n. 6. & alij multi allegandi, Biax, in direct. elect. p. 1. c. 2. n. 3.*

CONCL. V.

9 In omnibus electionibus, in quibus, aliàs, non eſt neceſſariò attendenda forma, c. quia propter, de elect. tunc non ſolum poteſt electus conſentire, ſi ſint tres; ſed etiam ſi duo, ſint eligẽdi ex ipſo Triumuirato, poteſt primo eligi vnus, qui erit electus à duobus, poſtmodum poterit conſentire in alium, qui & ipſe erit electus a duobus à primo, ſcilicet & ab alio non electo.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent concluſionem Panor. p. 2. conſ. 25. n. 2. Innoc. Anchar. Goffred. & alij n. 8. allegati, Sigiſm. nu. 7. dub. 24. de elect. & alij nominales.*

CONCL. VI.

11 Quandò ad vnũ electorem ſit Collegij congregatio deuẽta, ipſe inchoatiuè ſibi metipſi ſuffragari nequit, aliàs, notaretur ambitione, debet aliũ extra Collegium eligere, & publicare ſic electum à ſe; vt diximus aſſertione 4. n. 7. immò in tali caſu electio eſt ad Superiorem deuoluta.

Nam electio à ſemetipſo, de ſeipſo nõ valet, l. planè, & ibi DD. poſt gloſſ. ff. quod cuiuſc. vniu. no l. ſi mandauero, §. ſi tibi, & ibi Bart. ff. mandat. Albert. de Rota, in opere ſtatutorum, q. 174. relatus à Bertach. in ſuo repert. verb. elect. à quibus verſ. 2.

DOCT. ALLEG.

12 *Placet Panor. in c. gratum, n. 8. de elect. ibiq; DD. Sigiſmun. vbi ſupra, & cæteris ſcriptoribus relatis in ſuperioribus.*

CONCL. VII.

13 In ordine Prędicatorum cautũ eſt, quod ſi in aliquo Conuentu nõ reperiantur, niſi duo legitimi vocales, Sacerdotes, videlicet, & qui habuerint ſex annos à profeſſione, tunc adiũgãtur, vſque ad quinariũ numerũ ex his qui habent quatuor annos à profeſſione, ſintque in Sacris, incipiendo, ab antiquioribus, quod ſi tot non ſuppetant, addantur ſaltem, vſq; ad numerũ ternarium, & ſic poterunt ad electionem procedere. Si autem tot non reperiantur; tunc deuoluitur electio ad Prouinciales, qui de conſilio quatuor

ad minus, grauiorum Patrum, maxima cum cōſideratione prouidere debebunt, eorumq; conſcientias ſuper hoc aggrauamus; ſicut fuit auctoritate Apoſtol. declaratum Romæ, 1601 ex declaratio, in c. 2. de elect. Prioris Conſtitut. n. 6. lit. O.

14 Probatur in hac namq; aſſertione eſt aduertendum neceſſariò, quod quando ad Superiores eſt electio canonica deuoluta, fieri omninò debet ab eis, cum eiſdem qualitatibus, cum quibus fieri debet à principio, vt abūdanter diximus diſput. 1. Controuerſia 10. vt diſpoſitio, quia propter, de elect. in 6. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de regular. obſeruetur, aliàs, nulla eſſet electio, ſeu prouiſio Superiorum.

CONCL. VIII.

15 Electores, quando, tres fuerint de Capitulo, vt electio ſit canonica, ac Iura canonum, cap. quia propter, de elect. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concilij, rectè, ac exactè obſeruentur, & rata, ac valida ſit electio; expedit, vt ab electorib. eligatur vnus ab extrà, in Superiorem, ne deuoluatur ad eorum Superiorem electio.

Conſtat ex hactenus prædictis concluſio, & ex ipſiſmet iurium verbis, pluries recitatis.

CONCL. IX.

16 In Conuentu, in quo ad minus nō ſunt ſex vocales, ſeu electores, nullo modo eligatur Prior, qui ſit de corpore capituli, ſed ab extra.

Ità ordinatum fuit in capitulo generali Pariſienſi 1611. in ordine Patrum Prædicatorum, & ſtrictiſſimè obſeruatur.

Ad hanc materiam faciunt, quæ tradidimus, diſputatio ſecunda, controuerſia 17. numero nono, & decimo, ac ideo omninò videantur. Huiuſmodi tamen, ordinatio fuit abrogata, & abolita nouiſſimè, vt videri eſt in ſequenti aſſertione.

CONCL. X.

17 Declaramus, non obſtante Capituli generalis Pariſienſis, 1611. ordinatione decima, quod vt vocales alicuius conuentus poſſint eligere Priorem, qui ſit de corpore capituli, ſufficiunt quinque vocales, ſeu electores, & Prior electus à quatuor vocalibus, erit canonicè electus.

Ità fuit in Capitulo generali Romę celebrato, 1629. ordinatum, & ſic dicitur in 8. declaratione.

CONCL. XI.

18 Declaramus, quod in conuentibus vbi ſunt ſex vocales, ſi vnus eorum voci renunciauerit, & ipſe deinde à quatuor ex eis eligatur, talis electio nulla eſt, & huiuſmodi renunciatio in fraudem facta cenſetur.

Ità vbi ſupra, numero ſeptimo habetur.

CON-

CONTROVER. VIII.

An electio teneat, per cōpromiſſarios facta, minimè voto ſcrutato electi, qui, & ipſe de Capit. eſt.

TITVLI COMMENTARIVM.

1 Electores, exempligratia compromiſerunt in tres, de ſeipſis, ſub hac forma, compromiſſi determinati, *ſeu limitati*, vt ſcilicet omnium ſcrutatis electorum votis, ac ſingulorum de Capitulo, illum eligerent in Prouincialem, in quem maior pars eligentium, compromiſſariorum conuenirent. Ipſi ſcrutatores, votis ſcrutatis ſuis primò, & cæterorum tandē, videntes conueniſſe in Fr. N. illum ſolemniter elegerunt, non prius ſcrutato eius voto, qui præſentata ſibi electione, ei conſenſit: nunc controuertitur, num huiuſmodi electio teneat?

CONCL. I.

2 Electio facta per compromiſſarios, non ſcrutato electi voto, qui, & ipſe eſt de Capitulo, probabile eſt, nō valeat, nec teneat.

Cuius eſt ratio, quia ſcrutatores minimè vocem illius electi ſunt ſcrutati, qui præſens erat, & de Capitulo, iuxtà compromiſſi formā, quæ habebat, vt ſcrutatis omnium votis, & ſingulorum de Capitulo, eum eligerent in Prouincialem, in quē maior pars ipſorum conuenirent. Sed ipſi non fuerūt ſcrutati omnium voces, ac ſingulorū, ex quo illum omiſerunt, & tamen mādati forma eſt obſeruanda, c. cum dilecta, de reſcript. & c. cum expediat, de elect. in 6. & l. diligenter, ff. mandati. ergo cum non fuerit completa conditio, ſub qua data fuit eligendi poteſtas compromiſſarijs, ſequitur, non potuiſſe illos eligere.

CONCL. II.

3 Electionem factam per compromiſſarios, nō ſcrutato voto electi, qui, & ipſe eſt de capitulo, valere, ac tenere probabilius eſt, & in praxi vti fas eſt, & obſeruandum dubio procul.

Probatur, nam fruſtra illius electi vox inquiſita fuiſſet per compromiſſarios in ſcrutinio; cum & ſi fuiſſet inquiſitus minimè poſſet, nec deberet ſe nominare; quia ſic ambitioſus eſſet, & ſi aliū nominaſſet, ille nihil profuiſſet; cùm neceſſariò ipſe eſſet eligendus ex quo omnes alij in ipſum Fr. N. conuenerant. ergo parum intereſt, ſi illius vocem compromiſſarij nō ſunt ſcrutati, cū & illa ſcrutata non prodeſſet, arg. l. aliquando. cū concord. ff. ad velleit.

DOCT. ALLEG.

4 *Prò aſſertione, 1. allegātur non nulli D D. de Rota, ex 6. deciſ. tit. de elect. in antiquis quos Franchus, in c. cum expediat, de elect. in 6. ſequutus eſt, & alij.*

Secundam concluſionem, vt veriorem, ſunt amplexati alij Dominorū de Rota, vbi ſupra, quos etiam eſt Cuchus ſequutus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. n. 35. Sigiſm. n. 3 dub. 25. de elect. & alij nominales.

DISPVTATIO IV.

De votis ſeu ſuffragijs, ac electorum, ſiue ſuffragantium poteſtate.

CONTROVERSIA PRIMA.

An electores, ſeu vocales, priuſquam ad eligendum procedant, teneantur iuramentũ præſtare iuxta, decretum Clem. VIII. pro Regul. reform. aliàs, electio ſit irrita, & prorſus nulla, atque mortaliter peccent, illud omittentes.

CONCL. I.

Electio celebrata iuxtà cap. quia propter, de electio. in 6. & c. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concil. ab electoribus, alioquin, & iuramen. ab eiſdem omiſſo, adhuc electio eſt optima in vtroq; foro, & valida eſt, omninò.

2 Prima eſt ratio potiſſima, quoniam in Bullis Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. clauſula minimè adeſt irritans, ac inualidans, itaut, eo iuramento ab electoribus omiſſo, electio ſit nulla. ergo eius omiſſio non vitiat, nec annullat electionem. ergo eſt bona, ac valida.

3 Secunda, nam vbi *lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, c. ſo. itè de maiorit. & obedien.* niſi, inquàm, auctoritate alterius legis, vt inquit Bart. in l. vnica, C. quorum l. ſed in dictis Papalibus decretis diſtinctio minimè aliqua ſit de huiuſmodi iuramento, quod ſi non ab electoribus præſtatur electio ſit nulla. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent omnes aſſertionem iuniores ſcriptores, de tali iuramento loquentes, & in terminis, Bordonus, in conſil. Regul. reſolut. 26. q. 9. ante finem, & alij allegãdi.*

CONCL. II.

5 In illis Religionibus Regularibus, vbi de conſuetudine, & vſu receptũ eſt decretũ, de iuramento ab electoribus, antè electionis celebrationem, præſtando ſi in contemptum, vel eximia affectata negligentia, ab eiſdem, omiſſum ſit, lethale eſt peccatum.

6 Cuius eſt ratio, quoniam eſt decretũ præceptiuum, Clem. VIII à Paulo V. & Vrbano VIII. confirmatum dicentis, §. 36. inuiolabiliter obſeruetur, *iurẽtq; electo. ſecũdũ veritatẽ cuiuſq; cõſciẽ.*

ergo

ergo vera concl. ac præſertim cõprobatur, quia ſumus in materia grauiſſima, & adeſt contemptus, atq; eximia affectata negligentia.

7 Placet nãq; huiuſmodi Decr. Clem. VIII, à Paulo V. & ab Vrbano VIII. confirmatum, & corroboratum, atq; reinualidatum, per extenſum referre, quoad id attinens, ad rem noſtrã, in præſentiarũ. Cuius ſunt hęc verba

8 In Superiorum, & Officilialium omniũ ab electoribus, forma prę́ſcripta à S.Conc.Trid. & ordinis Conſtitutionibus, inuiolabiliter obſeruetur; Iurentq; electores ſecundum veritatẽ, cuiuſque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos, ſe electuros, ac propterea, priuſquam ad electionem deueniatur. In primis, & ante omnia prælegantur Conſtitutiones de qualitate, & requiſitis eligendorum. Ad officia, gradus, & prę́laturas, illi præcipue eligantur, qui poſſint, & conſueuerint Regulas ordinis, conſtitutiones obſeruare, præſertim, quę pertinent ad ſeruitium chori, & veſtitũ, & victum communem. hæc ibi.

CCNCL. II.

6 In Prędic. Ord. D. Dominici, præfatũ Decr. ab electo. non emittitur antè elect. canonicæ celebrationem, cum non ſit nec in vſu, nec de cõſuetidine introductũ, per conſequẽs nõ peccãt.

10 Ratio eſt, quia in d. Decr. non eſt clauſula annullans electio. factã ſine illo, ne in Relig. iſta, cũ non nullis alijs, fuit ab initio, in praxi poſitũ, nec ibi dicitur, omittens ab electo. illos mortaliter peccare, ſicut ẽt, nec in eo habetur, cui eſt tale iuramentũ præſtandũ.

CONTROVERS. II.

An ſtante d. iuramẽto prę́ſtãdo ab electo. in eis Religio. in quibus eſt in vſu, ac acceptatũ, & adhuc de cõſuetudine, & in praxi habetur, quomõ vero, præſtãdũ, in præſentiarũ in dubiũ reuocatur, & ẽt ſi alij teneãtur præſtare, Regulares, vbi tamẽ eſt adhuc in vſu.

CONCL. I.

1 STante itaq; Decr. Clem. VIII. de iuram. præſtando, ante elect. canonicã ab electoribus, apud quos eſt vſu receptum, & in praxi, atq; de conſuetudine habetur, dicimus prębendum eſſe ab electoribus corporaliter, tactis ſcripturis, & prę́cipuè, Euangelijs, & hoc modo, formæ iuramenti ſatis fit.

2 Probatur, quia vbi iuram. à iure, ſeu à conſuetudine defertur; neceſſariò exigitur, in iurandi actu, tactus corporalis, ſcripturarum, ac prę́ſertim Euãgeliorũ, argum. c. quoties, 1. q. 2. ego Bereng. de cõſecr. diſt. 2. c. Ego N. de iur. iuran. c. cum in cauſa, de iuram. calumn. & c. quoties, verſ. porrò, de purgatione canonica, ac c. laudabilem, de frigid. & malef. cũ alijs iurib. alleg.

DOCT. ALLEG.

3 *Tenent gloſſa, in cap. vt circa, verb. præſtito, & ibi Archid. & Anchar. de elect. in 6. Garceus, de benefic. p. 5. c. 4. n. 170. & cæteri nominales.*

CONCL. II.

4 In eis Religionibus, vbi tale iuramentum, eſt in vſu, & in praxi præſtãdum, atque de cõſuetudine, dicimus, ad ſatisfaciendum dicto decreto Clementis Octaui, probabilius eſſe, ſi ab electoribus prꝑſtetur, tangendo quãlibet Scriptutam Sacram, vel ſacrum pectus de more Sacerdotali, dũ aliàs, non exprimatur in Decreto, neceſſariò exigi Euangeliorum tactum.

5 Concluſio, ex conſuetudine, & ſtylo Romanꝑ Curiæ conſtat, & autumant Guido Papa deciſ. 615. num. 1. Theſaur. deciſ. 47. nu. 12. Rota, quos refert, & ſequitur, deciſ. 587. num. 1. p. 2. in nouis. Hinc comprobatur in facti contingentia, Romæ, in Generali Capitulo Capuccinorum celebrato 1625. ſub Protectore Cardinale Ludouiſio, electores tacto pectore iuramentum prꝑſtiterunt, Sacerdotali more quod tamquam ſufficientiſſimum, abſque quod Euangelia neceſſario tangantur.

DOCT. ALLEG.

6 *Noſtram concluſionem de conſuetudine ſeruari, aiunt gloſſa, in Clementin. 1. §. porrò, de hæret. verb. Tactæ, & ibi Cardi. q. 1. & 3. ac Boniſ. n. 114. Monachus, in d. cap. vt circa, n. 11. Franchus, nu. 9. Panorm. in c. final. de iuram. Syluest. verb iuramentum, 1. q. 11 in fine, Sigiſmun. dub. 26. n. 5. de elect. Coſmas in fragam ſancti. tit. 3. §. ad locum, verb. manibus, & alij nominales de communi.*

CONCL. III.

7 Immò à iure quando petitur ipſe Euangeliorum tactus, induci poteſt conſuetudine contrarium, ac illa tenebit, & ſufficit, ad ſatiſfaciendum Clementis Octaui decretum, de tali præſtando iuramento, ab electoribus antè electionem.

DOCT. ALLEG.

8 *Aſſerunt ita Panorm. in c. & ſi Chriſtus, n. 10. de iur. iuran. & c. fraternitatis, ad finem, de teſt. & atteſta. Alexand. in l. 3. §. Ianuari, n. 3. ff. de iureiurand. Couarr. in c. quamuis pactum, de pactis, in 6. p. 1. n. 2. ad finem, quos omnes, cum multis alijs, Sanch. de matr. to. 3. lib. 7. diſp. 168. n. 14. allegat, & alij nominales.*

CONCL. IV.

9 In eis Religionibus, in quibus, adhuc in vſu non eſt, nec de conſuetudine habetur, ante electionem, ab electoribus tale iuramentum præſtandi, tutiùs fiet, ab eis prò vtroque foro, illud præſtare, & ab eorundem procuratoribus, ſi caſus euenerit, in electorum impotentia, & abſentia.

10 Prima pars probatur, quia ſic præcipit Clemens VIII. in ſuo d. Decreto à Paulo V. confirmato, & ab Vrbano Octauo innouato 1624. 26. Octobr. publicato, cum clauſulis generaliſſimis,

mis,reuocantes omnes præteritas cõceſſiones, ſub quacumque exquiſita forma conceſſas, ſub titulo de Regularibus,&c.

DOCT. ALLEG.

11 *Docet, inter neotericos Doctores, Megala,p.2.promptuarij,verb. electio, n. 36. & aliis nominales.*

CONTROVERSIA III.

An dictum iuramentum præſtandum ab electoribus,ante electionis celebrationem, vbi eſt vſu receptum, & de conſuetudine eſt poſsit per procuratorem præſtari, electore impedimentum habente.

CONCLVSIO I.

1 Abſolutè loquendo, omne iuramentum per ſe præſtandum eſt corporaliter, minimè per procuratorem, cuiuſmodi eſt illud ad fidei profeſſionem, fidelitatis, & huiuſmodi, ſpectans.

2 At verò iuramentum, quod acceſſoriè præſtandum eſt, & in ordine ad actum, qui per procuratorem exerceri valet; in tali euentu, committi põt iuramentum procuratori, putà, in iuramento calunniæ, cap. final. de iur. calumn. in 6. & in iuramento requiſito in appellatione ab electione, aut prouiſione alicuius, vt in cap. procurator, de elect. in 6. & in alijs iudicialibus iuramentis.

3 Nam cum in ſuperioribus diximus, electionem fieri poſſe per procuratorem, poterit vtiq; per procuratorem iuramentum præſtari, etiam corporaliter requiſitum, dato ad id ſpeciali mandato, & concluſio hęc noſtra eſt vera ſecundum ius antiquum.

CONCL. II.

4 Electores ſuas vices minimè committere poſsũt procuratori, cum ſpeciali mandato ad certam perſonam eligendam, ſtante Decreto Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. ideoque procurator qui dumtaxat conſtituitur, cum generali mandato ad eligendum, præſtare debet tale iuramentum, nomine ſuo, & in animam ſuam; minimè verò in nomine, & anima conſtituentis electoris, cui procuratori, ſic generaliter conſtituto, ad eligendum opus non eſt mandato ſpeciali ad iurandum.

DOCT. ALLEG.

5 *Noſtras has duas aſſertiones ſic illuſtratas, amplectuntur Couar. in c. quamuis pactum, p. 1. §. 5. nu. 8. Azor, p. 1. lib. 11. c. 7. q. vlt. Garceus, de benef. p. 5. c. 4. nu. 273. Sigiſm. dub. 26. n. 6. & 7. de elect. Suarez to. 2. de Religio. lib. 2. de iuramento, c. 31. Iul. Clar. lib. 4. recept. §. feudum, q. 49. in fine, Sanch. lib. 3. Decalogi, c. 13. n. 17. & alij recentiores in materia de iuramento, & ſunt ad mentem reſolutionis, S. Congr.*

&

& Romanæ Rotæ circa fidei profeſſ. iuramentum, & in dub. opinionem diſtinguentē ſequi tenemur, vt benè edocent Gloſſa, vlt. cap. ſciente, de cenſib. Imola, in c. litteris, n. 2. de reſcript. Alexand. conſ. 50. n. 7 Neuizzanus in ſilua, lib. 5. n. 32. cum ceteris alijs de communi teſte Rota, dec. 837 n. 10. & 11. coram Card. Seraph.

CONTROVERSᴬ. IV.

An electores ad vota, vel ſuffragia, ſingulariter procedere debeant, aut bini, vel trini ferenda.

CONCL. I.

1 Electores gradatim iuxtà ordinē, & antianitatem ſingulatim, minime vero bini, aut trini procedere debent ad eorum vota, ſeu ſuffragia ferenda, vt à ſcrutatoribus poſtea, ſecretò, ac ſigillatim exquirantur, iuxtà diſpoſitionem cap. quia propter, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Sic namque noſtram docent concluſionē, Panorm. in d. c. quia propter, n. 15. Ancha. in c. cum inter canonicos, n. 2. de elect. Angelus, verb. elect. num. 26. verſ. 4. Syluest. verb. elect. 2. q. 4. n. 7. Sigiſm. cap. 4. dub. 26. n. 1. Biax in director. elect. p. 3. cap. 26 n. 1. Miranda, to. 2. q. 29. art. 16. concluſ. 2. in ſuo manual. prælat. & cæteri nominales, & nos in 2. diſp. controu. 17. nu. 2. & ſeqq.*

CONCL. II.

3 Electorum, ſi quis infirmitate detineretur in Clauſtro, vel in Ciuitate, aut oppido, itaut ad ſcrutatores accedere minimè poſſet; tunc ſcrutatores accedere debent ad infirmum, & ab eo illius votum, ſiue ſuffragium recipere, & ſecretò deinde diſquirere cū cæteris alijs votis electorum.

Nam, vt diſput. 2. controu. 1. numer. 3. aſſert. 2. dicitur præſens huiuſmodi, ac ideo ratione infirmitatis ad eum ſcrutatores accedere tenētur ad eius recipiendū votū, hinc in Conſtitutionibus Ord. Prædicatorum, diſt. 2. c. 2. de elect. Prioris, num. 7. lit. Q. dicitur.
„ In ordine noſtro, in quacunque ele-
„ ctione non poſſunt electores abſen-
„ tes per litteras, aut per procuratorem
„ eligere, ſed oportet qđ ipſi perſona-
„ liter, & præſentialiter in loco electio-
„ nis, *exiſtant, niſi in eodem Conuentu eſ-*
„ *ſent*, infirmi decumbentes; quia tunc
„ ſcrutatores debent ad eos accedere cum vrna, ad eorum ſchedulam accipiendam.

DOCT. ALLEG.

4 *Aiunt Hoſtienſ., & Innocent. in capit. quia propter, de electio. in 6. numero 2. Angelus, verbo, electio numero 17. eodem verbo 1. Syluestr. qu. 5. Toloſanus, in tit. de electio. capit. 16. numer. 7. Sigiſmund. numer. 2. dub. 26. de elect. Azor, part. 2. lib. 6. cap. 14. qu. 7 S. verum quid, & alij nominales.*

CON-

CONCL. III.

5 Electores de iure communi, minimè tenentur, præſtare in manibus ſcrutatorum, aliquod iuramentum, de probitate,& integritate ſeruanda, in eligendo.

Nam nec in cap. quia propter, dicto, de elect.in 6.nec in alio iure communi,in corpore iuris inſerto, id reperitur. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

6 *Autumant aſſertionem Panor. in cap. quia propter, num. 11. circa medium, Miranda in manuali prælat.to.2. q. 23. art. 29.§.7.ſubſtantiale eſt, Sigiſmundus, nu. 3.sub.26.de elect.& cæteri neoterici.*

Hinc falſo allegatur Cuchus, li.4.inſtit.maior.tit.de elect.n.204.& 205.& Rodriquez, to.2.qq.regul.q.51. art.3.d.c.quia propter, in quo aſſerunt, eſſe huiuſmodi iuramentum habendum ab electoribus.

CONTROVERS. V.

An elector teneatur ſuum præſtare ſuffragium, qui in Capitulo audiuit ſcrutinium, aut ſe ab eligendo eximere poſsit.

Pro cuius reſolutione ſit,

CONCLVSIO I.

1 EX Capitulo, quia propter, de electio.in 6. minime deducitur, quod habentes vocem in Capitulo, ſemper poſſunt ad libitum ſe eximere à Capitulo; ſed benè deducitur actus Capitulares valere, quando qui debent, volunt, vel non poſſunt interuenire.

2 Probatur ex Gloſſa ibi, in verb. qui volunt, quia ſi quis non vult intereſſe, alij ſine eo, poſſunt procedere; ſed an ipſe teneatur intereſſe, vel non, ex cauſæ legitimitate dependet. Inde fit non ſemper verum eſſe, quod habentes vocem in Capitulo, non habent obligationem, ſed tantum ius ferendi ſuffragium, quia cum hoc ius habent annexam obligationem illud ferendi ex pacto tacito, vt infrà dicemus, obligat iam legitima ceſſante causa.

CONCL. II.

3 Quamuis, ex d. Capitulo, quia propter, probabiliter deducere poſſumus, ſcilicet vocales ad libitum ſe à Capitulo eximere poſſe; attamen hoc eſt intelligendum ante ſcrutinium,& quando ſuffragium non eſt neceſſarium, ſeu non eſt ſufficiens ad faciendum vtilia, vel impediendum damna Communitatis, aut alicuius tertiæ perſonæ, vt mox dicemus clarius.

CONCL. III.

4 Scrutinio facto, Neminem, ex vocalibus, abſolutè loquendo, in Capitu-

lo vocem habentibus, ſe à Capitulo eximere poſſe, ac ſuffragium non ferre, ſcrutinio audito etiamſi liberam habeant facultatem ſe ab eo eximendi.

5 Probatur, nam dicta, libertas ceſſat, ſe eximendi à Capitulo, ſcrutinio audito, quando quatenus ſe à Capitulo eximere valent, ſunt ſimiles iudicibus arbitrarijs, qui licet cogi nequeant, ſententiam ferre, priuſquam expræſſe, vel tacitè in compromiſſum conſentiant; nihilhominus, poſt expræſſum, vel tacitum conſenſum præſtitũ, quoniam circa acta cauſæ ſe intromiſerunt, ſententiam tenentur pronuntiare, l. labeo, la 1. §. tamen ſi, ff. de recept. arbitr. & in l. fin. C. de contrahe. empt. ita, & vocalis, audito in Capitulo ſcrutinio, cenſetur tacitè conſenſum præbuiſſe; cũ circa acta illius cauſæ, de qua tractatur, ſe intromiſerit, & ad ſuffragium ferẽdum ſicut arbitrer obligatur, quoniam de ſimilibus ſimile eſſe debet iudicium, cap. dudum de elect. in 6. & cap. inter corporalia de translat. prælat. & ſimilis æquitatis ratio, ſimilia iura ſuadere; debet, l. vlt. C. ad legem falcid. & cap. dilecta de confirmat. vtili, vel inutili, & Gloſſa, in d. cap. inter corporalia, in verſ. idẽ iuris.

CONCL. IV.

6 Quotieſcumque pro celebranda electione, Capitulum conuocatur, omnes, qui ex officio, vocem habent, in illa, intereſſe, & ſuffragium præſtare, tenentur.

7 Probatur, nam omnes, qui officium aliquid ſuſcipiunt ad ea præſtanda obligantur, quę officio illi ſunt coniuncta, quoniam officium, quod in ſe recipit, adimplere vnuſquiſque tenetur, l. 3 §. 1. in fine, ff. de recept. arbitr. & rationi congruit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore, & c. rationi congruit, de regul. iur. in 6.

CONCL. V.

8 Eo ipſo, quod quis ſuſcipit officiũ, quod habet annexum onus ſuffragiũ ferendi ex tacito pacto, officium acceptando, obligatur ad ferendum ſuffragiũ quando opus erit, & ea de cauſa ex iuſtitia commutatiua, ita ſuffragium præſtare obligatur, vt reſtituere teneatur damna, quæ impedire potuit, & non impediuit ferendo ſuffragium, ac etiam lucra, quę euenire poterant, & non euenerunt.

Nam cum hæc obligatio ex præcepto iuſtitiæ, & fidelitatis officij debiti procedat nolentes ſuffragium ferre, vel non præſtantes illud, iuxtà rectam rationem, peccatũ iniuſtitię cõmittunt: an vero, mortale, vel veniale, ex grauitate rei, de qua agitur, eſt conijciẽdũ.

CONCL. VI.

9 Habentes vocem in Capitulo, quoties agitur de præiudicio illius, cui ſuffragium debetur, vtputà Religionis, Monaſterij, quo ad Regulares, vel de præiuditio Eccleſ., quo ad canonicos, vel tertiæ perſonæ alicuius tenentur conuocati contradicere expræſſe, ne ſequatur tale præiudicium contra iuſtitiam, aliàs inuoluuntur peccato, & pęna expræſſe conſentientium.

11 Ea

10 Probatur, ea ratione, quoniam tenentur ex ſuo officio ſuffragium prębere, vt ex l. de ętate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. act. decernitur.

DOCT. ALLEG.

11 *Ità cum alijs allegandis, Innocent., & Panorm. in c. 1. nu. 13. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli autumant.*

CONCL. VII.

12 Regulares Superiores in eo caſu cogere valẽt vocales ad Capitulũ interueniendũ, quando ad eſt iuſta cauſa, & illi iuſta cauſa non interuenien-di carent, & ſi conſuetudinem habeãt non interueniendi, contra eam non ſunt abſque legitima cauſa cogendi.

13 Cuius eſt ratio, quoniam conſuetudo cum ſit optima legum interpręs cap. cnm dilectus, de conſuetud. & l. minimè, ff. de legibus, & l. ſi, de interpr ætatione, ff. eod. ac pręualere debet interpr ætationi DD. vt dixit Panor. in ca p. 1. n. 7. de decim. qui item, in d. cap. cum dilectus, n. 7. aſtruit, quod in lege exiſtente, dubia, debemus recurrere ad conſuetudinẽ loci, & ſi de ea apparet, non eſſe, recedendum ab intellectu, quem conſuetudo tribuit.

CONTROVERS. VI.

An electores ſuum ſuffragium, ſeu votum, in electione canonica per ſortes præſtare poſſint.

CONCL. I.

1 Nvllæ electiones, per ſortes, haberi poſſunt, quæ, vel ſunt ad beneficium, vel ad compromiſſariatum, vel ad quodcumque aliud officium, ſeu miniſterium Eccleſiaſticum.

Probatur, quia deteſtantur in cap. non ſtatim, & cap. non exemplo 26. q. 2. ac perpetua prohibitione dãnantur, c. Eccleſia, & c. final. in calcem, de ſortilegijs, vbi generaliter, ac indifinite, Ita dicitur. Sortis vſum in electionibus, perpetua prohibitione damnantes, vbi ſermo eſt, de omnibus Eccleſiaſticis electionibus ſpectantibus ad beneficia, officia, atque ad Eccleſiaſticos Miniſtros.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt, porrò concluſio communis, omnium Theologorum, ac Canoniſtarum, & docet eam D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. & ibi Caiet. dub. 1. Archid. 26. q. 2. c. 1. n. 1. & ibi Bellamer. n. 3. & 26. Hoſtienſ. eod. c. final. n. 2. & ibid. Butrius, n. vlt. Henricus, c. 1. n. 2. eod. tit. Card. q. 2. Abbas, n. 3. Anchar. n. 3. Marianus Soc. ſen. n. 27. Turrecrem. 26. q. 2. in ſumma, n. 2. & 6. Panorm. de ſortileg. c. de Eccl. Oldrad. conſ. 191. nullomodo, n. 3. verſ. 4. ſi iſta, Felin. in c. Capitulũ, nu. 21. de reſcript. Tuſchus, litt. E. concluſ. 79. D. Antonin. 2. p. tit. 12. c. 1. §. 9. Caiet. in ſumma verſ. ſors, Roſella, verb. ſortilegium, ante 1. n. in fine. Angelus, ver. ſors, n. 2. & ibi Tabiena, q. 5. n. 6. Armilla, n. 1. in calce, Syluest. verb. ſuperſtitio, q. 9. Sayrus in Clau. Regia, lib. 4. c. 5. n. 20. & 21. Azor, to. 1. lib. 9. c. 21. q. vnica, verſ.*

at

at vero in electionibus, Suarez, to. 1. tract. 3. lib. 2. cap. 12. n. 5. Sigiſm. dub. 27. nu. 1. de elect. Sanchez, to. 1. decalog. lib. 2. c. 38. n. 18. & 71. 72. Toletus, lib. 4. ſummæ, c. 15. n. vlt. Sà, in aphoriſ. verb. ſortes, nu. 1. Mart. del Rio, lib. 4. de Magia, cap. 4. q. 1. Leſſius, lib. 2. de iuſtit. & iure, c. 43. dub. 9 n. 58. & cæteri nominales.

CONCL. II.

3 In electionum Eccleſiaſticarum tractatibus quoque, ſortes penitus interdictæ, ac vetatæ omninò ſunt.

Allegantur eadem iura, pro hac aſſertione, quæ ſunt pro ſuperiori concluſione allata, propter eamdem rationem.

DOCT. ALLEG.

4 *Hanc concluſionem ſuſtinent omnes relati Doctores, n. 2. & inſuper Ananias, in c. final. n. 2. in fine, de ſortilegijs, Angelus, tit. ſors, n. 2. Sanchez, vbi ſupra, n. 73. & cæteri nominales.*

CONCL. III.

5 Diuus Matthias Apoſtolus per ſortes à S. Apoſtolis fuit electus in Apoſtolatum, ex quodam Diuino Dei priuilegio, ac inſpiratione, & cauſa fuit huius electionis per inſpirationem: quia cæteri Apoſtoli à Chriſto Domino electi fuerant, & nè videretur Sanctus Matthias, cęteris inferior, fortaſſe Chriſtus voluit per ſe eum eligere, & ſic Apoſtolis inſpirauit, vt ſorte vterentur.

Illa enim non tam electio fuit, quam poſtulatio quædam, qua Sancti Apoſtoli, aliquem à Deo eligi, in locum Iudæ, cupierunt.

DOCT. ALLEG.

6 *Placet multis, à Bellarmino allegatis, to. 1. controu. 5. de cleri. lib. 1. c. 5. concluſio, Suarez ſubſcribit, n. 21. & 22. to. 1. de religio. tract. 3. lib. 2. cap. 12. Sigiſmundus adſtipulatur, dub. 27. n. 3. de elect. & fauent cæteri nominales.*

CONCL. IV.

7 Sancti Apoſtoli, abſque vllo priuilegio voluerunt ſortibus vti in Matthiæ electione, quia Matthias, & Barſabas, adeò erant in Sanctitate, ac doctrina pares, vt humano iudicio, diſcerni non poſſet, vter pręponendus eſſet, & in ſimilibus caſibus, eſſet vſus ſortium licitus, poſitiua prohibitione Eccleſię, ſecluſa in iure.

DOCT. ALLEG.

8 *Docet, D. Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. & in epiſtol. 180. ad Honoratum, concluſionem, cui ſuffragantur relati Doctores in ſuperioribus, & ſuadetur, quia non tentatur Deus, cum id, ab eo exquiratur, quod humano iudicio, declarari nequit: tum etiam, quoniam nullum eſt periculum, quicumque ſorte exeat, licet planè, caſu extret, quando pares ſunt, de quibus præficiendis agitur, ac materia auffertur quærimoniarum, nemini que iniuria fit.*

CONCL. V.

6 Sortibus vti in alijs caſibus, in quibus

bus apud aliquam Religionem vigeret conſuetudo, aut ex eo quod haberetur totalis modus circa electiones, & officia, quibus nulla competit adminiſtratio Eccleſiæ, ſeu ex eo, quod ei ad id indultum ſit ex aliqua Apoſtolica Conſtitutione per quam, aliquo modo, iuri communi derogatur, quo ſublato, talis modus electionis per ſe malus non eſt, ac inconueniens non eſt.

10 Nam electio Sociorum, ſeu Diſcretorum Prælatorum Regularium ad capitulum euntium, quam Gregorius XIII. fieri per ſortes præſcripſit apud Congreg. S. Bernardi in Italia Monachorum Ord. Ciſtercienſis: regularis obſeruantiæ per ſuam Bullam, quę incipit Rom Pont. §. 4. ædita 1578. die 23. Maij, bona eſt, & idem priuilegiũ habent Canonici Regulares S. Saluatoris, vtendi ſortibus, in electione Sociorum, ſeu diſcretorum, & conſtat eſſe validam vigore Bullæ, ex varietate, §. 8. Sixti V. æditæ 1589. & hæc omnia hactenus, dicta, certa ſunt apud omnes.

DOCT. ALLEG.

11 *Aſſerunt noſtram aſſertionem Suarez, to. 1. de religio. tract. 3. lib. 2. c. 12. num. 8. Sanchez, to. 1. operis moral. lib. 2. c. 38. nu. 75. Sigiſm. n. 6. dub. 27. de elect. & cæteri recentiores.*

CONCL. VI.

12 In electionibus, in quib. duo, ęquali numero electorum, ad beneficium quodcumque Eccleſiaſticum, fuerint electi, ad terminandum, ad quem eorum ſpectabit, quamuis, à maiori parte fuerit electus, ad hoc, vt non omnes eo munere fungantur, minimè quoq; ſortibus, vti licet.

Ratio eſt, quoniam talis electio verè Eccleſiaſt. diceretur effecta ſortibus, & eiſdẽ terminaretur, quod omninò eſt, per relata iura prohibitum.

DOCT. ALLEG.

13 *Tenent Gloſſa, c. penult. verb. teneantur, de reſcript. communiter ibi recepta, vbi dicitur, in tali diſcordia, eſſe ad ſuperiorem eundum, vt terminum electoribus præſcribat, & eo tranſacto, ad ipſum ſuperiorem electionem deuolutam eſſe, & in proprijs, ibid. terminis Archidiac. Butrius, d. cap. final. n. vlt. Hoſtienſ. n. 3. Io. Andr. n. 12. Card. q. penult. Soc. iun. n. 26. Ananias, n. 11. idem Card. in c. licet cauſam ad finem de probat. Felin. c. capitulum, n. 21. verſ. ſed ſaluando, de reſcript. Suarez to. 1. de relig. tract. 3. lib. 2. n. 7. & 8. c. 12. Sanch. vbi ſupra nu. 74. 75. & cæteri, n. 2. relati, & num. 4.*

CONCL. VII.

14 Electio, de Epiſcopis, ac cæteris Prælatis Sęcularibus, ac Regularibus, iuriſdictionem habentibus, ad cognoſcendum, de cauſis ciuilibus, ac criminalibus, per ſortes celebrata, ipſo iure, irrita, ac inualida eſt.

Conſtat ex capitulo, quia propter, de electione in 6. vbi dicitur. *Magna pericula*, imminent Eccleſijs viduatis.

Digitized by Google

DOCT. ALLEG.

15 *Eſt communis aſſertio inter Doctores omnes, & ſequuntur Abbas, cap. final. de ſortileg. num. 5. Gloſſa, d. cap. quia propter, de elect. in 6. & ibi, Innocent. Butrius, n. 19. Abbas, n. 7. & 8. Card. n. 1. q. 1. Ancharan, num. 1. q. 1. Baldus, num. 9. Imola, num. 3. Ananias, poſt initium, Bellame. num. 3. Henricus, num. 1. & ſeq. Roſella, verb. elect. 1. num. 29. Angel. ibid. nu. 29. Sylueſtr. verb elect. 2. q. 1. num. 2. Hoſtienſ. in d. cap. quia propter, poſt princ. & ibi Panormit. Sigiſmundus, num. 8. dub. 27. de elect. Garceus, de benefic. p. 5. cap. 4. nu. 205. in additio: Suarez in tom. 1. de religio. cap. 12. tract. 3. lib. 2. n. 18. Sanchez to. 1. operis moral. lib. 2. cap. 38. num. 84. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

16 Electiones omnes Eccleſiaſticę per ſortes habitæ, abſolutè, & ſimpliciter loquendo ſunt ipſo iure nullæ, ſiuè ſint Prælatorum Eccleſiarum, ſiuè beneficiorum canonicatuum, & ſimiliũ.

Patet aſſertio ex textu capit. quia propter, de elect. in 6. vbi dicitur. Aliter electio facta non valet. ergo alio modo, ſcilicet per ſortes electio facta non valet.

Præterea ratione probatur, quoniam, licet in alijs iuribus, præter, d. capit. quia propter, nullum adſit decretum irritans expræſſe; ad eſt tamen tacitè, quo caſu eſt adimplenda iuris diſpoſitio, ſaltem per æquipollens, aliàs, actus eſt ipſo iure nullus, vt diximus, diſput. 1. controu. 10. per totum. Illud vero decretum irritans appoſitum in d. capit. quia propter, operatur, vt nec etiam iuris forma adimpleri poſſit per æquipollens, vt d. controuerſia videri poſſit.

DOCT. ALLEG.

17 *Præter Doctores allegatos, d. diſput. 1. controuerſia 10. interueniens eam docent Panorm. in c. quia propter, de elect. in 6. Suarez to. 1. de religio. lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 9. Sigiſmundus, num. 8. dub. 27. de elec. Garceus de benefic. p. 5. c. 4. n. 205. Abb. in cap. final. de ſortileg. num. 5. fauent Felinus, in cap. cum dilecta, num. 10. in 11. ampliatione de reſcript. Marcſcottus, libr. 2. variarum reſolutionum capit. 38. num. 12. & alij nominales.*

Eſt autem aſſertio contra Sanchez, vbi ſupra num. 83. & alios ab eo relatos, aſſerentem, electiones, in quibus ſeruatur diſpoſitio d. cap. quia propter, de electio. in 6. eſſe quidem, nullas, ipſo iure, cæteras vero irritandas per iudicis ſententiam, quia in præ allegatis iuribus, in quibus ſortes perpetaa prohibitione remouentur ab omnibus Eccleſiaſt. electionibus, nullum ad eſt verbum irritans, in d. vero cap. quia propter, decernuntur inualidæ electiones, vltra triplicem modum ibi præſcriptum, celebratæ tamen in praxi non eſt recedendum à cõcluſione prehabita, ſcilicet vtraſque electiones, eſſe ipſo iure nullas Prælatorum Eccleſiarum Sæcularium, & Regularium, & Canonicatuum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum ob rationes citatas.

CON-

CONTROVERS. VII.

An electio canonica, ab electoribus, per fabas, ſeu lupinos, aut per ſchedulas, aut viua voce, celebrari poſſit de prælato ſeculari, aut Regulari Eccl. & canonico, & alijs Eccleſiaſt. perſonis, indignitate conſtitutis.

CONCL. I.

1 Electiones canonicæ omnes, ab ab electoribus per fabas, ſeu lupinos, aut calculos nullatenus fieri poſſunt, aliàs, irritæ, ac nullę ſunt, & inualidæ ipſo iure.

Cuius aſſertionis certitudo, in ſequenti controu. 6. magis elucefcet interim probatur ex cap. quia propter, de electione in 6. & c. 6. ſeſſ. 25. Trid. Conc. quorum iurium verba in ſuperioribus retulimus. deindè ratione; nā in qualibet electione canonica vota, ſeu ſuffragia eſſe debent certa, ac determinata, pura, ſincera, & gratuita, vt deſumitur ex capit. in nomine domini, diſt. 23. verſ. quod ſi prauorum, & c. in electionibus, de electione in 6. ſed talis certitudo, ac determinatio, ſinceritas, ac puritas haberi nequit per fabas, lupinos, ſeu calculos; cum electio ſit eligere vnum ex pluribus, & ſi per fabas, &c. electio canonica fieret, quodammodo coarctaretur, & ideo libera non eſſet, prout iura dicta petunt, vt in ſpecie capit. Eccleſia veſtra, de electione in 6. quoniam neceſſariò exigitur ad electionis valorem, videri deberi, quę ſit ſanior pars, quod per fabas videri nequit. ergo aſſertio vera, contra quam nulla conſuetudo valet, vt diximus in diſput. 1. controu. 8.

DOCT. ALLEG.

2 *Defendūt concluſionem noſtram Doctores omnes in cap. quia propter, de elect. in 6. Panorm. ibi, & in cap. Eccleſia veſtra, de elect. in 6. Sylueſt. verb. electio, 2. qu. 5. num. 6. Tabiena, eod. verb. num. 24. Sigiſmundus, dub. 27. num. 6. Miranda, to. 2. in manuali prælat. qu. 23. art. 17. concluſ. 3. Cucbus, inſtitut. maior. lib. 4. num. 222. & alij nominales, & vt d. Sylueſtr. ex Panorm. in d. cap. Ecclea veſtra, optime aduertit, ad electionis valorem per d. textum, duò copulatiuè requiruntur, nimirum maior pars, & ſanior, quæ per fabas, nequeunt diſcerni. Immò, etiam hoc verum eſt in vniuerſitate ſæculari, quod maior pars non conſiſtit in ſolo numero, ſed etiam indignitate, auctoritate, & perſonarum meritò, vt ait Bart. in l. Pompon. us, ff. de iudic.*

CONCL. II.

3 Electores, in omni canonica electione, ſuum votum, ſeu ſuffragium præſtare poſſunt licitè, ritè, ac ualidè per ſchedulas inuolutas, dummodo ipſi electores ſuum nomen non exprimant in ipſis ſchedulis inuolutis

ſed tantum nomen electi exprimant, iuxtà nouum ius Trid. Concilij, c. 6. ſeſſ. 25. de regularibus, aliàs, eſt irrita ipſo iure, & contra talem diſpoſitionem Conciliarem, nulla conſuetudo valet.

4 Conſtat eius certitudo, quoniam apud omnes, eſt certum, electiones canonicas rectè celebrari per ſchedulas inuolutas, & firmat vſus ferè omnium Religionum. Hinc Sixtus Quintus, in Bulla, quę incipit, & cum omnis cura, ordinauit Patribus Minorib de Obſeruantia, 1587. 29. Iulij. Pius Quintus, Canonicis Regularibus S. Saluatoris, Ord. D. Aug. per ſuā Bullam, incipit, inter cęteras, ędita 1571. 6. Decemb. Clem. VIII. dedit Fratribus Tertiarij S. Franciſci de pœnit. per ſuam Conſtit. quæ incipit, decet 1595. die 29. Iulij ędita eſt. Paulus V. dedit Ord. Eremit. D. Aug. Bullā, quæ incipit, Paſtoralis noſtra, 1614. ædita. die 16. Maij.

Vnde ſecundum quod conſuetudo, & obſeruantia declarat ius, ſic quoque eſt intelligendum, & obſeruandum; nam hęc dicitur potius aſſuetudo, quam conſuetudo, vt fusè multis allegatis tradit Maſcard. ſuper ſtat. concluſione, 2. num. 139. vſque ad 157. & ſeq.

DOCT. ALLEG.

5 *Eſt omnium Doctorum Theologorum, ac Canoniſtarum recentiorum, qui ſuper hanc materiam nouiſſime ſcripſerunt, vt Mirādæ, to. 2. in manuali prælat. q. 23. ar. 15. concluſ. 2. Rodriq. to. 2. qq. regul. q. 52. art. 8. Garcei, de benefic. p. 5. c. 4. n. 189. Sigiſm. dub. 27. de elect. n. 10. Rotæ, in Metenſi monaſt. 5. Iulij, 1621. coram Coccino, §. vlt. allegans Zerolā, Azor, & alias.*

CONCL. III.

6 Electio eſt, omninò, canonica, iuxtà c. quia propter, de elect. in 6. & ſecreta, ſecundum Trid. Conc. c. 6. ſeſſ. 25. ſi electores ſuffragia, ſeu vota præſtēt viua voce, ſiue per ſchedulam, vt eſt dictū, dummodo electorum nomina, vnquam publicentur.

Eſt aſſertio firmata in Rota in deciſ. coram Coccino in terminis de elect. Abbatis Regularis Meten. monaſt. 5. Iulij 1621. & Treuer. Abbat. 20. Nouēbris 1624. §. 2. principaliter.

7 Comprobatur aſſertio, ex c. 7. Concil. Trid. ſeſſ. 25. vbi decernitur, vt ille, qui electioni Abbatiſſarum, &c. præ eſt, vota ſingulorum audiat, vel recipiat: ſuper quem locum Concilij Sacra Congreg. ſic cenſuit, teſte Garceos, vbi ſupra.

Si electi fuerint à Superioribus, aliqui, vtpute quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur canonica, & ſecreta. Et eadem Sacra Cong. vt idem Garceus, loco d. num. 190. ſic cenſuit. In electionibus Abbatiſſarū voce oretenus accipi poſſunt à ſuis Superioribus, licet quatuor, vel quinque ea ſciant. aliam cōſimilem refert idem Garceus, ſed hæc ſufficiant, & eo magis, quò conſuetudo, quæ eſt altera lex, idem declarat, & confirmat apud multas Religiones.

DOCT. ALLEG.

8 *Prò concluſione noſtra allegantur omnes Doctores, nu. 5. relati, & inſuper fauent,*

Boe-

rius,deciſ.1.n.35.Cuchus,lib.4.inſtit. m.tit.de elect.n.222.& alij nomin.

CONCL. IV.

iſpoſitio, cap.quia propter, de ele .in 6. non eſt ſublata per Concilijũ 1.ſeſſ.25. cap.6. de Regularibus; a electionem, ſed tantum addere, d nè dum vota ſint ſecreta, ſed & taliter, vt eligentium nomina uam publicentur.

DOCT. ALLEG.

uſtinet mordicus noſtram, Rota,com- mem,in locis,num. 5. & 6. allegans Sigiſm.n.11.dub.27.Garceus in lo- tatis,ſupra n.5.& eſt ſolum contra- ndam,to.2.in manuali,quæſt.23.ar. concluſione 2.ſed certè toto cælo erra- & hallucinatus eſt.

NTROVER. VIII.

Capitulum Generale gularium, decretum ndere poſsit, ſeu con- utionem, ſub pœna communicationis la- ſententiæ, ſeruata Su- ioribus localibus, vt no electorum tracta- n habeat, ſeu collo- ionẽ faciant vllo modo: an inquam, generale Capitulũ, hoc ita facere valeat, vt electo. ſub prædicta pœna obligentur. Pro cuius reſolutione ſit.

CONCLVSIO I.

1 ADmodum probabile eſt, generale capitulum minimè poſſe Conſtit. condere; ſub excom. latę ſentẽtiæ reſeruata localibus Prælatis, nè electores vllo modo, tractatum, ſeu collocutionem habeant de electione.

2 Primo probatur, quia, quãdo quis aliqua pœna corrigi, ac impediri pôt, nõ eſt cenſuris vtendũ, vt in Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. de refor. habetur, ſed capitulum generale, pœnis alijs poterat d. tractatus impedire. ergo ad cenſuras capitulum generale, contra mentem d. Trid. deuenire non debuit, & cum Sacrum Concil. cenſuras prohibeat, & vltrà non progrediatur, ſi fiãt, nulliter fiunt per legem vulgatam, *non dubium, C. de legibus.* ergo.

3 Secũdo probatur, Superiores, enim Regular. non valent ſibi ſubditis pręcipere niſi ea, quę in Regula continẽtur, aut aliquo modo ad obſeruantiã eius pertinent, vel quę ad talẽ obſeruãtiã accomodata ſunt, & hoc ideo, quia obed. non ſe extendit vltra poteſtatẽ & ius Prælat. quæ quidẽ ſecundũ Regulam limitantur, vt benè docet D. Tho. in quodlib. 10. ar. 10. & in 2. ſẽt. diſtin. 44. q. 2. art. 3. Salas, de legibus, diſput. 8. ſect. 12. & alij Theologi ab eo relati, & ex Canoniſtis, Innocent.

in cap veniens, de iure iurando, Panorm.in cap. litteras de reſtit. ſpoliat. & in cap. ex litteris, de ſponſalibus, Nauar. in cap. nullam, 18.q.2. ad 6. & in c. ſtatuimus, 19.q.3.n 23. verſ. adhoc reſpondeo, ſed de non tractando de electione ab electoribus, ſub pœna excommunicationis non pertinet ad Regulam, nec ad eius obſeruantiam, nec eſt ei accomodata; quia ſine tali præcepto, & pœna optimè obſeruari poteſt. ergo, huiuſmodi præceptum generale Capitulum non poterat condere, & per illud ſubditi non tenentur ad eius obſeruantiam.

4 Tertio probatur, nullus namque Regularis virtute ſuæ profeſſionis cōpelli poteſt ad arctiorem Religionē ingredi. ergo nec in ſua Religione compelli fas eſt, ad arctiorem regulam, vt eſt textus in cap. geſta, 74. diſt. & ibi Gloſſa fin. ſed ob prædictū præceptum, & pœnam arctior redditur regula. ergo.

Quarto probatur, prædicta Conſtitutio, ſeu ordinatio eſt nimis rigida, atq; indiſcreta, & onerosa, contra Sacros Canones, ideoque electores non tenentur ad eius obſeruantiam, minuſque condi non poterat à Capitulo generali. ergo.

Antecedēs conſtat, quoniam ob id, de eius notitia ab Vrbano Octauo habita, ab eodem abrogata fuit, & annullata, & voluit electores poſſe tractat, habere iuxtà diſpoſitionem Sacrorū Canonum, ſcilicet ante vnum vel duos dies, antequam ad eligendum veniatur.

Et ità ex litteris, Domini Fagniani, Datis Romæ, die 10. Octobr. 1626. Patribus Clericorum Regularium,

CONCL. II.

5 Abſolutè, & ſimpliciciter loquēdo, nulli eſt dubium, ſtando in rigore auctorit. Capituli Regularis generalis, quod præfata ordinatio, ſeu Decretū validè potuerit ab eo fieri; nihilhominus tamen, non omnia, quæ fieri poſſunt, expedit efficere, & præſertim circa ea, quæ conſcientiam nimis aggrauant, vt dicta cenſura, ſub ea conditione, & pœna, ac ſatis difficilis ad eius obſeruantiam, in electionis præſertim, cauſa, & occaſione difficilis, ac rigoroſa admodum, ad illaqueandas electorum animas, & ad contemnendam huiuſmodi cenſuram cum magna facilitate.

6 Probatur primo, nam non eſt minor poteſtas, quam generale Capitulum poſſidet reſpectu totius Religionis illa, quam cæteri Prælati locorum, habent circa ſibi ſubditos, ſed hi valent aliquid præcipere, ſub pœna excommun. latæ ſententiæ, cum habeāt ſubditos pleno iure ſubiectos. ergo hoc idem generale Capitulum facere poterat.

Secundo probatur, nam illi poſſunt cēſuras ferre, qui habent iuriſdictionē ordinariam, vel delegatam, ſed Capitulum generale dum celebratur habet iuriſdictionem ordinariam in totam Religionem, vt autumant Victo. de poteſt. Eccl. q.2.n.28. Sot. in 4. diſ. 27. q. 1. ar. 4. Miranda, to. 1. man. prel. q.13. ar. 5. & cæteri alij nomin. ergo.

7 Tertio probatur, ſtante, & enim dicta iuriſdictione eo ipſo, quod Capitulum generale aliquam facit ordinationem, tenentur ſubditi ex obedientiæ

entiæ voto, ad illius obſeruantiam. ergo, ſi non obſeruant ſunt inobedientes, & appoſitam pœnam contra inobedientes, pœnam incurrunt, ergo, &c.

CONTROVERS. IX.

An conſuetudo induci poſsit, nullum tractatum adhibere in electione, ad ſubornationem euitandam.

EXPLICATIONES.

1 Lectorem, breuiter, admonemus in præſentiarum, noſtrum minimè eſſe inſtitutum, controuertere, ſi conſuetudo contrà ius commune induci valeat: quidquid de hoc ſit, ſed abſolutè loquimur, & ſimpliciter, prò cuius breui reſolutione ſit.

CONCL. I.

2 Electio, in qua non præcedit debitus tractatus, nulla eſt, & conſequenter, nulla conſuetudo induci valet, nullum tractatum de illà habere non poſſe.

3 Primo probatur iuris canonici pluribus, auctoritatibus, & cap. in geneſi, de elect. & cap. in cauſis, & cap. in nomine domini, diſt. 23.

4 Secundo ratione probatur; nam deeſt aliquid ſubſtantiale, ſine quo nequit electio fieri, quæ cum vnicus ſit aſſumptio præ cæteris, eo quod præ eis eligi debeat, huiuſmodi aſſumptio locum, abſq; tractatu habere nequit: quia ſine ipſo electoribus innoteſcere haud valet; qui nam ſit cæteris præferendus, & cum collegialiter præferri debet, collegialiter etiam innoteſcere debet, quis præferendus ſit. ergò vera concluſio.

5 Tertio in præſentiarum autem, nec dicere valet, conſuetudinem eſſe ex vrgenti cauſa, veriſimiliter à Canone non præuiſam: Nam optimè Canon præuidit, tractatũ poſſe ſubornationẽ euadere, ac proinde decreuit pœnas, in ſubornantes. ergo.

6 Quarto, nec vtique ſat eſt tacitus conſenſus, vt tollerari valeat; quia hoc ſolum locum habet, quando conſuetudo, aliàs, ſubſiſtere poteſt; quod in hoc non contingit, cum ſit contrà electionis ſubſtantiam, & in hoc ſenſu non habet Panormit. ſermonem, *in Clement. & ſi principalis, n. 6 de reſcript.* Et quamuis ambitio non præſumatur, ignorantia tamen præiudicialis electioni præſumitur.

7 Quinto, nec etiam verum ſcandalũ naſci poteſt ex reprobatione prauæ conſuetudinis, ac tollentis ad bonam electionem, neceſſaria. ergo vera remanet aſſertio.

DOCT. ALLEG.

8 *Concluſio à Gloſſa docetur, in cap. cum in veteri, verb. in tract. de elect. & in cap. in nomine domini, verb. tractantes, diſt. 23. à Toloſan. c. 15. tit. de elect. in calce, à Butrio, in cap. cum inter, num. 7. & in cap. in cauſis, de electio, & cæteri Canoniſtæ, ac Theologi allegandi tenent.*

CON-

CONTROVERS. X.

An electores, in Ord. Prędicatorum, antè electionis celebrationem, habere valeant inter ſe, & quo tempore, de electione, tractatus.

CONCL. I.

1 Electores, Prædicatorum Ordinis, de electione tractatus minimè habere valent inter ſe vocales, niſi dumtaxat, antè diem vnum, celebrationis electionis; aliàs, pœnæ grauioris culpæ ſubiacent, ſiue electores ſint, ſiuè non ſint vocales.

2 Probatur ex declarationibus Conſtitution. eiuſdem Ordinis, diſt. 2. de elect Prioris Conuentual. cap. 2. §. 7. lit. Q. ante finem, vbi ſic habetur.

Item Valentiæ 1596. prohibetur, nè de electione peragenda, aliquis tractare audeat, niſi antè diem vnam electionis, per ſe, vel per alios, verbo, vel ſcripto, ſub pœna grauioris culpæ, ſiuè is vocem habeat, in electione, ſiuè non: & Prælati talem pænam transgreſſoribus infligere teneantur. hæc ibi.

3 Secundo comprobatur ex cap. ſciāt cuncti de elect. in 6. vbi ita dicitur. Sciant cuncti, qui eos, ad quos ſpectat electio, prò eo, quod rogati, vel inducti, cum pro quo rogabantur, vel inducebantur, eligere noluerunt, ſpoliant, vel iniuſtè perſequuntur, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, quod in Capitulo Bononienſi, 1615. fuit ad memoriam reuocatum, videlicet, hoc iuris communis decretum. hæc omnia ſunt deſumpta verbotenus, à relatis declarationibus Conſtit. Ordinis Prædicatorum.

4 Simile enim, etiam Decretum extat ſub ferè, verbis eiſdem, capitulare Congregationis Theatinæ, p. 3. c. 1. n. 15. conſtitutio. vbi prohibetur tractatus omnis, ac colloquium, ſinè per verba, ſiuè per litteras, aut nutus, mediatè, vel immediatè, preter illum tractatum, qui ex præſcripto iuris canonici eſt, in ordine ad electionem vocalis, pro Capitulo generali.

CONCL. II.

5 Præfactæ ſanctiones, tam Prędicatorum Ordinis, quam Theatinorū Clericorum Regularium, ac cęterorum Ordinum, tractatus iuſtos, ac honeſtos, bonum, nimirum, electionis reſpicientes, minimè antè electionem, taxato tempore, prohibent haberi; ſed dumtaxat vetantur illi, qui ambitioſi ſunt, & in electionis bonæ præiudicium conſiſtunt.

Concluſio ex ſupradictis de ſe conſtat.

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur concluſionem Rodriq. tom. 2. qq. regul. qu. 16. art. 1. § ex quibus Paſqualigius deciſ. 255. n. 8. ita interpretans ſimile decretum ſuæ, & alterius congreg. Naldus, in ſum. verb. eligere, n. 2. Azor, to. 2. lib. 2. c. 21. q. 4. & alij.*

CON-

CONCL. III.

7 Licet enim, prohibitionis finem, nõ dumtaxat eſſe, electioni prouidere; ſed quoque nè aliquod incommodũ ſequatur, tractatus occaſione, qđ tamen ſequi poteſt, etiamſi tractatus ſit iuſtus; vndè huiuſmodi incommodũ eſſe poteſt etiam æqualiter ex legitimo tractatu, in eodem electionis tempore celebrandę, qui nihiloſecius, nec prohibetur, nec prohiberi poteſt.

8 Probatur, nam eſt decretum de tractatibus non habendis ante electionis celebrationem, vt ſuam ſeruet iuſtitiam; deſumi debet, ſi quidem, vt intendat, præcauere illud incommodum, quod ex tractatu rationabiliter ſequitur ex iniuſto tractatu, quia quis rationabiliter nequit ęgreferre, quod quis procuret eligi perſonam dignã licet, indirectè ſui ipſius excluſio ſequatur.

CONTROVERS. XI.

An electores habere poſſint antequam ad electionem celebrandam perueniant, tractatus, ſeu diſcurſus electionales.

CONCL. I.

1 Ambitio, tamquam peſtis electionum, fuit in Sacris Canonibus exoſa, vt per cap. cum poſt petitam, de elect. in 6. caſſanda, ac annullanda ſit eius electio, qui etiam requiſitus, priuſquam electus eſſet, electioni de ſe faciendæ, conſentit. Nam in cap. per inquiſitionem, de electio. in 6. ſtatuitur per multas cauſas, electionem Epiſcopi Toloſani eſſe indignam, & præcipuè, quoniam, ipſe, & amici illius ante ſuam electioné, colloquium, ac tractatus habuerunt cum quibuſdam canonicis, ac eos pręcibus ſollecitauerant, vt ipſum eligerent in Epiſcopum, quo in loco, Abbas, Panorm. num. 5. infert, quod ſollicitans electores pro ſua electione, ſe indignum facit, quia probatur ambitioſus, & hoc non ſolum quando per ſe ſollicitat, ſed etiam per alios, vt ex textu conſtat.

DOCT. ALLEG.

2 *Noſtræ ſuffragatur aſſertioni Petrus de Gregorijs, tit. de elect. cap. 9. n. 6. Miranda, in manuali prælatorum, to. 2. q. 2 3. art. 3 o. conc'u. 1. Diana, p. 1. tract. 1 6. Miſcel. 2. reſolut. 3 7. & cęteris omnes, in d. canonicis iuribus.*

CONCL. II.

3 Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quam pro alijs, tum in capitulis locorum, tum in cæteris præſertim generalibus capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicumque ſecus fecerint, præter alias pænas, & cenſuras hactenus, contra huiuſmodi am-

ambientes inflictas,quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum,quæ obtinent,eo ipſo incidant,& ad futura quæcumq; inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à neminè poſſit, niſi à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum, grauius etiã plectantur; porrò ſupradictas omnes pœnas ad complices, & ſimpliciter ſciẽtes, & non reuelãtes extendimus.

Ità Clemens Octauus in decretis generalibus æditis 1599. 25. Iulij, pro reformat. Regularium, cuiuſcumq; Ordinis, & inſtituti, §. 35. & à Paulo V. innouatis, vt viuere eſt apud Quaranta in ſumma Bullarij, verb. Regures.

CONCL. III.

4 Iuris communis veſtigia ſequendo, Sanctè in aliquibus Religionibus determinatur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt antè electionem nullus tractatus de ea ab electoribus habeatur.

CONCL. IV.

5 In Ordine Prædicatorum, prohibetur nè de electione peragenda; Aliquis tractare audeat, antè vnam diem electionis, per ſe, vel per alios, verbo, aut ſcripto, ſub pœna grauioris culpæ, ſiuè is vocem habeat in electione, ſiuè non, & Prælati, ſub formali præcepto talem pœnam tranſgreſſoribus infligere tenentur.

Ità antè decretum relatum Clem. VIII. in capitulo generali Valentię celebrato 1596. fuit ordinatum, & in conſtitutionibus talis ordinatio appoſita fuit, diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, n. 7. lit. Q. ad finem.

CONCL. V.

6 Ante electionem, dumtaxat ſunt omninò tractatus ambitioſi, factionales, condictionales, & conuentionales prohibiti; minimè verò conſultorij, de aliquo eligendo.

Pars prima conſtat ex d. cap. per inquiſitionem, de elect. in 6. ſecunda patet ex cap. ſi tranſitas, diſt 79. vbi dicitur quod viuente Papa habeatur tractatus conſultorius, de ſubſtitutione Sũmi Pontificis. ergo poteſtas conſulẽdi, ac de perſonæ alicuius qualitate ſermonem inter ſe habendi, vt ſciant an dignus quis ſit, qui re poſtulante, eligi poſſit, non eſt adempta Collegio, adhuc viuente prælato, & conſtat etiam ex cap. geneſi, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

7 *Auctores ſunt noſtræ concluſionis Abb. in cap. bonæ memoriæ, el. 2. nu. 12. de elect. in 6. cum aliis, Petrus Boiſius, in direct. p. 3. cap. 3. Gulglielmus Mandagotus, in miſcell. cap. de elect. n. 12. Diana, vbi ſup. Cuchus, inſtit. maior. lib. 4. tit. 1. de elect. nu. 185. Gloſſa, in cap. in nomine domini, verb. tractantes, diſt. 25. Petrus Gregorius, inſtitut. vir. canol. lib. 1. tit. 29. cap. 5. Molfeſius, to. 1. ſummæ, tract. 6. c. 16. nu. 147. & alij nominales.*

CONCL. VI.

7 In eis Religionibus, in quibus huiuſmodi tractatus ambitioſi, conditionales,

nales, factionales, & conuentionales, prohibentur electores nihilhominus, licitè, ac prudenter agent antè electionem, inter ſe ipſos, aut cum alijs ſi tractatũ conſultorium habebunt de aliquo eligendo, vt ſciãt an talis ſit dignus, vel ſi ſciãt, & cæteros electores informet, & perſuadeant, vt illum eligant, dummodo, hoc non efficiatur ex conſenſu, ſeu opere ipſius eligendi, ſed penitus ab electoribus, propter illius merita: nam ſi talis tractatus ageretur per ſe ipſum, vel per alios, eſſet ambitioſus tractatus, vt in prima eſt concluſione aſſertum, & ideo prohibitus, vt factionalis, conuentionalis, conditionalis, &c.

CONCL. VII.

9 Ambitioſus per Sacras Canones repellitur, tamquam indignus, ab electione; quod validè eſt notandum cõtra eos, qui etiam procurare ſolent, vt eligantur ab alijs, nam nullæ ſunt electiones, deindè, vt in dictis decretis Clementis Octaui conſtat, & per particulares regularium vniuſcuiuſque Religionis, Conſtitutiones ſancitur, quibus ideo dicti tractatus prohibentur ante electionem, ad euitandam omnem ſuſpicionem ambitionis.

Hæ duę aſſertiones ſequuntur ex ſuperioribus, & eiſdem probantur rationibus, & Doctoribus pariter relatis fulciuntur.

CONTROVERS. XII.

An electoribus, in celebranda electione canonica, ſit aliqua præſcripta, ſuffragij, ſeu voti, forma, qua, ſuam explicent mentem, ac voluntatem.

CONCL. I.

1 ELectores ad celebrandam canonicam electionem ſi procedũt viua voce, debent votum ſuum, voce exprimere: Sin autem per ſchedulam inuolutam, ſcribere debent eorũ ſuffragium, ſeu votum, ſic *Nomino*, ſeu *Conſentio*, aut eligo N.

Vtraque forma eſt ad mentem ca. quia propter, de electio. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de Regul. Conc. Trid.

DOCT. ALLEG.

2 *Panormitanus enim in d. cap. quia propter, num. 11 in fine, de electione primam approbat formam, ſecundamque prędictarum, nimirum,* nomino, *vel* conſentio. *Tabiena, autem verb. electio, n. 22 plus ſecundam, ideſt* conſentio in N. *& id propter textus verba, quę ſunt. Is eligatur, in quem omnes, vel maior pars Capituli* conſenſerit. *Nihilhominus tamen vterque Doctor ſubdit, minimè vitiari electionem, ſi per tertiam formam, per verbum, ſcilicet eligo, ſuffragium electores præſtẽt,*

vt

vt Bart.apud Bertach.in ſuo repert. verb. electio qualiter, & quando, verſ. 12. & 16.autumat,quem refert, & ſeq. Lamb. de iur.patron.lib.2.p.2.q.3.art. 3. qui addunt ſat eſſe nominationem per aliquod dictorum verborũ, licet non dicatur in Priorem Prouincialem,ſeu ſocium,aut diſcretũ quoniam nomen dignitatis, ad quam dirigitur, ſubintelligitur electio.

3 Immò, idem iuris eſt, ſi nominetur tantum aliquis abſque vllo prędictorum verborum, *nomino, conſentio*, eligo. nam quibus verbis, electio facta, tenet, ac valida eſt, ſi per eam, voluntatis intentio declaratur, l. quoniam C. de teſtam. & quamuis verba quodammodo imperfecta ſunt, tamen ſi ex his colligi põt ſenſus, huiuſmodi imperfectio non vitiat, l. 1. §. fin. ff. de hæred. inſtit. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. ſic aſſerunt Gamma, deciſ. 287. n. 1. Marc. q. 1204. nu. 2. p. 1. & Marta, in ſuo dig. nouiſſ. de elect. cap. 127. quibus omnibus ſubſcribit Sigiſ. dub. 28. n. 1. de elect. cum alijs nominalibus.

CONCL. II.

4 Electores, in Ordine Prædicatorum in celebrãda canonica electione, hac forma vtuntur, præſtandi eorum votum, ſeu ſuffragium, nimirum, eligo Fr. N. in Priorem Conuentus, N. & poſtulo Fr. N. & Fr. N. ad idem officium, quando poſt electionem electores poſtulant vnum, vel duos, dicta forma poſtulationis vtuntur, vt in multis Prouincijs eſt vſus, ac praxis.

Ita namq; ſtatutum fuit in gene. Capit. Bachin. 1574. & huiuſmodi vſus eſt in praxi ſemperque fuit in d. ordine.

CONCL. III.

5 Ab electoribus, vota, ſeu ſuffragia, quę in electione canonica pręſtantur eſſe debent certa, determinata, pura, ſinçera, ac gratuita.

Conſtat ex capit. in nomine domini, verſ. quod ſi prauorum, diſt. 23. & ratio eſt, quoniam vota eſſe minimè deben alternatiua, incerta, ac conditionalia, vt expręſſe cautum eſt, in d. cap. in electionibus, & indeterminata.

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur noſtram concluſionem Ioan. Andreas, in cap. in electionibus, nu. 4. de elect. in 6. vbi etiam Archid. n. 3. Syluest. verb. elect. 2. q. 3. Miranda, to. 2. q. 23. ar. 17. concluſ. 1. Sigiſm. dub. 28. nu. 2. & 3. de elect. Baldus in capit. quia propter, de elect. col. 5. in princ. Boerius, deciſ. 1. nu. 2. & alij alegandi, Tabiena, verb. electio, 1. num. 24.*

Ad notatio neceſſaria.

7 Conſultò, autem diximus, non eſſe debent alternatiua vota, vt, exempli gratia in Fratrem Ioannem, vel in Fr. Petrum, cuius eſt ratio deſumpta, ex voti deſcriptione, quam Baldus, & Boerius tradunt, modo in locis dictis. Nam votum eſt animi deliberatio, cũ beneplacito, determinans ſe ad hoc aliquid; ſed qui conſetit in vnum, vel in alium, non ſe determinat ad hoc aliquid. ergo eſſe non debent alternatiua.

Dicimus, incerta, puta, eligo, quem Priorem elegerit, &c. & ratio eſſe poteſt

teſt, quoniam huiuſmodi voluntas eſt deceptoria,& nõ eſt voluntas: motus enim animi vnius nequit conſumari per motum animi alterius, & ſua voluntas,nõ eſt volũtas mea,& propria, nec diſpoſitio valet,ut autumant Angel.& Bal.in l.captatorias,ff.de hered. inſt.Iaſ.in l. Frã Fratre num. 8.C. de imp.Pariſius conſil. 38. numer. 40. libr. 3 Surdus, deciſ.53.numero 28. & deciſ.68. num. 8. Simon de præt. deint.vlt.volũt.lib.1.tit.1.fol.5.& 16 ſed vota,ideo vota dicũtur cunctorũ, in c.quia propter, quia idem ſonant, quod deſideria cunctorum,vel diſpoſitiones animorũ,vt doctè Panor. aduertit num.11.in d.c.quia propter, & Boer.d.dec.1.n.2.ergo conſumari ne queunt per diſpoſitionem animi alterius.fauet his dictis Rota, in Rom.legati re,Iunij 1616.corã D.Martino, & deciſ.359.per totam,ſed maximè n.11.& ſeq. coram Card.Seraphino.

8 Diximus conditionalia,vt exe.grat. cõſentio in talẽ,ſi eſt talis conditionis putà ſi iura nouit,&c. & ratio eſt,quoniam actus legitimi non recipiũt cõditionẽ, c.actus de reg.iur.in 6.ſed eligere eſt actus legitimus.ergo vota nõ eſſe debent cõditionalia, vt gl.inquit in d.cap.actus legitimi,Anchar.in d.c. 2.in prin.& Franch. n.2.de elect.in 6.

Et ad lucidiorem horum votorum conditionalium excluſionem , bifariam ſunt diſtinguendæ conditiones.

Primo enim ſunt conditiones, quæ inſunt ipſi actui, ex natura ſua, vel de iure, vt exempli gratia,eligo talem ad Prouincialatum,ſi vacat, & huiuſmodi, & ſunt aliæ, quæ ſic non ſunt, vt exempli gratia,eligo Petrum, ſi iura nouit,& huiuſmodi.

Secundo, aliæ ſunt conditiones, quæ referuntur ad futurũ tempus, vt exẽpli gratia,eligo Titium, ſi maior pars Capituli conſerit in eum, & aliæ ſunt donditiones,quæ referuntur ad præſens,vel ad præteritũ tẽpus, vt ex.gr. eligo Ioannem, ſi viuit, vel legittimè natus eſt . his præmiſſis, ſit in ordine.

CONCL. IV.

9 Electores, ſua præſtantes vota, ſeu ſuffragia conditionalia, in canonica electione,de præterito, vel de præſenti,quæ actui inſunt, minimè propter, hoc electio vitiatur, ſed valida eſt, ac ſuum ſortitur effectum.

Ratio eſt, quoniã huiuſmodi adiectiones non ſuſpendunt actũ, nec conditionalẽ illũ faciunt. ergo validã elect.

DOCT. ALLEG.

10 *Pro hac noſtra aſſertione allegantur, l. 3.ff.de legat.& l.1.aliquando,ff.de cõdic.& demonſtr.Lamber.de iure patro.2.p.2. lib.q.3.art.9.n.2.Cuch.inſtit.maior.lib.4. tit.de elect.n.28.Rodriq.to.2.qq. regul.q. 51.ar.4.Sigiſm.n.8.& alij nominales.*

CONCL. V.

11 Electores, ſua vota præbentes in electio.canon.conditionalia, de præterito,aut de præſenti, quæ tamen actui non inſunt, electio pp id vitiatur. Cuius eſt ratio,quia re vera vidẽtur ſuſpendere actum.ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Docent Monach.in d.c.2.n.5.Garcens,*

M de

rem, ſeu Generalem, vel Prouinc. & huiuſmõ cõtrà iuris, vel Regul. ſtatutorum diſpoſitionẽ, ſeu excluſos à voce paſsiua, &c. aut demũ ſi cõditionabilia, alternatiua, ſeu incerta vota darẽt, quid agendũ ſit in tali euentu.

CONCLVSIO I.

1 Electores illi, qui ſic inutiliter in electione eorum vota præſtant ſunt huiuſmodi ſuffragia ita habenda ac ſi de capitulo non eſſent, nec in numero vocalium computanda ſunt. Nam electio conſurgit ex maiori parte illorum electorum, qui purè cõſenſerunt, vt ſi exẽpli gr. collegium electorum ex decem conſtet electorib. quorum quatuor, in aliquem cõſenſerint, tres in alium, votum tulerint, & reliqui tres inutiliter ſunt ſuffragati; tunc quatuor habens vota, cẽſetur electus à maiori parte, cum tres inutiliter ſuffragantes non ſint in num. electorum cõputandi, ex c. in electio. de ele. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Auctores ſunt noſtræ concluſionis, Cuch. inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 214. & 215. Sigiſm. dub. 29. n. 2. de elect. & Doctores, in ſuperiori controu. n. 7. allegati, ac alij nominales.*

CONCL. II.

3 Idem iuris eſt, de illo electore, qui ſchedulam albam in vrnam mittit, vel qui à loco capituli diſcedit, aut renũciauit.

Conſtat concluſio ex c. cum nobis, nã de his omnib idẽ iuris eſt, q̃ de præfatis inutiliter ſuffragãtib. cõcluſũ eſt.

DOCT. ALLEG.

4 *Allegantur in fauorem aſſertionis Pano. in c. cum nobis, n. 11. de elect. Cuchus, benè latèq; in d. locis, n. 2. n. 181. vſq; ad 184. Gloſſæ, in Clement. quod circa de elect. Innocent. in c. Eccl. 2. de elect. & idem Pano. in c. cum omnes, n. 13. de conſtitut. & in c. cum in cauſis, n. 9. & in c. quia propter, nu. 5. & in clement. quod circa, vbiq; quoq; gloſſ. & communiter DD. eod. tit. Bonifac. in d. c. cum nobis, Nauar. lib. 1. conſil. 7. tit. de elect. in nouiſ. Rodriq. to. 2. qq. regul. q. 23 ar. 20. Sigiſ. n. 3. dub. 29. de elect. & alij.*

CONCL. III.

5 Electores, qui inutiliter ſuffragãtur, non dumtaxat inhabiles fiunt, ac ſiuè, ea vicè, de qua agitur, vt explicatũ eſt ſed vtiq; paſſiuè; hoc modo, vt exẽpli gr. ſi quatuor vocales eſſent, quorum vnus eligi ſperans, per duos cõſentiret exempli gra. in eum, ad quem maior pars accederet, vt ſic, ſi valeret votum vinceret, ſi non valeret, eodem met voto, pro non adiecto habito, cẽſeretur electus à maiori parte, putà à duobus, ex tribus, in quibus remanſit ius eligendi, quare huiuſmodi electio non eſt confirmanda.

Probatur quoniam in talibus, multum notatur ambitio regnandi, ac dominandi, ideoque redduntur indigni.

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur noſtram aſſertionem Io. And. ſuper gloſſam ante pen. Anchar. in d. cap. in electio., n. 1. de elec. in 6. Sigiſ. n. 4. vbi ſup.*

CONCL. IV.

7 Electores, qui inutiliter ſuffragati ſunt, ſi ante ſcrutinij publicationem, ſuum variant votum, purè conſentiendo, tunc dictæ pœnæ ceſſant.

Concluſio probatur ex cap. publicato, de elect. in 6. & c. in electio. eod. tit.

DOCT. ALLEG.

8 *Doctores ſunt noſtræ aſſertionis Innoc. in d. ca. in electionibus, in 6. vbi ſic inquit. Inutiliter eligentes poſſe alium purè eligere, antequam priuentur eligendi poteſtate, ideſt antequam ſcrutinij publicatio fiat. iuxta Ioan. de Lignani interpraetationem, qui etiam eam docet. Io. And. Anchara. & Franch. in d. c. in electionibus, Sigiſm. vbi ſupra n. 5. & cæteri nominales.*

CONCL. V.

9 Electorum, ſi maior pars, poſt ſcrutinij publicationem, appareat, purè in aliquem conſenſerit, nō eſt locus memoratis pęnis, ac ideo ſi nouū celebretur ſcrutinium poſſunt, & ipſi electores, qui inutiliter ſunt ſuffragati iterato ſcrutinio, ſuffragium pręſtare in hoc altero ſcrutinio poſſunt.

Probatur, ex c. in electionibus, in 6. vbi canon eos non priuat, niſi pro ea, vice in illo, ſcilicet ſcrutinio, in quo inutiliter ſunt electores ſuffragati.

DOCT. ALLEG.

10 *Defendunt aſſertionem, gl. in d. c. in electionibus in fin. Franch. & Gemin. qui omnes exponunt ſupra recitatum d. Innocent. Sigiſ. n. 6. dub. 29. de ele. & alij recētiores.*

CONCL. VI.

11 Electores inutiliter ſuffragantes, ignorantia, & ſimplicitas excuſat eos, ac vbi de fraude nullo modo præſumitur, vti in iunioribus electorib. Regular. euenire poteſt: vnde ſcrutatores audientes, vel videntes ſibi inutile votum deferri, tenentur ex officio ſecretò admonere, & docere huiuſmodi ſuffragatorem, quę vtilia, & quę inutilia ſint vota, & vt dicitur in c. cōſtitutis, 2. de appell. eum ſub animę periculo adiurare, vt conſentiat in vnſiquemq; ſecundum Deum, & conſciētiam ſuam meliorem dijudicat, ſicut verba c. quia propter, ſcilicet, *ſecretò, & ſigillatim vota cunctorum exquirant*, hęc important iura.

Nam in præſenti caſu, negari ſaltē non pōt, quin huiuſmodi verba adhortatoria ſint de iuſtitia, quarè ſi huiuſmodi admonitio nō præceſſerit ante ſcrutinij publicationem, & eo voto prò nō adiecto habito, electio ſequatur, tunc ſi ſuperiori conſtiterit, nullā interceſſiſſe fraudem dicti electoris; ſed talem errorem ex eius ignorantia, vel ſimplicitate proceſſiſſe, tunc idem eſſe aſtruendū de electore tali, ꝙ diximus, diſp. 2. contro. 2. de non vocatis, vocādis.

CON-

DOCT. ALLEG.

12 *Concluſio placet Panor. in c. quia propter, n. 11. & 16 de elect. in 6 Sylu. ver. elect. 2 q. 4. Sigiſm. n. 7. dub. 29. & cæteris nominalibus.*

CONCL. VII.

13 In Ord. Prędic. cautum eſt, degentes extra clauſtra quacumq; occaſione, & licentia, ab electione quacumq; tam actiuè, quam paſſiuè, eſſe excluſos Fratres.

Sic enim habetur diſt. 2. c. 2. de electio. Prioris Conuent. in declar. n. 6. lit. O. ante finem. Item Romæ 1583. ordinatũ fuit, quod Fr. qui ordinarie permanet extra Conuentum, quacumq; otcaſione, & prætextu præterquam, pro officio S. Inquiſit. non cenſeãtur aſſignati in Conuentibus, ad vocem habendam in electionibus, quacũque ratione, in illis aſſignentur, ſed omninò excluſi intelligantur, quo ad elect. faciendas, quod etiam Romæ 1589. confirmatum fuit cum declarat. quod tantummodo, vocem actiuã non habeant in elect. in Cõuentibus, in quibus ſunt aſſignati, & iterum Romæ, 1601. ordinatum fuit, vt Fr. extra ordinem commorantes, etiamſi alicui inſeruiant Cathed. Eccleſ. vel ibi ſint Lectores, nec paſſiuam, nec actiuam habeant vocem.

Itaque ſunt vota inutilia electorum excludenda, eo modo, quo inferius dicemus de ijs, qui veniũt excluſi ab electione actiuè, & paſſiuè, & de eorũ inhabilitate.

CONTROVERS. XIV.

An electio ſit canonicè valida, de perſona incerta habita.

CONCL. I.

1 In electoribus canonicè celebrandis, dubio procul, ita certa perſona eſt eligenda, vt vota conditionalia, alternatiua, ſeu incerta reprobentur, ac pro non adiectis habeantur, & ius eligendi deuoluitur ad eos, qui purè in certam perſonam conſentiunt.

Sic namque habetur in capit. 2. de electione in 6.

CONCL. II.

2 Certitudo dicta quando ad eſt quoad ſubſtantiam electionis, vel perſonam eligendam, valet electio, licet, ad ſit iu voto incertitudo, circa alia extrinſeca.

DOCT. ALLEG.

3 *Ita aſſerunt Geminian. in d. cap. num. 7. de elect. in 6. Lapus in ſua 6. al egat. & fauent, l. mutuò, § ſub conditione, ff. de tute. & ea, quæ ait Bart. in l. 1. colu. 2. verſ. 2. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. item quia, ff. de pact. Decius, in l. actus legitimi, num. 7. ff. de regul. iuris, & cæteri nominales.*

CONCL. III.

4 Dicendum minimè eſt, non eſſe electam certam perſonam, quando in electione perſonæ additur conditio, quæ de iure ineſt, exempli gratia, N. eligo, ſi eſt eligibilis.

Nam cum talis conditio non in facto, ſed in iure conſiſtat, non vitiat electionem; cum de ſui natura etiam nõ expraſſa inſit, & illius expræſſio, qđ tacitè ineſt, non reddit actum conditionalem, leg. 3. vbi latè Doctores, & præſertim Ripa, ff. de legib. 1. & Surdus decis. 73. n. 12. & ideo electio, nõ obſtante tali conditione, cenſetur certa, & purè legitimè facta.

DOCT. ALLEG.

5 *Placet aſſertio Gloſſę, in cap. ſignificaſti, in verb. conditione, circa medium, de elect. in 6. Decio, in d. l. actus legitimi, n. 6. ſuffragatur, Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. 1. de elect. n. 216. Gemmian. docet, in d. 2. c. nu. 7. de elect. in 6. vbi, inquit, valere electionem ita eligentis;* eligo Titium ſi debeo, *quia huiuſmodi conditio, cum de iure inſit, ſubintelligitur etiam, ſi non exprimatur, de iure.*

CONTROVERS.A XV.

An electio ſit canonicè rata, & valida, de perſona notoriè, non eligibili celebrata.

CONCLVSIO I.

1 Electio, de perſona notoriè ineligibili celebrata, eſt ipſo iure nulla, & prorſus inualida.

Probatur, nam ex quo electio eſt notoriè nulla, non oportet expectare, vt reprobetur à ſuperiore, vt ex cap. auditis, de elect. in 6. & cap. conſtitutus de appellat. & capit. inter dilectos, de exceſſ. Prælato. & cap. fin. de poſtulat. Prælatorum, conſtat.

DOCT. ALLEG.

2 *Docent ita Innoc. in c. cum Terra, n. 4. de elect. in 6. & ibi Ancha. n. 4. verſ. 2. oppono, & in c. fin. n. 1. de poſtulat. prælat. Panorm. in cap cum Terra, n. 5. de elect. Hoſtienſ. in c. ex conqueſtione in fine, de reſtitut. ſpoliator. Archidiac. in c. non ſolum, de appellat. in 6. & fauet c. bonæ memoriæ, el. 1. de elect. & alij allegandi.*

CONCL. II.

3 Electio, de perſona non notoriè ineligibili celebrata, eſt irritanda, putà, quoniam indignus erat.

Probatur, nam electores prętendere poſſunt, illum ignoranter elegiſſe, vt ait Innoc. n u. 4. vbi ſupra vnde fit, vt conſtituenda ſit differentia inter eligentes perſonam notoriè ineligibilem, & indignum eligentes: hi enim, quoniam poſſunt prætendere, ignoranter elegiſſe, dicere etiam valent, illorum electionem tenere, & non eſſe irritam, ac nullam, ſed annullandam eſſe, vt conſtat, ex cap. innot eſcit de electio. in 6. ſed illi, qui elegerunt

per-

perſonam notoriè inelegibilem, nullam habentes excuſationem, eorum electio ipſo iure eſt nulla, & irrita, vt in c. fin. de poſtulat. prælat. eſt manifeſtum.

CONCL. III.

4 Electores, indignum ignoranter eligentes, probare tenētur, illorum propriam ignorantiam, ad euitandā pœnam priuationis electionis, pro ea vice, ipſo facto, poſitam à Concilio Lateranenſi, in cap. innotuit de elect. in 6. & per triennium beneficij, non autem officij ſuſpentionem incurrunt, vt dicitur, in c. cum in cunctis, §. fin. & ibi Gloſſa, de elect. in 6. quam, quidē, pænam, non incurrunt eligentes perſonam dignam, ſed aliàs, ineligibilē, & ideo poſſunt electores ad aliam procedere electionem celebrandam, ſi omnes, inquam, electores, ineligibilē elegerunt.

CONCL. IV.

5 Electores ſi non omnes ineligibilem elegerunt, ſed non nulli eorum, licet, minorem partem faciant, elegerunt perſonam dignam, & eligibilem, talis electio à minori parte Capituli celebrata de digna, ac eligibili, rata, ac valida erit canonicè.

6 Cuius eſt ratio, quia vota eligentiū inutiliter fuerunt data, cum elegerint dignum ineligibilem, exempli gratia, Papam, ad Epiſcopatum, Generalem in Prouincialem, &c. non ſunt enim huiuſmodi ſuffragia, de iure in numemero electorum computanda, ſed ac ſi de Capitulo non eſſent, vel ab eligendo ſe ab dicaſſent, vt dicitur, in c. cum nobis, de elect. in 6. & ibi Gloſſa, verb. alienos, autumat. cum electio cōſurgat ex maiori parte illorum, qui dignum, & eligibilem nominarunt, non computatis in numero votorum, illis votis, quæ nomen ineligibilis continent, vt probatur in cap. in electionibus, & cap. quod nobis, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

7 *Sunt Doctores huius aſſertionis, omnes in dict. iuribus relatis, & in ſpecie Sigiſmundus, in tract. de elect. & poteſtat prælat. cap. 4. dub. 29. n. 2. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. n. 214. & 215. & alij nominales.*

CONCL. V.

8 Electores, qui ineligibilem, aliàs, dignum elegerunt excluduntur prò illo ſcrutinio actiuè, & paſſiuè, ſi conſtare poſſet, qui fuerint illi, qui ineligibilem nominarunt, & electus ille cenſetur, in quem maiori pars conſenſit, qui eligibiles nominarunt: ſed ſi in aliquem non conſenſit, & ſcrutinium ſit renouandum, non prohibentur illi, qui elegerunt ineligibilem, in hoc nouo ſcrutinio ſuffragium præſtare.

Conſtat aſſertionis veritas ex capit. in electionibus, in 6. vbi dicitur, pro ea vice ſint priuati actiua, & paſſiua voce non vero in nouo ſcrutinio fiendo.

DOCT. ALLEG.

9 *Eſt communis opinio Canoniſtarum, & in*

inſpec'e Domin ci, in d.cap. in electionibus num.5. Franchi, num. 7 in fine, Federici, vbi ſupra numer. 6. & aliorum nominabium.

CONCL. VI.

10 Electores præfati ab electione actiuè, & paſſiuè, excluſi, intelliguntur, ſi ante ſcrutinij publicationem non variaſſent eorum vota, eligendo, ſcilicet eligibilem, quod quidem agere valent, & ob ignorantiam, & ſimplicitatem minimè excuſantur.

11 Probatur, quod eos non excuſet à dictis pœnis; quoniam eſt in tali caſu ignorantia iuris, quæ non excuſat omninò, cap. ignoranlia, de regul. iuris, in 6. & quia ad electionis officiũ ſpectat ſcire eligibiles eſſe eligendos, minimè verò, ineligibiles; & nemo excuſatur, & maximè, in foro fori, ſi propter ignorantiam, aut ſimplicitatem deficit quoad ea, quæ ex officio agere tenetur.

CONCL. VII.

12 Eligi, quidem, poteſt Epiſc. in aliud Epiſcopatum, qui adhuc non eſt confirmatus, ſeu Epiſcopatui renunciauit: ſimiliter Cardinalis, quamuis, nō Epiſc. non poteſt eligi ad aliud Epiſcopatum, & ſupra, & pari modo, quo ad Regulares, Generalis in Prouincialem, Prouincialis, in aliud Prouincialatum, & Prior ad aliud Prioratum.

13 Cuius eſt ratio, quoniam omnes iſti, cum in dignitate ſint conſtituti, & ſuam ſponſam, & determinatum officium habeant Eccleſiaſticum proprium, non poſſunt de alio inferiori prouideri de iure canonico, & eligi ad inferius officium, & gradum, & tituli Cardinalium verè habeant Epiſpalem iuriſdictionem, & Romanę Eccleſiæ ſint alligati, & nec ſine venia D.Papæ poſſint, & conſueuerint Curiam exire, vt inter alios Canoniſtas, docent Ioan. Andr. in capit. Eccleſia veſtra, il. 2. de elect. in 6. cum cæteris Doctoribus ibi, & alibi; ac Martinus Laudeni, de Cardinal. tract. 3. qu. 43. & alij.

DOCT. ALLEG.

14 *Amplectuntur concluſionem Panorm. in cap. final. de poſtulat. prælat. num. 7. & 8. Ancharan in cap. de Eccleſia veſtra, il. 2. n. 3. de elect. & cæteri allegandi, & modo recitati.*

CONTROVER. XVI.

An electores, poſtquam, eorum votum, ſeu ſuffragium præſtarunt in electione, reuocare, ac mutare poſsint pro eorum libito.

CONCL. I.

1 Electores, poſſunt licitè pro illorum libito, ante ſcrutinij publicationem, ſua reuocare vota, vel ſuffragia, atque mutare; minimè verò poſt ſcrutinij publicationem factam

ctam à præſidente electionis.

Probatur aſſertio ex cap. publicato, de elect. in 6. vbi dicitur ſic. *publicato ſcrutinio variare nequeunt electores*: ergo ante illius publicationem electores mutare poſſunt ſua vota. conſequẽtia patet, nã exceptio firmat regulam in omnibus caſibus alijs nõ exceptuatis, 32. q. 7. c. ſi dominus, ſed d. canon firmat regulam, ſcilicet publicato ſcrutinio nequeunt electores variare. ergo ante publicationem illius poſſunt vota in alium mutare.

Et in Conſtitutionibus Ord. Prædicatorum, diſt. 2. c. 2. de elect. Prioris, nu. 2. ſuper illa verba text. litt. F. nempè, *publicato autem ſcrutinio in medium*. Declaramus, quod ante publicationem ſcrutinij, tam ipſi ſcrutatores, quam cæteri vocales, dummodo omnes cõſentiant, poſſunt voces mutare; ſed poſt eius publicationem, illas mutare nullo modo poſſunt.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt communis inter omnes Doctores aſſertio noſtra, illam docet Ancharan. in cap. perpetuò, num.* 3. *de elect. in* 6. *Goffred. in ſumma, tit. de elect. n.* 31. *Tabiena, verb. elect. n.* 25. *Syluest. eod. tit. q.* 7. *Sigiſmundus, dub.* 30. *n.* 1. *Gloſſa, in d. cap. publicato verb. variare, Ioan. Andr. & Anton. à Butrio, Panorm. qui ibid. hanc affert rationẽ veram aſſertionis dicens*. Ideo publicato ſcrutinio, nequeunt variare electores, quia ſunt functi officio ſuo, &c. & cæteris omnes Canoniſtæ, ac Summiſtæ.

Concluſio. explicatio.

3 Electores ad electionem bifariam ſe habere poſſunt. primo non vt Collegium, ſed vt ſinguli iure proprio, ex quorum ſingularibus conſenſibus electio reſultat; itaut non ſit neceſſe, vt electio fiat ab vno, nomine omnium: datur exemplum de iuris patronatus electione; & in his non ſibi vendicat locum hic textus, cap. publicato.

Secundo electores ſe habent ad electionem, non iure proprio, ſed vt collegium, vt ſunt Religioſi, vt Rota deciſ. 370 num. 8. coram Gregorio XV. explicat Clem. VIII. de elect. in 6. & hi funguntur officio à iure eis delato ſingulariter conſentiendo in ſcrutinio: verum illius publicatione facta, quæ requiritur de vnanimi eligentiũ conſenſu, nequeunt variare, quoniã iam perfecerunt, quod ad ipſos ſpectabat, & ſi maior illorum pars, in aliquem conuenerit, ius eligendi ab illis aufertur ſingulis, & remanet penès Collegium, electio enim, quæ poſteà communis ſubſequi debet non eſt ſingulorum, ſed Capituli, c. in geneſi de elect. & d tex. c. publicato iuxta Panorm. extenditur, etiam ad electiones in quibus non attenditur capit. quia propter, de elect. & hęc doctrina videtur ad mentem Anchar. verſ. 3. principaliter, & ad mentem Rotæ, deciſ. 486. nu. 8. coram Gregorio XV. ſcribenti, prętori, qui ſiuè benè, ſiuè malè functus eſt officio ſuo non conuenire reuocationem ſuæ ſententiæ, l. Paulus, 1. & l. iudex poſtquam, ff. de re iudic. l. duo Fr. ff. de pœnis.

DO-

CONCL. II.

4 Licet prędicta concluſio vera ſit abſolutè,& ſimpliciter; attamen,ſiquis electorum,iam completo ſcrutinio,& ſi nullatenus publicato, abſque cauſa iuſta, vellet,eotempore, in alium con ſentire,priori,quem eligerat,omiſſo, in tali caſu,non eſt audiendus, aliqua fraude accedente.

Cuius eſt ratio, quoniam, quod ſemel placuit,amplius diſplicere nō poteſt, cap quod ſemel, de regul. iur.in 6. & can.horrendus,23.q.5.

DOCT. ALLEG.

5 *Suffragantur noſtræ aſſertioni,Hoſtien. in ſumma,tit.de elect.§.qualiter,verſ.nullo prorſus, Ancharan.in d.cap. publicato,in fin.& ibi Boichus n.3.Cuchus,lib.4.inſt. maior.de elect.n.241.Rodriq.tom.2.qq. regul.q.31.art.7.manual.prælat.Mirand. to.2.q.23.art.24.concluſ.2.Sigiſm.nu.4. dub.30.de elect.& alij nominales.*

6 Diximus,autem in aſſertione,ſine iuſta cauſa, quia intercedente iuſta cauſa, ſecus eſt dicendum, exempli gratia,ſi quis in aliquem inhabilē ſuffragium præſtitiſſet, de quo,ſi ſequaretur electio,irritanda eſſet, tūc enim videtur audiendus, etiam poſtquam omnia ſuffragia inſcriptis redacta, & ſimul per mixta ſunt, modo ea ſcrutatores,ſeu compromiſſarij nondum recitare cæperint,ac dummodo ſaltem, videlicet, vnus ex eiſdem ſcrutatoribus, ſeu compromiſſarijs, memoria certò teneat inquem latum fuerit votum ab electore, qui à priori vult reſilere electione,alias no n eſſet admittenda variatio, ne fraudibus aperietur aditus,quod fieri minimè debet,l. infundo,verſ.neqne malitijs,ff.de rei uend.l.1.§.penult.C. de latina libertate tollenda,& c.vt circa,iuncta glo. verb.viam malitijs,de elect. in 6.

CONCL. III.

7 Electorum, ſi maior pars, alicui indigno ſuffragata fuiſſet, & regulariter, quandocumque ex ſcrutinij publicatione apparent, mox electionem publicandam futuram eſſe nullam ipſo iure, poſſe electores antequam pronunciatur electio repetere ſcrutinium, alium eligere, qui nihil vitij patiatur.

Probatur, aſſertio ex capitulo perpetuò de electione in 6. & de ſe etiam clara eſt.

DOCT. ALLEG.

8 *Ita autumant concluſionem Ioan. Andr. & Innocentius, in cap. Eccleſia veſtra, verſ.ſed quid dices,colu.4.de electio. Bald. Compoſtillat.colu. 5.verſ.2.quęro, & Doctores, teſte Panormitano, numero 9. capit.publicato, de elect. Hoſtienſ. in ſumma,tit.de elect.§.qualiter,verſ.nullo prorſus, Biax in director.elect.p.3.cap.3.Cuchus,lib.4.inſtitu.maior.tit. de elect.num. 243.Sigiſmundus,nu.6.dub.31.& alij nominales.*

CONCL. IV.

9 Si electio futura nulla non eſſet, ſed ſolum annullanda veniret; tunc dicimus locum non eſſe amplius variationi, ſed electio facta ab electoribus

bus ſequi debet.

Nam fortaſſe ſuperior diſpenſabit, vel elector acquieſcet contemptus electioni factæ, caſu quo veniret irritanda, ex eo quod celebraretur electio aliquo electore contempto, iuxta dicta in ſuperioribus.

DOCT. ALLEG.

10 *Edocent aſſertionem Innocent. Panor. & Bald. in d. cap. publicato, n. 12. & relati cæteri Doctores.*

DISPVTATIO V.

De electorum ſuffragijs, ſeu votis, vnquam in canonica electione, nec publicè, nec priuatè manifeſtandis.

CONTROVERSIA PRIMA.

An in canonica electione, electores ſua valeant vota, ſeu ſuffragia, vnquam manifeſtare.

CONCL. I.

Electionis ſcrutatores, aut compromiſſarij tenetur, ſub pœna lethalis culpæ, electorum vota, ſeu ſuffragia, vnquam manifeſtare, dubio procul.

Probatur, tum quia ſecretum adeſt de re graui, cuius proditor mortalis culpæ nexu innodatur: tum etiam, quoniam ſcrutatores, ſeu compromiſſarij reuelantes, expræſſe conuincuntur violare præceptum Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular. diſtrictè præcipientis, *vt ſi ngulorum eligentium nomina numquam publicentur*, vnde non dũtaxat peccant mortaliter contra ſigillum naturale electionis, ſed vtique contrafaciunt præcepto graui, d. Tr. Concilij iuris.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt noſtra aſſertio communis inter Doctores, & in terminis eam docet Onuphri. de ſacram. ſigillo, ſect. 5. q. 1. verſ. dixi tamen, & ſect. 2. q. 1. verſ. dixi. 2. Bonacina de contract. q. 2. punct. vnic. nu. 3. Sigiſm. dub. 31. de elect. n. 1. & cæteri recentiores ex profeſſo ſuper hanc materiam, Peyrinus tom. 3. priuilegio, in addiction. ad conſtitution. Clem. Octaui cap. 9. n. 24. Garceus, de benefic. p. 5. c. 4. n. 193. Laurius, de elect. tit. 4. de elect. c. 19. n. 57.*

CON-

CONCL. II.

3 Electorum ſuffragia, ſeu vota, ſiuè ante, ſiuè poſt, ſcrutini publicationē manifeſtata fuerint à ſcrutatoribus, ſeu compromiſſarijs, mox electio irrita, ac nulla redditur.

Probatur ex verbis Cōncil. Trid. cap. 6 ſeſſ. 25. de regular. n. 1. relatis, & poſt ea verba hęc ibi ſubduntur. Si verò contra huius Decreti Conſtitutionē aliquis electus fuerit, electio irrita ſit. quare eo ipſo, quo ſecretum deficit apud ſcrutatores, vel compromiſſarios electorum uotorum, ab eis manifeſtatorum, in electione ſuperiorum regularium, ſtatim intrat nullitas, introducta à d Trid. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

4 *Tenent in terminis noſtram aſſertionem Nauarra, lib. 1 conſil. 2. nu. 4. de elect. in antiq. & conſil. 9. n. 3. eodem tit. in nouiſſ. Ripa, de noct. tempor. c. 99. in fin. Sigiſm. dub. 31 n. 1. & cæteri recentiores relati, ſupra n. 2. & ſic declaraſſe, S. Congreg. refert, vt Garceus, nu. 197. d. loco Caſtellin. in addict. ad c. 7. n. 2. de elect. Lauorius, n. 56. & Peyrinus, in d. locis, nu. 2. allegati, & alij.*

CONCL. III.

5 Electores, per ſchedulam ad electionem procedentes, & aliquo patenti ſigno, ipſa ſcriptura, ſcilicet ſignata, ut ſcrutatoribus, vel vni ex eis, innoteſcat, quod talis elector elegit eum in ſchedula nominatum, non dumtaxat irrita eſt electio, ac ipſo iure nulla; verm vtique mortaliter peccat; & ſic electus, de hoc certus factus, tenetur in foro poli, & foro fori, eam prælaturam, aut officium reſignare, vel à Sede Apoſtolica confirmationem petere, cum diſpenſatione, aliàs, vt vſurpator, & non bonus poſſeſſor erit illius dignitatis, ſiuè officij Eccleſiaſtici.

DOCT. ALLEG.

6 *Ita namque, referunt, reſpondiſſe Sacræ Congregationem Concilij, ſuper d. cap. 6. ſeſſ. 25. de regul. Peyrinus, to. 1. de Religio. ſub d. & prælat. q. 1. de obed. cap. 21. & tom. 3. de priuileg. cap. 9. in addictio. ad Clem. Octauum n. 13. Caſtellinus, cap. 4. nu. 61. de electio. Barboſa, in ſumma. Bullar. verb. elect. & alij nominales, & ſupra nu. 4. relati.*

CONCL. IV.

7 Electio illa Regularium Superiorũ, omninò improbatur in qua prſidens Capituli, ſcrutatoribus præcipit, ſub præcepto ſanctæ obedientię, ac pœna excommunicationis latę ſententiæ, ne oretenus ſuffragia recipiant, tradi ſolita pro aliquibus, vltra certum numerum in ſufficientem electioni, ſed eo completo, dicant electoribus ad aures, vt præbeant alijs eorum vota.

Cuius eſt ratio, quia huiuſmodieligendi ratio, electionis libertati, & naturali conſenſui aduerſatur, & eſt contra mentem cap. quia propter, de elect. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concilij.

DO-

DOCT. ALLEG.

8 *Ita Sacra Congreg. Conc. Trid. ſuper d. c. et ſeſſ. 25. de regul. reſpondit de an. 1625 teſtibus Luca Caſtellino, c. 4. n. 66. de elec. Barboſa, in ſumma Bullar. verb. elect. & cæteris recentioribus ſuper hanc materiam Peyrino, to. 3. de priuileg. c. 9 in addict. ad conſtitut. Clem. VIII. n. 20.*

CONCL. V.

9 Electio erit nulla, ac irrita, ſi poſt eius celebrationem, in confirmationibus, patẽtibus, ſeu litteris, electorum nomina exprimarentur.

DOCT. ALLEG.

10 *Sacrā Conc. Trid. Congreg. ſic reſpondiſſe atteſtantur Caſtellin. c. 4. num. 61. de elect. Barboſa in ſumma Bullarij, ver. electio. Sigiſ. dub. 38. n. 7. & cæteri in ſuperioribus relati, & cæteri nominales,*

Hinc cautum eſt in Conſtit. Ord. Prędic. c. 2. de elect. Prioris, diſt. 2. vbi, n. 1. lit. C. poſt initium, dicitur. ſinguli electores in ſchedula ſcribant electi nomẽ, vel ſcribi faciant, eligentis autem nomen, nunquam ſcribatur, nec ſcrutatoribus, nec confirmatori vnquam reueletur.

Et litt. A. §. 10 in eodem loco habetur, *quod habito ſchedularum numero,* & collatione facta numeri ad numerũ, debent vota inſcriptis redigere, & deindè ſchedulas corã eligentibus antè publicationem ſcrutinij comburere.

Sed maior difficultas vrget, nimirum, ſi electores ſua vota, ſeu ſuffragia, alijs electoribus aperire poſſint, ac manifeſtare, quam ſtatim aperiemus quid ſentiendum ſit.

CONTROVERSIA II.

An electores, ſua vota, ſiuè ſuffragia, alijs electoribus aperientes, & manifeſtantes, irritã, ac nullam electionẽ reddant.

CONCLVSIO I.

1 Electorum aliquis, ſi antè ſcrutinium, verbo dicat, ſe velle hũc, vel illum eligere, nõ propter hoc tollitur, quin electio non ſit ſecreta; quia potuit pro altero ſuffragium præſtare, & conſequẽter tenet, ac valida eſt.

DOCT. ALLEG.

2 *Luca Caſtell. c. 5. de elect. n. 26. ante finem, Barboſa in ſummar. Bullarũ, verb. electio cum cęteris alleg. aiunt, ita S. Cõgr. Concil. reſpondiſſe.*

CONCL. II.

3 Electoribus, nullo modo, antè, vel poſt ſcrutinium, licet, cui ſuum votum dederint publicare.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic namque referunt Garcens, de beneficijs, p. 5. cap. 4. num. 197. Barboſa, verbo, elector, in ſumma Bullarij, Sigiſmundus, dub. 31. nu. 2. de elect. & alij nominales, Sacram declaraſſe congreg. concil. Triden.*

N pe-

petenti an electio ſic facta,teneret,ex quibus declarationis verbis ſequitur.

CONCL. III.

5 Electorem,qui antè, vel poſt ſcrutinij publicationem,ſuum alijs elector. votũ,ſeu ſuffragium propalat, ac reuelat,cui præſtiterit, perperam quidẽ agere, atque iuxta mentem Concilij Trid.ſeſſ.25.c.6.& prefatæ Sac.Congregat. eiſdem Concilij, declarationẽ, nullam, proindè reddere electionem, ac irritam facere, per ſchedulas inuolutas habitam.

Cuius eſt ratio,quia in rei veritate, huiuſmodi electio ad mentem,& ſenſũ, d.Concilij,cuius ſunt verba; *Sancta Synodus diſtricte præcipit,omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta,itaut ſingulorum eligentium nomina vnquam publicentur*. Sed dum aliquis electorum, alijs electoribus publicat votum ſuũ, S. Congr. declarauerit minimè licere eiſdem electoribus, alijs electoribus ſuum votum publicare. ergo non erit ſecreta.ergo nulla eſt electio, quia ad eius validitatẽ neceſſario requiritur ſigillum ſecreti vniuſcuiuſq; electoris, votum ſuum non publicari ab eis, alijs ex electoribus, & eſt in ſuperiori aſſertione concluſum ex Sac. Congregatione,& patet ex d.nu. 3. ſuperioris contro.& n.10.

CONCL. IV.

6 Elector, ſi in ipſo actu ſcrutinij, ſuũ propalet ſuffragium, ſeu votũ publicet, itaut ab alijs, vltra ſcrutatores audiatur, vel videatur in ſchedulam redactum, nullam, & irritam facit electionem,ac reddit,& priuãdus eſt prò ea vice,eligendi poteſtate, niſi ignorantia probabili excuſaretur.

Cuius eſt ratio, quoniam, in omnibus electionibus, in quib. diſpoſitio Cõc. Trid.c.6.ſeſſ.25.de regul.& cap. quia propter de elect. in 6.attenditur,vota ſunt ſecretò ferenda,ſi per viam ſcrutinij,vel compromiſſi,procedatur, limitati, ſicut notatur communiter à Canoniſtis ibidem in verbo ſigillum, & in cap.cum expediat de elect. in 6. aliàs imponitur pœna violatoribus, his verbis. *eligendi poteſtate priuentur*, ſed in caſu noſtro,ſupponimus eſſe attendendam tam diſpoſitionem Concil.Trid.d.quam c.quia propter.ergo erunt tranſgreſſores priuandi, & etiã electio nulla,& irrita efficitur.

Quare in aſſertione diximus, niſi *ignorantia probabili excuſetur*;nam quamuis decretum irritans, etiam ignorantes liget,vt diſp.1.contro.7.n.1.diximus quo ad nullitatem actus,ſecus tamen, dicendum eſt, quoad aliàs pœnas, vti n.3.ibid.docuimus.

DOCT. ALLEG.

8 *Sunt huius aſſertionis ſequaces Garceus,parte 5.de beneficijs, capit.4.numero 184.Rota, in Treuerenſi Abbatiæ, Sancti Maximini,20. Nouembris 1624. coram R.D.Coccino, §. 2.principaliter, Sigiſmundus, numer.4. dub.31.de elect.& alij.*

CONCL. V.

9 Electio nulla eſt,prętereà, ac irrita, ſi omnes electores palam, ſuffragia præſtent, immò etiamſi vnus tantum

ſit,

ſit, qui ſuum votum manifeſtaret. Cuius eſt ratio, quia, cum decretum irritans appoſitum in dictis Conciliaribus decretis, inducant formam eligẽdi, iuxta tradita contro. 4. diſput. 1. & forma ſit indiuidua, ſequitur electionem eſſe nullam, licet vnus tantum palam ſuffragetur.

DOCT. ALLEG.

8 *Sunt huius aſſertionis ſequaces Garceus p. 5. de benefic. c. 4. n. 184. Rota, in Treuerenſi Abbatiæ, S. Maximini, 20. Nouemb. 1624. coram R. D. Coccino, §. 2. principaliter, Sigiſm. n. 4. dub. 31. de elect. & alij.*

CONCL. VI.

10 Non eſt neceſſe, ad effectum irritandi electionem, in caſu, de quo agimus, vt elector ſuffragetur palàm cũctis audientibus, ſed ſufficere ſolummodo, ſi vnus, vel aliqui non ſint ſcrutatores audiant, ſi viua voce dantur ſuffragia, vel ſi per ſchedulam, ab altero, vel pluribus videatur ex electoribus, votum.

DOCT. ALLEG.

11 *Concluſionem docet interminis Rota, in d. Treuerenſi Abbat. & maximè in §. 2. principaliter, & in §. neq; etiam obſtat, vbi habetur electio. Abb. non fuiſſe ſecretam ſecundum diſpoſit. c. quia propter, de elect. vt tenet Hoſtien. ibi. & Conc. Tr. vbi ſup. ex quo electi fuerunt tres ſcrutatores de collegio, et tres extra collegiũ, quod certè, aiũt, domini de Rota, non eſſet dicendam, ſi tres dumtaxat de collegio electi fuiſſent, Garc. vbi ſup. Sigiſ. n. 5. dub. 31. de elect. & alij.*

CONCL. VII.

12 In electione Abbatiſſarũ, ſeu Prioriſſarum, vota oretenus accipi non poſſe à ſuis ſuperioribus, cum duobus teſtib., nec proximus ſuperior pőt huiuſmodi electionem irritam, factam contra formam dictorum Conciliariũ decretorum, confirmare, ac reualidare, abſq; Sedis Apoſtol. auctoritate.

DOCT. ALLEG.

13 *Garceus, n. 191. p. 5. de benefic. cap. 4. Sigiſm. nu. 5. dub. 31. & alij referunt ſic ſacram reſpondiſſe Congrega. Concil. Trid. cuius declaratio, teſtibus dictis ſcriptorib. procedit quando vltrà deputatos, adhibentur aliqui in teſtes, per quos poſſit ſuffragium electorum publicari.*

CONCL. VIII.

14 Electio eſt nulla, quando aliqui ex elector. vnicã ſchedulã recipiunt nomine vnico ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponunt in capitulo: ſimiliter, quando recipiunt de manu ſcribę duas ſchedulas, & vnã quam voluerint, reponũt, alterã ſcindunt, & ſcriba poterit reuelare talem, qui habuit vnam tantum ſchedulam, vel talem, qui habuit duas.

Admonendus eſt autem ſic electus, vt petat à Sanct. D. confirmationẽ cuius nullitatis rationem eſſe eam autumat Rota, vbi ſup. nu. 11. quia Decretum irritans in Concil. Trid. poſitum, infringitur etiam poſſeſſio, iuxtà tradita diſp. 1. contro. 10. num. 3. & 4. Nam tunc videtur iure optimo defectus

N 2 clan-

clandeſtino nocere capitulo id ignoranti, & actui, aliàs legittimè facto, quoniam cum ipſa forma ſit indiuiſibilis, non poteſt in parte relinqui etiã in vnico tantum voto, quin tota deſtruatur.

DOCT. ALLEG.

15 *Garceus, p. 5. de benefic. cap. 4. n. 193. Barboſa, verb. elector, in Bullario, Sigiſmundus, n. 6. dub. 31. & alij referunt ſic reſpondiſſe, S. Congreg. & fauet multum, Rota vbi ſupra numer. 11. cum alijs allegandis.*

CONCL. IX.

16 Electio Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum celebrata per vota non ſecreta ob ignorantiam decreti Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. de regular. nulla eſt, ac inualida ipſo iure, nec Epiſcopus diſpẽſare poteſt, vt valeat.

DOCT. ALLEG.

17 *Referunt, ita declaraſſe Sacram Congregationem Concil. Trid. Nauarr. in ſingular. iur. canon. concluſ. 86. n. 3. Riccius, in deciſ. Neapolit. 197. num. 7. parte 4. Barboſa in Bullar. verb. electio, & alij allegandi.*

CONCL. X.

18 Electio quo minus nulla ſit, nõ excuſat ignorantia, ſeu ſimplicitas, ſi nõ ſuffragatur ab electoribus ſecretò, quemadmodum hactenus per ſuperiora diximus, & in concluſione nona præſertim.

DOCT. ALLEG.

19 *Pro hac concluſione allegantur omnes Doctores recitati numer. 17. & alij nominales.*

CONCL. XI.

20 Electio eſt valida, ac tenet, ac minimè eſt nulla, quãdo manifeſtatio voti, ſeu ſuffragij ab electorib. fit in fraudem, ad nimirum, electionem annullandam.

Cuius eſt ratio, quoniã in tali euentu, non debet quiſquã de ſua fraude reportare commodũ, vt habetur in cap. nobis, & in c. ſicut tuis, de ſimon. vbi aſſeritur, actum tenere, licet aliquis occultè det pæcuniam in acquiſitione iuris ſpiritualis, hac fraude, vt qui illud adpiſcitur, priuetur.

Itaq; electio minimè vitiatur ſi conſtaret aperte per concludentes probationes, exempli gratia ſcrutatores nõ ſe inuicem ſcrutatos fuiſſe ſecretò, aut prius ſcrutati eſſent aliquem electorem, qui nõ fuiſſet ſcrutator, vel egiſſent aliquid quiſpiam ſimile, vt diximus nuper nu. 10. & 14. ac conſtaret aperte aliquid horum ab eis, vel ab vno eorum factum fuiſſe hac fraude, vt ſi poſtea, ei, vel eis diſpliceret illũ talem electum fuiſſe, poſſet immediũ afferre, ſe ſecretò ſuffragatum non fuiſſe ad effectum, vt ipſa electio irritaretur.

Concludens autem probatio, in preſẽti, erit, ſi exem. gratia conſtaret, illum electorem, aut ſcrutatorem, qui has inſidias electo parauit, vt eius electionẽ irritaret, eſſe eius inimicũ, & malè affe-

affectum, &c. vt expreſſe habetur ex d.capit. ſicut tuis,cum ibi notatis per Doctores,de Simonia, ſed in præſentiarum,aduertat electus,quod ſi ſit de collegio electorum, non poſſe opponere ſcrutatori, vel compromiſſario, eſſe ſuum inimicum,ratio eſt, quoniã ex quo ipſe electus conſentit in dictũ ſcrutatorem,quando ad id munus eſt aſſumptus à Collegio,vel ſaltem tacẽdo,ratum habuit conſenſum aliorum non licet amplius ei opponere,vt dicitur,in textu c.Nulli, de elect.in 6.

DOCT. ALLEG.

21 *Aſſertionis noſtræ ſunt Auctores Nauar.Miranda, & Rodriquez in locis relatis,n.9.Sigiſm.n.*10.*&* 11 *dub.*3 1.*de elect.in* 6.*Garceus,de benefic.p.*5.*c.*4.*nu.* 191.*& alij recentiores, de qua re,inſeq. contr.plura dicemus ſeorſum contro.agẽtes.*

CONCL. XII.

22 Electores alij etiam audientes, alterum electorem publicè ſuffragantem,& tacendo,ratificantes, ſunt, & ipſi priuandi ea vice eligendi poteſtate, niſi ignorantia excuſentur, ſicut diximus concluſione 4.

Fauent aſſertioni,quod à ſimili traduntur de ciuitate,quæ patitur perpetrari delicta ab aliquibus ex ſuis,quia cenſentur eſſe delicta Ciuitatis,eique imputantur, ſatis enim declaratur volũtas facti,& habetur,ac proindè ſi conſulto id fieret, cum ab ea, id prohiberi poſſit, vt deſumitur ex cap. Fælicis, in fine, verſ.ciuitas, vbi Gloſſa, verb. priuata, & communiter Doctores de pœnis, in 6. & tradunt Ancharanus, conſil.156.ex narratis in facto,col.5. & in Clemen. prima, vbiquoq; Card. in 2.q.de pœnit.& ſequitur,Ananias in cap.dilectus,2.de ſimonia,Felinus, in cap.cum omnes,num.31.& Ioann. Bapt.num.59.de conſtitut. in repert. & latiſſimè Farinaccius in tract. de crimine leſæ maieſt.q.112. num. 10. & ſeqq.

CONCL. XIII.

25 Electio ſi celebrabitur per compromiſſum abſolutum,aſtringi, & ipſos compromiſſarios ad ſecretò ſuffragandum ex vi Concil. Tridentini, licet non teneantur ad obſeruantiam, cap.quia propter, id eſt, quantum ad illa,quæ tradit illud capitulum de forma ſcrutinij.

Cuius eſt ratio, quoniã, & ſi valeat argum. quod in omni electione, in qua attenditur decretalis, quia propter, de elect.in 6. ſit etiam attendenda diſpoſitio Trid. Concil. non tamen ſequitur poſtea, quod in omni elect. in qua non eſt ſeruanda,d.decretalis,nõ ſit vtiq; executioni mandanda Conc. Trid. diſpoſitio, generaliter enim eſt diſpoſitio Concil. quam p̃fatæ decretalis, & inſuper prior pars aſſertionis relinquitur probata ex declarat. S.Congr.à Garceo relata, p. 5.cap.4. de benefic.n 204.

Quæſitum fuit, in electio. Prelatorum Regularium procedi poſſit alia via, quam per ſcrutinium tãtũ, quo poſſit ſatisfieri decreto Cõcilij, vt vota ſint ſecreta? S.Congr.cenſuit electionem horum p̃latorum fieri debere tunc p vota ſecreta, vt ſe hñt verba Cõc. quidquid in cõtrariũ aſſerat Rodr.in

ſumma,cap.102.n.2.& cap. 105.nu. 3.& tom.2.qq.regul.qu.51.art.9. in fine.

Secunda pars concluſionis eſt manifeſta ex d.cap. quia propter de lectione in 6.

DOCT. ALLEG.

26 *Defendunt concluſionem quoad 2.par. Ioan.Andr.in cap. per noſtras,de iure patron.Panorm.in c.cum iure,n. 5.circa medium,verſ.ſed conſidera,de elect.Syluest. verb.elect.2.q.18.n.32.quoad totam, Sigiſm.dub.31.n.15.Garceus,vbi ſupra, vbi eſt aduertendũ,quod fuit quęſita Sacra Congregatio,ſi per viã cõpromiſſi,aut quaſi inſpirationis, aut oportet procedere, per viam ſcrutinij tantum,&c.& reſpondit,vt retulimus,teſte d. Garceo,d.loco.*

CONCL. XIV.

27 Electio ſecreta reputabitur, ac canonica, ſi electi fuerint à Superiorib. aliqui, putà, quatuor, qui vota omniũ eligentium recipiant.

DOCT. ALLEG.

28 *Refertur à Garceo,p.5.de benefic.c. 4. n.189.Barb.ſa, in Bullario verb. elect. à Caſteltino, de elect.c.4. n. 4. & ab alijs, ita Sacr. Congreg.reſpondiſſe.*

CONCL. XV.

29 In Ordine Prædicatorum cautum eſt,ne quis Patrum eligẽtium,in quauis electione per ſchedulas,audeat,& præſumat ipſis ſchedulis, notam aliquam, vel charaterem,vel ſignũ quod libet, & quouis modo, & cuiuſuis rationis, vnde poſſit nomen, vel perſona eligentis cognoſci, & ad notitiam venire,imprimere,ſcribere, vel aliàs, annectere; priuatumque ex nunc declarantes, vtraque voce, tàm inducẽtem ad hoc,quàm facientem,ſeu conſentientem.

Ità dicitur, diſt. 2.in conſtit.de electio. Prioris, c.2.n.1.lit. C.ante finem, per ordinat.factam in c.generali,celebrato Barchinonę 1574.

CONCL. XVI.

30 Electores,ſi tantummodo in Capitulo tres fuerint;non obeſt ſcientia, qua habetur de ſuffragijs horum triũ eligentium, vt ſecreta nihilhominus ſit,& dicatur ad mentem Trid.Conc. c.6.ſeſſ.25.de regular.

Nam ſic reſpondit Sacra Congregatio tali difficultati. *Vbi ſunt tres* vocales, quorum vnus poteſt eligi in Socium, ſeu Diſcretum, & per cõſequens neceſſe eſt,vt alter aliorum duorum,qui remanent, det alteri vocem ſuam, & ità electio non poteſt eſſe ſecreta, dubitatum fuit,an poſſit fieri electio Socij, quæ non ſit contra huius Decreti formam ſeſſ.25.c.6 de regular. Congregat. cenſuit poſſe,ſi ità ſtatus Religionis permittit.

Cuius ratio reſponſionis eſſe põt, quia lex non ſtringit, vbi de facto ſeruari nequit,iuxta regulam iuris, 145. Impoſſibilium nulla obligatio eſt, & altera,6.in 6. Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

CON-

CONTROVERS. III.

An electio illa ſit canonicè valida, ac rata, in qua malitioſè, aut ignoranter, vota, ſeu ſuffragia, electoris alicuius, ſeu plurium eligẽtium, manifeſtata fuerint.

CONCL. I.

1 IN omnibus canonicis electionibus ſemper eſt attendendum id, quod à maiori parte Capituli, ſeu Collegij fit.

Conſtat ex multis iuribus, & maximè ex cap. quia propter, & cap. cum inter canonicos, cap cum auditis, & c. cum coram, de elect. in 6. & facit textus, in l. quod maior, ff. ad muncipial. vbi factum à maiori parte, ab omnibus factũ reputatur. ergo.

CONCL. II.

2 Omnis canonica electio, ad cuius valorem requiſita à iure naturali concurrunt, valida eſt, quamuis forma iure humano introducta, nõ ſeruaretur.

Probatur, ſic enim requiſita à iure naturali concurrere dicitur, quando in electione interuenit conſenſus maioris partis capituli, vocem in eo, habẽtium; & hoc eſt, quod in omni attenditur electione canonica, & quando electus, poſt electionem conſentit.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent concluſionem communiter Doctores in dictis iuribus, & Innocent. præſertim in cap. quod ſicut, n. 8. de elect. cuius dictum magnificat, & ſequitur Nauarr. conſil. 8. nu. 3. & conſil. 9. nu. 2. de elect. in nouis. Decius, in cap. 1. de conſtit. in 1 lect. n. 70. in nouis, & antiquis vero, num. 19. Abbas, in c. 1. in fine, de in integrum reſti. & cęteri nominales.*

CONCL. III.

5 In electorum numero minimè eſt ille computandus, qui in ſchedula, nomen ineligibilis, ſcripſit, & in vrnã miſit, ſed eſt æſtimandus, ac ſi voluntariè ab ea electione ſe abdicaſſet.

6 Patet veritas aſſertionis, ex c. quod nobis, & cap. in electionibus, de elect. in 6 ac deinde probatur, in perſonis, namq; inhabilibus, & ineligibilibus, diſpoſitio facta, prò non ſcripta habetur, & caduca, quo caſu, in alijs, in eadem re, cunctis reſidet diſpoſitio totalis, non prò parte, vt aiunt Ancharanus, in d. cap. in electionibus, nu. 2. per legem primam, §. in primo, C. de caduc. tollend. Vndè meritò Federicus de Senis, dub. 29. de elect. concludit in fine; huiuſmodi inutilia vota, ita eſſe excludenda, ſicut excluduntur vota excommunicatorum, ſcilicet, vt pro ea vice excludantur ab electione actiuè, & paſſiuè.

DOCT. ALLEG.

7 *Tenent communiter concluſionem Doctores, in dictis capitulis iurium, & intermi-*

minis,relatus,nunc Federicus de Senis,in tract.de elect.dub.29.c.4.n.2.Cuchus, de inſtitut.maior.lib.4.tit.de elect.nu. 254. & alij nominales recentiores.

CONCL. IV.

8 Electio illa, prò non canonica, ac nulla proiſus reputabitur, & eſt, in qua electorum nomina omnia, non dũtaxat publicantur,ſed etiam,quando vnius nomen electoris manifeſtatur,cum conſenſu, ſcilicet, & ſcientia, ſaltem maioris partis Capituli, ſeu Collegij.

Probatur,tam,ſi quidem,electio prælatorum Eccleſiarum viduarum, quam ſuperiorum regularium,eſt per ſecreta vota celebranda, vt patet ex capit. quia propter, de elect.in 6.& cap.6. ſeſſ 25.de reformat. pro regul.Conc. Triden.vbi omninò decernitur in his iuribus, vt ita ſecretò ſit electio horũ prælatorum celebranda,quod eligẽtium nomina vnquam publicentur; & quando in his duobus decretis cõciliaribus appoſitum ſit decretum irritans,videlicet,electionem aliter factam, nullam eſſe,cenſetur propterea eſſe præſcriptam formam eligendi ſecretò; ſed ſecretum irritans inducit formam, vt omnes aiunt Doctores. ergo ſi ſecretò non fiat eſt nulla.

CONCL. V.

9 Sin autem, dicta votorum manifeſtatio, ſeu publicatio fiat, aut ſolum ſimplicitate mera, vel ex mera malitia, aut fraude ad eum finem, vt nulla reddatur electio, & impediatur, tunc dicimus, validam eſſe, & nullo pacto impeditur eius valor.

10 Probatur, quoniam vnius, aut aliquorum defectus eligentium, minimè nocere debet toto capitulo, ſeu collegio id ignoranti,per text.in cap. final.de procuratoribus,& ibi Doctores,& ratio eſt,nam tam de iure naturali, quam diuino, & humano, culpa vnius,aut aliquorum, non eſt alijs omnibus de capitulo imputanda, ſed tãtum ipſi, culpanti damnoſa eſſe debet,cap.culpa de regul.iur.in 6.& l. ſi quis in tuos,§. ligis, C.de in offic. teſtam.aliàs,aperiretur via fraudibus,& in electionibus ſemper via aperiretur irritandi electiones, aliàs canonicè factas, quod eſt maximum abſurdum, ſed obſurda non ſunt dicenda, capit. dudum,de prębend.in 6.& l.uam, qđ abſurdum,ff.de bonis liber. & cõmittens alioquin fraudem ex ſua malitia, & iniquitate, commodum reportare poſſet contra legem regulatorum, §. final.ff.de interd.& regulat.& cap.intelleximus,de iudic.& c.legi 16.q. 1.

DOCT. ALLEG.

11 *Sic affirmant communiter canoniſtæ, & in terminis,Nauar.eam docet,conſil.9 de elect.n.1.per dictum text. cap.fin. de procurato.Miranda,to.2.in manu.qu.23. art.12.Megala,to.2.variarum reſolut.reſolut.129.& to.2.promptuarij,verb.electio canon.n.9.Federicus,in tract.de elec. dub.29.c.4.n.2.Garceus,p.5.de benefic. c.4.dub.31.n.8.& alij recentiores nominales.*

CONCL. VI.

12 Elector ſi in fraudem, ac malitiam, an-

annullandi electionẽ, canon præbeat, proprium nomen propalandi, nihilhominus electio, aliàs, omnia requiſita neceſſaria, & ſubſtantialia habens, erit prorſus, valida, & omninò rata, & bona.

13 Probatur ex c. nobis, & c. ſicut tuis, de ſimonia, ex quibus iuribus conſtat valere acquiſitionem talis ſpiritualis iuris, licet, quis occultè pæcuniam de pro acquiſitione talis iuris ſpiritualis, hac ſcilicet fraude, vt qui illud adpiſcitur, tali iure priuetur. Nam fraus vnius haud Innocenti nocere debet, vt omnes exclamant Doctores.

14 *Equidem fraus* ex coniecturis probatur, & indicijs, leg. filia, ff. ſolut. matrim. & capit. 2. de renunciat. in 6 & l. dolum, C. de dolo, quando enim inſolita diligentia adhibetur, prǽſumitur fraus, inquit Decius per ea allegata conſil. 448. nu. 23. verſ. vnde iſta inſolita, & ſequitur Maſcardus de probatio. conſil. 825. n. 26. Hinc eſt, vt in fraudem celebrati cenſeantur cõtractus, in quibus ad ſunt clauſulæ inſolitæ, vt dixit Caſtro, in l. ſi quis, ſub condit. poſt primum numerum, verſ. vnde propter, ff. de condict. & inſtit. & ſequitur Guido Papa in tract. de præſumpt. poſt nu. 51. verſ. ex cautelis, & alij, quos allegat Maſcard. in d. conſil. 825. n. 40.

15 Fraus, ſimiliter præſumitur, quando actus, qui geritur, nihil facienti prodeſt, tunc enim potiſſima probandi fraudem, eſt coniectura, vt ait Maſcardus, vbi ſupra, num. 2. & ſic refert, probaſſe fraudem Ruinum, conſil. 78 viſo, ac per lecto teſtamento, num. 9. verſ. quia tunc fraus præſumitur, volum. 3. & placet Mantuano, de coniecturis, vltimæ voluntatis, tit. 13. nu. 5. lib. 10.

CONCL. VII.

16 Electio Summi Pontificis, etiam, per ſecreta ſuffragia à duabus, ex tribus partibus Cardinalium, in Conclaui præſentibus eſt celebrãda ſi per ſcrutinium, aut ſimul per ſcrutinium, & acceſſum fiat.

Ità namq; per ſuam extrauagantem nouiſſimè Gregorius XV. ſanciuit Bulla 13. in ordine ſuarum bullarũ eſt, cui formę eſt appoſita excomm. latæ ſententiæ contra Cardinales, non obſeruantes ſecretum in electione, vt dicitur in §. 20. eiuſdem Bullæ.

CONCL. VIII.

17 Conciliaris conſtitutionis mens, tum capit. quia propter, de electione in ſexto, tum capituli ſexti ſeſſio. 25. Trident. de Regular. electione, præſertim minimè fuit viam fraudibus aperire, ſed eas obuiare, vt ſecretò electiones fierent: itaque volunt huiuſmodi iura tunc electionis omnes irritas eſſe nimirum, quando alicuius nominis manifeſtatio, cauſa eſſet, vt valeat electio: minimè verò, quando electio, aliàs, legittimè, & canonicè celebrata à maiori parte Capituli, & aliqui electorum, ad eam irritandam, ſine capiruli conſenſu, & ſcientia, vota ad hunc finem, propalant, & multò magis, quando ſine eorum votis, eſt electio à maiori parte celebrata.

18 Probatur, nam leges, & concilia-

ria

ria iura, vt ſuperiora relata ſunt ita intelligenda, vt abſurdum non ſequatur, vt diximus ſupra licet, litteræ vis ſit inferenda, leg. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſat. tutor. vt edocent, Menoch. de arbitr. iudic. libr. 1. qu. 7. cum alijs, ſed vt abſurdum vitietur, largiſſimè vtique ſtatutum, ſeu Conſtitutio interpretatur, quod aliàs, ſtrictè interpretandum eſſet, vt notant Abbas in capitulo cum dilectus de conſuetudine colu. 2. verſ. ex hoc noto, Decius, alios citans, in capit. cum inter n. 15. de exceptio, & alij alleg.

CONTROVERS. IV.

An elector, in actu canonicæ electionis prælati, ſi vni dumtaxat ex electoribus propriam oſtendat ſchedulam, qua ſuffragaturus eſt, huiuſmodi ſubſequta electio, irrita, ac nulla ſit ipſo iure.

CONCL. I.

1 Abſolutè, ac ſimpliciter loquendo, ad Triden. Concil. cap. 6. ſeſſ. 25. intellectum, dicimus, talem electionem, nullam, ipſo iure, eſſe, ac inualidam fore.

2 Primo probatur, ex verbis, d. Trid. Concil. eo loci, ſic dicentis. *Eligi debere*, per vota ſecreta, itaut ſingulorum nomina, vnquam publicentur, quid clarius? vbi ſunt verba illa ponderandam, *itaut ſingulorum*, ly dictio *ſingulorum*, idem ſignificat, ac ſi diceretur, *vt nullius eligentis nomen vnquam publicetur*, & ſacrum eſt vſum Concilium, illa dictione, *ſingulorum*, ad ſignificandum, vt nullus electorum, in actu eligendi, ſuam oſtendat ſchedulam plicatam, ad eum effectum, ne indè, rixę, inimicitiæ, iniuriæ, paſſiones malæ, ac mala verba oriantur, ex ſchedulæ reuelatione, quibus inconuenientibus tollendis, pœnam appoſuit, aliàs, ſcilicet ſi contrarium factum fuerit, electio ſit ipſo iure nulla, & dictio. *Vnquam* importat, quod etiam inter ſe vocales vnquam hæc ipſa vota manifeſtare valeant.

3 Secundo probatur ex S. Congregat. declaratione facta ad mentem Trid. Concil. cui opponi nequit, dicendo, quia non eſt talis declaratio authent. cum de facto ſit talis, & auctores ſtatim habeat, citandos dignos fide, quã Rom. typis datã, vidiſſe ſub Paulo V.

4 Tertio ratione probatur, quia non ſeruata forma à d. Tr. Cõc. præſcripta per quã vota eſſe debẽt ſecreta neceſſario, vt electio valida ſit; ſed electio cum ab omnibus dependeat electoribus, ac forma ſit indiuiſibilis, eo ipſo, quod ſuffragium ſingulariũ electorũ ſecretũ nõ eſt, nec electio eſt ſecreta, ergo ẽ nulla eſt, ac inualida ipſo facto.

5 Quarto cum in electione canonica de ſecreto omninò ſeruãdo, ad multa incommoda auferenda, & elector ſingulari perſonę ex elector. reuelet ſuũ votũ in ſchedula plicatum ſecretò ad hoc, vt nullus ex electoribus ſciatur, amplius minimè ſecreta dicetur ſchedula, quia eſt extra ſcientiã ipſiuſmet eligẽtis, ergo ab alijs ſciri poteſt, quia

eſt

quieam didicit, alijs electoribus dicere poteſt. ergo.

6 Quinto probatur, nã de ſecreti rõe, ac natura eſt, nemini reuelare q vnus ſcit, ſiue ſit perſona prima, ſiue ſecunda, ita ut ſecretum vltra ſeipſum, non tranſeat; hinc in ſacris, dicitur, litteris; *ſecretum meum mihi*, quando perſona ſuum dixit ſecretum, non eſt amplius ſecretum, ſed manifeſtum; ſed electio canoni. ad hoc vt valida ſit, exigit neceſſariò, vt eligens ſuum votum, nulli ſiue ſingulari electori reuelet, ſiue ſuã ſchedulã propalet, aliàs electio ſequitur, nulla ſit, & inualida. Nã indiuiſibile, totũ deſtruitur per ſchedulę propalationem, & vni oſtenſa ſecreta, am plius nõ eſt, quia pluralitas conſiſtit in duorum num. regula 40. in 6.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent Caſtel. in tra. de elect. & citat. d. declarat. S. Congr. quæ emanauit tempore Pauli V. quo Romæ Procur. Gen. Ord. Prędic. erat, & typis datam vidit, dum ſuper hanc electionum mãm, ſcribebat, & ego etiã in Vrbe Romæ morabar, ſed his materijs minimè ſtudebã, incępi de an. 1641. cauſa multorum caſuum, qui ad manus peruenerunt, mihi, vt eis ſatisfacerem, ac tali occaſione opus huius materiæ, perfeci, ac Venetias perueni, à multis fui præcatus inſtãtiſſimè vt oĩno in prælum mitterẽ, Sigiſ. & Garc. de beneſ. n. 193. & 164. p. 5. vt probabilem edocet etiã Paſqualig. dec. 263. n. 4. in mor. dec. Bord. in ſuis conſil. Regular. reſol. 26. n. 50.*

CONCL. II.

8 Elector, quando in fraudem, ſingulari electori ſuam oſtendit ſchedulam ad reddendam electionem inutilẽ, & vanam, ac irritã; in tali caſu valida eſt, ac bona, & ſuum ſortitur effectum, ſeu ad eligendum hunc, & non illum; cũ malitia oſtenſa.

9 Nã malitia electoris in canon. elect. aliàs, bona cum ſuis cæteris requiſitis non debet patrocinari, quod electio non ſuum ſortiatur effectum iuxtà regulam illam iuris in 6. neminẽ fraus patrocinari debet, & penès aliã 37. iuris, eo. tit. *vtile non dẽt per inutilẽ vitiari.*

DOCT. ALLEG.

10 *Eoſdẽ relatos habet auctores hæc aſſertio, quos n. 7. retulimus, et alios alleg. Rodr. to. 1. ſum. c. 102. n. 4. et to. 2. qq. regu. q. 11 ar. 9. eius Nepos reſol. 58. n. 8. Bord. reſol. 26. n. 3. et 50. in conſ. Regul. Barboſa ad c. 6. ſeſſ. 25. Trid. d. concil.*

CONCL. III.

11 Aſſerere aũt præfatam electio. validã, ac ratã eſſe, nõ eſt totaliter improbabile, ſi vni tm̃ ex lectorib. ſchedula oſtẽdatur ab eligente, qua eſt mox ſuffragaturus

12 Primo probatur, quoniã c. quia propter, de elect. in 6. & c. 6. ſeſſ. 25. Trid. Conc. intentio fuit, electionis libertati prouidere, medio ſuffragiorũ ſecretò; ſed hæc iura tm̃ illud ſecretũ pręcipiunt, quod neceſſariũ eſt ad talem libertatem ſeruandã, ſed ad libertatem ſat eſt, ſi in cõi ſeruetur ſecretũ. ergo.

13 Secundo probatur, nã Conc. Trid. lo. præcipit, nè nomina ſingulorũ eligentium publicentur, & ſolummodo irritas decernit illas electio. in quibus ſingulorum electorum nomina publicantur, minimè verò, in quibus vnius

dum-

dumtaxat,eligentis ſuffragium publicatur.ergo eſt valida talis electio.

14 Tertio nec præfata 2.concluſ. diſtinctio obſtat, nempè, quod valeat, quãdo talis manifeſtatio ſchedulę eſt in fraudem facta, ſecus quãdo non fit in fraudem, & cum malitia, & dolo. Nam vel tollit electionis formam à Conc.Trid præſcriptam,vel non tollit.ſi tollit, numquam valebit, licet in fraudem fiat; quia numquam ſtat electio ſine ſua forma, ſi vero non tollit sẽper valebit; quia ſalua forma,firma manet ſubſtantia electio.& per conſequens illius valor.

15 Quarto,nam cum huiuſmõ votum, non ſe ſolo ſufficiat ad electio.faciendam, non ſequitur, ꝙ publicè electio fiat. Immò, ex eo, quod forma indiuiſibilis ſit, ſicut haberi nequit per vnicum tm̃ votum, ita neq; publica fieri, ex eo,quod publicetur vnicũ votũ;& Tr.nõ pręcipit,ꝙ publicetur vnicũ votũ; ſed ꝙ ipſa electio ſit ſecreta,atque ad eo nõ publicẽtur ſingula electo. vota.

DOCT. ALLEG.

16 *Placet aſſertio Nauar.lib.1.concil.tit. de elect.conſ.9.in nouis,& 4.in veter.n.1 & 2.& ſeq.fauet Rodr.to. 1. qq.regul. q. 51.ar.9.& to.1.ſum.c.102.n.4.ſubſcribit Mirãda,to.2.man.prælat.q.23.ar.19. Mondicus eam defendit pręfatus Paſqualigius,vocans probabiliorem,vbi ſupra.*

17 Verum,in praxi tutiorem exiſtimo primam ſequendam,ac docendã eſſe, quatenus eſt conformior menti Trid. Conc.& ad eſt certa, & authentica S. Congr.declar.& in Ord.Præd.inuiolabiliter tale ſecretũ obſeruatur,aliàs, ſi conſtaret eius fractio, in ſchedula oſtendenda vni eligentium, ſatis cõturbaretur electio, & fore declararetur nulla,ſi eligentes docti,ac verſati, in hac materia eſſent. Namque Trid. d.loco facit, quod de ſubſtantia electionis ſit tale ſecretum votorum, vt ſinguli electores nequeãt inter ſe, etiam vni,ſua propalare ſuffragia,& vt inuiolabiliter tale ſecretum obſeruetur,inficit electionem, ac nullam reddit, ſi manifeſtetur, & huius aſſertionis veritas, magis ex ſequenti apparebit controuerſia.

CONTROVERS. V.

An elector ſi ſuã propriã ſchedulã oſtendat alteri eligẽtiũ,in electio. actu, qua eſt ſuffragaturus,capit. electio. hoc permittente, ſubſequens electio valida ſit, ac teneat.

CONCL. Eſt.

1 Capitulum cano. elect. permittẽs vnius eligentis votũ,ſeu ſuffragium,aut ſchedulã manifeſtari alteri, qua ſuffragaturus eſt,per d.cap.6.ſeſſ. 25.Trid. Conc.electio talis eſt nulla, ac inualida,ipſo facto.

2 Primo probatur author.Tr.Cõc.cuius verba,in ſuperiori retulimus contro.& deinde, eiſdẽ rationib.quib. 1. aſſertio eſt probata eiuſdẽ cõtr.ſuper.

3 Secundo probatur,quia Conc.Tr.in eo c. omnino vetat vniuſcuiuſq; eligen-

gentium, & ſingulorum electorum vota, nè inter ſe ipſos manifeſtentur, ſub pęna, nullitatis electionis; & dictio *vnquam & ſingulorum*, ſunt magnæ emphaſis, ac ſignificationis ita vt extendatur illius ſignificatio, etiã inter ſe ipſos electores, in particulari, & in communi, non poſſe vnumquemq; illorũ, ſuum alteri votũ propalare, & hoc multo magis permittere valet capitulum inſtãte electione per multa inconuenientia fore.

4 Tertio Concilium enim Trid. c. 6. ſeſſ. 25. legẽ condidit vniuerſalẽ, *ſine ſingulorũ eligẽtium nomina vnquã publicentur*, ſub quibus verbis totũ cap. comprehenditur compoſitũ ex ſingulis electoribus, & conſequenter ſi nõ pręcipit capitulo collectiue, & cõtinenti, & explicitè, tamen implicitè præcipit, quia ſingulis electoribus mãdatur, ne ſua ſuffragia alteri ex capitulo electionis publicẽtur: ſed dũ capitul. in tali caſu permittit aliquod prohibitũ à lege Concil. Trid. ſequitur nullã eſſe electionẽ ſubſequutã.

5 Quarto ſi enim hæc via aperiretur, vt capitulũ permittere valeat vnius voti eligentiũ, alteri manifeſtare, vel inter ſe ipſos electores poſſẽt ſua manifeſtare vota, dubio procul electionẽ, amplius ſecretã celebratã non eſſe, & omnes electiones Canonicę ſuſpectæ eſſent, de earum validitate, & mille incõmoda, & inconuenientia ſuborirentur, ad quæ auferẽda Trid. Conc. in eo c. 6. ſingulorũ eligentiũ votorũ manifeſtationẽ inter ſe ipſos in particulari, & in cõi prohibuit.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent omnes Doctores allegati nu. 7. ſuperioris Contr. & inſuper Nauar. lib. 1. conſ. tit. de elect. conſ. 4. in veteribus, cum nouis, 9. n. 3. Rodriquez, p. 1. ſum. c. 102. n. 4. Mirand. vero q. 23. art. 19. fine, docet electionem eſſe irritam, quando manifeſtantur vota in communi, id capitulo permittente, aut quando eodẽ capit. permittente, manifeſtatur votum vnius, eſtquè cauſa talis manifeſtatio, vt electio fiat, quæ alias, facta non eſſet: ſolus Paſqualigus remanet, aſſerendo nõ eſſe irritam, ſed bonam, & validam, ſed fallitur, quia hac ſua doctrina, aperit fractionem votorum eligẽtium inter ſe, & ſic electio non eſſet ſecreta, ac paulatim publicè fieret, & fore ſemper nullæ. docent etiam Peyrinus noſtram concluſionem, tom. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 8. verſ. dico 3. & tom. 3. priuilegiorum in addict. ad conſtitut. Clem. 8. c. 9. nu. 23. verſ. noto. 14. Garcens, de benef. p. 5. c. 4. n. 184. Caſtellin. de elect. c. 5. n. 25. Sigiſmun. dub. 31. c. de elect. n. 14. Lauoris, de elect. tit. 4. c. 19. num. 55.*

CONTROV. VI.

An Elector licitè valeat ſuam præſtare ſchedulam plicatam, alteri, vt in vrnam ponat, itaut contrà ſecretum electionis agat, in qua, præcipitur vota elegentium non publicari poſſe.

CONCL. I.

1 Elector ſi in capitulo cum cæteris

vocalibus exiſtit, & cauſa impotentię, quia, podagra laborat, aut alio morbo in pedibus, quod cum maxima difficultate ſe mouere poteſt, & alteri vocali plicatam ſuam præbet ſchedulam, itaut immediatè proficiſcatur ad ponendam in vrna, dicimus, in tali caſu, ſecretum non frangi electionis, nec ſic publicari huiuſmodi votum, & ratam electionem eſſe, & Decretũ Conciliare Trident. manere in ſua obſeruantia.

2 Primo probatur, quia talis elector recipiens ab altero ſuam ſchedulam plicatam, ignorat totaliter, alias, pro quo ſuffragatur, & immediatè ſine eius apertione, in vrnam mittit, ſecretũ electionis manutenetur, & nulla interuenit publicatio. ergo.

3 Secundo probatur, Nam licèt eligens eam valeat explicare, attamen licite agere nequit, & cum plicatã acceperit, eo ipſo, vt ſecretam deſumit, & accipiens, conſentit facto ipſo, in ſecretum, & tacitè ſuam obligat fidem, ac proterea, moraliter loquando, eſt certus, quod ſuũ tale votũ erit ſecretũ. ergo bona eſt electio, cuius ſecretũ minimè manifeſtatur.

CONCL. II.

4 Qui, autem, ſchedulam ſumit plicatam ab electore, & eam videt, nec alijs tale ſuffragium publicat, pro qua nam fuerit, & à quo nam datum ſit, electio adhuc in tali caſu ſuum retinet ſecretum, & per conſequens valida, ac rata eſt.

5 Probatur, nam res eodem pacto ſe habet quo ad ſecretum, ac ſi non inſpexiſſet: nec tale votum dici poteſt publicatum; quia publicari eſt manifeſtari ab aliquo, reſpectu alterius; vnde communicatio interuenire debet, qua, quod ab vno publicatur, alteri communicetur, ac ideo publicatio eſt ſemper alterius reſpectu: In noſtro autem caſu, nec qui tradidit ſchedulam, manifeſtauit, nec qui eam inſpexit; quoniam hic nulli alteri ſuffragium communicat.

CONCL. III.

6 Qui ſchedulam accepit alijs ex vocalibus manifeſtat, & hi plures ſunt, cum fiat contrà ſecretum ſumendum neceſſario, in electione, in ſuffragijs præſtandis, dubio procul, electio eſt nulla ipſo facto, licèt, vni ex electoribus publicet.

7 Pars prima concluſionis eſt de ſe certa, & ab omnibus Doctoribus in ſuperioribus allegatis docetur de communi conſenſu.

Secunda vero pars, conſtat etiam ex ſupradictis, nam vt in ſacris dicitur litteris, ſub duobus, vel tribus teſtibus ſtat omne verbum, ſed hæc ſchedula ſcitur à duobus electoribus; nempè, ab eo, qui eam explicauit, & vidit, & cui alteri reuelauit tale ſuffragium, & ſic publicatur. ergo non eſt ſecretum. ergo electio non eſt valida.

DOCT. ALLEG.

8 *Quia hæc Controuerſia ab Auctoribus, non tractatur, ac recens eſt, dumtaxat, Paſqualigum, deciſ. 261. tractantem inueni, & eas quoque docentem, ſed contra nos eſt circa 2. p. huius tertiæ aſſertionis,*

tionis, docens, quod qui ſchedulam plicatam accepit, & illam videns, & alteri manifeſtet vni tantum, ſecretum electionis adhuc retineri, & nos aſſerimus, quod illud non eſt ſecretum, quod à duobus ſcitur, & probari poteſt, iuxta à nobis tradita in ſuperioribus.

CONCL. IV.

9 Elector, qui propriam dat ſchedulam alteri in vrna reponendam plicatam minimè peccat, nec contrà Decretum Tridentin. Concil. agit.

Cuius eſt ratio, quoniam ſecreto electionis minimè præiudicat, nec alicui iniuriam facit; nec proprium votum publicationis periculo exponit, quia qui ſchedulam plicatam ſumit, ipſo facto, ſuffragij ſecreto, conſentit, & per conſequens, qui eã præbet, moraliter certificatur accepta fide, de ſecreto.

CONCL. V.

10 Elector ſi ſchedulam plicatam inſpicit non ſolum ad votum videndum, ſed vtique alijs ad reuelandum dubio procul, mortaliter peccat; ſi vero tantum curioſitate moueatur ad eam videndam, venialiter ſolum peccat.

11 Pars prima de ſe conſtat, quoniam contrà ſecretum electionis neceſſario requiſitum agit, & contrà bonum communitatis, quia electionis effectum impedit, & eius cauſa nulla redditur, quod eſt in præiudicium quoque electorum, & iniuriam facit eligenti; qui eam plicatam dedit. ergo mortaliter peccat.

12 Secunda autem pars probatur, quoniam tunc talis inſpectio non eſt in graue alicuius præiudiciũ: non in electionis præiudicium eſt, & per conſequens, nec eorum, quorum de ſuffragiorum ſecreto intereſt; quia remanent ſecreta, non ſecus, ac ſi nõ præceſſiſſet huiuſmodi inſpectio, nec etiam eius, cuius ſchedula eſt; quoniam dum ſuffragium non publicatur, non graue præiudicium patitur, quod notum ſit Amico, ſolũ vero facit contrà fidelitatem; quæ tamen non obligat grauiter ad non inſpiciendam: quia tunc ſolum fidelitas grauiter obligat, quando ex oppoſito graue damnũ, ac incommodum ſequeretur, ſed in caſu noſtro hoc non interuenit.

CONCL. VI.

13 Elector ſuam præbens ſchedulam alteri ex electoribus, vt eius votum videat, ac ſciat, cui ſuffragium ſuum præſtet in electione in tali caſu ſecretum electionis frangit, ac publicat, & Decret. Trid. Conc. contrafacit, electionem irritam reddit, ac mortaliter peccat.

14 Concluſio ſequitur ex ſuperioribus allatis, quoad eius partes; & pars prima conſtet ex dictis in prima controu. 2. pars autem, quod mortaliter peccet, patet quia bonũ communitatis offendit, reddendo electionem inualidam, & iniuriam electoribus facit, & Decreto Trident. de non publicandis votis in ele-

electione. ergo mortaliter peccat, vnde malitioſè etiam agit, ſciens, agere non poſſe hoc, & nihilominus, ſuum propalat votum.

DOCT. ALLEG.

15 *Allegātur omnes Doctores, hactenus in ſuperioribus citati, & alij allegandi.*

CONTR. VII.

An Elector ſi ante electionem dicat, cui ſit ſuum votum daturus, aut poſt electionem, cui ſit ſuffragatus, contrà ſuffragiorum electionis ſecretũ fecerit, & per hoc electio, nulla reddatur.

CONCLVSIO EST.

1 ELectori minimè licet, ſuum publicare votum ante, vel poſt electionem, aſſerendo ſe huic ſuffragaturum, vel ſuffragatum fuiſſe; non proterea eſt electio nulla, ſed tenet, ac vali da eſt.

2 Primo probatur ex S. Congregationis declaratione ſuper cap. 6. ſeſſ. 25. Trid. quæ interrogata, an electio facta cum tali publicatione: reſpondit; quod, nec ante, nec poſt electionem, vllo modo licet electoribus publicare, cui ſuum dederit votum.

Secundo probatur ratione; Nam elector in tali publicatione, ſimulare poteſt, ac ſuffragium diuerſum eſſe ab eo quod dicitur.

3 Tertio probatur, Quia non fit contra formam præſcriptam Trident. Concil. in d. c. 6. ſeſſ. 25. vbi tamen præcipit, vota in ipſo actu ſcrutinij ſecreta eſſe; quia agit de votis, quibus electionis Actus exercetur. vnde dicitur, ibi. *Sancta Synodus diſtrictè præcipit, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta.* Sed dum in actu ſcrutinij ſunt ſecreta, fit electio per vota ſecreta, & obſeruatur Concilij Trid. forma. ergo eſt valida.

4 Quarto licèt enim elector, quis dicat ſe huic, vel illi ſuffragaturum, vèl ſuffragatum eſſe, non per hoc votum in ipſo ſcrutinio publicatur; ſed extrà ſcrutinium; & publicatur ſic, vt non ſit certa publicatio, quia poteſt votum in ſcrutinio aliter ſe habere, ac ante ſcrutinium publicetur. ergo.

DOCT. ALLEG.

5 *Docent Garceus de benefic. p. 5. cap. 4. n. 197. Sigiſmundus, dub. 31. de elect. n. 2. Paſqualigus, deciſ. 262. cui tamen diſplicet cõcluſio in ea parte, quod electori non liceat dicta agere, tenens non eſſe hoc illicitum, tamen noſtra aſſertio eſt in vtroque foro ſecurior, ac verior; quia ſapè eſſe poteſt, talem electorem, non ſimulatè, ſed verè, ac realiter dicere verum, quod facturus ſit, ac feciſſe, & ideò non licitè agit, nec licitè dicit, ſequitur noſtram aſſertionem Bordonus num. 50. antè finem. vbi ſup.*

CON-

CONTROV. VIII.

An ſi vnus elector, alteri electori, vel etiam non vocali ſub ſecreto ſchedulam ſuam oſtendat, qua eſt ſuffragaturus, mortaliter peccet.

CONCL. I.

1 Probabile admodum eſt electorem mortaliter peccare alteri vocali, vel non vocali ſuam oſtendentem ſchedulã, qua ſuffragaturus eſt.

2 Cuius ratio eſt, quoniam in re graui cõtra Decretum Trid. Conc. facit, præcipientis cap. 6. ſeſſ. 25. electionem fieri omninò per vota ſecreta, ſed elector ſuum manifeſtauit votũ. ergo contrafecit præcepto ipſius Trid. in re graui, ergo mortaliter peccauit; quia vnuſquiſque electorum ſecretò ſuffragari tenetur.

CONCL. II.

3 Non eſt omninò improbabile aſſerere, talem electorem minimè Decreto Conciliari Trid. contrafacere, atque adeò mortaliter non peccare.

4 Cuius eſt prima ratio, quoniam per hoc, quod ſub ſchedula ſecreta, ſuffragium amico oſtenditur, non euadit publicum, ſed adhuc ſecretum remanet: ſicuti etiam, ratione ſecreti retinet, quæ ſecretò amicis communicantur; eò quia minime publicari cenſetur, quod vni, aut alteri ſub ſecretò dicitur, ſed quod ità dicitur, vt alijs manifeſtari poſſit.

5 Secundo probatur; nam ex eo quoque colligitur, quod huiuſmodi oſtenſio non eſt contra finem legis, qua præcipit, ſuffragia eſſe ſecreta debere, vt electorum libertas ſeruetur; ſed ſchedulam amico oſtendere non officit huic libertati. ergo concluſio vera.

DOCT. ALLEG.

6 *Paſqualigus deciſ. 265. licèt doceat vtraſque aſſertiones, ſed magis ſecundæ adhæret, & autumat de hac re conſuluiſſe viros doctos, & ſic ſentire; ſed mihi magis libet prima; quia aliàs, via aperitur facillimè ad vota manifeſtanda, & ſecretum, in tali facto, eſſe venit ad inſtar mulierum ſecretum, quod vni dicitur mulieri, hæc alteri dicit, & in pauciſſimo tempore ſcitur ab omnibus, Amicus electoris dicit alteri ſuo Amico, & iſte alteri, & ſic ſecretum euadit publicum, & ad huiuſmodi inconuenientia tollenda, Trid. Concil. præcepit vota debere eſſe neceſſario ſecreta, & unquam publicari, vbi, ly vnquam, ſumitur in eo ſenſu, vt unquam liceat eorum manifeſtatio, ſiue Amico electori, ſiuè non vocali, & primam aſſertionem reputamus eſſe magis ad d. c. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concil. mentem & fauent præter Doctores in ſuperioribus allegatos, Bordonus, reſolut. 26. num. 40. ante finem in conſil. regul. & num. 50. & alij nominales.*

DISPVTATIO VI.

De Meritis, ac Idoneitate eligendorum.

CONTROVERSIA PRIMA.

An antè electionem celebrandam, quis Regularis, vel ſæcularis Eccleſiaſticus quærelatus de delictis quibuſdam, ſed quia depoſitio probata minimè fuit ſufficienter, eligi in Prælatum, vel Canonicum poſſit licitè, ac validè, nec nè.

EXPLICATIONES.

1 SVb huius Controuerſiæ titulo, tria quæruntur; primũ, videlicet, quæ probatio exigatur, vt quis ab electionis promotione repelli valeat. Secundum, an quærelatus ad ſe purgandum, ac ſe innocentem oſtendendum, præfixum electionis tempus prorogare valeat. Tertium, an ſuaſio de quærelato non eligendo, facta, ſubornatio fuerit.

Quibus dubijs ſatisfaciendo, his ſequentibus aſſertionibus reſpondemus, reſoluendo quid in praxi agendum, ac conſulendum ſit, quarum ſit, pro primæ difficultatis reſponſione.

CONCL. I.

2 Regularis, ſeù ſæcularis Eccleſiaſticus quærelatus, cuius quærela, ſaltem per vnicum teſtem idoneum probata, minimè in Prælatum, vel Canonicum eligi valet, aliàs, nulla eſt ipſo iure, electio huiuſmodi.

3 Primo probatur expreſsè per cap. omnipotens. 4. de accuſ. vbi Gloſſa, cap. Laici. diſt. 33. c. tantis, diſt. 81. cap. fin. de teſt. l. Reus delatus, ff. de Mun. & honor. alleg.

4 Secundo Probatur ratione; Nam id ratio ſuadet, cum electus ſuperior ex officio ſuo ſubditorũ exceſſus corrigere debeat, c. 3. n. q. 3. c. 4. de offic. ordinariorum, c. licet, 31. de ſimonia, quomodo id præſtare poterit, ſi eiſdẽ laboret vitijs? nàm ei dici poterit, arguendo. *Medice cura teipsũ*.

5 Tertio Nàm ad electionem impediẽdam, ſufficit ſemiplena probatio, & per conſequens, vnius teſtis integræ famæ depoſitio ſat eſt. Itaque duo requiruntur, vnus ſcilicet Teſtis, & qui ſit integræ famæ, ſeù omni

ni

Digitized by Google

ni exceptione maior. is enim ſemiplenè probat.

6 Quarto De Teſtis vnitate, probatur ex cap. ſuper eo; 22. de Teſtibus, & c. prætereà, 12. de ſponſalibus in quibus locis per dictũ vnius, quis à matrimonio contrahendo impeditur, & cap. ſuper eo. 2. de conſanguin. refellitur per ſolam famam, ergo idem eſt dicẽdum in ordine ad electionem, quæ eſt ſpirituale matrimonium, cap. inter corporalia, 2. de translat. epiſc. & valet argumentum equidem, à matrimonio carnali ad ſpirituale, vt autumant Euer. eo loci. Barboſa in ſuis locis connum. lit. A. num. 188.

7 Quinto Teſtis, autem ſemiplenè probare volens, eſſe debet omni exceptione maior, qui & idoneus, ſeù integer, ac vitę bonæ famæ, cui nihil obijci valeat, per quod à teſtimonio repellatur.

DOCT. ALLEG.

8 *Doctores docentes concluſionem ſunt Chislerius, de Iudice Regul. cap. 17. n. 85. Nauar. conſil. 22. de hæretici n. 6. Miranda, de ordine Iudicij, q. 17. art. 1. concl. 2. Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 1. diſput. 71. per totam, vbi ponit conditiones requiſitas ad hunc Teſtem, in cauſa matrimonij, quæ precedũt etiã in cauſa electionis, Bordonus, in conſilijs regular. reſolut. 26. q. 7. num. 22. & 23. & alij allegandi Scriptores.*

CONCL. II.

9 Regularis, vel Eccleſiaſticus Secularis quærelatus ad ſe purgandũ, non poteſt diem præfixum electionis, vel capituli impedire, ſeù prorogare.

10 Primo probatur, quomodo in Electionibus Canonicis mora valdè nociua eſt, ac maximè ſuſpecta; Immò ſæpè, ſæpius damnoſa, cap. cum inter. 18. de elect.

11 Secundo, Nàm cum huiuſmodi quærelatus non ſit prælatus, nec de vocalium numero. ergo nullum Ius habet, diem præfixum prorogandi, quia perſona eſt priuata, in ſe nullum Ius publicum habens.

12 Tertio, Siquidem, Quærelatus huius modi ſibi imputet, ſi non fuit in ſe purgando tempore debito, diligens.

CONCL. III.

13 Quærelans, præfatum Regularẽ, ſeù Eccleſiaſticum ſecularem, apud electores ſecretò tractans, nè eum in prælatum, ſeù in Canonicum nè omninò eligant, allegans multas rationabiles cauſas, & rationes, aliàs eſſe indignum electione, præſertim ob ea delicta, quæ licet, ea probare non valuerit, tamen vera ſunt, & ità ſe benè gerere, nullam in tali contingentia facti, ſubornationem commiſit.

14 Primo probatur, quoniam huiuſmodi ſuaſio non eſt propriè ſubornatio, ſed bonum conſilium cum iuſtè, & ex officio charitatis electores admonuerit, nè eum tamquam indignum eligant.

15 Secundo. Bona euim ſubornatio, quæ ſuaſio prudens eſt, vt indigni, ac defectuoſi non promoueantur, nec eligantur ad dignitates, & honores, omni

omni præcipitur lege; minimè verò prohibetur, ſed dumtaxat mala, ac iniqua, per quam indigni, ſeu etiam digni, vijs illicitis, quodammodò electores cogendo ad gradus Eccleſiæ, & dignitates perueniunt.

16 Tertio, In caſu, enim, noſtro ſubornatio, ad electionem minimè refertur præſtandam, ſed ad illius ſimpliciter impedimentum; ſed iura, in ordine ad electionem futuram vetant, non autem ad eius electionem præcisè. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

17 *Amplectuntur cõcluſionem Nauarr. conſil. 1. & 4. de elect. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 56. cum ſuo Nepot. compendiatore Hyeron. Rodriquez, reſolut. 48. n. 48. Portel. in dubijs Regul. verb. ſubornatio. Sigiſm. dub. 55. & 56. de elect. Bordonus, n. 24. vbi ſup. n. 24. Lauorius, tit. 4. de elect. Canonica, cap. 21. numer. 19. ad. 23. & cæteri allegandi.*

CONTR. II.

An Regularis Nouitius, infrà probationis ſuę annum ad Epiſcopalem dignitatem eligi valeat.

CONCL. I.

1 Regularis Nouitius, licèt, infrà ſuæ probationis Annum, in Religione in qua eſt, ad nullam, dignitatem, & officium eligi queat, nihiloſecius, ad Epiſcopalem valet dignitatem eligi.

2 Conſtat ex cap. nullus, de elect. in 6. & cap. ex eo, eod. tit. ac lib. vbi prohibentur Nouitij vocem habere in Capitulo.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſſerunt ſic Azzor, tom. 1. lib. 12. c. 2. q. 12. Sylueſtr. ver. Relig. q. 9. Roſella, ver. Nouitius, nu. 30. Angelus, eod. ver. Suarez tom. 3. lib. 5. c. 16. n. 15. de Religio. Sanchez, tom. 2. ſummæ lib. 7. c. 4. n. 20. Miranda, tom. 4. q. 22. art. 9. Peyrinus, tom. 2. de Prælato. q. 3. c. 1. §. 3. num. 128. & alij allegandi.*

CONCL. II.

4 Regularis Nouitius Epiſcopatum acceptare valet, ac tempore ſuo, profeſſionem emittere, ac cõſecrari poteſt, & ſic, ſimul, & ſemel Religioſus Regularis eſſe valet, atq; Epiſcopus.

5 Ratio eſt, quoniam id, nihil repugnat, fieri poſſe, ac ius nullum in cõtrarium adeſt. ergo vera eſt cõcluſio.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent Suarez Peyrinus, in locis allegatis, & alij recentiores Doctores nominandi.*

CONTR. III.

An in Electionibus Eccleſiaſticis, quis dignior

eſt,

eſt, ad hoc ſit cæteris præferendus.

EXPLICATIONES.

1 IN præſententiarum, ſunt recolenda, & huc transferenda, quæ latè, ac copioſè adduximus in diſp. 2. Controu. 9. numer. 23. & ſeqq. & ad eum locum Lectorem mittimus; quoniam ſunt neceſſaria pro materia de qua controuertimur.

CONCLVSIO I.

2 In Eccleſiaſticis electionibus, dignior ille dicitur ad effectum hunc, qui ad prælaturam, vel munus, gubernandum, & ſuſtinẽdum aptior, & conuenientior eſt omnibus conſideratis, ac perpenſis; non vero Sanctior, aut Doctior, qui tamen in cæteris non eſt ita aptus illi miniſterio, ſicut primus, non tanta ſanctitate, & doctrina eccellens.

Cuius eſt ratio, quoniam ad maiores qualitates morum, & litterarum abſolutè non eſt attendendum, in tali materia, ſed ad illas dumtaxàt, quę muneri, de quo agitur, magis proficuæ, ac vtiliores erunt, dummodo præficiendus, vel eligendus ſit, aliàs, bonus, ac idoneus, vita, & moribus, ac ſcientia.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt concluſio deſumpta ex D. Tho. 22. q. 63. art. 2. & quod lib. 8. art. 6. quem omnes Theologi, ac Summiſta ſequuti ſunt Felin. in cap. cum adeò num. 6. de reſcript. Sotus, de iuſt. & iure, lib. 5. q. 6. art. 2. concl. 9. verſ. primò limita. Syluest. ver. electio. 1. q. 16. Couarr. in regu. peccatum, §. 7. numer. 4. verſ. dignior. Tabiena, ver. elect. 1. numer. 14. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1. Gutierez, qq. Canon. lib. 2. cap. 11. numer. 66. Aragon. 22. q. 63. art. 2. ad 4. concl. 1. Leſsius de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 34. dub. 14. numer. 64. Rota deciſ. 65. numer. 8. & deciſ. 537. num. 14. par. 1. in recent. vbi quoque refertur idem reſolutum fuiſſe in Beneuentana Parochialis. 13. Iunij 1590. coram Orano. & in Rauennatenſi Parochiali 2. Decembris, coram Card. Arrigonio, eod. anno. Sigiſmundus, dub. 32. de elect. numer. 1. caeteriq́ recentiores.*

CONCL. II.

4 Dignior ſimpliciter, minimè dicitur, qui Eccleſiam, vel munus, de quo eſt ſermo, aliàs rexit, ac ſuſtinuit; quia hoc reſpicit ipſius ſufficientiam, at non protereà concludit dignioritatem, itaut, in concurſu, aut electione ſit præferendus.

DOCT. ALLEG.

5 *Aſſertio hæc ſequitur ex ſuperiori; quam præter relatos auctores, eam docent Doctores Rotales, deciſ. 11. num. 7. coram Gregorio 15. & fuit dictum in Beneuentana Parochialis, coram Orano; & nuper in Eugubina Parochialis S. Venantij. 13. Ianuarij 1623. coram D. Remboldo.*

CON-

CONCL. III.

6 Ad dignioritatem nihil Antiquioritas cõfert receptionis ad habitum, ſiue Sacerdotij, aut ætatis anterioritatem, nihil etiam confert ad idoneioritatem, & per conſequens eam non eſſe attendendam.

DOCT. ALLEG.

7 *Sequitur ſimiliter à prima concluſione, & defenditur, ab eiſdem Scriptoribus, & maximè à Rota, deciſ. 38. lib. 2. p. 3. diuerſ. quam allegat & ſequitur eadem Rota, deciſ. 481. nu. 1. par. 2. in recent. & in d. Eugubina coram Remboldo. Nam nouum haud eſt, Iuniores plerumnue Senioribus, doctrina, & morum honeſtate præcellere, vt dixit Rota, deciſ. 275. coram Cardinali Mantica. Canicies, namq; hominum, eſt prudentia, non ætas. Can. final. d. 84.*

CONCL. IV.

8 Ad eligendi effectum, digniorem, nullo pacto eſt nobilitatis qualitas attendenda, cæteris paribus verò, quando prudentià, morum probitas, & doctrina in nobili reperiretur, eſt maximè attendenda, & cæteris alijs præferenda abſolutè, ac ſimpliciter loquendo.

9 Prima pars aſſertionis cõnſtat ex cap. venerabilis, de præbend. ſecunda verò, eſt de ſe claratiſſima.

DOCT. ALLEG.

10 *Concluſio hæc eſt à prima deſumpta, & docet in ſpecie Gloſſa vlt. in cap. quoniam vetus. 24. qu. 1. Felinus, in cap. cum adeò, numer. 6. de reſcript. vbi quoſdam refert electores, ex eo redargutos fuiſſe; quoniam prælatum ignobilem elegiſſent, & illos reſpondiſſe, Petro Piſcatori ſucceſſorem quærimus, non Auguſto Imperator. vnde nobilitas electi non excuſabit electores ſi malum elegerint; Immò grauioribus pænis puniendi eſſent; quoniam quantò nobilior, tantò nocibilior, teſte Felin. ibid. neque ſi fuerit indoctus, ſola nobilitas, litteraturam ſupplebit, Bald. in l. in dando. ff. de Tutor. & Curat. da: ab his.*

CONCL. V.

11 Electio alicuius nobilis, quando in aliquo caſu, futura eſſet in Religionis, vel Eccleſiæ vtilitatem; tunc eſt alteri præferenda, ſinè perſonarum, dubio procul, acceptatione.

DOCT. ALLEG.

12 *Eſt Doctorum aſſertio, numer. 2. allegatorum, & in ſpecie B. Auguſtini de Ancona, in tractat. de poteſtate Eccleſia, quæſt. 47. artic. 4. in fin. reſolut. & latè Marc. q. 1210. numer. 2. par. 1. & aliorum recentiorum nam, in ſuperiori concluſione, conſiderauimus nobilitatis qualitatem in ſe, ac ideò diximus non eſſe attendendam in electionibus.*

CON-

CONTR. IIII.

An in elegendis ſuperioribus, in ordine Prædicatorum, aliquæ exigantur qualitates.

EXPLICATIONES.

1 Quæ, quidem, qualitates requirantur, ac cupiantur in Regularibus, elegendis ſuperioribus in ordine D. Dominici, per ſubſequentes Concluſiones in medium afferemus, & aperiemus, deductæ ex eiuſdem ordinis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Capitulorum generalium.

CONCL. I.

2 Nullus eligatur, aut confirmetur in priorem, niſi ſciat gramatice loqui, abſque falſa latinitate, & ſit ita inſtructus, ſaltem in moralibus Sacræ Scripturæ, vt ſciat competenter proponere verbum Dei in ſuo Conuentu.

Ita habetur, in Conſtitutionibus ordin. Prædic. cap. 2. de elect. prioris, deciſ. 2. numer. 5. littera P. ſuper quæ verba textus, eſt huiuſmodi declaratio.

3 Declaramus, quod illi, qui neſcit competenter proponere verbum Dei, nec eligi poteſt, nec confirmari: quia ſecundum Conſtitutiones videtur ineligibilis, quare in capitulo Venetijs. 1357. ſic dicitur. Volumus, & ordinamus, quòd nullus, de cætero, confirmetur in priorem niſi ſit ſufficiens, prouincialis iudicio, ad proponendum verbum Dei; mandantes ſtrictiſſimè prioribus prouincialibus, quod omnes priores inſufficientes, à ſuis officijs indilatè, abſoluant.

Et in capitulo, apud Toloſam. 1372. ſic dicitur; ordinamus, quòd nullus frater poſſit eligere in prioré, eum, qui neſcit competenter proponere verbum Dei. hæc ibi.

CONCLVSIO II.

4 Nec etiam eligi poſſit, qui non poteſt ſequi Chorum, Dormitorium, Reffectorium, & communia, prout decet; & idem fuit declaratum apud Cenomarum 1491. & in multis alijs capitulis, præter Toloſanum nuper relatum.

Hæc habentur in declarationibus textus relati, conſtitutionis, vbi ſupra, & in decretis de reformat. Regular. Clementis VIII. idem dicitur, à Paulo V. renouatis,

CONCL. III.

5 Admonentur Prouinciales, & vniuerſi Fratres, ad quos pertinet electio, vt in Conuentibus, vbi viget ſtudium generale, dent operá, vt viri graues, & quo magis fieri potuerint, in litteris periti, in priores eligantur, vt ſcientiarum ſtudia, quæ maximè ordo noſter profitetur in dies augeantur.

Hæc habentur, vbi ſupra, & fuit

fuit ſic inter alia Capitula, ordinatum Romæ 1571.

CONCL. IV.

6 Electio debet eſſe Digni, & idonei viri, & ideò nullus poteſt eligi in priorem, qui non habet conditiones à Sacris Canonibus requiſitas.

Ita vbi ſup. verſ. item declaramus, quòd electio, &c.

CONCL. V.

7 Eligendus in priorem, debet eſſe Sacerdos, quia exercet curam Animarum, & habere duodecim annos completos à profeſſione, vt auctoritate Apoſtolica ordinatum fuit Valentiæ 1599. & eadem auctoritate confirmatum Neapoli 1600. & Romæ 1601. & Pariſijs 1611. circa Fratres nihil, quoad paſſiuam vocem mutatum eſt, licet Romæ 1608. reſtituta ſit vox actiua his, qui annos ſex habent in ordine à profeſſione.

Ità dicitur, numer. 5. litt. P. in calce, & numer. 6. litt. O. in fine, ante verſ. quod ſi contingat. diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, in declarationibus d. textus Conſt.

CONCL. VI.

8 Prior Prouincialis, aut Confirmator, qui Priorem electum neſcientem in ſuo Conuentu proponere verbum Dei, neque ſciat grammaticè loqui abſque falſa latinitate, eſt abſoluendus, & per triennium omni officio ordinis priuatur.

Sic enim dicitur, citata diſtinct. 2. c. 5. n. 2. litt. P. Conſtitutionũ ord. Prædicatorum.

„ *Quòd ſi ſecus factum fuerit, in Conuentibus habentibus numerum integrum Fratrum, confirmator abſoluatur, & per triennium omni officio ordinis priuetur.*

COROLLARIVM.

9 Ex quibus omnibus conſtare poteſt, elegendum, debere pollere ſcientia, ne dum ſufficiente, ad Dei verbum proponendum, ſed etiam ad ea cognoſcenda, quæ ad Animarum curæ officium ſpectant, quam exercet; ac morum bonitate, vt alios, ſuo exemplo, promouere valeat.

CONTR. IIIII.

An Electores teneantur ſub mortali peccato, eligere digniorem, minimè vero dignum præponere.

CONCL. I.

1 Electores ſemper tenentur in foro conſcientiæ, ſub mortali culpa meliorem, ſeu digniorem eligere, digno omiſſo; at in foro exteriori, ſeu iudiciali, ſat eſt dignum,

dignum, ſeu bonum eligere; attamen digniore omiſſo, lætaliter peccant, in promptu habẽtes, & ſe offert dignior. Probatur auctorit. Iuris Canon. c. vnic. tit. vt Eccl. beneficia, ſinè diminutione conferantur, vbi Innoc. III. inter alia ſic ad rem noſtram ait.

Non ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti Eccleſiaſticum officiũ in perſonam magis idoneam diſpenſare.

2 Auctorit. D. Tho. cuius eſt aſſertio; 2.2.q.63.art.2.ad 3. vbi ait, vt electio, non poſſit impugnari in foro iudiciali, ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem; quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam, ſed ad conſcientiam eligentis neceſſe eſt eligere meliorem, vel ſimpliciter, vel in comparatione ad bonum cõmune. & ad primum ibid. ait. Prçlatum poſſe eligere conſanguineos ſuos, ſi æque digni ſint, non autẽ ſi alij ſint digniores, & idẽ docet q. 185. ar. 3. & quodlib. 5. art. 23. & 8. art. 6.

3 Auctor. S. Scripturę, in electione Aaronis, Leuit. vbi Dominus iudicauit ſe velle præſtantiſſimum eligi, dum omnib Principibus ad oſtiũ adductis, eius ſolius virgam florere fecit: in quẽ locum Orige. hom. 6. & habetur Canon. licet, 8. q. 1. ſic inquit. Requiritur ergo in ordinando Sacerdote, etiã populi prçſentia, vt ſciant omnes, quod quis præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminẽtior, ille eligitur ad Sacerdotium. Similiter electione Saulis, 1. Regum, c. 10. vbi eligitur, qui cæteris eminebat; & quo non erat melior in Iſrael, quod explicans, D. Gregorius, lib. 4. cap, 4. in 1. Regum, fusè docet, digniſſimum eligendum eſſe, & idem docet, c. 5. vbi multa pulchrè in hanc ſententiam, idem cernitur in electione Dauidis, ac in Petri electio. cum enim Dominus, Ioan. c. 21. Petrũ Eccl. vellet prçficere, nõ ſolum rogat an ipſum diligeret, ſed an plus cæteris amaret, & ter interrogat. Apoſtoli etiam, Actuum, 1. c. conati ſunt optimum eligere.

4 Probatur auctoritate, SS. Patrum, D. Hyero. in c. 1. Epiſt. ad Titum, ait. At nunc cernimus plurimos hãc rẽ; ideſt electionem, beneficium facere, vt nõ quærant eos, qui poſſunt plus Eccleſ. prodeſſe, ſed quos, vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequijs deliniti. D. Chryſoſt. lib. 3. de Sacerdotio, parum antè medium. Equidem non opinor aliundè tam multas in Eccleſia turbas naſci, quam ex Epiſcoporum, & Antiſtitum electionibus, caſu potius, ac temerè, quam diligenter, & accuratè factis; nam caput valentiſſimum eſſe oportet, &c. D. Aug. epiſt. 29 ad Hyeron. non procul à fine, ait. Quis ferat eligi diuitem ad ſedem honoris Eccl. contempto paupere inſtructiore, ac ſanctiore? Idem D. Leo, epiſt. 84. cap. 9. & D. Bernard. libr. 4. de conſiderat. ad Eugenium, & in declamatione, *Ecce reliquimus omnia*, docent. Et confirmatur ex quadam pragmatica ſanctione Concilij Baſilienſis, ſeſſ. 12. vbi decernitur, vt electores curent Deo, & Sancto Eccleſiæ Patrono, in qua eſt præbenda, ſe electuros, quem nouerint digniorem.

5 Auctoritate Conc. Triden cap. 1. & 18. ſeſſ. 24. vbi præcipit eſſe digniores anteponendos ad Epiſcop. & ad Parochias, & authentic. de Monach.

§.ordinationem, vbi Imperator iubet, vt qui inter Monachos eſt omnium optimus, prçficiatur in Paſtorem, & Abbatem.

Probatur vero ratione, quoniam, iuſtitia diſtributiua, & commutatiua lçditur: nam, dimittendo digniorem ſine cauſa debita, violatur iuſtitia diſtributiua, ex qua beneficia ſunt bona communia, & meritorum præmia, & committitur peccatum acceptionis perſonarũ, quod eſt mortale, genere ſuo.

DOCT. ALLEG.

6 *Concluſio eſt communis ſententia, quam præter S. Doctores citatos, defendunt, ac docēt Panormit. in c. conſtitutis, n. 7. de appellat. Gomez, in c. vltimarum, n. 23. de conſtit. Abulens, in cap. 22. D. Matthæi, q. 118. §. 2. quæritur D. Antoninus, 2. p. tit. 1. cap. 20. §. 1 Ioann. Maior. in 4. diſt. 24. q. 3. Lyranus, in c. 21. Ioannis, ſuper illa verba, Simon Ioannis diligis me? Caiet. in 2. 2. D. Thom. q. relata, & in ſumma, verb. acceptio perſonarum. Nauar. in cap. ſi quādo. ſ. de reſcript. except 16. n. 10. Syluest. verb. electio. & verb. acceptio perſonarum Angel. verb. elect. n. 20. & 21. Sotus, de iuſt. & iure, lib. 3. q. 6. ar. 2. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, c. 34. dub. 14. n. 62. et ſeq. Sigiſm. dub. 33. c. 5. de elect. n. 1. accedunt etiam multi Iuriſperiti, quos refert, ac ſequitur Couar. ad regulam peccatum p. 2. §. 7. n. 4. Bannes, in 2. 2. D. Tho. q. 63. ar. 2. dub. 3. concluſ. 2. Zecch. in ſumma, p. 2. tit. de accept. perſonarum, c. 77. n. 8. Pariſius, de raſignat. beneficio, lib. 4. q. 11. nu. 35. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1. §. altera opinio affirmat 8. & 9. Guttierez, qq. cano. lib. 2. c. 11. n. 12. Gonzal. ſuper regul. 8. cancellar. glo. 4. n. 128. Garc. de benef. p. 7. c. 16. n. 2. Turr. de iuſt. to. 2. diſp. 22. dub. 1. & 2. Rota, deciſ. 942. n. 4. corā Card. Seraph. & fuit dictum in Tolet. canonicatus, 18. Maij 1584. coram Clem. VIII. & in Valleſoletana, coram Pamph. in præminen. 24. Nouem. 1603. Fernad. in ſuo exame. Theol. p. 4. c. 4. §. 1. n. 2. Caſtell. in tract. de elect. canon. cap. 9. per totum. Molfeſius, in ſum. to. 1. tract. 6. tit. de benef. n. 6. & 61. Barbo. in collet. to. 1. li. 1. tit. 6. c. 19. n. 4. cit. 33. DD. Diana, tract. 15. reſolu. 61. p. 1. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 7. punct. 2. Vega, in ſumma, to. 1. cap. 109. caſ. 1. Malderus, in 2. 2. D. Thom. tract. 9. cap. 2. dub. 7. Vaſquez, opuſc. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 7. n. 72. Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 3. concluſ. 2. §. nunc ad argumenta, & Aragon, ibid. & cæteri omnes.*

7 In hac re non ſunt audiendi Filiucius, tom. 3. tract 41. cap. 4. num. 181. Gloſſa, in cap. licet. ergo q. 1. & in cap. Monaſterium, 16. q. 7. & in capitulo 2. de officio cuſtodis, & capitulo 3. de iure patronat. cum Roccho, de iure patronat. verbo honorificum, qu. 15. Pedrazza, in ſumma, præcet. 7. §. 36. & Alenſis, parte 2. qu. 138 §. ſecundo aſſentes eſſe ſolum peccatum veniale.

CONCL. II.

8 Summus Pōtifex, Epiſcopi, Reges, & cçteri Principes, ac Prælati Eccleſ. ſuperiores, ac inferiores Sæculares, ac Regulares, ad quos ſpectat, atque ius habent conferendi beneficia cũ animarum cura, per prouiſionem liberalem, aut eligendi, ſiuè præſentandi ſi prætermittant digniores, peccant mortaliter, & dignum minus eligunt, præſentant, ac prouident, iuxta di-

dicta in prima aſſertione, & ſecundũ probabiliorem ſententiã atq; tutiorẽ.

9 Probatur auctoritate Conc. Tr. ſeſſ. 24. c. 1. decreto de reform. cuius hæc ſunt verba. omnes vero, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorũ, quodcunq; ius, quacũq; ratione à Sede Apoſt. habent, aut alioquin operã præſtant, nihil in ijs pro præſentitẽporum ratione innouando, hortatur, & monet, vt in primis meminerint nihil ſe ad Dei gloriã, & populorũ ſalutem vtilius poſſe facere, quã ſi bonos paſtores, & Eccl gubernãdę idoneos promouere ſtudeãt, eoſq; alienis peccatis communicãtes, mortaliter peccant, niſi quos digniores, & Eccl. magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidẽ pręcibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus; ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint.

10 Cuius, vero aſſertionis eſt ratio, qm̃ non ſunt Dñi beneficiorũ dictorũ, ſed æconomi, & diſpenſatores, & tamquã tales tenentur rẽ domini ſui, quãtum commodè poſſunt promouere. Et cõfirmatur, quia in huiuſmõi beneficijs eſt peculiarijs ratio, quæ nõ eſt in alijs. Nam totũ ferè bonũ Eccl. in fide, moribus, & ſacris ritibus pendet ex bona Miniſtrorũ elect. ſicut è cõtrariò, totũ ferè malũ ex mala prouiſione; atqui niſi quã maximè idoneos eligere conemur periculũ eſt ſepè non paruũ, apti præficiantur; quia tam multa exiguntur, vt non rarò, qui valdè apti vidẽtur, re ipſa parum aptos eſſe, experiẽtia, ac ſucceſſus rerum demonſtrat.

Hæc concluſio habet eoſdem auctores, quos nuper retulimus, & eiſdem etiã teſtim. SS. PP. ac rõnib. cõprobatur.

CONCL. III.

11 Præficere, eligere, præſentare, ac poſtulare dignũ, omiſſo digniore, ad beneficia habentia, curam animarum, ad prælaturas regulares, & ad alias fũctiones magni momenti in Eccleſ. vt Decanatus, Præpoſitura cum iuriſdictione, Canonicatus onere affectus docendi, vel concionandi, aut pœnitentiariæ, eſt peccatum mortale.

In præſentiarum, autem *digniorem*, dicimus, qui notabiliter dignior, ac aptior videtur, & ſperatur multò melius functurus officio; quia ſi paruus, vel dubius ſit exceſſus, non erit morta. pecc.

12 Ex ſuperioribus aſſertionibus ſequitur, ac probatur eiſdem rationib. & auctoritatibus hæc concluſio.

Probatur nihilhominus rõe, quia, qui omittit digniorẽ, facit cõtrà fidelitatẽ, quã Eccl. ex officio debet, iuxtà illud Matth. c. 24. *quis putas, eſt* fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? idq; in re grauis momenti: nam indè contingit eam priuari ingenti bono, quod ipſe tenebatur ei procurare eligendo digniſſimum Miniſtrum; atqui in re graui fidem debitam violare eſt peccatum mortale. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

13 *Præter alleg. DD. n. 2. 3. 4. & ſeq. defendunt aſſertionem noſtrã, Gabr. 4. diſt.* 15. *q.* 7. *ar.* 3. *dub.* 1. *propoſit.* 2. *Ange. ver. ele. n.* 21. *Pet. Nauar. de reſtit, li.* 2. *c.* 2. *n.* 147. *Rebellius, de obligat. iuſt. p.* 1. *li.* 3. *q.* 4. *n.* 11. *Syl'ueſt. verb. electio q.* 16. *Azor, vbi n.* 6. *diximus, Arago.* 2. 2. *q.* 63. *ar.* 2.

concluſ. 1. *Leſſius, numer.* 64. *de iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 14. *Sanchez, lib.* 2. *operis moral. cap.* 38. *nu.* 67. *Turrian. vbi ſupra, num.* 6. *Sigiſmundus, num.* 5. *loco d. nu.* 6. *Bannes, Vaſquez, & cæteri allegati, numero dicto. Rota, d. deciſ.* 942. *n.* 5. *corã Seraphino, & ſic dicitur cenſuiſſe, S. Congreg. ex mente Trid. concil. & ſepiſſimè reſoluit Rota apud Caputaq; deciſ.* 69. *lib.* 1. *Natta conſil.* 537. *n.* 53. *lib.* 3.

CONCL. IV.

13 Electores, aut prouiſores Regulares ſemper tenentur eligere, ac prouidere, tam de ſuperioribus curam animarum habentibus, quam de alijs muneribus magni momenti in Religione, putà, Diffinitoratus, Socij, ſeu Diſcreti, Viſitatoris, & huiuſmodi, ſub mortali peccato, digniorem, omiſſo digno, aut minus digno.

14 Sequitur ex ſuperiorib. dictis, quoniã, vbi militat eadem ratio, videlicet, læſio iuſtitię diſtributiuę, militat quoque eadẽ iuris diſpoſitio, & fit extẽſio de caſu ad caſum, l. illud, ff. ad l. Aqui. vbi glo. l. non poſſunt, ff. de legib. cap. tranſacto, de conſtitut. cum ibi not. & confirmatur, nam in c. vnic. vt Eccleſ. benef. exſtat præceptum quidem Innoc. III. de dando munera magni momenti dignioribus; at ipſe Papa, & omnes alij Prælati faciũt, vt abrogata videatur d. Conſtit. Papalis inter Clericos Sęculares; ſtatuta vero prædicta indicant ipſam nullatenus eſſe abrogatam inter Regulares.

15 Prętereà, in benefic. ſimplicibus, & muneribus magni momenti, ad quæ plurium oppoſitorum num. cõcurrit, & vbicumque fit comparatio boni ad meliorẽ, nemini verti in dubiũ, quin ſit peccatum mortale, prætermittere notabiliter digniorem, ob hanc præcipuè, rationem, quia grauis iniuria fit ipſi digniori. ergo vera aſſertio.

Hinc ſtatuta Ord. Carthuſian. loquẽtia de electione Prioris Monaſterij, p. 2. cap. 2. n. 9. hæc habent de mente iuris communis, vt legentibus notum ſit.

Quin etiã ſcire illos debere, quod ſub pęna peccati mortalis tenentur eligere talem, quem ipſi in ſua conſcientia credãt, aut veriſimiliter exiſtimẽt eſſe magis idoneum ad regendum ſecundum Deum, animas, & domũ eorum in vtroq; ſtatu, quam ſit aliquis alius, qui pro tũc ad id ab eis eligi poſſet, niſi fortè tam parua eſſet inter eũ, quem eligunt, & alium, illo aptiorem, differentia quod meritò hoc pro nihilo reputari debere videretur, & intelligitur, ſicut 3. aſſertio, ſcilicet quantum ad digniorem.

DOCT. ALLEG.

16 *Docent DD. alleg. n.* 6. *& præcipuè in terminis, Salon.* 2. 2. *q.* 63. *ar.* 2. *contro.* 3. *concl.* 2. *verſ.* 4. *in Relegio. Sigiſm. dub.* 33. *de elect. n.* 9. *Turrian. dub.* 4. *n.* 1. *de iuſtit. & iure, to.* 2. *diſp.* 22. *Leſs. vbi ſupra fauẽt magnopere, B. Aug. de Anco. de poteſt. Eccl. q.* 3. *ar.* 3. *in reſolut. Nauar. in ſum. c.* 17. *n.* 74. *Aragon. vbi ſupra q.* 63. *ar.* 2. *concl.* 1. *& cæteri alij allegati, & citandi. Armilla, verb. elect. n.* 4. *Gutierez, vbi ſupra, n.* 42. *qq. canon. lib.* 2. *c.* 11. *Rodriquez, to.* 2. *qq. Regular. artic.* 2. *&* 5. *Polic. in capitulo* 8. *num.* 27.

17 Quando nãq; meritũ dignioris eſt parui exceſſus, licet officium, ſeu munus magni momenti exiſtat, reſpectu, me-

meriti digni, tunc eligere dignum, omiſſo digniore, eſt tantũ veniale peccatum, iuxta tradita in 3. aſſertione, & allegatos, ibi DD. & vt etiã autumant Gerſon, alphab. 24. lit. R. Sotus de iuſtit. lib. 3. q. 6. art. 2. concluſ. 9. verſ. 1. limita. Valentia, Bannes, vbi ſup. n. 6. relati. Salon, alios allegans. nuper relatus. Zecch. in ſũmma, tit. de accept. perſonarum, c. 77. col. 9. §. notandum, 6. Guttierez, vbi ſupra n. 2. & 59. Rebellus, n. 12. loco d. Garceus, n. 8. ſup. alleg. Sigiſmundus, n. 10. nuper citatus, & alij.

Itaque ex his dictis, concludendum eſt, tunc ſiquidem, peccatum eſſe mortale eligere dignum, digniore omiſſo, quando adeſt magnus eccceſſus inter perſonas eligendas, & inter munera conferrenda; quando vero exceſſus eſt leuis inter perſonas, licet ſit grauis inter munera, ſeu viceuerſa, ſit grauis inter munera, & leuis inter perſonas, tunc nunquam exceditur culpa venialis: & huiuſmodi corollarium, vel concluſio hactenus, dictorũ, eſt intelligenda regulariter, & abſolutè propter quæ, in ſequenti aſſertione, dicenda ſunt.

CONCL. V.

18 Electores, ſiue Regulares, ſiue Sæculares, qui iurant ſecundũ veritatem vniuſcuiuſq; cõſciẽtię ſe probiores, ac magis idoneos electuros, proculdubio, ſemper mortaliter peccare, non eligẽdo digniorẽ, licet, eſſemus in paritate exceſſus beneficij, ſeu meriti eligendorum, ac paucitate materiæ.

Cuius eſt ratio, quoniam trãſgredi iuramentũ in re parua, ſerio promiſſa, eſt peccatum mortale, ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

19 *Noſtram aſſertionem, vt tutiorem in foro conſcientiæ, ac probabiliorem, docent, ac defendunt Valentia, to. 3. diſp. 16. q. 7. puncto 2. Gabriel, in 3. diſt. 39. q. 2. concl. 4. & 7. Tabiena, verb. iuram. n. 11. Caiet. in ſumma ver. periuriũ, Fumus, eod. verb. n. 12. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure lib. 2. c. 42. dub. 5. n. 23. Bonac. de legib. diſp. 4. q. 1. p. 14. n. 2. Reginal. lib. 18. n. 79. & alij recentiores.*

CONCL. VI.

20 Improbabile haud eſt, ſed benè mitior eſſe videtur opinio; pecc. mortale minimè eſſe, quãdo iuram. promiſſorio, ſola veritas de futuro deficit, id eſt, quando quidem adfuit animus ad implẽdi tẽpore iuramenti emiſſi, ſed poſteà res promiſſa non adimpletur. Diximus, *quãdo iuram. tali promiſſorio, ſola veritas de futuro deficit*; quia ſi veritas de præſenti deficiat, ſcilicet ſi tẽpore quo iuram. emittitur nõ ad ſit animus ſeruandi rem, quæ cum iuram. promittitur, ſiue ea parua, ſiue magna ſit nũquam ſic iurans elector, aut alius, à letali culpa excuſatur, & in hoc omnes DD. conueniunt, & eſt, aſſertio certiſſima, & communiſſima ſententia.

DOCT. ALLEG.

22 *Aſſertionem hanc noſtram ſequuntur Nauarrus, Suarez, & multi alij allegati à Sanchez, ac approbati, lib. 3. operis moral. capit. 14. numero 16. & 23. Barboſa,*

tom.3.allegat.50.n.20.& 21.de officio Epiſc.Sigiſmundus,n.15.dub.33.d. elec. & alij.

CONCL. VII.

22 Tutius eſt in conſcientia, ac ſecurius multò magis in foro exteriori etiã ad beneficia ſimplicia magni momenti, qualia ſunt Cardinalatus, Canonicatus, Decanatus, & huiuſmodi; digniorẽ eligere, poſtpoſito digno; aliàs eſt peccatum mortale, quando, ſcilicet notabilis, & euidens eſt inter promotum, & digniorem prætermiſſum, exceſſus; ſi vero paruus ſit, veniale erit, aut ſi beneficium ſimplex, non tanti momenti ſit.

Cuius eſt ràtio, quoniam violatio iuſtitiæ diſtributiuæ, per acceptionẽ perſonarum ex genere ſuo eſt mortale. Quare niſi ex paruitate materiæ per reſpectum ad exceſſum eligendorum vel beneficiariorum excuſetur, erit mortale.

DOCT. ALLEG.

23 *Ex D Tho.verbis relatis,n. 2. accepta eſt hac cõcluſio,quam amplectuntur, Leſſius,n.64.dub.14.lib.2.c.34.de iuſt.& iure,Rebellius,de obligat.iuſt.p.1.lib.3.q.9.n.12.Io. Malderus,in 2.2.tract.9.dub.7.Vaſqu.opus.de benef.c.2.dub.8 nu.78. Bannes,2.2.q.63.ar.2.dub.5.& alij,ex relatis DD.in ſuperioribus.*

CONCL. VIII.

24 Eligere, verè, dignum, prætermiſſo digniori, licitum eſt, ſinè labe mortalis culpæ, ſemel, aut bis, in Canonicatibus, & cæteris beneficijs ſimplicibus, curam animarum, non habentibus, ac minoris momenti; ſi tamẽ paſſim id ab electoribus, ac prouiſoribus, ſeu collatoribus efficiatur, aut rarò curent, vt digniores præferantur, erit tunc mortale peccatum, & maximè ſi eſt in promptu.

Nam quod ſemel, vel itcrum dignior prætermittitur in huiuſmodi beneficijs, non cenſetur notabile damnũ, aut notabilis iniuria Eccleſiarũ, quoniam paucorum, mediocritas, aliorũ virtute facilè compẽſatur, & maximè quando dignior non eſt in prõptu, & non reperitur hic, & nunc, ac Eccleſia indignet.

DOCT. ALLEG.

25 *Defendunt concluſionem Alexan, Halenſis.p.2.q.13.§.2.Sotus,de iuſtit. & iure,l.b.3.q.6.art.2.Gabriel.in 4.diſt.15 ar.3.q.7.dub.1.Petrus Nauar.lib.2.c.2. n.148.Sà,verb.beneficium,n.42. Arag. 2.2.q.63.ar.2.Reginaldus,to.2.lib.30. tract.3.cap.15.n.179.ad finem,Leſſius, de iuſt.lib.2.c.34.dub.14.n.66.& cæteri relati,ſupra.*

CONCL. IX.

26 In foro conſcientiæ, tutius agent electores, prouiſores, collatores, & ſimiles eligere, prouidere, & conferre, beneficia ſimplicia, minoris momenti, qualia ſũt canonicatus, perſonatus, & cæteræ dignitates, animarum curã non habentibus in Eccleſijs Cathedralibus, ac collegiatis, dignioribus, prætermiſſis, dignis, aliàs, iuxta doctrinam D. Tho. traditam, & Sacros Cano-

nones, & probabiliorem, & tutiorem ſententiam, eſſet mortale peccatum, prætermiſſo digniore, quando præcipuè eſt in promptu, & haberi poteſt, &c. & dignum præferre.

Cuius eſt ratio, quia iniuria fit digniori, qui poſtponitur; nam ei lege iuſtitiæ diſtributiuę debetur. tum etiam, quoniam eſt contra Eccleſiæ, & ipſorum fundatorum, beneficiorum dictorum, intentionem, quorũ fuit mens ac voluntas, vt huiuſmodi beneficia, digniſſimis, conferantur, & quoniam D.Tho.2.2.q.63. art.2.ad 3. vniuerſaliter docet, quod acceptio perſonarum committitur in beneficijs. ergo etiam in beneficijs curam animarum non habentibus.

DOCT. ALLEG.

27 *Eſt D.Thomæ, loco d. quem ſequuntur, Caiet. ibi. Bannes, dub.5. eod. loco. Solonius ibi. Nauar. de orat. miſcell.38. D. Anton. 2 part. tit. 1. capit. 20. §. 1. Couarruuias, ad regulam, peccatum, part. 2. §. 7. nu. 4. fauet Leſſius, n. 66. nuper relatus. Vaſquez mordicus eam defendit, opuſ. de benefic. cap. 2. dub. 8. nu. 78. & ceteri recentiores alegati, & referendi.*

CONCL. X.

28 Patronus beneficij curati, ſeu Parochialis, tenetur ſub mortali peccato, digniorem Ordinario præſentare, digno prætermiſſo, iuxtà tutiorem, ac probabiliorem ſententiam, ſacrorum Canonum, & Conciliorum Decreta.

Cuius eſt ratio, quia, hoc ius, quod patronis parochialium à iure eſt præſtitum, ea conceſſum eſt conditione, vt eis tantum incumbat, quod Epiſcop. aut Prælatis alijs incumbebat; ſed eis incumbit digniorem, & digniſſimum eligere, conferre, ac prouidere Eccleſijs parochialibus. ergo pari modo tenentur patroni digniorem, & digniſſimum, ſi habẽt, Ordinarijs locorum, pro Eccleſia curata, ſub mortali peccato, præſentare.

DOCT. ALLEG.

29 *Defendunt hanc noſtram aſſertionem omnes Auctores n. 6. relati, & ex D. Tho. verbis, et Innoc. III. patet n. 2. et ſeq. præcipuè, Couarr. ad regul. peccatum, p. 2. §. 7. n. 4. contra Lambertinum, de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. n. 17. qui ſine iuſta ratione contrarium aſſerit. Turrianus, in 2.2. D. Tho. 10. 2. diſp. 22. dub. 5. n. 6. Vaſquez, opuſ. de beneſ. c. 2. § 2. dub. 5. nu. 74. Io. Malderus Epiſc. Antuerpienſis in ſuis doctiſs. commentarijs ad 2.2. D. Tho. tract. 9. cap 2. dub. 2. Leſſius, lib. 2. cap. 24. dub. 14. n. 65. de iuſt. & iure, ad finem, Azor, p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 5. Diana, tract. 15. p. 1. reſol. 37. Guttierez, in qq. canon. lib. 2. cap. 11. n. 26. Molina iuriſconſult. de primog. hyſpan. lib. 2. cap. 5. n. 69. Illephonſus Azeuedo, conſil. 24. dub 4. n. 41. Sotus, cũ cæteris, nuper allegatis, & n. 6. loco, d. & eſt communior ſententia, ac in vtroque foro tutior, & ſecurior, & verior.*

CONCL. XI.

30 Securius, ac tutius in foro conſciẽtiæ, & exteriori, aget, qui ſuum beneficium, & præcipuè curatum, & in promptu eſt, & ſe offert, digniorem conſtituere, ac reſignare ei, cui eſt digu-

gnior, poſtpoſito digno; aliàs peccat mortaliter.

Nam ſicut in ſuperioribus eſt dictum, electores teneri digniorem eligere, pari modo renunciantes, ſeu reſignãtes tenentur conſideratis omnibus, dignori renunciare, & eligere, in quo plura peccata fortaſſe committũtur, quam aduertantur.

Adde, quod ſi multò dignior ſe offerat, & ſit in promptu, charitas boni communis obligat in foro conſcientiæ, vt hic præferatur.

DOCT. ALLEG.

31 *Pròhac ſententia citantur Nauar. in miſcell. 38. num. 7. de orat. Sotus lib. 3. de iuſt. q. 6. ar. 2. in fine, Vaſquez, n. 100. §. 4. nuper relatus, num. 29. Leſſius fauet, dub. 13. de iuſt. c. 34. lib. 2. num. 61. in calce, et D. Tho. cum cæteris diſcipulis ſuis locis, ſup. allegatis, nam ſemper eſt cauendum à renunciantibus, nè prætextu maioris penſionis, aut conſanguineitatis, vel alia via, renuncient beneficium indigno, aut ſaltem minus digno, & poſtponant digniorem, quia id agere, eſt contra charitatem, communis boni, quod fieri nequit, ſine culpa mortali.*

CONTROVERSIA V.

An vnquam licitũ ſit electoribus, ac cæteris prouiſoribus, collatoribus, & huiuſmodi, Eccleſiaſticis perſonis, eligere, aut conferre dignis, dignioribus prætermiſsis, abſque mortali culpa.

CONCL. I.

1 Electoribus licitum eſt, abſque mortali peccato, eligere dignũ, digniore prætermiſſo, quando ſcilicet multò plures voces electorũ conueniunt in dictum dignum, quam in perſonam digniorem.

2 Primo probatur, quia in tali caſu, ſuffragium vnius, vel alterius electoris nihil prodeſt digniſſimo, vel digniori, ſed ſufficit ad euitandam electionem tunc duntaxat, indigni, vel minus digni. ergo poteſt elector, abſque peccato mortali eligere dignum.

Secundo nam in tali euentu ſi elector det ſuffragiũ digniſſimo, aut digniori, eis non prodeſt, & Eccleſiæ obeſt; quod Eccleſiæ incommodum vitare poteſt ſi digno faueat.

Tertio neque hic, & nunc huiuſmodi elector, cum cæteris ad opus malum concurrit; quoniam eligere minus dignum, non eſt malum, niſi quando eſt ſpes, poſſe digniorem obtineri, ſed huiuſmodi ſpes hic, & nunc non eſt. ergo.

Quarto nam, teſte experientia, electus communi conſenſu, & ſubditorum deſiderio, multò ſuauius, & melius regit, & illi promptior obedientia defertur ab ipſis met ſubditis electoribus: ſed cum ſuaue, & pacatum ſit regimen vtilius Eccleſię, & Reipublicę, dignus in tali euentu eſt vtilior, & cõſequenter dignior. ergo.

DO-

DOCT. ALLEG.

3 *Docent hanc noſtram concluſionem Salonius, ad 2.2. D.Th.q.63.art.controu. 4. vbi concordat varias Thomiſtarum opiniones, Sigiſmundus, dub. 36.n. 1. de electio. Leſſius, dub. 13.n.60.lib.2.c. 34. de iuſt. & iure, & cæteri Doctores in ſuperioribus relati.*

4 Neque obſtat in præſentiarum, lædi iuſtitiam diſtributiuam, quoniam dignior in tali euentu, parum detrimẽti patitur ex defectu huius ſuffragij; cum maior pars in alium inclinauerit electorum, nec ipſe eſſet eligendus, & ſi aliquod damnum pateretur, nihil intereſt; quia ſtrictius obligat commutatiua, quam diſtributiua iuſtitia.

CONCL. II.

5 Electores tenẽtur ſemper, ſub mortali peccato, digniori ſuffragium præſtare, vbi æqualia ſunt vota digni, & dignioris; itaut probabiliter credat elector, ſua mediante voce, numerum electorum eſſe augendum digniori.

Sequitur hæc concluſio à ſuperiori, & ex dictis patet in ſuperiori cõtrouerſia, & ex his, quæ nuper diximus.

DOCT. ALLEG.

6 *Concordant in hac aſſertione, relati Doctores in ſuperiori controuerſia, & nu. 3. & in terminis eamſequitur, B. Auguſt. de Ancona, de poteſt. Eccleſ. qu. 3. art. 3. in reſolut. verſ. ex parte vero electi, Sigiſmundus, dub. 36. nu. 3. de elect. & cæteri allegandi.*

CONCL. III.

7 In electione, aut prouiſione, ſeu collatione, cęterorum beneficiorum, ſeu munerum, quibus ſubſtitutorum Regimen, minimè competit; vel ſi competit, non tamen eliguntur ab ipſorũ vniuerſitate, qualis eſt prouiſio, & collatio; in huiuſmodi beneficijs, vel muneribus, ſemper eſt ſuffragandum digniori, licet, maior pars ſit in dignum propenſa.

Ratio eſt, quia ſuffragium digno præſtare in tali euentu, non eſt vtile communi bono eo modo, quo ſupra diximus; quarè in huiuſmodi caſu, iuſtè, ac rationabiliter dignior habet gaudere aliquibus ſuffragijs, quãuis munus, ſeu beneficium non obtineat.

DOCT. ALLEG.

8 *Sequuntur concluſionem Salonius, vbi ſupra n.3. relatus, Sigiſm. nu. 4. vbi ſupra, & alij relati, DD. & allegandi.*

CONCL. IV.

9 Eſt electori licitum tuta conſcientiã digno præbere ſuum votũ, digniori prætermiſſo, vbi moraliter loquendo, quis iudicat, aliàs, indignum eligendum eſſe, immò teneri, in tali euentu dictum electorem, ſuffragari digno, vt non eligatur indignus.

Ratio eſt, quia iuſtitia commutatiua reſpectu communitatis obligat ad non eligendum indignum. ergo quando quis nouit in indignum electionem eſſe fortaſſe moraliter, dirigendam, ſi ipſe in dignum non conſentit; tunc ob-

obſtringetur relicto etiam digniſſimo, ad ferendum ſuffragium pro digno, nè indignus eligatur; nam ſtrictius obligat iuſtitia commutatiua, quam diſtributiua.

DOCT. ALLEG.

10 *Sotus, ac Bannes in locis d.n. 6. ſuperiori contra. edocent concluſionem. Sigiſm. n. 5. dub. 36. de elect. Zecch. in ſumma, tit. de acceptat. perſon. c. 77. n. 7. verſ. notandum, 6. Corradus in reſponſ. caſuum, p. 1. q. 121. in addictio. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 7. §. 3. queritur, Salon. 2. 2. q. 63. ar. 2. controu. 4. Rodriq. in ſumma, p. 1. c. 106. n. 7. Arrag. 2. 2. q. 63. ar. 2. concluſ. 3. Sà, verb. elect. n. 9. Turr. de iuſt. diſp. 22. dub. 2. n. 4 & alij recẽtiores, ſupra relati, & allegãdi.*

CONCL. V.

11 Electori, equidem, licet, ſed minimè obligatur, ſuum præſtare ſuffragium digniori, digniſſimo relicto, vbi nullus ambigendi locus relinquitur; quoniam erit de digno electio celebranda, ſi digniſſimo dictum ſuffragium datum fuerit. Nec etiam eſſe licitum, quando prædicta inſignis certitudo non adeſt: quia ſpectato cõmuni hominium more non poteſt nõ eſſe contra honorem digniſſimi vero habere ſuffragium in electione.

DOCT. ALLEG.

12 *Doctores huius concluſionis ſunt in ſpecie Turrianus, vbi ſupra, & Sigiſmun. nu. 7. dub. 36. de elect. cum alijs citatis, ac nominandis.*

CONCL. VI.

13 Licitum eſt, ſi patronus præſentet ad beneficium, ſine cura animarum, dignum, huic conferri debet, licet alij ſint magis idonei.

Eſt concluſio deſumpta, ex cauſa, 16. q. 7. cap. Monaſterium, & cap. decernimus.

CONCL. VII.

14 Patronus ſi eſt Eccleſiaſticus, beneficiũ cum animarum cura, dandum eſt illud digniſſimo, aut digniori, prętermiſſo digno, vt expræſſe decreuit Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. ſi autem eſt patronus Laicus, ac dignum præſentet, eſt hic ab Epiſc. inſtituendus, alijs omnibus prætermiſſis; vt ex eod. Concilio ibid. habetur, & pari modo, ſi fundator conſtituiſſet, vt ſi quis ex ſua familia idoneus repertus fuerit, ei detur, ſeruandum eſſet, etiam in cura animarum, alijs dignioribus prætermiſſis.

DOCT. ALLEG.

15 *Hę concluſiones Doctores habent Couarruuiam ad regul. peccatum, part. 2. §. 7. Leſſium, dub. 13. n. 58. lib. 2. cap. 34. de iuſtit. & iure, & alios in ſuperioribus allegatos.*

CONCL. VIII.

16 Beneficium ſi ex ſua inſtitutione dandum ſit alicui ex certa familia, vel oppido, vt ſunt ea, quæ dabitur patrimonialia, vel ſi Decreto Sacrorum

Ca-

Canonum, eligendus ſi aliquis ex Clericis eiuſdem Eccleſiæ; tunc in talieuentu, eſt præferendum aptiſſimo, inter eos, & non alijs licet aptioribus. Ita decernitur in cap. Nullus 13. & cap. 16 obitum, diſt. 61. & cap. 19. Metropolitano diſt. 63.

Ex quibus habetur, olim, Miniſtros Eccleſiæ, eligi debuiſſe ex Clericis eiuſdem Eccleſiæ, ſi aliquis erat idoneus, ſimiliter modo Papa eſt eligendus ex collegio Cardinalium, modo aliquis inter eos ſit idoneus, cap. oportebat, 3. cum ſeq. diſt. 79. ex Concilio, ſub Stephano Papa III. celebrato.

CONC L. IX.

16 Si aptiores reſeruandi ſunt beneficijs Parochialibus; eo quòd pauci benè idonei ibidem reperiantur; tunc enim illis prætermiſſis, beneficia ſine cura, & ſi opima, conferri debent minus dignis.

Ratio eſt, in diſpenſatione beneficiorum, magis eſt ſpiritualis vtilitas Eccleſiæ ſpectanda, quam commodum temporale Miniſtri.

DOCT. ALLEG.

17 *Concluſio octaua, & nona defenditur à Leſſio, vbi ſupra num. 59. & nona docetur pariter ab Adriano, in 4. tract. de reſtitut. q. de diſpenſatione beneficiorum, & alij vtraſque ex DD. citatis, ac referendis, illas docent.*

CONTROVERS. V.

An electio de digno habita, digniore, notabiliter, omiſſo, in foro fori ſit valida, ac teneat, & an ſic electus, iuſtè conſentire huiuſmodi electioni poſſit, ſine mortali peccato.

CONCL. I.

1 Electio de digno celebrata, notabiliter prætermiſſo dignore, in iudiciali foro exteriori, dubio procul tenet, ac valida eſt, etiam non obſtante iuramento de digniore eligendo, præſtito, ab electoribus.

Pars prima concluſionis eſt D. Thomæ, 2.2.q.63.art.2.ad 3.aientis.

Vt electio non poſſit impugnari in foro iudiciali, ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem; quia ſic omnis electio poſſet habere calũniam. ille.

Secunda pars vero, ita deciſum fuit à Rota in Toletana Canonicatus, 18. Maij 1584. coram Clemente VIII. & in Eugubina Parochiali S. Venantij, 13. Ianuarij 1623. coram D. Rẽboldo, & probatur ex cap. cum nobis de elect. in 6. & cap. niſi cum quidam, §. pro defectu de renunciat. & cap. final. de præſumpt.

DOCT. ALLEG.

2 *Prò hac ſententia, & aſſertione noſtra allegantur omnes DD. relati, n. 6. contro. 3 & D. Tho. loco, nunc d. B. Aug. de Ancona, de poteſt. Eccl. q. 3. art. 4. in reſolut. iuncta, q. 47. art. 2. in reſolut. Abu enſis, in c. 22. Matth. qu. 118. §. conſiderandum etiam, Gloſſa in c. quoniam, verb. qui maioribus, vbi quoq; Panor. de iure patro. & in c. cõſtitutus, n. 7. Franch. n. 4. Imola, & Præpoſitus, n. 16. de appellat. & idem Præpoſitus, in c. ſexta Synodus, diſt. 16. n. 8. Decius, in cap. in præſentia, n. 193. de probat. Pariſius de reſignat. benefic. lib. 4. q. 11. n. 40. Nauar. lib. 3. tit. de ſimonia concl. 21 n. 1. in antiquis, Sigiſm. n. 1. dub. 34. de elect. Gonzalez, ad regul. 8. Cancell. glo. 4. n. 129. Salonius, ad 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 3. col. 4. verſ. obſeruemus. ergo vbi, de communi, Rodr. to. 2. qq. regul. q. 25. art. 5. Rota, deciſ. 11. n. 8. coram Gregor. XV. & deciſ. 4. 5. 6. & 7. apud Marcheſ. p. 1. tit. de commiſſ. appellat. in cauſ. beneficio, c. 7. nu. fin. & in terminis idem reſoluit Rota, de electione Prælatorum Regularium, deciſ. 65. n. 8. p. 1. in recent. Couarruuias, ad regul. peccatum, p. 2. §. 7. n. 4. verſ. igitur iura humana, & alij nominales, & eſt declaratio noſtræ aſſertionis Sacræ Congregationis Concilij, teſte eadem Rota, vbi ſupra, n. 2. in d. Eugubina, & deciſ. 538. nu. 5. coram Gregorio XV. & Mareſcot. lib. 1. variar. reſolut. c. 92. n. 23. & 24.*

Et concluſio locum habet in omnibus beneficijs, etiã Parochialibus, & Curatis maioris, ac minoris momenti, vniuerſaliter.

CONCL. II.

3 Statutum annullans electiones celebratas de dignis, dignioribus omiſſis eſt nullius valoris, & non tenet, niſi à Sede Apoſtolica eſſet confirmatum in forma ſpeciali, derogando iuri cõmuni cum clauſulis expreſſis, & ſpecialibus.

Ratio eſt, quoniam cum huiuſmodi ſtatutum ſit contra ius commune, nõ tenet, nec vim habet, niſi à Papa validetur, & robur, ac vim accipiat, cum derogatione iuris communis per clauſulas appoſitas expræſſas, illud ius cõmune annullantes.

Ità Rota, deciſ. 4. apud Marcheſ. p. 1. tit. de commiſſ. appell. in cauſa benefic. c. 7. n. vlt. & Sigiſm. n. 2. vbi ſupra, cum alijs.

CONCL. III.

4 Electus dignus, iuſtiſſime acceptat, ac poſſidet munus, ſeu illã Eccleſiaſt. dignitatem Regularem, ſeu Sæcularem, ad quam, in quam, eſt electus tuta conſcientia.

Ratio eſt, quoniam electus non ſe reputare debet alijs meliorẽ hoc enim eſſet ſuperbũ, præſuntuoſum, atq; adeò ſtultũ, ſed ſufficit, quod nihil in ſe inueniat per quòd illicitum ea reddatur aſſumere Prælationis officium.

5 Et conſultò dixi, *atq; adeo ſtultum eſſe ſe exſtimare alijs meliorem*. Nã vt D. Chryſoſt ho. 59. in Matth. circa medium, ait, quemadmodum ſi quis cum ſtatura tricubitali ſit, inſtar montium, immò etiam altiorem ſe putet, ac ideò ſe ipſum, quaſi montes exceſſus erigat, nullum aliud argumentum, in ſaniæ ſuæ quæremus: ſic cum inflatum videris hominem, qui meliorem ſe cęteris arbitretur, contenniq; opinetur,

ſi

ſi cæteris hominibus conferatur, nullum, iam aliud ſignum vecordiæ hominis exquiras, tantò quippè, rediculoſior his eſt, qui nam ſtulti ſunt, quātò ipſe ſpontè hunc ſibi morbum iniecit: nec hac re ſolum miſer; verum etiam, quia in miſeriæ fundum, abſq; ſuæ miſeriæ ſenſu ſe præcipitauit. ſatis D.Chryſoſtumus.

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſertionem noſtram edocent, D.Tho.2.2.q.185.art.3. & ibi, Caiet. Sotus, lib.3. de iuſt. & iure, q.6.ar.2.poſt 9.concl. Scotus, Ricard. & Maior in 4.diſ.15.q.8. et alij communiter hoc in loco Couar. ad regulam peccatum, p.2.§.7.n.4.verſ. ex his autem Guttierez, in qq. canon. lib.2.c.11.n.43. Azor, p.2.lib.6.c.15.q.3. Sigiſm.nu.5.dub.34. de elect. Rebellius, de obligat. iuſt.p.1.lib.3.q.6.n.4. Turrianus, de iuſt. diſp.22.dub.3.n.8. & alij nominales, & ſupra relati.*

CONTROVERS. VI.

An electio alicuius Prælaturæ, vel officij, ab electoribus fienda, ſeu à Collegio, celebrari debeat de digno, eiuſdem Collegij, digniore omiſſo alterius, putà, Monaſterij, aut Prouinciæ.

CONCLVSIO I.

1 AB Electorū collegio, abſolutè, & ſimpliciter loquendo, electio fiēda prælaturæ, vel officij alicuius, de digno eiuſdē collegij, digniore omiſſo alterius Monaſterij, ſeu Prouincię, tuta conſcientia celebrari pōt.

2 Pro cōcluſione facit quod D.Petrus dixit, c.1. Act. Apoſtol. in electio. ſucceſſoris Iudæ. oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati, eligere vnum, &c. & c. nullus, c. obitum, cap. nec emeritis, diſt. 61. & cap. Metropolitano, diſt. 63. cap. bonę, 2. de poſtulat. prælat. circa finem, cap. cum inter Canonicos, & cap. nè prò defectu, de elect. [illegible]6.

Ex quibus colligitur non eſſe celebrādam Epiſcoporum electionem, niſi ex perſonis eiuſdem Eccleſiæ, quando illic idonei reperiuntur.

CONCL. II.

3 Eligendi digniores, licèt, abſolutè alibi inueniri poſſint; attamen qui sūt de corpore Conuentus, aut Prouinciç, digniores cenſentur omnibus benè perpenſis, tam ex parte electi, quā ex parte electorum.

Et ex parte quidem electi, ob lucidiorem cognitionem morum Cōuentus, vel Prouinciæ, & eorundem Fratrum, quam habet, & ob ſingularē dilectionem, quam eamdem Prouinciam, ſeu Monaſterium, proſequitur, tamquam illius membrum, & alumnus; hinc facilius inducuntur ad reſidentiam indigenę, quam aduenę.

4 Ex parte vero, electorū ob morū noti-

tiam, quam tenentur ſub læthali culpa habere ipſi electores, vel per ſe, vel per alios, de illo, in quem ſuffragium ferrè volunt; ſed huiuſmodi notitia magis patet, & ſcitur de alumno, Prouinciæ, ſeu Monaſterij, quam de extraneo. ergo.

DOCT. ALLEG.

4 *Noſtras has aſſertiones amplectuntur D.Tho.quodlib.8.ar.6.Salon. 2.2.q.63. art.2.controu.3.Arragon.ibi.ar.2.§.2.cõcluſ.4. Sotus, lib.3.de iuſt. & iure, q.6.ar. 2.Petrus Nauar.lib.2.c.2. n. 196. de reſtitut.Valentia, to.3.diſp. 5.qu.7.pun. 2.§. 3.quæritur, Sigiſm.dub.35.n.1. & ſeqq. Abulenſ.in c.22.Matth.q.119. Selua, de benef.p.3.q.6.Armilla, verb.electio.n. 22. Præpoſitus, in c.nullus, n.4.in fine diſ.61 Buthus, in c.dilectus, nu.6. de conceſſ.præbend. Card.in clement.vnica, nu.4. not.6. Vita'.n.13.de ſuplen.negl.prælat.Panorm. & Franch.in c.conſtitutus, 2. de appellat. Cuch.inſtit.maior.lib.4.tit.de elect.num. 127, idem Panor.in c.cum decorem, nu.4. de inſtit.Felin.in c.ſicut tuis, col. 2. verſ. vlt.not. de ſimon.et Sac.Congr.Concil. vt Rota, refert, deciſ.537.nu.14.p.1.recent.* declarauit, eſſe præferendum eũ, cuius mores noti probatique ſunt ei, cuius vita ignoratur, licet, Doctori, & hac idem fuit dictum in Fauentina Parochialis, 28. Iunij 1613 & 13. Ianuarij 1614. coram Pirouano, teſte Beltramino in annotat. ad deciſ. 11. Gregorij XV. & propterea, ſecundũ præallegatos DD. ſeruatur in Romana Curia; vt recipiantur teſtes ſuper idoneitate perſonæ, ibidem promouendæ.

CONCL. III.

5 Elector, tutius eſt, in conſcientia, ſi dignum eligat, quem certiſſimo eſſe nouit talem, & prætermittit eum, quẽ probabiliter credit eſſe digniorem.

Cuius eſt rõ, quoniã illa certitudo, quã nouit ſuũ familiarẽ dignũ, habita longa experientia, eſt opinioni præferẽda, quę habetur de maiori dignitate alterius, cum ſit dubia.

DOCT. ALLEG.

6 *Huiuſmodi concluſio defenditur, ac docetur ab allegatis DD. & ſpecialiter in terminis à Salone, ad 2.2. D.Tho.q. 63. art. 2.controu. 3.col.vlt. à Sigiſ.n.3. dub. 35. de elect. & à cęteris nominalibus.*

An autem electio ſic celebrata de extranea perſona, teneat; ſit in ordine.

CONCL. IV.

7 Dignitates, ac officia Regularia, quę ex approbata conſuetudine, ſeu ſtatuto ſunt ſolita gubernari per Regulares illius Monaſterij, ſeu Prouinciæ, itaut numquam exteris conferantur, dicimus, minimè poſſe conferri alienis, ſub pœna priuationis conferendi ipſo iure, pro ea vice, alijs Regularib. eiuſdem Religionis, diuerſæ tamen, Prouinciæ, vel Monaſterij, aliàs eſt nulla electio.

Habetur concluſio in capitulo cum ſingula, § prohibemus, de præbend. in 6. & capitulo cum dilectus de conſuetudine.

DO-

DOCT. ALLEG.

8 *Suſtinent aſſertionem omnes Doctores, in d.c.cum ſingula, de præbẽd. in 6. Rebuſ. in praxi, tit. de diſpenſat. eum Regul. facta, n. 1. & ſeqq. vbi dicit, neminem à Papa poſſe ſuper hoc diſpenſare; laudabilis namque, & valida eſt conſuetudo, ſeu ſtatutũ, quod beneficia, niſi vni de gremio ipſius capituli, collegij, ſeu monaſterij non conferantur, aliàs collatio ſit nulla, c. cũ dilectus & ibi gloſſa, verb. conſtitut. de conſuetudine, vbi omnes docent, Biax in directtor. electio. p. 1. c. 4. nu. 1. per totum, & fuit dictũ in vna Tarraconẽſi Sacriſtiæ, 19. Martij 1601. coram Iuſto. Caſtrenſis, conſ. 365. ſuper 1. n. 1. lib. 1. & fuit etiam reſolutum in deciſ. 218. coram Greg. XV. vbi refertur etiam fuiſſe firmatum in Seguntina præheminen. 22. Martij 1604. corã Card. Seraph. Sigiſm. n. 4. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. V.

9 Ceſſante vero, prædicta approbata cõſuetudine, vel ſtatuto, &c. Diximus electionem factam de extraneo eiuſdem Ordinis, & profeſſionis, eſſe validam, licet ſit diuerſæ Prouinciæ, vel Monaſterij.

Ratio eſt, quia nullibi id inuenitur prohibitum: vnde in Conſtitutionibus Ord. Prædicatorum diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, num. 3. litt. M. in declationibus hæc ad rem habentur. Declaramus, quod quamuis olim, quando quis erat ex alieno conuentu vel aliũ Prioratum obtinebat, non eligeretur, ſed poſtularetur, tamen poſteà in Capitulo Placẽtiæ celebrato 1310. ſic fuit declaratũ, quod in omni electione canonica ordinis, vndecunque vel in quocũq; ſtatu perſona eligenda exiſtat, ſẽper informatione decreti dici debet, eligo, & nunquam ſolum, poſtulo.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent concl. gloſſa, in c. ne pro defectu, verb. ipſius, de elect. Gonzales ſuper regul. 8. Cãcell. gl. 8. n. 110. Felin. in c. ſicut tuis col. 2. verſ. vlt. not. de ſim. Coſma, in proem. pragmat. ſanct. §. nam Eccleſiarum, verb. exterorum, Syluest. verb. elect. 1. qu. 16. Nauar. lib. 1. conſ. 6. tit. de elect. in 2. edit. Garceus de benef. p. 7. c. 9. n. 7. Sigiſm. nu. 4. dub. 35. de elect.*

Nam multa fieri non debent, facta, tamen, manent, c. Nuptiarum, 27. q. 1. & c. ſi vir diſt. 27. & d. textus, in c. ſingula, § prohibemus, de præbend. in 6. & Clement. 1. de ſuppl. neglig. prælat. loquuntur de ſolitis cõferri Religioſis eiuſdem Monaſterij.

CONCL. VI.

11 Electio, ſeu præſentatio ad ius patronatus de perſona extranea facta, eſt prorſus inanis, inualida, ac nulla, & in foro exteriori minimè tenet, ſi aliàs idoneus, ac dignus oriundus, reperiatur, & idem eſt dicendum, quando Incola ius ad beneficium habet.

DOCT. ALLEG.

12 *Concluſio defenditur à Lambertino, de iure patronatus, p. 3. lib. 2. q. 5. art. 4. et 5. Mandoſio, in reg. 16. Cancell. q. 41. nu. 9. Guttierez, conſ. 2. n. 23. & 24. Sigiſ. dub. 35. n. 5. & à cæteris nominalibus.*

CONCL. VII.

13 Electio, quãdo aliqua de cauſa iuſta canonica, eſt ad ſuperiorem deuoluta, tenetur eligere, ac prouidere de perſona digna, idoneaque de gremio Prouinciæ, ſeu Monaſterij, quando reperiuntur realiter, & certè perſonæ Religioſę dignæ quidem ad munus Prælaturæ, & alterius officij, iuxtà ſuperiora dicta.

Nam eadem eſt ratio, penès Iuris Canici ſanctiones, ac decreta, vt infrà, ſuo loco, ſpecialē habebimus, de materia hac controuerſiam tract. 3. videlicet diſput. 4. contr. 1. concl. 6. n. 11.

CONTROVERS. VII.

An elector confeſſarius licitè, ſuum valeat ſuffragiũ alicui denegare perſonę eligendæ in Prælatum, aliàs, dignum æſtimatum, ſed per ſolã ſacramentalẽ confeſsionẽ indignum nouit.

CONCL. Eſt.

1 ELector Confeſſarius licitè ſuum poteſt denegare ſuffragiũ illi, quem per ſolam confeſſionem ſacramẽtalem indignũ nouit cui aliàs ſuffragari deberet, non quidem formaliter, ac directè, & in sẽſu cõpoſito, ita ut cauſa prçcipua ad mouendũ, negãgandum ſuffragium, ſit ſciẽtia ſacramẽtalis, ſed in directè, & materialiter, & in sẽſu diuiſo, nempè, ex alijs cauſis moueatur, putà, ex defectu ſcientiæ, vel ætatis, & ſimilium.

2 Primo probatur concl. D. Th. auctor. in addict. ad 3. p. qu. 11. art. 1. ad 4. ſic aientis. ad 4. dicendum, quod ex multis alijs cauſis redditur quis indignus ad Prçlationis officium, quam ex peccato, ſicut ex defectu ſcientiæ, vel ætatis, vel alicuius huiuſmodi, & ideò qui contradicit, nec ſuſpicionem de crimine facit, nec confeſſionem reuelat. hactenus D. Tho. cuius verba ſunt intelligenda iuxtà concluſionis intellectum.

3 Secundo ratione probatur, quia ſaluo ſacramentali ſigillo, poteſt animæ indemnitati Fratris velle conſulere.

DOCT. ALLEG.

4 *Sunt Doctores huius aſſertionis, D. Tho. d. loco, & quodlib. 5 ar. 13. Nauar. in cap. humanæ aures, q 1. nu. 5. & diſt. 6. de pœnit. c. penult. Sacerdos, n. 147. in ſum. c. 2. n. 56. Reginal. in praxi. lib. 3. de ſigillo ſacramento pænit. nu. 33. Sanchez, lib. 3. de matrim. to. 1. diſp. 16. nu. 6. Peyrin. tom. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 2. q. 1. Suarez, to. 4. in 3. p. D. Th. diſp. 33. ſect. 7. n. 12. D. Bonauent. in 4. diſt. 21. in 2. p. ar. 2. q. 1. nu. 60. & ibi Palud. q. 3. ar. 3. n. 60. D. Antonin. 3. par. tit. 17. cap. 22. §. 1. Sotus de tegendo ſecretò mẽbro, 3. q. 4. & multi alij.*

CON-

CONTROVERSIA VIII.

An elector teneatur tale ſuffragium indigno denegare cognito per ſolā ſacramentalem confeſſionem.

1 Concluſio eſt negatiua.

2 Cvius eſt ratio, quia elector non tenetur ſaluti, ac proximi animæ eligendi mederi, niſi eo modo, quo ſcit, eam periclitari; ſed elector ſciens in foro conſcientię eligendum eſſe indignum, in eodem foro tantūmodo remedium ei adhibere debet, admonendo; ſcilicet, vt à tali electione de ſe facienda, abſtineat. ergo extra tale ſecramentale forum nō tenetur ei, aliàs, ſuffragium denegare, in quo ſciuit eſſe indignum.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt D. Th. concl. in 4. diſt. 21. q. 3. ar. 1. queſtiūc. 1. ad 3. quē ſunt ſequti Sāch. vbi ſup. Syluest. verb. confeſſio. 3. q. 15. Lopez 2. p. inſtruct. de cōfeſſ. c. 69. q. 1. Paludan. in 4. diſt. 18. q. 8. art. 1. n. 20. Rodr. to. 2. qq. reg. q. 53. ar. 4. Suarez loco cit. Peyrin. vbi ſup. q. 2. Mag. Candid. to. 2. diſquiſit. 24. ar. 52. n. 3. verſ. dico. 2. & alij.*

CONTROVERSIA NONA.

An elector indignum eligens, quē talem eſſe cognouit per ſolam ſacramentalē confeſſionē, ſiuè publicè, ſiuè ſecretò eligat, pænas taxatas, c. cū in cūctis, §. fin. de elect. incurrat.

1 Concluſio eſt negatiua.

2 Primo probatur, nam leges, quę ſimiles imponunt pænas, ſēper intelliguntur ſm̄ ſcientiam communē & humanam cognitionem. ergo.

3 Secundo probatur talis elector nullam committit culpam. ergo nec ſubeſt pænis, quia propter reuerentiā ſacramenti poteſt nolle vti illa ſciētia, ac ita ſe gerere, ac ſi nihil nouiſſet. ergo non ſubiacet pænis.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita autumant D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 22 §. 1. Palud. in 4. diſt. 18. q. 3. art. 3. n. 60. Rebuff. in c. oīs, de pænit. verſ. ſuſcipiēs reuerenter, § 8. non debet, fol. 572. Suarez Sanch. & Reginal. in locis allatis in ſuperiori cōtrou. Peyrin. q. 3. vbi ſup. quicquid Nauar. in contrarium aſſerat, diſt. 6. de pęnit. c. ſacerdos, n. 148. & alij allegandi.*

CONTROVERSIA DECIMA:

An electores decē in capitulo exiſtentes, & nouē, de facto cōcurrūt ad indignū eligendū, & vnus dum-

dumtaxat vltimus,& certò ſcit,nihil proficere poſſe per denegationem ſui ſuffragij , valeat nè ſe, cum alijs nouem conformare.

Concluſio eſt negatiua.

1 PRimo probatur, quia talis indignus ab alijs eſt iniquè intruſus, cui iniquitati nullo colore fauendum eſt. ergo vera concluſio.

2 Secundo probatur indignum eligere eſt intrinſecè malum, quod nulla ratione fieri poteſt licitum. ergo.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent aſſertionem Magiſter Sotus,lib. 3.de iuſt.& iure,q.6.ar.2.ſub 9.concl.du. altero,Bannes,in 2.2.D.Tho.q.63.ar. 2. dub.3.§.ſed cōtra ad 1.Vega p.1.ſum.c.97 caſ.10.Vaſq.opuſ.de beneſ.c.2.§.3.du.3. Peyrinus,to.1.de ſubdito.q.1.c.31.§.2.q. 4.& alij.*

4 *Itaq; electores oēs facere tenentur quātum poſſunt in publico, & in ſecretò, nè indignus eligatur, quod expræſſe mandauit, D.Bened.in ſua Regu.c.64.& refertur,c. in ordinat.diſt.61.licet enimuero conſentiant,attamen,tenentur diſentire, ac totis viribus ſe opponere,quia vt notat Panor.c. 1.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli error enim cui non reſiſtitur, approbatur, vt dicitur, c.error,diſt.83.& conſentire videtur errāti,qđ ad reſecāda,quæ corrigi debent non recurrit, vt dicitur c.conſentire,eod.diſt.*

CONTROVERS. XI.

An ſi nouem electo.determinati sūt dignū eligere relicto digniore pōt nè decimus elector, pro bono pacis ſe his cōformare nouis electoribns.

1 Concluſio. eſt aiens

2 CVius eſt ratio, quoniam tanti faciendum eſt verè bonū pacis, ac tranquillitatis ijs, qui communiter viuunt, vt pro illo aſſequendo, ac fruēdo poſſit dignus eligi digniori relicto.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent Caiet.in ſum. verb.electio, ſine, Bannes,in 2.2.D.Tho.q.63.ar.2.dub.3. Vega,p.1.ſum.c.97.caſ.1.Peyrinus, q.4. verſ.ſed.quod ante finem, & alij allegandi.*

CONTROVERS. XII.

An ſi indignus ad animarum regimen eligatur , mortaliter peccet , ſi ſciens ſe indignum, dignitatem acceptet.

Digitized by Google

EXPLICATIONES.

1 IN præſentiarum Lectorem admonemus, nos loqui, ac controuerti de indignitate, ratione ſcientię, ac ideo pro talis controuerſię deciſione.

CONCL. Eſt.

2 Indignus ratione ſcientię ſi ad animarum curam eligatur, ac ſe indignũ ſciẽs,& nihiloſecius, dignitatem acceptat, mortaliter peccat,ac renunciare tenetur.

3 Ratio eſt,quoniã non poteſt ea perficere, ad quę ex iuſtitia tenetur, vel ſibi debet prouidere de idoneo coadiutore, ſi alioquin, tale ſuũ munus eſt capax huiuſmodi coadiutoris,quod ſi non eſt capax,vel non renunciat, põt inuitus amoueri, quæ omnia habẽtur in c niſi cum pridem, § pro defectu, de renunciatio. & in c.fin.de ætate,& qualit.pręficiendorum.

4 De alijs autem indignitatibus,videlicet,natiuitatis, aut ætatis, ſeu morũ, poteſt, vel diſpenſationẽ petere, qua obtenta,poterit ſecure in munere ſuo permanere, vel mores corrigere, vt Felin.in c.dilecte,de except.n.4. verſ. 6. induco quod ſi corrigi non poteſt propter inueteratam conſuetudinẽ, vel non vult propter malitiam, tenetur renunciare, ne petra ſit ſcandali ſibi ſubdito gregi.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita aſtruunt Ledeſma,p.2.tract.7.c.2. concl.5.dub.2.Graffius,lib.4.append.c.2. n.24.Peyrinus to.1.de ſubdito,q.1.c.31. §.3.quæſito 5.& alij.*

CONTROVER. XIII.

Quænamq; illiteratura ſit ſufficiens, ab quempiã indignum,Prelatura,reddendum?

CONCL. I.

1 INdignus eſt ille, vt ad dignitatem Eccleſiſt.aſſumatur qui non habet ſufficientem litteraturam, illi dignitati,ad quam eſt aſſumendus, pro temporum,locorum, & perſonarum varietate,quibus præ eſſe debet.

2 Huiuſmodi,enim litteratura,maior, vel minor,eſſe debet prout dignitas, ad quam petit promoueri, eſt maior, vel minor; hinc Generalis, in Ordine,putà, Pręd icatorum, litteraturam maiorem habere debet, quam Prouincialis, & Prouinc. maiorem, quam Prior Conuentus. Nam Gener. cũ ſit totius Ordinis caput,debet,alios poſſe docere, inſtruere, dubia reſoluere, & huiuſmodi;Prouincialis, vero, debet quoque poſſe ſuos docere ſubditos,inſtruere,& ea ſcire debet, quę ad illius ſpectant officium. Prior Conuẽtus autem, cum vnius domus curã habeat non eſt neceſſe,vt ſit tam litteratus,ſed prudens,ſit diſcretus,charitatiuus, hoſpitalis; & aliquam litterarũ ſcientiã poſſideat,ſufficit,ac Dei verbum ſciat ſuis proponere ſubditis.

3 Generalis, ſiquidẽ, eſſe Theologus debet in eminenti gradu; Prouinc. in minori gradu,intrà tamen eandẽ ſpeciem Prior Conuentualis,concionari ſciat

ſciat, & verſatus ſit in morali, ſaltem ſcientia, ſi quis ſit ad Generalatum, vel Prouincialatum, ac Prioratum, & gramaticam neſciat, ſeu Prior legere neſciat, ſunt omnes deponendi, vt dicitur, in c. final. de ætate, & qualitate præficiẽdorũ, & c. illitteratus diſt. 36.

CONCL. II.

4 Ille eſt indignus, vt ad Eccleſiaſticã dignitatem aſſumatur, qui non habet requiſitas cõditiones, c. cum in cunctis, de elect. quę ſunt ętatis maturitas, morum grauitas, litterarum ſcientia, ac natiuitas legittima, & electio facta in perſona alicuius patientis, aliquẽ iſtorum defectuum eſt ipſo iure nulla, vt dicitur eo. c. cũ in cunctis, §. fin.

CONCL. III.

5 Litterarum licet, defectus reddat electionem iniuſtam, attamen, ipſo facto, nullam minimè reddit, niſi alias, ſit totaliter illitteratus, itaut Generalis, vel Prouincialis gramaticã neſciat & Prior conuentualis legere ignoret.

DOCT. ALLEG.

6 *Has oẽs aſſertiones docent cõmuniter Canoniſtæ in cap. alleg. d. Iurium, & Thelog. Innoc. in d. c. cum in cunctis, de elect. n. 2. Abb. ibid. n. 4. vbi expraſſe declarat, quæ ſciẽtia requiratur in quodlibet officio; Nauar. miſcell. 40. de orat. n. 8. Panor. c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli B.ã n. in 2. 2. D. Th. q. 63. ar. 2. dub. 1. condictioni, verſ. aduerte tamen, Peyrin. quęſito, 6. to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 2. & alij communiter.*

CONTROVERSIA XIV.

An elector peccet, qui bona fide indignum eligit, vel minus dignnm, digniorem putans.

CONCL. I.

1 Elector ſi adhibitis debitis diligentijs, bona fide eligit non peccat, quia, *qui fecit quantum potuit, legem adimpleuit.* Sed mortaliter peccat, ſi eligit, non adhibitis debitis diligẽtijs: ſin autem dignum eligit, putans illum indignum eſſe, mortaliter peccat; quia quantum in ſe eſt indignum eligit.

DOCT. ALLEG.

2 *Aiunt ita Panorm. in cap. bonæ moriæ, el 2. de poſtulat. prælat. n. 15. Tabiena, verb. electio, 1. n. 17. Peyrin. vbi ſupra, quęſito, 7. & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Electores omnes ita cauti neceſſario eſſe debent, ad non indignum eligendum, quod etiam ſi ſperaretur, quod futurus eſſet bona frugi, ſi ab eis eligatur nihilhominus, adhuc peccãt mortaliter.

4 Primo probatur, quoniam bona communitatis maximo periculo exponeret, & electores contra legem humanã, naturalem, ac diuinã agerẽt.

5 Secundo probatur ex cap. cum in iuuen-

uentute, & cap. man lata, de præſumptionibus, vbi ſic dicitur, *Quod ex trāſacta vita diſcitur, quid de ſubſequenti cōuerſatione ſit præſumendum.* ergo.

6 Tertio auctor. D. Hyeron. ad Ruſticum Monachum ſic aientis. Non eſt facile de prouecta ætate ſuſpicandū; quin, & vita preterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis, quod fauet etiam illud taciti. *Nemo vnquā imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit.* ex quibus deducitur, quod, quorum vita præterita flagitioſa fuit, nihil boni ſperari poteſt; præſertim dignitate aſſequta, cum honores communiter, ac dignitates, homines reddant audaces, ac inſolentes, &c.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent Couarruuias, in regula peccatum p. 2. de reſtit. §. 7. Graff. lib. 4. append. c. 2. n. 21. Peyrin. to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31 §. 2. quæſito 4. ad 3. & alij recentiores.*

CONTROVERS. XV.

An propter morum defectum quis indignus dicatur Eccleſiaſtica Prælatura, vt ab electoribus eligi non valeat.

CONCLVSIO I.

1 Electores peccatorē occultū eligentes, aliàs cęteris digniorē, in Prælatum Regul. de quo nō eſt certū, quod ſit perſeueraturus in peccato, ſed potius creditur, qđ ſit quā primū ſurrecturus, nō peccāt mortaliter ſecus vero ſi ſciāt eum animū habere in peccato perſeuerandi. Nec etiā peccat, qui in tali peccato exiſtens, ſuæ electioni conſentit.

2 Primo probatur, quia ſi electores credunt ipſum non eſſe in peccato permanſurū, ēt credere valent, ipſum iā eſſe contritū, & in eo amplius nō permanere: vnde non debent omittere eum eligere, qui aliàs, eſt frugi futurus illi Eccl. ad cuius regimen admittitur.

3 Secundo probatur, quoniam nemo dicit, requiri tantā puritatē acceptādā electionē de ſe factā quāta requitur ad Eucchar. ſumendam, ad quā quidē exigitur omnimoda puritas. ergo minor omnimoda requiritur ſecundum communem ſenſum ad recipiendam dignitatem.

DOCT. ALLEG.

4 *Sequuntur concl. Bannes, 2. 2. q. 63. art. 2. dub. 1. verſ. ſed quæres, Azor to. 2. lib. 6. c. 14. q. 10. Nauar. miſcell. 34. de orat. n. 4. verſ. 4. cōtingit, Arrag. in 2. 2. q. 63. ar. 2 col. 3. verſ. ſed vt quid, Led. ſma, 2. p. ſum. tract. 7. c. 2. cōcl. 2. dub. 4. pag. mihi, 234. Peyrin. vbi ſup. §. 3. verſ. dico, 1. & alij.*

CONCL. II.

5 Electores eligentes ſcienter eū, qui in peccato ſit perſeueraturus, mortaliter omninò peccant, & electus ſimiliter mortaliter peccat, animum non habens peccata dimittendi, & ſuæ conſentit electioni.

6 Probatur 1. pars. Nā qui ſibi nequā eſt, quō alijs bonus erit? & quam curā

ha-

habebit Eccl. Dei perditus honro?

7 Secunda pars probatur. Nã ſic electus peccator ſe exponit periculo peccãdi millies mortaliter per ſacramentorum admiuiſtrationem, quæ omnimodam puritatem exigunt neceſſariò.

8 Concluſio ampliatur, quod idem eſt de eo dicendum, qui ſcienter eligit illum, qui manifeſta malitia, ac inueterata conſuetudine peccator eſt; quia cum probabiliter iudicetur diu in tali peccato perſeueraturus, quid frugi alijs eſſe poterit?

DOCT. ALLEG.

9 *Sunt huius aſſertionis aſſertores ijdem Doctores, nuper allegati, ac cęteri allegãdi.*

CONCL. III.

10 Electores, peccatorem publicum, ac famoſum eligentes, omninò mortaliter peccãt, & illi, ſimiliter, qui huic malæ electioni conſentiunt.

11 Primo D.Thom. auctorit. probatur quodlib. 8. ar. 6. aientis, *oportet eligere,* ad Prelationem, vel Eccleſiaſticũ officium illum, qui eſt bonus ſimpliciter; quia per quolibet peccatum mortale, aliquis redditur indignus ad quodlibet ſpirituale exequendũ. Cuius verba ſunt intelligẽda de peccatore exiſtente in peccato mortali notorio, & publico: vnde idem S. Doctor in cõment. in epiſt. ad Titum, lect. 2. ſuper illa verba, *oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſic inquit. Non vult dicere,* Apoſtol. quod qui mortaliter peccat poſt Baptiſmum non poſſit eligi, ſed qđ non ſit infamis. nimirum quod eius peccatũ non ſit publicũ, & famoſum, & in tali cõceptu maneat apud Religioſos ſuos, & alios, & dignum ſit accuſatione: vel intelligi poteſt, vt D. Tho. loquatur de eo, qui eſt in peccato graui, & enormi: ſeu de illo, qui in peccato eſt diu perſeueraturus: omnes expoſitiones optimę ſunt, & ad rem noſtrã facientes.

12 Secundo probatur ratione, quia, alijs, huiuſmodi electores offenſionis cauſam præbent, cum videant cęteri hunc eligi, alio prætermiſſo, qui bonus eſt, & idoneus ab alijs cenſetur.

DOCT. ALLEG.

13 *Probat aſſertione allegãt. S. Doctor in cit. locis, Caiet. 2. 2. q. 63. ar. 2. & q. 185. ar. 3. Bãnes, dub. 1. in 2. 2. q. 63. ar. 2. Cornelius à Lapide, in epiſt. ad Titum, verſ. 6. Nauar. et Azor. vbi ſup. Peyrinus, loco relato, verſ. dico, 2. & alij communiter.*

CONCL. IV.

14 Dato quod in aliquo loco non reperiatur, qui poſſit, ac idoneus ſit ad ſacramenta adminiſtrãda, niſi peccator notorius, electores eum eligere valent, ſinè mortali culpa.

15 Primo probatur, nã in tali caſu, nõ eſſet indignum eligere, ſed bonò cõi conſulere, ſed electores ad hoc tenentur, cui bono communi, nec aliter, nec alio modo, vt ſupponimus, conſulere valent, quã, talẽ peccatorẽ eligendo.

16 Nec dicendum eſt, electores peccaſſe mortaliter, eo quia, ſic electus talis in mortali ſacramenta miniſtrabit, & ſic mortaliter peccabit; nã electores ipſum elegerunt tanquam minus malum permittentes ad maius præcauẽdũ malũ: ergo ſine mortali elegerunt.

17 Secundo probatur, quia ipſi dederunt

runt ei adminiſtrationem, quam ipſe poteſt benè, & cum merito agere; ſin autē aliter facit, ſibi imputare debet, minimè vero alijs, qui neceſſitate coacti, id fecerunt, ſicut qui mutuũ petit ab vſurario, vel miniſtrari ſacramenta à proprio Parocho, quem ſcit eſſe in mortali culpa.

DOCT. ALLEG.

18 *Tenet aſſertionem Rodr. in ſum. c. 106 concl. 1. n. 3. Ledeſma, p. 2. ſum. tract. 7. c. 2. concl. 2. pag. mihi 233. Arrag. in 2. 2. D. Tho. q. 63. ar. 2. concl. 4. verſ. & ad 1. argm. Peyrin. to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 3. verſ. dico, 3. & alij de commun.*

CONTROVERSIA XVI.

An elector, dum in Capitulo, vel locali, vel Prouinc. reperitur, vbi de prę lato eligendo, tractatur, quē ſcit fore pernicioſũ cōmunitati, quia eſt malæ vitæ, & malæ conſciētiæ, & hoc totũ occultũ eſt, eſſe tam malum, ad quid agendum, in tali caſu teneatur.

CONCL. I.

1 Eligendus ſi futurus eſt communitati pernicioſus, & elector hoc ſciens, nec alia via eius electionem impedire valet, & bona communitatis conſulere, tenetur illius reuelare delicta: ſin autem non eſt futurus communitati pernicioſus, ſed vni, vel aliquibus particularibus, tunc tenetur ſecretum ſeruare. In tali enim caſu, quia eſt ſatis difficilis, vt elector cautè procedat, debet omninò paſſiones deponere, ac ſolo bono communi proſpecto.

2 Probatur pars prima aſſertionis, nã bono communitatis elector prius cōſulere tenetur. ergo eius delicta reuelare tenetur.

Secunda pars, autem ſic probatur, quoniam ſeruare ſecretum eſt de iure naturæ, ſed propter particulare bonum non eſt omittendum. ergo elector tenetur ad illius obſeruantiam, non ſcilicet reuelare.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt huius Auctores concluſ. Rodriq. to. 2. qq. regul. q. 53. ar. 3. Nauar. in manuali c. 18. n. 56. Mol. tr. 4. de iuſt. & iure, to. 5. diſp. 24. n. 6. & 7. Caſtell. c. 5. de elect. n. 84. Peyrin. vbi ſup. verſ. ſed quęres, et alij.*

CONCL. II.

4 Si crimē huius prędicti eligendi, Irregularitatem inducit, vel aliam ſpecialem inhabilitatem, ſiuè ſit occultũ, ſiuè publicum, mortaliter peccat, tam qui elegit, quam qui electioni conſētit, & electio talis eſt ipſo iure nulla.

Concluſio conſtat ex cap. cum in cunctis, de elect. & cap. ſi celebrat, de clerico excommunicato miniſtrante.

DO-

DOCT. ALLEG.

5 *Docent concl. Panor. in c. innotuit. de ele. n.6. Tabiena, verb. elect. 1. n. 17. Nauarr. in miſcell. 34. de orat. n.4. Felin. c. dilecte, de except. n.5. Capata, p.2. de iuſt. c.4. n.2 & 23. & 25. Peyrinus, loco. d. verſ.4. & alij allegandi.*

CONTROVER. XVII.

An aliquãdo ab electorib. indignus eligi valeat.

CONCL. I.

1 Electores vnquam licitè, ac iuſtè indignum eligere valent, & ſẽper mortaliter peccãt, eum eligendo.

2 Primo probatur ex c. graue nimis, de præbend. vbi dicitur ſic. Graue nimis eſt, & abſurdum, quod quidam Eccleſiarum Prælati, cum poſſint viros idoneos ad Eccleſiaſt. beneficia promouere, aſſumere nõ verentur indignos, quib., nec morũ honeſtas, nec litterarũ ſcia ſuffragatur, carnalitatis ſequẽtes affectũ, nõ iudicium rationis: vndè quanta damna Eccleſijs proueniant, nemo ſane mentis ignorat. hæc ibi.

3 Secundo auctor. Tr. Conc. ſeſſ. 24. c. 1. ſic dicentis. Vbi monet. S Synodus, & hortatur oẽs, quibus ius eligendi, quocumq; modo competit, vt in primis, meminerint, nihil ſe ad Dei gloriã, & populorum ſalutẽ vtilius poſſe facere, quã ſi bonos Paſtores, & Eccl. gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſq; alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, niſi qđ digniores, & Eccleſię magis vtiles ipſi iudicauerint, nõ quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint. hæc Trid. Concil.

4 Tertio probatur rõne, nã elector peccat eligendo indignũ contrà iuſtitiã diſtributiuã 1. quia tenetur gradus, ac honores benemeritis diſtribuere, & 2. cõtrà iuſtitiã commutatiuã peccat, quoniam tenetur bono communi prouidere, ſed indignum eligens, nõ prouidet. ergo peccat contrà iuſtitiã commutatiuam.

DOCT. ALLEG.

5 *Inprimis concl. docent D. Tho. quodlib. 6. ar. 9. Sot. lib. 3. de iuſt. et iure, q. 6. ar. 2. concl. 7. Salon. in 2.2. D. Th. q. 63. art. 2. contr. 2. Ledeſma, p. 2. ſum. tr. 7. c. 2. concl. 5. pag. mihi, 236. Rodr. in ſum. to. 1. c. 106 concl. 10. n. 12. Reginald. in praxi, lib. 30. tr. 3. n. 195. Peyrin. §. 2. to. 1. de ſubdito, q. 3. c. 31. & cęteri omnes de cõi conſenſu.*

CONCL. II.

6 Electores indignũ eligẽtes, licet ex tali indigni elect. multæ malę gubernationes oriantur, ac multa peccata, verum tamen, vnum dumtaxat peccatũ cõmittũt mortale, & participant ſanè peccatorũ pænã, huiuſmodi electores indigni electi ab eis, quæ in tali prælatura, committet, à qua participatione eos dominus liberet.

6 Concl. ſequitur ex ſuperiorib. locis iuriũ d. & ex ratione ipſiuſmet ſuperioris affert. quã ſequẽtes DD. docẽt.

DOCT. ALLEG.

8 *Hanc aſſertionẽ docent Peyr. ibi. Sorbus, in cõpẽd. priuil. verb. elect. verſ. ſed debent*

Ro-

Rodriquez tom.2.qq.regul.q.52. art. 5. verſ. aduertant etiam electores. Nauarr. in ſumm. cap. 11. nu. 4. fine, Nald. in ſumm. ver. eligere, num. 14. Graffiis in appendice ad lib. 4. deciſ. aur. cap. 2. num. 21. & cæteri omnes communiter.

CONTR. XVIII.

An Elector ſuffragium negare poſsit illi, qui licèt digniſsimus exiſtimetur, nihilhominus per ſolam Sacramentalem confeſsionem ſcit ipſe, indignum eſſe.

EXPLICATIONES.

1 Memor, quidem, de hac materia, ſatis prolixè, controuerſiam habuiſſe, diſp. 3. contr. 10. in diſputationum controuerſijs de Sacramento pœnitentiæ, ad quem locum, Lectorem mittimus, vbi verba omnia D. Thomæ, per extenſum retulimus, quę habet de materia huiuſmodi, malè à nonnullis Scriptoribus neotericis allegatus pro contraria ſentētia, quā ſtatim dicemus, & ſup. controu. 7. & 8.

CONCL. I.

2 Elector formaliter tenetur, minimè, ſe mouere, ad non præſtandū indigno, ſuum votū, reſpectu eorū, quæ per ſolam Sacramentalem confeſſionem didicit; ſed per alia extrinſeca, puta, propter ætatis defectum, ſcientiæ, & huiuſmodi.

Concluſio eſt, D. Thomæ, in addict. ad 3. p. q. 11. art. 1. vbi ſic inquit. Ad 4. ex multis alijs cauſis redditur quis indignus ad prælationis officium, quā ex peccato, ſicuc ex defectu ſcientiæ, vel ætatis, vel alicuius huiuſmodi; & ideo, qui contradicit, nec ſuſpicionem de crimine facit, nec confeſsionem reuelat. Cuius, tanti Doctoris, verba ſunt formaliter intelligenda, ac accipienda, vt in aſſertione diximus, nempe, electorem debere negare ſuum votum indigno, per ea, dumtaxat, quæ extrà cōfeſſionem ſcit, nimirum, quia ætaté, aut ſcientiam, ſeu alia, nō habet neceſſaria, à Iure Cano. requiſita.

CONCL. II.

3 Elector, minimè, poteſt ſuum votum indignó denegare per ea, quæ tantum ſcit de illo, in confeſſione Sacramentali, & extrinſecè nihil obijci poteſt, aliàs habens omninò requiſita, ad prælaturæ promotionem, ideoque tenetur eum eligere. Nàm, vt, inquit D. Tho. quodlib. 5. art. 13. in corpore. Id quod per confeſſionem auditur nullo modo eſt manifeſtandum, nec verbo, nec ſigno, nec nutu, nec etiam aliquid, eſt faciendum, vndè in ſuſpicionem peccati, aliquis poſſit deuenire, ille. ſed ſi elector extrinſecè nihil habet obijci indigno, quem per ſolam Sacramentalem confeſſionem talem ſcit eſſe, nequit ſuum ſuffragium denegare; quia aliàs fractor ſigilli Sacram. eſſet. ergo tenetur eū eligere.

R Maior

Maior propoſitio habetur etiam, in diſt.6.de pœnit.& remiſſ.cap.caueant Sacerdotes, & ex Conc. Trid. ſeſſ.54.cap.7.

DOCT. ALLEG.

4 *Has duas concluſiones edocet D.Tho. in d. locis, cum cæteris Doctoribus allegatis,num.6.diſp.3.controu.10. Sylu. ver. confeſsio.3. qu. 15. Tabiena, ver. confeſsion.celatio,num.4. Nauarrus,c. ſacerdos,de pœnit. numer.146. & cap. humanæ aures,22.q.5.nu.6.& tom.1. conſ.lib.3. de ſtatu Monach. conſ.3.n. 4. Portel.in dub.regular.ver. electio.n. 9. Caſtellinus, de elect.c.5.n.103. Vaſquez,in 3.p.D.Tho.tom.4.q.93.art. 4.dub.8.num.7.Guttierez,de matrim. c.60.nu.10. Graffius, p.1.lib.1.c.23. n.7.& ſeq.deciſ.aureorum, & lib.3.c. 5.n.116.Villalobos in ſumma,tract.9. difficul.75.num.4.tom.1. Reginald.in praxi tom.1. lib.3.cap.2.n.16.& c.3. num.32. Sigiſmund. de elect. dub.37. num.4. Armilla,ver.confeſſor,num.7. Bannes2.2.q.33.art.8.§.3.per totum, Malderus,tract.de ſigillo,cap.14.Nugnus,in additio.ad 3.p.D.Tho.q.11. art.1.dub.1.ad 6.& 7. Megala.lib.1. p.1.cap.16.num.13. Inſtitut. peregr. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 54. art.4.& alij,num.9.d.diſp.3. controu. 10. male à Suarez, tom.4. diſput.33. ſect.7.numer.12. & à Sanchez tom.1. lib.3.de matrimo.diſp.16.allegati,aſſerentes, Doctores omnes antiquos tenuiſſe,debere, & vti poſſe, ſcientia confeſsionis, quando nullum eſt periculum confeſsio. reuelandi, quod id totum ex diametro docuerunt; minimè poſſe, nec directè, nec indirectè, nec quouis alio modo, tali ſcientia vti poſſe, nec debere nullatenùs in externa gubernatione, Onuphrius de Sacram. ſigill. ſect.2.q. 2.dub.2.§.verum quid, &c.*

CONCL. III.

5 Regularis nullus, tam elector, quam ſuperior, ac confeſſarius, ſub peccato mortali, vti poteſt ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerit, ad externam gubernationem.

Ità namque Clemens Octauus præcipit ſuo Decreto 1593. emanato, 26. Maij, pro omnibus Regularibus, c.4.de Regularium reformat. §. quo ad caſus.

Tam ſuperioris pro tempore exiſtentes, quam confeſſarij, qui poſteà ad ſuperioritatis gradum aſſumpti fuerint, *Caueant* diligentiſſimè, nè ea notitia,quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur. vbi verbum, *Caueant*, importat in tali caſu, ac ſignificat præceptum ad mortale obligans; quemadmodum etiam,idem verbum hoc idem ſignificat, in diſt.6. de pœnit. & remiſſ. cap. *Caueant* Sacerdotes, vbi, præcipitur Sacerdotibus Confeſſoribus, ſigillum confeſſionis, nè ſub quouis modo, detegatur, atque reueletur, quoniam ſumus in materia grauiſſima, & odioſiſſima, quatenus Ius alterius læditur circa famam, & damnum, & confeſſionis ſigillum; quod eſt omnium maximum, & præcipuum, ſaltem indirectè, offenditur, ac maculatur, & proterea importat præceptum ad

ad mortale obligans, hoc verbum, *Caueant* & d. Papa condidit, d. decretũ ad mentẽ doct. D. Tho. relatæ.

Primo probatur ratione, nã ſi ſuperiores propter cõfeſſionis notitiam, in electione denegate poſſent ſuffragium, caſuum reſeruatio, vt in pluribus inutilis, & fruſtra tota eſſet: nã Clerici, quorũ pręſertim promotio ad officia, & honores, à ſuorum ſuperiorum voluntate dependet numquã cum tãto periculo obligari poterunt ad confitendum ſuum crimẽ ſuperiori, ſi ob peccatorum ſuorum confeſſionem, intelligant ſe à promotione impediri poſſe. ergo.

Secundo probatur, nam Iudex dumtaxat debet ſecundum allegata, & probata iudicare, & minimè ex particulari ſcientia, ex cap. iudicat. 3. q. 7. & ex D. Thomã 2. 2. q. 64. attic. 6. ergo ſuperior ille, tamquam Iudex nequit priuare ſuffragium ſubditum ex particulari illa ſcientia Sacramẽtali, ſed ſecundum ſcientiam, quam extrinſecè habet in foro exteriori, ſecundum quam, cenſet illum officio dignũ, ſuũ ſuffragiũ præſtare debet.

Tertio probatur, nam ſcientia Sacramentalis non debet eſſe regula, qua electores debeant ſe moueri ad eligendum aliquem, ſed debent tam ſuperiores, quam electores, & confeſſarij in electionibus faciendis, eodem modo ſe habere, ac ſi nullo modo aliquid ſcitent ex confeſſione. ergo illum eligere poterunt, & debent, ſi aliàs extrinſecè idoneum, ac dignum cognoſcunt.

DOCT. ALLEG.

6 *Placet noſtra concluſio Dydaco Nugno vbi ſup. n. 4. allegat. Caſtro Palao to. 1. tract. 3. diſp. 1. puncto 9. nu. 3. Diana, p. 4. trac. 4. Miſcell. reſol. 202. Megalafauet, lib. 1. inſtit. Peregrin. p. 1. lib. 16. num. 13. in calce, Sigiſmundus, nu. 4. dub. 37. ſuffragaeur, & eam alij nominales ampllectuntur.*

CONCL. IV.

7 Elector negare in conſcientia minimè poteſt ſuffragium, ei, qui licèt exiſtimetur digniſſimus, ipſe tamen per ſolam Sacramentalem confeſſionem ſcit eſſe indignum.

Cuius eſt ratio, quoniam, talis elector in electionis celebratione, vti Sacramentali ſcientia, nequit, ſub mortali peccato, ob præceptum Canonis, diſt. 6. de pęnit. & remiſſ. cap. *caueant Sacerdotes*. & Decr. Clem. Octaui vtentis eodem verbo, *Caueant*.

Prob. Confeſſarius elector nequit ſuũ denegare ſuffragium, ſeù electiorẽ, ad beneficium, ſeù officium Pœnitenti, qui exterius, cõmuni hominũ opinione, probus exiſtimatur; ſed ipſe elector confeſſarius per confeſſionem cognoſcit improbũ, & indignum eſſe, Ratio eſt, quia aliàs confeſſio redderetur odioſa, ac pęnitens à confeſſione retraheretur, quod omninò non eſt faciendum.

DOCT. ALLEG.

Ità Sanchez lib. 3. tom. 1. de matrim. diſp. 16. Bonaci. diſp. 5. q. 6. ſect. 5. punct. 4. Bartholom. à S. Fauſto lib. 7. de ſigillo confeſſ. q. 45. & alij n. 4. relati ſupra in hac Controuerſia 5.

Candid.tom.2.diſquiſit.24.art.52. num.3. dub.1. verſ.dico 2.

CONCL. V.

8 Electio eligens indignum cognitum dumtaxat, per Sacramentalem confeſſionem nullatenus incurrit pœnas à Iure ſtatutas contra eligentes indignum cap. cum in cunctis, de elect.in 6.

Probatur, quia qui elegit dignum ex ſcientia extrà Sacramentum, licèt indignum ex Sacramentali ſcientia, nullum peccatum committit, vt cōſtat ex dictis. ergo neque aliquam pœnam Iuris, quæ ſolummodo ex peccato contrahitur. Nec obſtat c. cum in cunctis de elect.in 6.vbi pęna infligitur contra eligentes indignum: quia intelligitur quo ad illos, qui ſcientia extrà Sacramentum, indignum eligunt, non vero ex Sacramentali ſcientia.

DOCT. ALLEG.

9 *Duas has aſſertiones, omnes ſuperiores ſcriptores, numer.4.& 6. allegati, amplectuntur; & huiuſmodi quinta concluſio eſt contra Nauarrum in cap.ſi ſacerdos diſt.6.de pœnit.& remiſſ.nu. 147. qui ab omnib.merito,reprobatur.*

CONCL. VI.

10 In electione, iuſtè, ac meritò, liciteque vſus confeſſionis Sacramentalis, ſeù illius notitia, atque ſcientia prohibetur ſub mortali peccato, per Iura Canonica, & Pontificia Decret.

11 Primo, quoniam, vt numer.3. ex D.Tho. verbis, quodlibet 5. art.13. diximus, & habetur diſt. 6. de pœnit.& remiſſ. id, quod per confeſſionem auditur nullo modo eſt manifeſtandum, nec verbo, nec ſigno, nec nutu, nec etiam aliquid faciendum, vnde in ſuſpicionem peccati, aliquis poſſit deuenire. Et in additio. loco d, dicit idem S. Doctor, quod ſcitur in confeſſione, ſcitur vt Deus, & nō vt homo. quibus verbis, ſignificatur, confeſſori electori, eſſe prohibitum vſu, & notitia, quam habet in confeſſione Sacramentali, vt homo, ea vti non poſſe in humanis actibus, & exteriori gubernatione, putà, in electione.

12 Secundo probatur, nam vſus huiuſce notitiæ per Sacramentalem confeſſionem, in electione adeò eſt grauiſſimo periculo expoſitus, ſigillum Sacramentale lædendi, vt opus ſit magna prudentia, & cautione, ac multæ circumſtantiæ exigantur; ſed ſi id, quod per ſe malum non eſt, ob mali periculum prohiberi poteſt, ergo licita, ac iuſta eſt ſupradicta prohibitio.

DOCT. ALLEG.

13 *Pro hac noſtra concluſione allegantur omnes Doctores, n.4.& 6. citati, & in terminis, Sigiſmun. n.3.dub.37.de elect. Suarez, tom.4.diſp.33.ſect.7.n. 12. Sanchez, tom.1.lib.3.de matrim. diſp.16.n.6. Coriolanus, de caſibus reſer. par.1.ſect.1.art.16.in 2.edit. Onuphrius de Sacra.ſigillo, ſect.2.q.2. dub.2.§. verum quid, & omnes fatentur.*

DISPVTATIO VII.

De Electionis, ac Scrutinij publicatione, & electi facultate.

CONTROVERSIA PRIMA.

An Electorum ſingulorum Vota in ſcriptis redacta, publicanda ſint, ac illorum collactio facienda.

CONCL. I.

1 ELectionis, ſubſtãtiale eſt, ac de eſſentia, aliàs, nulla eſt electio, atque irrita, vt nimirum, vota cunctorum electorũ in ſcriptis redacta, mox in communi publicentur, nullo, prorſùs, Appellationis obſtaculo interpoſito.

Ità namque habetur, in c. quia pro-,, pter de electione in 6. ſtatuimus, vt cum ,, electio fuerit celebranda, præſentibus, ,, qui debent, & volunt intereſſe, aſſu-,, mantur de Collegio fide digni, qui ſe-,, cretò, & ſigillatim vota cunctorum di-,, ſquirant & in ſcriptis redacta, mox ,, publicentur in communi, nullo, pror-,, sùs appellationis obſtaculo interpo-,, ſito, &c.

Probatur ratione, quoniam dicta publicatio eſt de eſſentia, ac ſubſtantia electionis, qua omiſſa, redderetur nulla, & irrita electio; & in arbitrio eſſet ſcrutatorum pronunciare, & eligere, quem maluerint.

DOCT. ALLEG.

2 *Noſtræ ſuffragantur aſſertioni, Hoſtienſis, in d. cap. quia propter, num. 44. verſ. octauum. Ioann. Andreas, ibid. n. 28. verſ. 9. Ancharan. & Butrius, eod. verſ. Panorm. nu. 9. ad finem, & n. 16. verſ. octauum ſubſtãtiale de elect. Biax, in Director. elect. p. 3. cap. 9. in princ. Miranda, tom. 2. q. 23 art. 29. verſ. 9. Sigiſmundus, dub. 38. de elect. num. 1. Rota, in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximi 29. Nouemb. 1624. coram Coccino, §. 5. adeſt nullitas, & cæteri allegandi.*

CONCL. II.

3 In electione per compromiſſum abſolutum, minimè electorum, id eſt, compromiſſariorum, ſunt ſuffragia in capitulo publicanda, benè tamen, eſt verum, poſt Trid. Conc. opus eſt, vt fiat publicatio ſuffragiorum inter ipſos compromiſſarios.

Prima pars probatur, nam, ſuffragia ſunt publicanda ad effectum collationis habendæ; ſed in tali ele-

ctione per compromiſſum abſolutum, non eſt ſubſtantiale, vt fiat collatio. ergo non eſt neceſſe, vt publicatio fiat,

Secunda pars vero probatur, quia ex Decreto Concilij Trid. etiam ipſi compromiſſarij abſoluti adſtringūtur ad ſecretò procedendum in huiuſmodi electione, & fieri publicatio votorum inter ipſos, & conſequenter fieri collactio numeri ab ipſis.

CONCL. III.

4 Electorum, aut Compromiſſariorum vota per dictionem, *Mox*, ſunt publicanda, dicimus, eſſe aſſerendum, breui, & in modico tēpore, dicta vota, inquam, publicanda eſſe, prout bonus Iudex arbitrabitur.

Cuius eſt ratio, quoniam regulariter, vbi Ius non determinat, illa dictio, *Mox*, aut alia ſimilis, verificatur in modico tempore, iuxtà quod arbitrabitur bonus Iudex, habito reſpectu ad ipſius rei circumſtantias, & materiam.

DOCT. ALLEG.

5 *Eſt aſſertio Panormitani in d. cap. quia propter Gloſſæ, in ca. an ſit de appellat. citante Alan. Tuſch. litt. D. concl.311. referente Alex. conſil.115. in cauſa Inquiſitionis, lib.3. Sigiſmūdus, vbi ſup. num.4.*

Quamuis enim d. dictio, Mox, *vbi Ius determinat, verificetur ſecundum eiuſdem Iuris diſpoſitionem, vt in caſibus allegatis à Gloſſa, in cap. ſi in qualibet. 20. qu. 2. & d. cap. quia propter verb.* Mox, *vbiquoque Additio ad Panorm. num.17. aſſerat, eſſe ſumendam, pro incontinenti, id eſt, nullo actu intermedio; attamen, dicimus, & concludimus, non eſſe recedendum in præſentiarum, à boni Iudicis arbitrio.*

CONCL. IV.

6 Electionis eſt quoque, de eſſentia, ac ſubſtantia, vt poſt votorum publicationem electorum, fiat collatio numeri votorum eligentium.

Sic enim dicitur, in d. cap. quia propter, ſcilicet vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior pars, & ſanior capituli, conſenſerit.

Et confirmatur ex cap. Cumana, in fine, de elect.

7 *Et in Conſtitutionibus ord. Prædic. diſt.2. cap.2. de electione prioris, nu.1. litt. A. verſ. Decimum eſt, quod habito ſchedularum numer. & collatione facta numeri ad numerum, debent vota in ſcriptis redigere, deindè ſchedulas coram eligentibus ante publicationem ſcrutinij comburere; tādem in medium capituli veniendo, ſcrutatores nomina publicent, eorum, qui fuerunt electi, atque exprimant numerum votorum, quæ vnuſquiſque habuit, quod etiam faciēdum eſt, etiam ſi nullus fuerit à maiori parte, vltrà medietatem electus, vt ad ſecundum ſcrutinium poſſint dirigi electores. hæc ibi.*

DOCT. ALLEG.

8 *Sequuntur noſtram aſſertionem Hoſtienſis, vbi ſupra n.44. verſ.9, Ioann. Andr. ibid. verſ.10. Ancharanus, & Butrius,*

Butrius, eod. verſ. Panorm. verſ. 11. Sigiſmundus, num. 5. vbi ſup. Syluest. ver. elect. 2. qu. 10. verſ. 11. Miranda, loco d. verſ. 11. & Summiſta, ver. elect. & Canoniſta, in c. quia propter, de elect. in 6.

CONCL. V.

9 Collatio dicta, numeri ad numerum, eſt ab eo facienda, cui capitulum hoc cōmiſerit; quare ſi præſidēs capituli eam fecerit, & capitulū tacendo, ratam habuerit, cenſetur tacitè commiſiſſe: & in ordine Prædicatorum, à Subpriore, vel Vicario electionis, cum duobus ſcrutatorib. fit. Idemque cum proportione eſt dicendum in electione per compromiſſum, ſiuè abſolutum, ſiuè limitatum, ſcilicet, vt fiat collatio per vnū eorum, vel per illum, cui hoc ipſi tacite, vel expreſsè commiſerint.

Nam textus cap. quia propter, de elect. in 6. abſolutè loquitur, dicens, *collatione habita*, non ſtatuit, ad quē huiuſmodi collatio pertineat; ideoque expoſitores id in dubium reuocarunt.

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſertio placet, quo ad ſuperiorē partem, Panormit. in d. cap. quia propter, numer. 10. ſubſcribit Syluest. ver. electio. 2. q. 8. & eam omnes Scribentes in d. cap. quia propter, de elect. in 6. & Summiſtæ ſequuntur, ver. elect. In Conſtitutionibus autem, ord. Prædicat. c. 2. num. 2. litt. H. diſt. 2. ſic dicitur. Et facta collatione numeri ad numerum, ſi maiorem partem, medietate omnium eligentium, in vnum conueniſſe inueniant, qui primam vocem habuit inter electores, ſcrutinium publicet, &c.*

CONCL. VI.

11 Collatio dicta facienda eſt, ad effectum, vt appareat in quem omnes, vel aliter, ac ſanior pars capituli conſenſit, vt expreſſis verbis, in textu *c. quia propter de elect. in 6. dicitur. Ut is, collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conſenſerit.*

Quæ, quidem, maioritas, & ſanioritas pars dignoſcitur ex collatione numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum; ideoque eſt collatio habēda cunctorum vocalium. Nam maioritas conſiſtit reſpectu numeri; ſanioritas, vero, reſpectu meriti, & zeli, id eſt, quo zelò, quo animo, electores fuerint moti ad eligendum.

DOCT. ALLEG.

12 *Eſt aſſertio Panormitani in locis, num. 2. 8. & 10. citatis. Sigiſmundi, & Rotæ num. 2. in locis allegatis, nu. 7. & Rota §. 5. adeſt nullitas. & cæterorum allegatorum, & nominalium.*

CONCL. VII.

13 Collatio præfata, enim verò, meriti ad meritum, & zeli ad zelum electorum in electionibus Regularium, à Concilio Trident. ſeſſ. 25. c. 6. de Regul. eſt abolita, & proterà, ampliùs non eſt in praxi, ac in vſu.

DOC-

DOCT. ALLEG.

14 *Noſtræ huic aſſertioni ſubſcribunt Magiſter Feſtus in Summario Conſtit. ord. Prædicatorum, p.3. de forma electionis, cap.1. Miranda, tom.2.q.23. art.27. ante primam cõcluſionem, verſ. à ſupradictis, Sigiſm. c.6. dub.38. n.7. & cæteri neoterici ſcribentes de elect.*

CONCL. VIII.

15 Iuridica praxis habet, vt ſcrutatores, aut compromiſſarij, in redigendis vota, in ſcriptis, reticeant nomina electorum, ex eo, quod, nè dũ vota ſunt ſecretò deferenda, ex d.ca. quia propter, ſed ità, & taliter, vt nomina electorum vnquam publicentur, ex Decreto d.Conc.Trid.ſeſſ. 25.cap.6.de Regularibus.

Id quod etiam comprobatur ex declaratione S.Congregat.d.Concil.Triden. quæ ita declarauit. Electio erit nulla, ſi poſt factam, in patentibus, ſeu bullis, confirmationis exprimerentur eligentium nomina.

DOCT. ALLEG.

16 *Sic refert Rota in Treuerenſi Abbat.S.Maximini, 20.Nouemb.1624. coram Coccino, §. neque etiam obſtat, Caſtellinus, de elect.ca.4.num.61. Barboſa, in bullario ver. electio, Sigiſmundus, num.7. dub.38. & alij nominales, cenſuiſſe, S.Congregationem.*

CONCL. IX.

17 Collatio numeri ad numerum ſola fieri debet ad videndum, ſi omnes, vel duæ partes electorum, legitimè vocem habẽtium in capitulo, in vnum conſenſerint, vel ſi in duas ſe diuiſerint partes, vel plures, & vbi maior pars electorum, ſeù capituli conuenerit in aliquem, de illo electio eſt celebranda, quod id etiam procedit ſi ſola dimidia vox, vt ſic dicam, mediam partem capituli excedat, putà, ſi capitulum conſtat ex nouem vocibus, ſi quinque in vnum conſentiant, ille electus dicetur, cum mediam partem eligentium excedat, & medietas totius capituli conſiſtat in quatuor cum dimidia.

DOCT. ALLEG.

18 *Deſumitur aſſertio ex cap. ſi quando, de elect. in 6. quam ſequuntur Geminian. ibi, & Panorm. in loco dicto, & in cap. Eccl. veſtra, num.4. & ibi Bald. & cap. in geneſi, num.1. & cap. ſi cui, de elect. in 6. & idem Panorm. conſ.25.n. 4.lib.2. Felinus, in cap. cum omnes, nu. 20. de conſtit. Marc q.924. p.1. nu.3. & 5. Toloſanus, de elect. cap.16.n.13. Perez, quem allegat, & ſequitur Rota in Metenſi Monaſterij, 5. Iulij 1621. coram Coccino, §. neque ex eo poteſt. & idem Panorm. in cap. Cumana, n.9. poſt medium, & ibi Butrius, num. 15. in fine, de elect. in 6. Sigiſmundus, n.8. dub.38. de elect.*

De hac re omninò videatur diſput. 2. contr.17. concl.9. per totum, & hic adnectantur ea, quæ ibi dicuntur.

CONCL. X.

19 Si ex collatione numeri ad numerum

rum appareat maiorem partem electorum, qui legitimè vocem habēt in capitulo, non conſenſiſſe in vnū, tunc totum eſt ſcrutinium iterandum, quamdiù conſenſerit.

Patet aſſertio in cap. cum Terra; cum ibi not. de electione in 6. & habet eoſdem relatos ſcriptores in ſuperioribus numeris.

Quando autem, moraliter loquēdo eſſet electorum concordia ſic deſperata maioris partis, quid agendum ſit tunc, in ſequenti diſputatione, controuerſia habebitur ſingularis, an ſi vota in plures ſe diuiſerint partes, &c. quid tunc erit agendum.

CONTROV. II.

An neceſsariò electio publicanda ſit, ſtatim, poſt publicatum ſcrutinium.

CONCL. I.

1 Electio eſt neceſſariò ſtatim publicanda, poſt ſcrutinium aliàs, erit irritanda denuncianda.

Conſtat ex cap. cum poſt petitā, de elect. & probatur, nam ex fine legis ſumenda eſt Auctoris intentio, l. & ſi non ſint, §. perueniamus de iureiur. & arg. lega. & l. final. ff. de hæred. Inſtitut. & in conſideranda legis intentione, ſemper attenditur illius ratio: quia ratio legis, eſt anima legis; vt Dynus, in reg. certum, de regul. Iuris, in 6. Bald. in l. ſi quis ſeruo. ff. de furt, & in l. 1. C. de Interd. & in l. 1. C. quæ ſint long. conſuet. requiritur, vt mox fiat publicatio ſcrutinij, propter finem electionis aſſequendæ, vt dicitur in cap. quia propter, *vt is collatione habita eligatur, &c.* ergo multò magis requiretur, vt ſtatim ſequatur electio communis.

Parum enim prodeſſet illicò publicare ſcrutinium, vel collationem habere, niſi poſteà electio celebraretur; cum omnia illa ſint ordinata ad electionis finem, quæ quamcitò fuerit celebrata, ſolemniter eſt publicanda, vt expreſsè in d. ca. quia propter, §. fin. dicitur.

DOCT. ALLEG.

2 *Amplectuntur concluſionem Hoſtienſ. Ioann. Andr. Gloſſa, Panorm. Ancharan. Butrius, & alij nominales Canoniſtæ, in cap. publicato, num. 1. de elect. in 6. Archid. quem refert, ac ſequitur Syluest. ver. elect. 1. q. 10. Nauarrus, lib. 1. conſil. 7. de elect. num. 3. in 2. edit. & conſ. 3. in antiquis, Miranda, tom. 2. q. 23. art. 25. concl. vnic. Sigiſmund. dub. 39. n. 1. & 2. de elect. & cæteri allegādi.*

CONCL. II.

3 Electio à qua mora vitietur, à boni Iudicis arbitrio non eſt recedendum, vt in ſuperioribus diximus, qui ſane moram naturalem arbitrabitur, & compendioſam, minimè eam vitiare, nec etiam ſi diceretur Miſſa de Spiritu ſancto, & tractaretur concordia, modo antè electionem non diuertatur ad actus extraneos.

DOC-

DOCT. ALLEG.

4 *Docent aſſertionem Philippus, Hoſtienſis apud Panorm. in d. ca. cum poſt petitam, num. 2. Innocent. Biax, in director. elect. p. 3. cap. 33. & cap. 18. Cucbus, Inſtitut. maior lib. 4. de elect. nu. 271. Sigiſmundus, vbi ſup. numer. 3. & alij nominales.*

CONCL. III.

5 Electio tunc dumtaxat, irrita denuncianda erit, quando eiuſdem electionis publicatio protrahitur ex ignorantia, vel electorum ignauia, aut electi fraude; minimè vero, vbi differretur ob malitiam electorum, ſeu propter aliam iuſtam cauſam.

Cuius eſt ratio, quia illi, in quem apparuit ex ſcrutinij publicatione, maiorem partem conſenſiſſe, non eſt priuandus Iure ſibi acquiſito, ſaltem in hac ad implorandum officiũ ſuperioris, vt compellat electores, compromiſſarios, ad publicam ſui electionem, iuxtà cap. publicato de elect. in 6. nec ex hoc electus notabitur ambitione, cap. cum dilectus, de conſuet. & cap. 2. de in integr. reſtit. cum ſimilibus.

DOCT. ALLEG.

6 *Placet aſſertio Archidiac. quem allegat, & ſequitur Geminian. in cap. ſi confirmationem, numer. 4. de elect. in 6. Panorm. in d. cap. poſt petitam, num. 4. in fine, & in cap. exhibita, de Iudic. nu. 1. Mandagot. de elect. p. 1. cap. 31. vbi Boerius in addictio. Toloſan. in tit. de elect. ca. 17. num. 17. Sigiſmundo, n. 4. & 5. dub. 39. de elect. Nauar. lib. 1. conſ. 7. de elect. num. 3. in 2. edit. & conſil. 3. in antiquis, & alijs citandis.*

CONCL. IV.

7 Electus in huiuſmodi caſus contingentia ſe gerere debet, vt illi ſit proponendum de ſe in genere, dicẽdo, publicatum fuiſſe ſcrutinium; minimè vero eſt dicendum, quod maior pars in me conſenſit, quia poſſet notari in eo ambitio.

Namque expreſſa nocent, non expreſſa, non nocent, l. ſi quis ſempronium, ff. de hæred. inſtitut. l. 1. ff. de aurd. tut.

DOCT. ALLEG.

8 *Huius aſſertionis Doctor eſt Baldus, in d. cap. publicato, num. 10. de elect. in 6. cum alijs hactenus allegat is, tum in d. c. publicato, tum in materia de elect.*

CONTR. III.

Electio, enim, quomodo, & à quo publicanda ſit, in præſentiarùm controuertitur.

CONCL. I.

1 Electio eſt neceſſario publicanda, ore, expreſſa & clara voce, nec ſat eſt factum aliquod electorum, quod electionem importet, ſed verba ore prolata exiguntur, aliàs, totũ irri-

irritum, ac inane eſſet, & inualidum.

Probatur auctoritate *cap. Eccleſia veſtra* 1. & deinde ratione, quoniam vbi verba ſunt de ſubſtātia, & eſſentia, vt in præſenti eſt, *per d. cap. Eccleſia veſtra, & c. quia propter, de elect. in 6. factum non equipollet verbis*, vt eſt in ſimili, de Baptiſmo, in quo verba ſunt de ſubſtantia, *per c. 1. de Baptiſmo.* vbi vero verba non ſunt de ſubſtantia non minus valet factum, quam verba, vt infrà de confirmatione dicetur.

DOCT. ALLEG.

2 *Doctores ſunt huius concluſionis Ioan. Andr. & Panorm. num. in d. cap. Eccl. veſtra. 1. Biax, in directorio elect. p. 3. cap. 36. Sigiſmundus, num. 1. dub. 40. de elect. Cuchus, lib. 4. Inſtit. maior. de elect. numer. 276. & alij nominales Canoniſtæ, & Summiſtæ, & qui de hac materia tractant.*

CONCL. II.

3 Electio ſiuè celebretur per ſcrutinium, ſiuè per compromiſſum, ſemper eſt pronuncianda per verba numeri ſingularis ab vno, nomine capituli, ſi per ſcrutinium celebretur, vel ab vno compromiſſariorum, nomine ſuo, & ſociorum compromiſſariorum.

4 Deſumpta eſt concluſio ex cap. in geneſi de elect. in 6. & ratione probatur, quia Collegium cū ſit quoddam corpus fictum repræſentatum per ſingulos in vnum congregatos. l. mortuo. ff. de fideiuſſ. & per Gloſſ. in l. ſi vt, ff. quod cuiuſcumque vni, & plenius per Bartolum, in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis, ſequitur, quod cū electio ſit eiuſdem Collegij, & non ſingulorum, ab vno eſſe pronunciādam, per verba ſingularis numeri nomine totius capituli, aliàs tot electiones dicerentur, quot ſunt electores, quod eſt abſurdum per d. ca. in Geneſi.

5 Et in Prædicatorum ordine, huiuſmodi eſt praxis per ea, quæ ſunt decretata, in conſtit. diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, litt. A. verſ. Decimum eſt, poſt principium, vbi ſic dicitur. *Si autem electio rata fuerit, ille qui primam vocem habuerit inter electores tenens in manibus librum Conſtitutionum, debet vice omnium prædictorum eligentium, eligere, & decretum electionis formare, dicendo, Ego frater N. vice mea, & omnium eligentium præſentium, eligo fratrem N. in priorem talis Conuentus.*

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſertionem proſequuntur Innocent. & Panorm. in d. cap. in geneſi, num. 7, & 9. de elect. & cap. ſicut cum vbi. Geminian. num. 1. eod. tit. in 6. & ca. cum ab vno, de re iudic. eod. lib. Butrius, in c. quia propter, num. 41. & ibi Panorm. §. vel ſaltem, numer. 2. de elect. & idem Butrius, in cap. ſi vnanimiter, num. 19. de poſtulat. prælat. Oldradus, conſ. 155 quia de forma elect. Marc. q. 921. n. 2. p. 1. & alijs qq. teſte Marta in ſuo digeſto nouiſſ. tit. elect. cap. 22. & 38 Toloſanus in tit. de elect. ca. 16. num. 17. Biax, vbi ſup. cap. 19. num. 6. Tuſchus litt. E. concl. 75. num, 8. Sigiſmundus, num. 3. dub. 40. Rota in Metenſi Monaſte-*

naſterij S. Iulij 1621. coram Coccino, §. neque enim ſuſtinetur, & alij allegandi.

CONCL. III.

7 Electio ſi per ſcrutinium celebretur, licebit vti forma prædicta, qua ordo Prædicatorum vtitur, vel conſimili, ad mentem Panormitani, in d.cap.quia propter, de elect. in 6. nu. 11. in calce, quę eſt. Ego. N. ex commiſſione capituli, eligo nomine totius capituli, fratrem N. in N. in quē maior pars eiuſdem capituli cōſenſit. Si per compromiſſum limitatum celebretur, dicet vnus, compromiſſariorum ad mentem Syluestri, ver. elect. 2. q. 5. num. 18. Ego N. cōpromiſſarius nomine meo, & ſociorum meorum compromiſſariorum, ſi alios habet, virtute compromiſſi limitati in me, vel in nos, facti, eligo fratrem N. in N. in quē maior pars capituli conſenſit. Et ſi tandem, celebretur per compromiſſum abſolutum, dicet vnus eorum, ad mentē eiuſdē Syluestri: Ego N. cōpromiſſarius &c. vt ſup. excepto, reticēdo, in quē maior pars cap. conſentit, ſed in quem maior pars noſtrū conſenſit.

CONCL. IV.

8 In electione per ſcrutinium, qui debet, electionem pronunciare, eſt à capitulo, ſaltem tacitè, deputandus; quando non eſt per conſtitutiones, aut Canonicas, ſeu Apoſtolicas, vel regulares determinatus, atq; præſcriptus.

Quapropter, ſi quis abſque mandato eligat nomine totius capituli, eodemmet capitulo preſente, & non contradicente, videtur capitulum conſentire: quia agitur in hoc caſu, de re meritoria, & concupiſcibili, vt ſcilicet Eccleſiæ de paſtore prouideatur.

DOCT. ALLEG.

9 *Tenent concluſionem Compoſtillator in cap. quia propter de elect. in 6. n. 14. verſ. ſed etſi capitulum. Panorm. ibid. n. 11. & ca. in geneſi, n. 7. & 9. de elect. in 6. Gloſſa in ca. ſicut, & ibi Geminianus, & Franchus, de elect. in 6. Speculum, in tract. de elect. §. 1. num. 20. verſ. ſi autem, & ibi Ioann. Andreas, verb. pro conſenſu, Marc. q. 922. numer. 2. lib. 1. Rota in dict. Metenſis Monaſterij, 5. Iulij 1621. coram Coccino, §. neque etiam ſuſtinetur Sigiſmundus, numer. 5. dub. 40. de elect. & alij nominales.*

CONCL. V.

10 Electio præfata poteſt vtique ab extraneo, id eſt, non de capitulo, publicari, ſi omnes tacitè conſentiant, nemine electorum, prorsùs, contradicente.

DOCT. ALLEG.

11 *Placet aſſertio eiſdem, nuper, relatis Doctoribus, nempè, Speculo, Compoſtellatori & Rotæ, Sigiſmundo, in d. locis, Biax, in directorio elect. par. 3. cap. 33. numer. 4. & ſeq. Cucho, lib. 4. Inſtitut. maiorum, tit. de elect. num. 270. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 51.*

q. 51. art. 14. & alijs allegandis.

CONCL. VI.

12 In electione per compromiſſum, ſiuè abſolutum, ſiuè limitatum, ille etiam compromiſſarius electionem pronunciabit, qui à Iure, vel à conſuetudine, vel ab alijs ſuis ſocijs compromiſſarijs authoritatem habebit, ſaltem tacitè, ſicut ſupra eſt dictum, cum proportione, reſpectu vocaliũ capituli. in electione per ſcrutinium &c. excepto eo, quòd ipſis compromiſſarijs non licebit extraneum admittere propter formam compromiſſi, quæ eſt, vt ipſi eligant, & eſt diligenter obſeruanda.

Ita enim habetur in c. cum dilecta, de reſcript. & cap. cum expediat de elect. in 6. ac l. diligenter, ff. mandat.

CONCL. VII.

13 *Electio ſi in plurali eſſet pronunciata, & poſteà in ſingulari pronunciaretur, minimè teneret, eo quia eſt facultas conſumpta in primo actu: attamen, ſi illico fiat correctio in ſingulari, tunc videtur tenere, vbi maximè dolus abeſt.*

DOCT. ALLEG.

14 *Doctores aſſertionis ſunt Oldradus, conſil. 183. 184. numer. 22. verſ. valdè mirandum, & verſ. Pater ſancte, verſ. 2. excuſat. Ioann. Andreas, & Franchus, in d. cap. ſicut, de elect. in 6. Tuſchus, concluſ. 76. numer. 4. liter. E. Sigiſmundus, numer. 6. dub. 40. de elect. & cæteri allegandi.*

CONCL. VIII.

15 Electione caſſata ex illius pronunciationis defectu, ſcrutinium vtique caſſatur iuxtà probabiliorem opinionem; poſſe nimirum, electores reiterare ſcrutinium, ac recedere à priori nominatione, & alium eligere.

Cuius fundamentum aſſertionis, verè non pœnitendum, eſt, quia ſcrutinium, ipſius publicatio, & electio, conſtituunt vnicam formam: ergo forma ſubſtantiali non ſeruata in vno, debet in totum caſſari. Conſequentia conſtat de ſe, quia forma eſt de ſui natura, indiuiſibilis. ergo vnò deſtructo, deſtruitur reliquum.

16 Et confirmatur ex Baldi Theorica, in l. grege, §. illud, ff. de fideiuſſ. per illum text. quòd vbicumque reſpectu formę actus eſt indiuiduus, ac inſeparabilis, licèt ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ, ſemper vtile per inutile vitiatur, at cum in noſtro propoſito caſu, actus iſte electionis indiuiduus ſit, reſpectu formæ eſſentialis, licèt diuiduus reſpectu ſubſtantiæ actuum; tamen in totum nõ valet, vt in ſimili benè aſtruit Romanus conſil. 66. num. 2.

17 Neque eſt verum, aliquam obligationem, nec etiam naturalẽ quæſitam eſſe ex ſcrutinio ipſi nominato. Nam vt multi DD. benè aſſerunt, antequam electio pronuncietur, ſcrutinium ipſum eſſe videtur actus quidam in formis, & inutilis, cum ex ſe nihil ſit, neque enim

actus hic per ſe conſiſtere valet; ſed eſt acceſſorius, & præparatorius ad alterum actum, ſcilicet ad electioné, & hoc deficiente, neceſſe eſt quoque actum ipſum præparatorium, atque acceſſorium deficere, nec quequam ad eius obſeruationem obligare.

DOCT. ALLEG.

18 *Defendunt hanc concluſionem Panormitanus in cap. publicato, numer. 9. de elect. in 6. Cuchus, lib. 4. Inſtit. maior. tit. de elect. numer. 246. Sigiſmundus, numer. 7. dub. 40. de elect. & alij Canoniſtæ teſte Innocentio, in d. c. publicato, & multi recentiores ſuper hanc materiam.*

CONCL. IX.

19 Electionis pronunciatio, ſeu publicatio, eſt per agenda palam, minimè verò ſecreto, & occultè, aliàs nulla eſt, & nihil valet ipſo Iure.

Cuius eſt ratio, quoniam electiones clandeſtinæ reprobantur in cap. quia propter, de elect. in 6. §. fin. & ſunt ipſo Iure nullæ: ergo fienda eſt coram toto capitulo electorali.

CONCL. X.

20 Electio, autem, clandeſtina, non dumtaxat eſt illa, quæ habetur ſingulariter, & per occulta conuenticula, ſed etiam illa, eſt, quæ eſt in capitulo celebrata in communi quidem, ſed poſteà ordinauit idem capitulum, vt clandeſtina maneat, videlicet, vt ab electoribus nihil de ipſa dicatur, & ſic vitiatur, & ipſo Iure ſit nulla, & inualida.

Conſtat veritas huius aſſertionis ex d. cap. quia propter, de elect. in 6. §. fin. vbi ſic dicitur. *Electiones, quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, vt quam citò electio fuerit celebrata, ſolemniter celebretur*: id eſt populo non occultetur. ergo ipſo Iure, nullitas inducitur, per regulam, quæ contrà Ius, de regul. Iuris, in 6. & ca. vides fili chariſſime. 10. diſt. & l. non dubium, cap. de legibus.

DOCT. ALLEG.

21 *Suſtinent primam, aſſertionis partem Gloſſa in d. §. final. cap. quia propter, de elect. in 6. ver. Clandeſtinas, Biax, par. 3. cap. 20. in directorio elect. Syluestr. ver. elect. 1. §. 1. num. 10. verſ. decimo quæritur. Cuchus, nu. 239. lib. 4. Inſtit. maior. tit. de elect. Sigiſmundus, n. 9. dub. 40. Miranda, tom. 2. q. 23. concl. 2. & alij.*

Secundam vero, partem docent Innocent. in d. cap. publicato, de electio. in 6. & ibi Ioann. Andreas; Compoſtillator in cap. quia propter, de elect. in 6. Panorm. in cap. publicato, num. 9. de elect. in 6. & cæteri neoterici Scriptores.

CONCL. XI.

22 Electionis publicationis omiſſio, ſi in electi fraudem fiat, non proptereà eam vitiat, nec annullat. Ratio huius eſt, quia vt ex c. nobis, &. c. ſicut, de ſimonia, pecunia data in acquiſitione ſpiritualis Iuris, in damnum, ac fraudem alterius nequit ei nocere; ſic pari modo, omiſſa

ſæ electionis publicatione, ad eſfectum nocendi electo, ex huiuſmodi omiſſione, & occultatione electio haud vitiatur, aut annullatur.

DOCT. ALLEG.

23 *Hoſtienſis, ac Panormitanus, in d. cap. publicato, de elect. in 6. aſſumunt aſſertionem noſtram. Sigiſmundus vbi ſupra, & alij, hactenus, recitati Doctores.*

CONCL. XII.

24 Electione completa, ac publicata, gratiarum actio Deo præſtatur, quæ quidem, apud multos conſuetudine pia inoleuit, decantando *Te Deum* ſolemniter, verum, ſi non fiat, non ideò electio vitiatur, aut annullator.

Cuius eſt ratio, quoniam non eſt de ſubſtantia, & eſſentia huiuſmodi gratiarum actio, vt eius omiſſio electionem vitiet.

DOCT. ALLEG.

Pars prima placet Rotæ in d. Metenſi Monaſterij. 5. Iulij 1621. coram Coccino, §. quod vero. Cucho, vbi ſupra, numer. 281. & alijs. Secunda vero pars docetur à Mandagoto de electio. par. 1. cap. 35. Toloſano de elect. cap. 47. numer. 18. Sigiſmundo vbi ſupra numer. 10. & alijs.

CONTROV. IV.

An Electus teneatur electioni de ſe factæ conſentire, & quando, & quomodo, ac ſub qua culpa.

CONCL. I.

1 Electus conſentire nequit electioni de ſe factæ, niſi poſtquam celebrata fuerit communis electio, reſultans ex ſingularibus conſenſibus præſtitis in ſcrutinio, aliàs, electio eſt irritanda, ac prorsùs nulla.

Sic enim habetur cap. cum poſt petitam de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſſerunt concluſionem noſtram, Goffred. Innocent. Compoſtillator, Gloſſa, Panormitanus, & Butrius, in d. cap. cum poſt petitam, de elect. in 6. Lambertinus, lib. 2. de Iure patron. par. 1. q. 9. art. 13. num. 2. Syluest. ver. elect. 1. q. 10. num. 11. Cuchus lib. 4. Inſtit. maiorum, de elect. numer. 324. Sigiſmundus. dub. 51. numer. 1. de electione, & cæteri Summiſtæ, & Canoniſtæ.*

CONCL. II.

3 Electus, ſi, conſentiat electioni, priuſquam vota in ſcriptis redi-

gantur, ac publicentur; tanquam Ambitioſus eſt ab electione repellendus.

Cuius eſt ratio, quoniam conſenſit electioni, antequam electores ei ſuffragentur in ſcrutinio, cap. in ſcripturis 8. qu. 1. & cap. per noſtras, de Iur. patro. & cap. fin. de Inſtitut.

DOCT. ALLEG.

4 *Proſequuntur concluſionem Innocent. in cap. cum in Iure de elect. Panorm. in d. c. poſt petitam, de elect. in 6. num. 5. Butrius, in cap. vbi periculum, de elect. in 6. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 2. num. 57. & 58. vbi plures allegat. Rota, deciſ. 6. tit. de elect. in antiquis. Sigiſmundus vbi ſup. nu. 2. Berrach. in ſuo repertorio, ver. elect. à quibus, verſ. 2. vbi multa Iura, & Doctores recitat, aliq́ue nominales.*

CONCL. III.

5 Electus, ſi, conſentiat ſuæ lectioni, poſtquam vota ſunt redacta in ſcriptis, & iam publicata, ſed antequam ſequatur communis electio; tunc licèt notari minimè poſſit electus ambitione; nihilominus eſt electio ipſo Iure nulla, & inualida.

Probatur pars prima quoniam eſt electus vocatus à Deo & fratribus, vt patet ex cap. cum iniure, de elect. in 6. ergo non notatur ambitione.

Secunda pars vero probatur, quod ſit ipſo iure nulla, quoniam electus errauit in forma, & ſubſtantia cap. quia propter, de elect. in 6. nam ſubſtantiale eſt electionis, vt omnia ſuo ordine quo præſcribuntur à d. c. quia propter, ſeruentur. ergo eſt ipſo iure nulla.

DOCT. ALLEG.

6 *Noſtræ ſubſcribunt Aſſertioni Panorm. in d. c. quia propter, de elect. in 6. n. 16. verſ. 18. Miranda, tom. 2. q. 23. art. 29. §. 18. Sigiſmund. n. 3. vbi ſup. Syluest. ver. electio. 2. q. 10. verſ. 18. & alii allegati ſupra.*

CONCL. IV.

7 Electio minimè vitiatur, ſi ante eiuſdem celebrationem, eligendi conſenſus exigatur, modo ipſe eligendus, haud conſentiat.

Nam eſt quandoque vtile, eligendi cõſenſum requirere, nè ſi contingeret, electum poſteà renuere, dignitas vilipendatur, aut Eccleſiæ prouiſio differatur.

DOCT. ALLEG.

8 *Huius aſſertionis Doctores ſunt Goffredus, Compoſtillator, & Panormitanus, in d. cap. cum poſt petitam, de elect. in 6. Sigiſmundus, num. 4. dub. 41. de elect. cæteriuè ſuper hanc mateiiam.*

CONCL. V.

9 Electi Conſenſus ſi antè electioné requiratur, minimè conſentire debet, vt ab Electorib. eligatur, nè ambitione notetur, vel nè ſaltem peccet in forma, cap. quia propter de elect. in 6. ſed reſpondere debet, vel dicendo, nolo, quod me eligatis, & ſic rogo; vel dicat, Non intẽdo, Dei vocationi reſiſtere, vel ſe indignum fieri

optare,

optare, cui tantum honoris confera-tur: vel eis gratias agere, quod talem ſe iudicent, cui dignitas illa conue-niat, & huiuſmodi verbis, quibus ſic indirectè declaret ſuam volútatem; ita vt ſe ab omni ambitione vacare, monſtret.

DOCT. ALLEG.

10 *Suffragantur huic concluſioni Biax in ſuo directorio electiõn. p. 3. cap. 42. col. penult. ad finem, n. 3. Cuchus lib. 4. Inſtit. maiorum, tit. de elect. num. 325. Sigiſm. n. 5. dub. 41. & alij nominales.*

CONCL. VI.

11 Electus poſt electionem celebra-tam, ſi ab eo conſenſus requiratur, reſpondere poteſt, nolens volo, & volens nolo: poteſt etiam; & hone-ſtum eſt, non ſtatim conſentire, ſed aliquantulum reſiſtere, ne videatur Ambitioſus: non tamen eſt ipſe dã-nandus, ſi ſubitò, & in continenti cõ-ſentiat; & præſertim, ſi fortè dubitet, nè aliquis pernicioſus ſe ingerat; vn-de tunc dicere poteſt. Charitas me cogit ad conſentiendum argum. c. ſciendum, & cap. qui Epiſc. 8. q. 1.

Quare per huiuſmodi dicta, Gloſſ. dictum limitatur, in d. cap. cum poſt verb. requiſitum, in fine, de elect. in 6. dum ait; ſi electus diſſentiat, non eſt eligendus: nam id eſt intelligen-dum iuxta Panormitanum in cap. poſt petitam, de electio. in 6. quan-do conſtaret præciſè eum non velle acceptare electionem, vel dignita-tem: ſecus vero, vbi pro honeſtate diceret ſe nolle conſentire; & pro hoc facit illud ſingulare dictum Ro-tæ deciſ. 636. p. 1. in recent. nempè, non in duci renunciationem per verba vrbanitatis.

CONCL. VII.

12 Electus, qui diſſentit, ac renuit e-lectioni de ſe factæ, conſentire, po-teſt mutata voluntate, eamdem ac-ceptare, perſiſtentibus electoribus in priori voluntate.

DOCT. ALLEG.

13 *Sic namque aſſerunt Gloſſa fin. Io: Andr. Geminianus, Franchus, & An-charanus in c. licet de Procurator. in 6. quos ſequuntur Sanchez de matrim. to. 3. lib. 8. diſp. 32. n. 2. Moneta de com-mutat. vlt. volunt. cap. 8. numer. 845. Sigiſmundus, num. 7. dub. 41. de elect. & cæteri nominales.*

CONCL. VIII.

14 Electus poſt conſenſum, ante confirmationem ſuperioris, poteſt in manibus electorum abſque ſupe-rioris venia, de iure communi, ſe-cundũ probabiliorem ſenteñtiam, tu-ta conſcientia, renunciare, dum ta-men huiuſmodi renunciatio non cædat in ſuperioris prejudicium, cu-ius eſt confirmare, quod ſecùs dicẽ-dum poſt confirmationem.

Diximus, dum tamen huiuſmodi renunciatio non cędat in prejudiciũ ſuperioris, cuius eſt cõfirmare, quo-niam ſi, e.g. negotium ad ſuperiorẽ, confirmatorem iam ſit delatum, & contrà electum, aliquid opponatur,

quod electionem infirmet, ac electores poteſtate eligendi priuet; tũc etſi electus poſſit eam electioné quo ad ſe repudiare; nihilominus tamen ea renunciatio poterit nocere confirmatori, quin ſuper oppoſitis veritatem inquirere, eiſque compertis, eligere, ac prouidere non ſecus poſſit, quam ſi nulla renunciatio facta eſſet.

15 Primo probatur, quoniam quilibet Iuri ſuo reuunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, vbi Gloſſa, C. de pact. Rota deciſ. 265. n. 3. p. 1. in recent. ſed qui ſe in electionem paſſiuam immittit, commodum proprium quęrit, d. c. ſi electio. per illud verbum, Iuri ſuo, de elect. in 6. Felin. in c. ad probandum, n. 6. de re iudic. Suarez de legib. lib. 5. ca. 9. n. 7. ergo eidem renunciare poteſt, niſi id per viam illicitam faceret, vel niſi ei iniungeretur à ſuperiore, ſeù in detrimentum cederet Religionis, vt in ſequentibus dicemus.

16 Secundo, ad illud vero Axioma vulgatum allatum contra prædicta, nempè, *Religioſum electum non habere, nec velle, nec nolle*, eſſe intelligendum, vltrà voluntatem ſuperioris, de qua, cum oppoſitum apertè non cõſtet, & ſemper præſumitur eſſe, qualis eſt mens legis ſcriptæ, Bald. in ca. 1. col. 2. apud quos, &c. Decius conſ. 35. nu. 5. & præſumitur velle quod Iura volunt, §. omnes, in authen. Iudic. & ſe conformare cum Iuris diſpoſitione. Oldradus, conſ. 69. Rota, in Oriolenſi beneficij, 6. Martij, coram Cardinali Mantica, cum pluribus alijs relatis à Gonzalez, ſuper reg. 8. Cancell. gloſſa 43. n. 166. in fi.

Sed Religioſus electus, in proprio Monaſterio poteſt conſentire electioni de ſe factæ ſine alicuius licentia; Innocent. & Compoſtillat. in c. 1. de poſtulat. Prælat. Marc. q. 1115. nu. 6. p. 1. Archid. Ioann. Andr. Ancharan. & Franchus, in d. ca. ſi Religioſus, de elect. in 6. per illum textũ à contrario ſenſu. ergo, & diſſentire poteſt, quia eius eſt, nolle, qui poteſt velle, l. Pater Seuerinã, de condi. & demon. & l. eius eſt nolle, de reg. Iur. ergo ſatis erit ad hoc vt Regularis renunciare poſſit ante confirmationem, ſi prohibitione ſui ſuperioris careat, vt in alijs terminis Suarez docuit, tom. 4. diſp. 46. ſect. 1. n. 12. cum alijs citatis, & allegandis.

DOCT. ALLEG.

17 *Docent noſtrã concluſionem Gloſſ. in c. ſi elect. ver. renunciat. de elect. in 6. Io: Andr. Geminian. ibid. n. 5. Franchus, n. 3. Innocent. ac Boichus, in c. 2. de poſtulat. prælat. Panor. in c. quia propter de elect. in 6. §. niſi, n. 5. & in c. 2. n. 33. de transl. Epiſc. & in c. ad aures, de his, quæ vi & metu; & in cap. 2. num. 11. de in integr. reſtitut. & d. Franchus in cap. conſtitutus, numer. 22. de appellat. Decius in cap. poſtquam, numer. 16. de elect. in 6. Pariſius de reſignat. benefic. lib. 7. q. 1. numer. 78. Cuchus, lib. 4. Inſtitut. maior. de poteſt. electi, n. 33. Rot. deciſ. 6. nu. 1. tit. de elect. & deciſ. 8. n. 3. tit. de Iure patron. vbi teſtantur Domini, de communi recent. in d. cap. ſi elect. & in cap. niſi cum pridem; vbi communiter DD. de renunciatione, Sigiſmundus, dub. 41. num. 8. & alij nominales.*

CON-

CONCL. IX.

18 In ordine Patrum Prædicatorum, electus Canonicè in priorem, non poteſt ſtatim pronunciata electione, renunciare Iuri ſuo, nec interponere appellationem, ſi non confirmetur, nec aliquid in foro contentioſo repetere, ob multa.

Primo, quia taliter electus in noſtro ordine, ex tali electione nihil Iuris acquirit: quod patet, quia quantuncunque ab omnibus eligatur, nullam tamen habet adminiſtrationem, & tamen electi in quibuſdam Eccleſijs, ſtatim habent adminiſtrationem, & gerunt vicem quaſi Prælati.

Secundo, quia Religioſus quicunq; cum obedientiā ſit profeſſus, non habet velle, aut nolle, ac proindè ſi Prælatus aliquid ei præcipiat, oportet eū obedire, nec eſt in eo diſentire, benè tamen in Prælato præcipiente, à cuius voluntate, ſubditi voluntas dependet.

19 Tertio, quia quantuncumq; aliquis à maiori parte, vel ab omnibus eligatur, in poteſtate tamen ſuperioris eſt, ipſum confirmare, vel non confirmare: quia conſtitutio dicit, quod Prouincialis poterit talem electum confirmare ſi ei videbitur expedire, & quamuis illum non confirmet non tamen reſtat tali electo locus appellandi, vel aliqua cauſa proſequendi, ſiue aliquid in foro cōtentioſo repetendi. Apparet ergo ex prædictis, talē nō habere Ius aliquod in tali electione, ac proinde nō poſſe cedere Iuri ſuo; quia ex vi talis elect. nullum Ius dignoſcitur acquiſiuiſſe.

20 Si quis autē à maiori parte eligitur, & tamen contradicitur tali electioni, electus nō debet confirmari quouſq; tales contradictiones audiantur, & remoueantur ſicut fuit declaratū 1337. Declaramus etiā quod quantumcumq; ſit aliquis Canonicè electus & confirmatus, eiq; præceptū de acceptatione factū ſit, ipſe tamen nō conſentiat, nūquam eſt prior, nec Prælat. neq; Ius aliquod ſibi acqnirit.

21 Itē, ſi quis frater habēs litteras Magiſtri ord. quod nō poſſit cogi ad ſuſcipiendū officiū prioratus, eligatur in Priorem alicuius Conuentus, & à Priore Prouinciali cōfirmetur, ſi talis frater, cōfirmationi factę non cōſenſerit, nō eſt abſoluēdus, ſed ſufficit caſſari electionē, vt Electores libere alium eligere poſſint; ſicut fuit declaratum apud Victoriam 1321. & apud Toloſam, 1304.

22 Et Valentiæ 1596. dicitur quod ſi contingerit, Aliquē abſolui à prioratu ad eum finē, vt poſſit alibi creari, ſeu eligi, & non alio fine; ſi confirmatio ſuum effectum non ſortiatur, quauis de cauſa, nulla erit cenſenda abſolutio, & poterit in primo prioratu perſeuerare, quicumque ille ſit.

Et aduertant Priores, vt deinceps, etiam in illis Prouincijs, in quibus hactenus, id ſeruatum non fuit, litteræ confirmationis Priorum legantur in capitulo, vel Refectorio, & notetur in eis dies, hora, & locus intimationis. Valleoleti, 1605.

Hęc concluſio, cū reliquis hucuſq; recitatis habetur diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, num. 3. litt. L. poſt medium, verbotenus.

CON-

CONCL. X.

23 Electus mortali labe ſe commaculare, ſi non conſentiat electioni de ſe factæ, ſe idoneum agnoſcens, & alius non adeſt æquè idoneus per quē poſſit illi Eccleſiæ conſuli.

DOCT. ALLEG.

24 *Amplectuntur aſſertionem Archid. in c. ſi electio. n. 1. de elect. in 6. & in c. in ſcripturis, nu. 1. & 2 Gloſſa 8. q. 1. Geminianus Anchar. & Franch. in c. d. ſi elect. Cuchus lib. 4. Inſtit. maior. tit. de elect. n. 302. Ioann. Andreas in c. ſi electio, in 6. de elect. & alij Canoniſtæ.*

CONCL. XI.

25 Electus in triplici caſu non excuſatur à culpa mortali ſi diſſentiat electioni de ſe factæ: & primus eſt ſi à ſuperiore cogatur diſtricto præcepto ſanctæ obedientiæ, & nihilhominus ipſe conſentire recuſet, nec ei iuſta cauſa cedendi ſuffragetur; vt putà, quòd ſit certus de notabili defectu ſciētiæ, vel alio huiuſmodi defectu ob quem exercere non valet munus ſibi iniunctum ſine peccato. Imò electus dubius de dicta cauſa, eā ſuperiori expoſuiſſet, qui tamen ab iniungēdo nō deſiſteret; tunc quoq; ſubditum cōuinci obediētiam abijcere, ſi ipſe non conſentit, licèt ſub humilitatis ſpecie contradicat; quia non ſolum voluntatis affectus dictioni ſuperioris eſt ſubijciendus à ſubdito, verum etiam intellectus iudicium.

DOCT. ALLEG.

26 *Auctores noſtræ concluſionis ſunt D. Tho. quodlibet 5. art. 22. Syleſt. ver. elect. 1. q. 19. Angelus, eod. ver. n. 30. Richard. in 3. quodlibet 21. Sigiſmundus, n. 16. dub. 41. & communiter omnes Theologi, Gerſon. Alphabet. 55. litt. R. Corduba, cap. 10. q. 7. puncto 2. verſ. quod talis frater.*

27 *Secundus caſus eſt vbi electus ſibi cōſcius eſt, neminem alium æquè idoneum eſſe, ac ipſe, qui poſſit, & velit prouidere ſaluti animarum, ex quo conijcit non leue detrimentum, & periculum imminere illi Eccleſiæ, de cuius prouiſione, ſeu electione agitur niſi ipſe aſſentiat. cap. olim, & d. c. in ſcripturis 8. q. 1.*

Tertius caſus eſt, vbi electus per viā illicitam conſentire refugit, e. g. abſcindendo ſe prout patet ex Ricardo, & non abſcondendo ſe, vt multi perperam referunt, quam mendam autumo irrepſiſſe forſan ex Typographorum incuria.

Extra hos, vero caſus enumtratos neceſſitatis, ſi per viam illicitam quis conſentire renuat electioni de ſe factæ propter ignauiam, ſeu pigritiam, non excedit venialem culpam: ſi vero propter humilitatem, indignum ſe exiſtimans, meretur.

Vnde concludendum eſt cum D. Tho. vbi ſup. art. 23. Tutius eſt prælationis officium declinari, non tamen pertinaciter, cum ad illud ſuſcipiendum, ſuperna voluntas agnoſcitur.

Hinc, in d. ca. niſi cum pridem, de renunciat: hæc habentur. Quod ſi forſan, humilitatis cauſa de culmine quæris de Pontificali deſcendere, eo ipſo humilitatis

tatis veſtris erigere malè verticem, quod te nimis in reſignandi propoſito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cũ & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. vbi Panorm. num. 2. inquit. Humilitas, quæ contra obedientiam erigitur eſt ſuperbia.

28 Et diximus, *Tutius declinari munus prælationis*, iuxtà D. Tho. quia, vt ipſe ait, *Difficile eſt purgatum ſe quemlibet agnoſcere*. & iuxtà Innocentium cap. cum in Iure, de elect. in 6. Quiſque debet in ſe ipſo culpam agnoſcere, & cap. ad eius, diſt. 6. & de alio debet præſumere bonum, cap. fin. de præſumpt. & alia Iura ad hoc congerit Marc. q. 1220. num. 7. p. 1.

Diximus, *Hoc tamen pertinaciter, &c.* quoniam vt D. Paulus 2. ad Corint. cap. 3. fiduciam habemus ad Deum per Ieſum Chriſtum, nõ quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtaméti.

CONTR. V.

An vacet culpa ille, qui Prælationis muneri ſe ſubijcit, quòd ex multis circumſtantijs probabiliter conijcit futuram ſibi eſſe occaſionem peccandi.

CONCL. I.

1 Ille, qui probabiliter timet, nè prelatura ſit futura occaſio peccandi; & nihilhominus eam quærit, & ambit, nulla graui circumſtantia vrgente à culpa graui, vel leui non excuſatur pro peccati qualitate, quod timetur, ſi in illam, ſe intromittat.

Probatur, tùm quoniam aſſumens ſtatum, vbi eſt periculum ad mortale, mortaliter peccat, vt eſt omnium DD. ſententia: tum etiam quia agit contra charitatem, quam quis tenetur erga ſe ipſum habere.

Hanc aſſertionem omnium Doctorum cõmunis auctoritas firmat, ideo recitare eorum, nomina omittimus breuitatis gratia.

CONCL. II.

2 Ille, qui omninò deſperat, & cui eſt certum, ſe nullo pacto prælationis munus exercere poteſt abſque peccato, conſcientiam ſuam lædere, & ſi illud recipit, etiam ſi id ei præcipiatur, & adeò obſtringitur huiuſmodi obedientiam abijcere, dummodo cauſam ſuæ reſiſtentiæ, ſeù impoſſibilitatis prædictæ ſuo ſuperiori aperiat, & in dubijs ſtet eius iudicio.

Diximus, *dummodo cauſam ſuæ reſiſtentiæ ſuperiori aperiat*, quod eſt intelligendum, niſi ipſa cauſa ortum ducat ex aliquo delicto occulto; tunc enim quam cautiſſimè patefacienda eſt ipſimet ſuperiori, id eſt, per aliquas clauſulas generales, quæ

ſatis

ſatis ſint, vt ſuperior re ipſa diſpenſet circa impedimentum, ſi poteſt, vel ceſſet ab iniungendo præceptum; & ratio eſt, quoniam propriæ famæ eſt habenda ratio.

Concluſio ſatis liquidò conſtat ex cap. niſi cum pridem, §. propter malitiam, de renunciat.

DOCT. ALLEG.

3 *Defendunt Abulenſis in prin. exodi, cap. 18. q. 6. Corduba, cap. 10. q. 7. p. 2. verſ. ſecũdo dic. Sigiſmundus, dub. 42. nu. 7. de elect. Valentia, to. 3. diſp. 10. q. 3. verſ. ſecundum dubium eſt, ad 2. 2. D. Thom. & alij nominales.*

CONCL. III.

4 Deponenda eſt opinio de peccato futuro ab illo, qui probabiliter opinatur ſe ſæpè eſſe peccaturum in eo prælationis ſtatu, quando ei impoſitus eſt ob communem neceſſitatem.

Probatur, nam Deus, qui ob dictum commune bonum ad prælaturam illum vocauit, facili negotio eundem poteſt, ab omni culparum labe, immunem reddere. non enim ſtatus prelationis eſt neceſſaria cauſa peccati; ſed poteſt quis in eo ſanctiſſimam vitam ducere, vt latè D. Athanaſi. in fine, epiſt. ad Dracontium fugientem Epiſcopatum.

CONCL. IV.

5 Qui prædictam opinionem deponere non valet, nihilominus acceptare debet prælationem ſibi iniunctam in commune cõmodum; & ad firmiter ſecum ſtatuendum nõ declinandi à regulari obſeruantia, & agendi ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt.

Probatur, nam talis circumſtantia excuſat eum; quo minus ſecuriſſima via ſibi cauendum ſit, atquè ita conuincitur committere inobedientiæ crimen, niſi ſuſcipiat prælationem præfatam ſiquidem licitè poteſt facere, & patet ex cap. Aduerſitas 7. q. 1.

DOCT. ALLEG.

6 *Suffragantur his aſſertionibus Corduba, Valentia, & Sigiſmundus, n. 9. vbi ſup. & ex verbis D. Petri, apud Clementem, epiſt. 1. vbi dicitur eidem Clementi, ſi periculum, peccati timens Eccleſiæ gubernacula ſuſcipere, refugis, (& in Eccleſiæ præſertim neceſſitate) certus eſto, quod grauius peccas, quã ſi populum Dei in mari fluctuantem, cum iuuare poſſes, ſubterfugis, tui tantum modo conſiderationem habens.*

CONTR. VI.

An electionis Decretum ſit de illius ſubſtantia; & an plenam fidem faciat.

CONCL. I.

1 Electionis Decretum nihil aliud eſt, quam quædam ſcriptura continens ſeriem electionis à principio vſque ad finem, facti ad effe-

ctum

ctum in primis, vt appareat, formam fuiſſe ſeruatam in electione, & etiam, vt ſi quis elector vellet variare vota ſua, inciperet ei obuiare propria confeſſio.

2 Dicitur Decretum *à decerno decernis*, quod idem eſt in caſu, de quo agimus, quod ordino, ſeu diſpono, vnde dictum Decretum eſt diſpoſitio, ſeu ordinatio totius electionis, vel continens electionis ordinem, quæ poſteà eſt ad ſuperiorem mittenda, qui confirmare habet huiuſmodi electionem.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent noſtram aſſertionem Gloſſa in c. innotuit, verb. decreto, & Panorm. n. 13. in fine, de elect. in 6. Cuchus lib. 4. Inſtit. maiorum, tit. de elec. n. 279. Butrius, in ca. bona 2. n. 40. de poſtul. prælat. & Marc. q. 1325. n. 3. p. 1. Sigiſm. dub. 43. num. 1. de elect. & nominales alij.*

CONCL. II.

4 Decretum præfatum minimè eſt de aſſentia, ſeu ſubſtantia electionis, ſed ſatis eſt, vt de ea poſſit aliter fides fieri.

DOCT. ALLEG.

5 *Noſtræ aſſertionis Scriptores ſunt Gloſſa in c. Epiſcopus, verb. ſubſcriptionibus, diſt. 61, Hoſtienſ. in d. cap. innotuit, Ioann. Andreas, & Panorm. vbi ſupra num. 16. Marc. q. 1359. num. 3. par. 1. Sigiſmundus, num. 2. vbi ſup. & communiter omnes DD.*

CONCL. III.

6 Electionis Decretum plenam fidem facit, quando, omnia requiſita habet ad publicam ſcripturam.

DOCT. ALLEG.

7 *Sequuntur Rota in Treuerenſi Abbatia S. Maximini 20. Nouembris 1624. coram Coccino Decano, §. penult. ſpeculum, tit. de elect. §. 1. verſ. celebrata, vbi latè de hac materia. Innocent. in d. cap. innotuit, num. 3. Ioann. Andr. num. 20. Card. nu. 7. verſ. 6. quæro. Butrius, & Panorm. numer. 15. Bellamer. n. 20. verſ. item dicit Marc. d. q. 1359. n. 2. p. 1. Burſat. conſ. 159. n. 15. lib. 2. Syluest. ver. 1. elect. q. 18. Biax, in direct. elect. p. 3. c. 41. Cuchus lib. 4. Inſtit. maior. de elect. n. 282. Sigiſmund. n. 3. dub. 43. de elect. & cæteri alij.*

CONCL. IV.

8 In Decreto electionis, poſt Conc. Tridentinũ, electorum nomina minimè publicari, ac exprimi poſſunt, poſt factam electionem, quando ad confirmatorem mittitur; aliàs, nulla redderetur electio, & inanis eſſet ipſo Iure.

Sic enim habetur ſeſſ. 25. cap. 6. d. Concilij. *In primis ſancta Synodus, diſtrictè præcipit omnes ſupradictos, eligi debere per vota ſecreta, vt nomina eligentium numquam publicentur.* Super quem locum ſacra Congregatio Concilij ſic declarauit. *Electio erit nulla, ſi poſt eam factam in patentibus confirmationis, exprimerentur*

Digitized by Google

rentur eligentium nomina. & ante à Pio V. per extrauagantem eius id ipſum declaratum, quæ incipit, inter cæteras, die 6. Dece. 1571. emanata.

DOCT. ALLEG.

9 *Auctores huius declarationis S. Cõgregationis Conc. Trident. ſunt Caſtellinus cap. 4. num. 61. de elect. Barboſa, in ſumma Bullarij, ver. electio. Sigiſm. dub. 43. n. 7. de elect. & alij nominales.*

CONCL. V.

10 In electionis Decreto, non Regularium, ſed Clericorum Secularium, opus eſt, quęcumq; electorem apponere ſuam ſubſcriptionem, huiuſmodi tenore verborum; vt e. g. *Ego N. Canonicus S. Petri, huic electioni interfui, conſenſi, & propria manu ſubſcripſi*. Et hoc fit, vt ſi quis electorum peracta electione votum ſuum vellet variare, inciperet ei propria confeſſio obuiare.

Et tale Decretum continens ſigillum, & ſubſcriptionem omnium eligentium, plenam facit fidem; quando ſcilicet eſt per Notarium publicum confectum.

DOCT. ALLEG.

11 *Hac noſtra concluſio, eoſdem habet Auctores, quos, num. 7. retulimus, & alios nominales.*

CONCL. VI.

12 In electionis Decreto Regulariũ, ad confirmatorem ſcriptura à ſcrutatoribus confecta, tranſmiſſa, & antea publicata electio coram cunctis eligentibus, plenam facit fidem, & eis eſt omninò credendum, & ſcripturæ formatæ ab eis.

Probatur, nam licet, electores ſinguli in ſuis teſtimonijs, ac votis ſint ſingulares; nihilominus, ſcripturæ, ac ſcrutatoribus, in officio eis delato, eſt credendum; quia, ſunt ſcrutatores cõteſtes, & textus eſt expreſſus in cap. cum dilectus, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

13 *Concluſio docetur à Panormitano Ancharano n. 1. verſ. 6. notand. in d. c. cum dilectus, de elect. in 6. à Butrio, in c. publicato, n. 16. de elet. in 6. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de elect. §. qualiter facienda, col. 4. circa med. Menoch. conſil. 67. num. 41. Panormitano in cap. quia propter, de elect. in 6. Sigiſmundo, dub. 43. num. 8. & dub. 66. num. 9. & ab alijs recitandis.*

In Conſtitutionibus ord. Prædicatorum diſt. 2. ca. 2. de elect. prioris, n. 4. lit. N. ſic dicitur. Conuentus autem, qui petit electi confirmationem, numerum, & nomina ſcribat eligẽtium, cum formatione Decreti, & expreſſione eorum, quæ in electione facta ſunt.

In horum verborum declarationibus, hæc habentur. Declaramus, quod Conuentus, qui mittit ad Prouincialem pro confirmatione Prioris electi; debet in ſcriptis narrare totum electionis proceſſum, & ſcribere numerũ eligentiũ, & quot vota tam electus, quam non electi habuerunt, eique ſignificare, nihil eorũ, quæ ad Canonicam requiruntur electionem, fuiſſe omiſſum. hæc ibi.

Ante

Ante quidem Concil. Trident. nomina electorum exprimebantur in decreto electi modo, vt diximus, nequit id fieri, aliàs, nulla redderetur electio.

CONCL. VII.

15 Forma decreti electionis, qua plena fides fieri poſſit, apud Religiones, cum ab eis petitur confirmatio, vel poſſeſſio, aliuſuè vſus venerit; curandum eſt, vt totus proceſſus electionis pulchra ſerie, & ordine per Tabellionem ad hoc munus electum, conſcribatur, videlicet, vt præmiſſa abſentium vocatione, & citationis relatione, contumaciæ accuſatione, Notarij, ac teſtium Conſtitutione, teſtatur deindè Notarius exemplis gratia, dicendo.

16 Præſentibus in Capitulo Prouinciæ, N. omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt ad eſſe; nempe, ex. gr. quinquaginta vocalibus in vnum congregati in Conuentu, N. ad electionē canonicè celebrandam per formā ſcrutinij coram me Notario infraſcripto, & teſtibus quoq; infraſcriptis ab omnibus de capitulo, nemine diſſentiēte aſſumpti fuerunt tres ſcrutatores de Collegio eodem, ſcilicet N. N. N. qui ſcrutatores ſcrutati ſunt prius ſe ipſos nimirum, primo p. Fr. primus ſcrutator, ita ſecretò, vt nec ab alijs duobus ſcrutatoribus videri potuerit, ſcripſit nomē eius, quem eligit, & deniq; 1. 2. & 3. ſcrutator ſcrutati sūt, & exquiſierunt vota aliorum omnium de collegio, ita ſigillatim, & ſecretò, vt quiſque elector de per ſe ſingulariter votum ſuum dederit, ac detulerit ipſis ſcrutatoribus, itaut nec à me Notario infraſcripto, nec à teſtib. infraſcriptis nec ab alijs quibuſuis exceptis ſcrutatoribus auditū ſit tale votum, & in ſcriptis ea redigerunt, licet nec ego, nec teſtes viderimus redigere, moxq; eadem publicarunt in capitulo, id eſt, p Fr. N. primus ſcrutator, alta, & intelligibili voce publicauit, & dixi, p. Fr. habuit voces, N. & p Fr. N habuit voces, N. &c. & ſicut eſt ab eo publicatū, ita quoq; de facto ſcripturam, quā in manibus tenebat, cōtinere, oculis proprijs legi, & vidi, cum infraſcriptis teſtibus, & ſtatim collatio facta fuit numeri ad numerum eorundem votorū per p. F. N. in qua collatione cū inuētus fuerit p. F. N. habuiſſe maiorē, totius capituli partē, ex eo, quod habuerit voces, N. illicò pulſata cāpana de eo fui pronūciata electio à p. F. N. qui & ipſe eſt de capitulo, alta, & intelligibili voce, in eodē capitulo per verba ſingularis numeri, nomine totius capituli, tenore ſequenti, videlicet, vt diximus ſupra. Deinde ipſe p. Fr. N. electus, qui erat præſens, genuflexit, & humiliter conſenſit electioni de ſe factæ.

Quibus ſic per actis fuit decātatus hymnus, Tē Deū laudamus, &c. alta, & clara voce, à toto capitulo, hoc mō .ſ. intonarunt. d. hymnū in loco capituli, & decantantes, exierunt è loco capituli, & introierūt Eccleſiā ſupradicti Cōuentus, in quo eſt celebrata electio, & ibi ante Altare maius R. P. Fr. N. præmio ſermone, dedit ſigillum officij, publicè ipſi Fr. iam electo.

De quib. oībus, cū ego N. Notarius, ita interfuerim cum, N. N. teſtibus, vt tñ nemo noſtrum ſciat alicuius ſuffragiū nominatim, fidem facio vniuerſis,

& ſingulis præſentes literas inſpecturis, prædicta omnia, ita fuiſſe ordine, quo narraui, geſta, & ita rogatus fui. Ideo in fidem, præſens publicum inſtrumentum ſubſcripſi, & ſubſignaui.

17 Circa hanc formam Decreti electionis, eſt aduertendum, nimirum, eã eſſe variandam ſecundum diuerſitatẽ formæ electionis, per quam electores proceſſerint, cõpromiſſi, ſcilicet abſoluti, vel limitati, quam prudens legens eliciet ex huc vſq; dictis, prout ſuis locis aptatum eſt, & hanc formã tradidimus, vt difficiliorem, quę inſeruiet, quando procedetur per formam ſcrutinij viua voce, & alias, tamquam faciliores, gratia breuitatis omiſimus.

Deinde varianda erit quoq; forma decreti, ſi aliquod non fuerit ſeruatum ſicut debetur, & narrauimus. huiuſmodi enim forma ſupponit omnia ritè, rectè, ac canonicè fuiſſe exequtioni demandata, quæ in aliquo poſſent electioni obſtare.

CONCL. VIII.

18 De electionis ſubſtãtia, & eſſentia eſt, vt in ipſa ſeruetur omnium prædictorum in d. forma decreti, ſubſtãtialium ordo, ac ſucceſſiuè omnia attendentur per ordinem ſubſtantialia, ſicut ibi ſunt narrata.

DOCT. ALLEG.

19 *Approbant hanc concluſionem Panor. in c. quia propter, de elect. in 6. n. 16. verſ. 18. Miranda, tom. 2. q. 23. art. 29. §. 18. Syluest. verb. elect. 2. q. 10. verſ. 18. Tabiena, eod. tit. & verſ. & Sigiſ. n. 10. dub. 43. de elect. & communiter omnes DD.*

CONCL. IX.

20 In electionis decreto conficiendo ſi electio eſt celebrata à Regularibus, Regularis erit quoque Notarius; ſi à Clericis Sæcularibus, erit Sæcularis, vtique Notarius, per quem conficietur dictum electionis decretum.

Nam ſemper honeſtius, ac conuenientius reputabitur eſſe, vt Regulares aſſumant aliquos ex ſuis, in Notarios, ſicut ad hunc, & ad alios huiuſmodi effectus conceſſit Pius V. per ſuũ motum proprium, anno 1571. die 21. Martij. Generali, & omnibus Prouincialibus Ord. Prędic. vt poſſint in vnaquaq; Prouincia, aliquos dicti ordinis Religioſos in Notarios creare, conſtituere, & deputare, vt plenè refert Rodr. to. 3. q. 8. ar. 1. qq. regular.

21 Hinc felic. recor. Paulus V. in Bullis Cardinalium protectorum Regularium hæc apponere conſueuit, prout apparet ex patente facta Cardinali Lantes protectori Ord. Minon Conuentualium, quæ incipit, cum ordo, data 1608. 7. die Octobris, cuius tenori, omnes alias facultates protectorum aliarum Religionum conſonare teſtatur Collector Bullarij, tom. 3. fol. mihi 243.

Quando autem ab ipſis fueris requiſitus, vt in iiſdem negotijs auctoritatẽ interponas, vel neceſſe fore cognoueris, vt eandem auctoritatem tuam in eiſdem negotijs exerceas; tunc id liberè facere poſſis; ſic quo ad potueris, per teipſum hęc facere cures, adhibito ad ſcribendum, quando opus fuerit in eiſdem negotijs, ſeu cauſis, loco Notarij, aliquo, ex Fratribus dicti Ordinis.

DO-

DOCT. ALLEG.

22 *Concluſio, quo ad Priorem partem, ſuſtentatur à Compoſtillatore, in d. cap. quia propter à Io. Andrea, in c. 1. de procurator. in 6. Speculo, in tit. de inſtrument. edi. in §. reſtat, verſ. quid. ergo ſi Tabellio. Panor. in d. c. quia propter, n. 10. de elect. in 6. Secunda verò pars fundatur ſuper c. Maſſana, de elect. in 6. vbi reprobatur electio per interuenientum Laicorum, & ideo Notarius eſſe debet regularis, in conficiendo decreto electionis regularium ad confirmatorem; vt autumant Abb. Hoſtienſ. & Additionator ad Panorm. alios multos allegans, in d. c. quia propter, n. 10. de elect. in 6. Sigiſmundus, n. 11. dub. 43. de elect. & alij.*

CONTROVERS. VII.

An electus, antequam ſit confirmatus, exercere poſsit ſuum officium, ac adminiſtrare.

CONCLVSIO I.

1 Electus minimè poteſt, antè confirmationem, adminiſtrare, & ſuum officiũ, ac munus exercere quouſq; confirmatus à ſuperiore non ſit. Cuius eſt ratio; quoniã electio dat habitum adminiſtrationis, & confirmatio exercitium, & conſtat ex c. noſti. c. qualiter, & c. auaritiæ, de elect. in 6. cap. iandudum de præbend. nullum; enim ius acquirit electus in Ordine Prædicatorum, vt ſupra diximus.

DOCT. ALLEG.

2 *Amplectuntur aſſertionem Gloſſa, in c. quanto, diſt. 63. & cap. noſti, cum Panorm. nu. 2. de elect. Oldradus, conſil. 146. n. 4. Felinus, in cap. ne Dei, n. 2. in fine, de ſimonia, Franchus, in c. quam ſit, verb. electus, de elect. in 6. Biax, in directorio electionis, p. 1. cap. 8. Berbus, in cap. quoniam de officio delegati, Decius, in c. poſtquam, n. 18 de elect. Rota, deciſ. 240. coram Gregorio XV. Mareſcottus, lib. 2. variar. reſolut. cap. 35. n. 44. & eſt communis ſententia DD. Sigiſm. n. 1. dub. 44. de elect. & cæteri alij.*

CONCL. II.

3 Electus ſi confirmationem ſuæ electionis petat, non videtur notari ambitione. Quoniam, cum non tam proprium, quam Eccleſiæ negotium, confirmationem petendo, agere videatur, c. quam ſit, & c. cupientes, de electio. in 6.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent aſſertionem Panor. in c. exhibita n. 1. de iudic. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de confirmatore, & confirmato, n. 8. Sigiſ. n. 3. dub. 44. de elect. et eſt communis apud Canoniſtas, & alios.*

CONCL. III.

5 Electum, probabilius eſt, poſſe ex vi conſuetudinis, antè confirmationem ſuum exercere officium, ac munus, & adminiſtrare.

Cuius ratio eſt, q̃m ad confirmationẽ faciendã nõ requiritur neceſſariò verborũ platio, ſed ſatis eſt aliquis actus

 à ſu-

à ſuperiore manans, quo ſuam declaret voluntatem: ſed conſuetudo eſt ſufficiens ſignum iuriſdictionis conceſſæ, vbi ſuperior, ad quem confirmare attinet, non contradicit, Bart. in l. 1. ff. de aqua plu. arcen. & Panor. in cap. cum contingat, n. 10. alios referens, de foro compet. & fortius glo. ibid verb. conſuetudine, vbi varia cumulat iura, Suarez, to. 4. diſp. 27. ſect. 3. n. 3. ergo vera concluſio.

6 Comprobatur, nam cõſuetudo habet tacitum conſenſum, & iuri derogare poteſt, aſſerit Decius, in c licet, n. 46. de elect. & ſimiliter poteſt conſuetudo non ſolum augere, ſed etiam dare iuriſdictionem, inquiũt Innoc. in cap. cum ab Eccleſiarum, num. 3. de offic. ordinand. per l. 3. §. vltim. C. de emanc. & cap. 2. de exceſſ. prælat. Nauarrus, in c. nullam, 18. q. 2. nu. 52. ad finem, per cap. duo ſimul, de offic. ordin. & Suarez, de legibus, lib. 6. c. 14. n. 11. & alij.

DOCT. ALLEG.

7 *Præter allegatos Doctores, ſuſtinẽt Aucharan, conſil. 51. per totum, Imola, in cap. noſti, de elect. in 6. & alibi, Tuſchus, lit. E, concl. 90. Decius, in cap. poſtquam, n. 21. de elect. in 6. Oldradus, conſil. 146. Felin. in c. in noſtra, n. 26. de reſcriptis, verſ. hoc autem, quod debet, Sigiſm. vbi ſupra, n. 4. & 5. & alij.*

Innocent. & Hoſtienſ. quos allegat, & ſequitur Panorm. in cap. tranſmiſſam, nu. 3. verſ. 3. caſu, & in c. qualiter, n. 2. & in c. poſtquam, de elect. Franch. in cap. auaritiæ, col. 2. de elect. in 6. Cuchus, vbi ſupra de poteſt. electi n. 13. negatiuam ſuſtinent partem, & alij.

DISPVTATIO VIII.

De confirmatione, ac confirmati poteſtate.

CONTROVERSIA PRIMA.

An electionis confirmatio ſit neceſſaria, & omnino requiratur.

CONCL. I.

Electionis confirmatio nẽdum eſt neceſſaria ex parte electi, ſed etiam ex parte cõfirmatoris, ſic eſt neceſſitatis, ac debita.

Conſtat, ex cap. poſtquam, de electio. in 6. quarè ſuperior nullam liberalitatem exercet in ea; quia, in neceſſarijs liberalitas non exercetur, l. rem legatam, ff. de adm. leg. Nec impẽdit beneficium, qui exibet debitum; l. ſi ſeruo, §. 1. ff. de rebus inſt. l. proximè, ff. de ritu nupt.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius aſſertionis Auctores Butrius in d.c.poſtquam de elect.in 6.n.5. Panor. in 1.notan.ibid.& Decius,n.1.de electio. Rota,deciſ.240.n.12.coram Gregor.XV. vt allegans contraria non ſit audiendus, Gloſſa,in c.vnico poſt ſigor.caſus,verſ.nã confirmatio,de poſtulat.prælat.in 6.Bald. conſil.507.nu.1.lib.5.Sigiſ.n.1.dub.45. de elect.& cęteri alij.*

CONCL. II.

3 Si ipſe ſuperior,ad quē ſpectat, nollet confirmare, compelli poteſt per ſuum ſuperiorem, vel ei terminum prgfigi,cum comminatione,ſiuè intimatione, quod niſi infra talem terminum confirmet, ſuperior, iure deuoluto,hoc faciet.

Nam licet ad conferendum, ac eligendum ſit tempus à iure præfixum,tamē ad confirmandum, tempus non reperitur præfixum à iure,ac ideo oportet vt modo d. procedatur; cum confirmatio electio.reguletur ſicut appellatio,quę deuoluitur ab inferiore ad ſuperiorem.

DOCT. ALLEG.

4 *Doctores habet hæc aſſertio,Glo.in rubr. de poſtul.prelat.in 6.Panor.in c.nullus,& c.paſtoralis, de iure patron. & in c.col.fin. de conceſſ.præbend.& c.poſtquã in fin. de elect.Dec.in c.poſtquã,col.vlt.in calce, Sigiſ.n.2.& ſeq.Cuch.n.5.tit.de poteſt.electi & tit de confirm.& confirm.lib.4.inſtit. maior.Rot.vbi ſup.& deciſ.615.n.3.corã Card.Seraph.& alij nominales.*

CONCL. III.

5 Electio ſic neceſſariò ad ſe trahit cōfirmationem,vt etiam ſit confirmãda, ſi illa publicata, oēs electores ex quadã exempli gratia ruina perierint, & mortui ſint, antequam confirmetur, modo eorum loco, alij ſucceſſerint.

Cuius eſt ratio, quia Capitulum, putà, Prouinciæ Romanæ, fūctū eſt officio ſuo, ſcilicet celebrandi electionē. ergo ſi idem Capitulum,iã ſubrogatum ſit,vel ſaltem eadem Prouincia per illud idem repræſentata, cui eſt præficiendus ille electus Prouincialis,viuat fictione iuris,hoc ſatis eſt,vt illa electio trahat neceſſariò à ſuperiore cōfirmationem.

DOCT. ALLEG.

6 *Sic namq; aſſerunt Biax, in directorio electio.p.3.c.44.Firm.in tract.de Epiſcopo,lib.3.c.3.p.1.n.4. Cuchus, vbi ſup. tit. de confirm.poteſt.n.7.Sigiſm.vbi ſup.n.5. & 6.Bald.in c.publicato,n.12.& alij allegandi.*

CONCL. IV.

7 Electio eſt celebranda ex illis votis in ſcrutinio publicatis, ſi electores moriantur ſtatim poſt ipſam publicationem,modo eorū loco, alij ſint ſubrogati;putà ex ruina aliqua.

Probatur, quoniã vnum,ſēper erit Capitulū ex.gr. Romanæ Prouincię,licet non ſint ijdē num.electores,hoc enim non refert, cum ipſi iam ſint ſuo officio functi eligendi, à iure eis delato: vnde electio, quæ poſteà communis

ſubſequi debet, non eſt amplius ipſorum ſingulorum, ſed Capituli, quod iam finctione iuris viuit, cap. in geneſi, de elect. in 6.

Et hæc aſſertio eoſdem habet ſcriptores, quos ſupra retulimus.

CONCL. V.

8 Electio tunc ſecum minimè trahit confirmationem, quando aliquid iure diuino, naturali, vel humano obſtaret, vel quando aliquod ſcandalum ſequeretur, quoniam non eſt eligendus, nec confirmandus, qui ſcandalũ in populo eſt præbiturus, licet nullum defectum patiatur.

Nam multa licita ſunt dimittenda, ſcãdali vitandi cauſâ, ex quo omitti poſſunt ſinè peccato, & ſcandali: item vitandi cauſa, à iure receditur, quod patet ex multis Iuribus, ſequenti numero allegandis cum ſuis Auctoribus.

DOCT. ALLEG.

9 *Noſtræ aſſertioni fauent Panormitanus in c. 1. n. 8. de elect. & c. cum teneamur, et c. niſi cum pridem, de renunciat. & c. cum conſiderauimus, n. 5. de elect. & c. fin. de nou. oper. nunc, & c. nihil prodeſt, de præſcript. & c. cum teneamur, de præbend. & illius Addictionator in his locis, et c. nõ poteſt, 23 qu. 4. Cardinalis, in clement. 1. in prin. de pœn. Felinus in c. nihil cum ſcandalo, n. 2. verſ. 13. propter ſcandalum, de præſcript. Rota, deciſ. 516. n. 4. corã Cardinale Seraphino, Sigiſmundus, n. 7. & 8 dub. 45. de elect. & alij nominales.*

CONTROVERSIA II.

An electionis confirmatio, ad maiorem electi ſuperiorem ſpectet, cuius forma, ac munus cõfirmatoris ſit, & an caſſata confirmatione, caſſetur quoque electio, aliás, canonica.

CONCL. I.

1 Electionis confirmatio ad immediatum ſuperiorem attinet electi, niſi aliud iure ſpeciali, vel conſuetudine cautum ſit.

DOCT. ALLEG.

2 *Docent aſſertionem Panormitanus, in c. Monach. §. Prioratus, numer. 10. de ſtatu Monachorum per illum textum, & per c. cum ad monaſterium, §. nec alicui, eod. tit. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. de confirmatore, & confirmati poteſtate num. 1. Paulus de Eleazaris, in rubrica de electio. numero 7. in repertor. per cap. mos antiquus, & c. quoniam, diſt. 65. capit. duo ſimul, de officio ordin. cap. antiqua, cum ſimil. de priuileg. & alia iura manent, in comprobationem aſſertionis Marc. q. 930. p. 1. Toloſ. in tit. de elect. cap. 19. n. 10. & 14. Sigiſmũdus, dub. 46. numer. 1. de elect. & alij nominales.*

CON-

CONCL. II.

7 Regularium exemptorum electiones, qui Papæ immediatè ſub ſunt, ab eodem Summo Pontifice confirmantur, vel à Legato de Latere, ſi quis eſt in illa Prouincia.

Ita habetur cap. ſi Abbatem, de elect. in 6. & citantur pro hac concluſione relati Doctores, numeri ſuperioris.

CONCL. III.

4 Priores Prouinciales Regulares Ordinis Prædicatorum, ac Minorũ, confirmantur ab eorũdem Generali; minimè vero à Summo Pontifice.

Cuius eſt ratio, quoniam non ſunt huiuſmodi Priores Prouinciales immediatè Papæ, ſed illorum generali. hinc cautum eſt in Ordine Prædicatorum diſt. 2. cap. 3. de elect. Prioris Prouincialis, nu. 8. vbi ſic dicitur. Prior autẽ Prouincialis ſupradicto modo, electus, poterit per Magiſtrum Ordinis confirmari, vel eius electio caſſari, ſi ipſi Magiſtro videbitur, quod ſi ordo Magiſtrum non habuerit, ipſum electum, confirmandi, vel infirmandi, & ad dicti officij ſuſceptionem compelli, Vicarius ordinis habeat poteſtatẽ. Si vero poſt cõfirmationem, per Magiſtrum ordinis factam, antequam ad electum ipſa confirmatio perueniat, Magiſtrum ordinis mori, vel amoueri contigerit, confirmatio ſuum ſortiatur effectum. hæc ibi.

In ordine autem Minorum eſt teſtus in Clementina, exi ui; §. demum, de verb. ſignif. vbi dicitur, eſſe à Miniſtro Generali, Miniſt. Prouinc. confirmãdos.

DOCT. ALLEG.

5 *Subſcribunt huic concluſioni Syluestr. verb. confirmatio, q. 1. Miranda, to. 2. qu. 23. art. 32. concl. 2. Azor, p. 2. lib. 6. capit. 16. q. 7. Sigiſm. nu. 2. dub. 46. de elect. & cæteri omnes.*

CONCL. IV.

6 In Ordine Prædicatorum, ſimiliter Priores Conuentuales electi, à vocalibus Conuentualibus canonicè, immediatè à Prioribus Prouincialibus confirmantur.

Sic enim dicitur, diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris, n. 3 Priores aũt Cõuentuales ſupradicto modo, electi, à Priore Prouinciali, ſi ei viſum fuerit, confirmentur. Idem etiam fiat ſi aliquis à maiori parte illorum, ad quos pertinet electio, de alio Conuentu fuerit poſtulatus.

CONCL. V.

7 Generalis Religionum exemptarũ, ſunt à Romano Pontifice confirmandi immediatè, ſeu à Legato de Latere, cum ipſi ſubſint Papæ immediatè; licèt hodie, per Pontificia priuilegia, ſtatim, ac ſunt electi, remaneant confirmati, vt præſertim, de Generali ordinis Prędicatorum conſtat, & eſt praxis.

Ita namque habetur, diſt. 2. Conſtitut. cap. 4. de elect. Magiſtri ordinis, n. 5. litt. F. Quod ſi Dei gratia inſpirante, in vnum aliquem, omnes vnanimiter concordauerint, ille verus Magiſter Ordinis habeatur. Si autem in partes

tes inæquales ſe diuiſerint.

Ille, in quem, plures medietate omniũ eligentium conſenſerint, ex vi talis electionis, & huius Conſtitutionis, ſit Magiſter. hæc ibi.

8 Innocentius IV. in ſuo primo priuilegio, indulget Magiſtro ordinis, vt cum fuerit canonicè electus, illicò cõfirmatus exiſtat, & vt Caput Ordini præſideat, cuius verba ſunt huius tenoris.

Cum igitur, Tu Magiſter, & prędeceſſores tui, iuxtà eiuſdem Ordinis, antiquam conſuetudinem, hactenus, ſeruatam, & à Sede Apoſtolica tolleratã, ſtatim, poſtquam electi ſecundũ conſtitutionis formam, exiſtitis, Fratrum omnium curam geſſeritis, Magiſterij officium plenè, & liberè in omnibus exercentes, ipſique Fratres vobis deuotè, & humiliter obedierint, &c.

Nos volentes omnem ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordibus amputare, &c. veſtris ſupplicationibus inclinati, vt ſucceſſores tui Magiſtri, qui pro tempore erunt; ſtatim, poſtquam electi ſecundum Conſtitutiones prædictas fuerint, eo ipſo veri eiuſdem Ordinis effecti Magiſtri, curam animarum Fratrum plenè habeant, & liberè gerant, ipſoſque Fratres auctoritate propria ligare, & ſoluere valeant, nec non in eodem ordine agere, quæ ipſi diffinitores iuxta memoratas Conſtitutiones ſecundũ Deum viderint expedire, & Magiſterij officium licitè in omnibus exercere, ijdemque Fratres tibi, & ſucceſſoribus tuis, deuotè, & humiliter intendant, &c. Auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium, de Fratrum noſtrorum Conſilio indulgemus.

9 Idem recenſet, & confirmat Sixtus IV. in mari magno, & habet etiã Magiſter ordinis, illicò eſt electus, iuriſdictionem ſuper Fratres Armenos, S. Baſilij, per diploma Bonifacij Noni, quod eſt 6. inter ſuas ſtrauagantes in Bullario.

Conſuetum, tamen eſt, in Ordine Prædicatorum, eo ipſo die electionis, ſolemni proceſſione totius Generalis Capituli poſt veſperas, Magiſtrum electum, ad S.D.N. Papam deduci, & ab eodem humaniter, & beneuole recipi, quod & ſolet toti ordini denunciari in actis eiuſdem Capituli.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt Doctores concluſionis, non ſolum relati nu. 5. verum etiam Magiſter feſtus in ſummario Conſt. Ord. Prædicatorum, c. 25. de Magiſtri Ordinis, auctoritate, & officio, Rodriq. to. 2. q. 52. ar. 3. Miranda, vbi ſupra concl. 3. & Sigiſ. nu. 4. d. loco, & alij allegandi.*

CONCL. VI.

11 Si quæ eſſent Religiones, quæ minimè fruerentur huiuſmodi priuilegijs, ſeu indultis; tunc, tam electus, quam electores adſtringerentur confirmationem petere à Summo Pontifice, iuxtà c. ſi poſtquam de elect. in 6. & alia iura, & excipiẽdo tamen ſemper illa, quæ ſublata cẽſentur per Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 6. de regularibus.

12 Vnde iure merito, per d. Decretũ Trident. Concil. ſeruari minimè poteſt, capit. cupientes, §. ſi vero, vbi decernitur, quando electio vna, vel plures celebratæ ſunt in diſcordia, ad curiam

riam tranſmittantur duæ, ſaltem perſonæ, ex qualibet diſcordium parte, & huius eſt ratio, quia ſi hoc fieret, publicarentur nomina electorum, cum ignorentur partes, ex quibus mittendi ſunt duo, niſi manifeſtentur ipſorũ partialium nomina. At nihilhominus videtur ſatisfieri poſſe huic textui, & dicto Decreto Concilij, ſi quatuor perſonæ, exempli gratia, eligãtur per ſcrutinium ſecretum à toto Capitulo, ad hoc munus ſubeundum.

DOCT. ALLEG.

13 *Dictam noſtram aſſertionem firmarũt Domini de Rota in Treuerenſi Abbatia S. Maximini, 20. Nouembris 1624. coram Coccino Decano, §. vlt. & præ cæteris explicat, ac docet Gucbus, lib. 4. inſtit. maior. de confirmatore, et confirmati poteſtate, à n. 13. vſq; ad 33. Sigiſm. n. 4. dub. 46. de elect. et alij allegandi.*

CONCL. VII.

14 In iure, nulla forma eſt preſcripta confirmationis, ſed ſat eſt aliquod, ſiuè dictum, ſiuè factum, quo ſuperior, ſuam confirmandi declaret voluntatem, vt putà, inſtallitio, ſeu intronizzatio, & huiuſmodi.

Ex eo maximè probatur, quia in talibus nõ refert quomodo ſuperior declaret ſuam voluntatem, iuxtà notata per Innocent. de re iudic. cap. cum Bertoholdus, in gloſſa; mirum videtur & per Archidiac. de elect. in 6. cap. vt quis duas, in gloſſa, quis inter duos. vbi namque verba non ſunt de ſubſtantia, non minus valet factum, quã verba, inquit, Panormitanus, in cap. Eccleſia veſtra, 1. num. 3. de electione. Equidem in Ordine Prædicatorum, eſt præſcripta forma litterarum confirmationis Prioris electi per ſcrutinium, in formulario, cuius verba gratia breuitatis relinquimus recitare.

DOCT. ALLEG.

15 *Eſt aſſertio Oldradi conſil. 146. num. 6. Rotæ, deciſ. 16. de conceſſ. præben. in nouiſ. et deciſ. 262. num. 3. coram Cardinale Mantica, Sigiſmundi, vbi ſupra num. 5. et aliorum.*

CONCL. VIII.

16 Confirmatoris munus eſt diligenter examinare, & electionis proceſsũ, & electi perſonam, licet nihil electo obijciatur, aliàs, confirmatio viribus non ſubſiſtit.

Pars prima patet ex cap. cum nobis, & capit. venerabilem, verſ. eſt enim generaliter, de elect. & cap. fin. de transl. Epiſ. in fine, Clement. exiui, §. demũ, de verb. ſignif.

Secunda pars conſtat ex cap. nihil eſt, de elect. & c. fin. de elect. in 6.

Et in hac examinatione facienda, interdum poteſt procedi extra iudicialiter, & interdum, ac ut plurimum proceſſus fieri debet, cum cauſæ cognitione in contradictorio iudicio, & requiritur diffinitiua pronunciatio, ſecundum caſus, & occaſiones occurrentes, & prout natura negotij poſtulat.

DO-

DOCT. ALLEG.

17 *Suſtinent Azor,p.2.lib.6.c.16.qu.6. Compilator priuilegiorum,tit.electio, n. 8. in fine, Cuchus,vbi ſupra,n.38. Gonzalez ſuper regul.8.Cancell.gloſſa 9.§.1.in an- notat.n.43.Sigiſm.n.7.& 8.dub.46. de elect.& alij nominales.*

CONCL. IX.

18 In ordine minorum ſpeciale eſt,vt non procedatur iudicialiter, præſertim in confirmatione Prouincialium Miniſtrorum.

Probatur,ex textu.d.Clement.exiui,§. demum, vbi ſic,dicitur; *exceptione,ſeu contradictione quacunque non obſtante a- terius partis*, & ſi hoc procedit quando electio eſt celebrata in diſcordia, vt ibi dicitur,quantò magis procedet quando fuerit cum concordia celebrata? argum. cap. final.de electione in 6.

Immò Generalis poteſt fidem adhibere ſoli famæ, vel literis teſtimonialibus, & maximè ſi non apparet contradictor offerens obiectiones probandas.

DOCT. ALLEG.

19 *Docent Gloſſa,in d.clemēt.exiui verſ. 5.notand,Marc.q.1360.n.3.p.1.Ioann. Andreas, in cap.poſtquam, de elect.in 6. Cuchus,vbi ſupra nu.39. Panorm.in d.c. poſtquam,de elect.in 6.Sigiſmun.n.9.vbi ſupra,et alij citandi.*

CONCL. X.

20 In confirmandis Prioribus Conuentualibus à Prioribus Prouincialibus, in Ordine Prædicatorum ſic dicitur in littera Conſtitutionum. Priores autem Conuentuales, ſupradicto modo electi, à Priore Prouinciali, ſi ei viſum fuerit,confirmentur: Idem etiam fiat, ſi aliquis à maiori parte illorum, ad quos pertinet electio, de alio Conuentu fuerit poſtulatus, diſt. 2.c.2.de elect.Prioris,n.3.

21 Super quę verba, littera L. huiuſmodi eſt commentarium. Declaramus, quod in Capitulo apud Verdunum, in Prouinciæ Franciæ, celebrato 1356.ſic dicitur. Imponimus vniuerſis Prouincialibus, eorumque Vicarijs, ſub pœna abſolutionis, quatenus electos in Priores, quantumque vnanimiter, non præſumant confirmare, niſi ſint ſufficientes in ſcientia, & moribus præditi, & niſi veriſimiliter præſumant, quod correctioni,& honeſtati,& reformationi Ordinis, operam dabunt efficacem, & propter hoc dicit Conſtitutio,quod Prouincialis Priorem electum, *ſi ei viſum fuerit,confirmabit*. quod verbum non deſignat liberam poteſtatem,ſed diſcuſſionem rationis,& arbitrium boni viri: atque ideo non debet Prouincialis ſecundum libitum ſuę voluntatis, ſed ſecundum iudicium rationis, Priorem electum confirmare.

22 Quamobrem, in Capitulo Romano 1580. fuit confirmatum, vt Prouinciales in confirmandis Prioribus Conuentualibus, Patrum Diſcretorū conſilium adhibeant, eorum autem ſen-

ſententias, & vota, quos ad conſilium capiendum vocauerint, per ſuffragia ſecreta, ſeu fabas, ſuſcipiant, quò liberius, ſuam poſſint ferre ſententiam quod etiam fuit ordinatum Barchinonæ 1574. hęc ibi.

CONCL. XI.

23 Electus, quando eſt ita notoriè idoneus, ac bonę famæ, & alia canonica requiſita habet, nulla, tunc eſt alia facienda examinatio.

DOCT. ALLEG.

24 *Ita namque autumant Panorm. in cap. Eccleſia veſtra, n. 3. de elect. in 6. per capit. nullus diſt. 24. iuncta gloſſa, et per c. conſtitutis, 2. de appellat. Oldrad. conſ. 146. in fine, de conſuetudine Eccleſiæ eduenſis, per c. de petro, diſt. 47. et c. qui Epiſcopus, iuncta gloſſa, verb. examinetur, diſt. 23. Sigiſmundus, n. 10. dub. 46. de elect. et alij allegandi.*

CONCL. XII.

25 Bene verum eſt, autem, quod ſi de electo non extiterit prædicta fama, ac cætera à iure requiſita, vel non fuerint exhibitæ litteræ teſtimoniales, & tamen conſtiterit, Generalem, nulla adhibita diligentia, approbaſſe hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitę, aut ætatis illegitimæ, omnia hæc à iure canonico requiſita, tūc non dumtaxat, eſſe huiuſmodi eijciẽdum, indignè electum, ac promotum, ac confirmatorem confirmandi, primum ſucceſſorem eius, poteſtate carere; verum etiam à perceptione proprij officij, & beneficij ſuſpendi, quouſque ſi ęquum fuerit, indulgentiam valeat promereri. Si vero confirmator conuictus fuerit in hoc, per malitiam exceſſiſſe, vt putà, ſpernẽdo oppoſitiones huiuſmodi defectuum, quę incontinenti probandæ offerebantur, grauiori ſubiacere vltioni, ſcilicet ad arbitrium Iudicis, vt dicitur, in c. nihil eſt, iuncta Gloſſa, verb. grauiori, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

26 *Pro hac noſtra concluſione allegantur omnes relati DD. ſuperiori num. et Sigiſ. n. 11. dub. 46. de elect. et cæteri nominales in d. c. nihil eſt.*

CONCL. XIII.

27 Electi confirmatio, nullius valoris, ac inanis eſt illa, quæ fuit facta poſtquam ab electione celebrata, fuerit in ſcriptis appellatum ad Sedem Apoſtolicam, ex probabili cauſa, quę probata, reputari deberet legitima; niſi prius fuerit canonicè ab ipſa appellatione receſſum, vt expræſſe cauetur in c. ſi poſtquam de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

28 *Hanc aſſertionem, ijdem Doctores, qui n. 24. allegati ſunt, defendunt, et maximè ſcriptores in d. c. ſi poſtquam, de elect. in 6. et Sigiſm. n. 14. dub. 46. de elect. ac alij referendi.*

CONCL. XIV.

29 Confirmatione caſſata, ac irrita, de-

denunciata, quia ipſa fuit facta, appellatione pendente, ad Sedem Apoſtolicam, & propterea ipſe, qui confirmauit, non habebat poteſtatem confirmandi, in talis facti contingentia, electio aliàs, canonica, non infirmatur, nec caſſatur.

Probatur ex cap. ſi confirmationem, de elect. in 6. de inde ratione; quia elect. & confirmatio ſunt duo actus diuerſi, & à diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de minor. c. 2. ad audientiam, de decimis, & c. final. de transſalat Epiſcoporum: vnde non ſequitur, quod ſecũdo amoto, amotus ſit quoque primus; quia ſunt ſeparata, & ſeparatorum ſeparata eſſe debet ratio, vt l. ſi maritus, C. de donat. inter vir. & vxor. l. de bonis, in princ. ff. ad carbo. Nec vtile per inutile debet vitiari capit. vtile, de regul. iuris, in 6. vbi Dynus.

DOCT. ALLEG.

30 *Amplectuntur Toloſ. in tit. de electio. c. 19. n. 23. Monachus, in d. c. ſi confirmationem, de elect. in 6. Oldradus, conſ. 146. n. 4. Sigiſm. nu. 15. vbi ſupra Rota, deciſ. 1274. n. 2. coram Card. Seraphino, et alij infrà citandi.*

CONCL. XV.

31 Poſt confirmationem, etiam omnis obiectio, modo incontinenti probanda offeratur, quæ electionem nullam eſſe declaret, vt ſi per ſimoniam celebrata electio dicatur, vel nõ ſeruata forma, cap. quia propter de elect. in 6. vel Concilij Trident. ſeſſ. 25. c. 6. de regularibus.

DOCT. ALLEG.

32 *Defendunt concluſionem, præter allatos Doctores, nu. ſuperiori, Panor. in cap. accedens, col. final. de accuſ. Biax, in directorio elect. p. 3. c. 45. nu. 2. & 3. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de confirmatore, & confirmati poteſt. n. 47. Sigiſm. n. 19. dub. 46. & alij nominales.*

CONCL. XVI.

33 Electio ſi eſt nulla, nulla quoq; eſt confirmatio, atque irrita, at non è cõtrario, nempè, quando, eſt confirmatio nulla, electio poteſt eſſe valida, ſi omnia requiſita, alià ad electionem concurrant.

Cuius eſt ratio, quoniam actus prior nõ pendet à poſteriori.

DOCT. ALLEG.

34 *Allegantur omnes DD. dicti ſupra, & inſuper Suarez, to. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. c. 58. n. 7. Sigiſm. n. 19. vbi ſupra, cũ alijs referendis.*

CONTROVERSIA III.

An ſi electorum vota in plures ſe diuiſerint partes, itaut nemo à maiori parte Capituli electus ſit, poſsit ſuperior, ad quem ſpectat aliquem eorum eligere in quem ſuf-

ſuffragia dirigũtur confirmare.

CONCL. I.

1 SI in primo, vel ſecundo, aut tertio ſcrutinio; e.g. tantummodo huiuſmodi diuiſio electorum appareat, itaut, probabiliter conijciatur, moraliter loquendo, maiorem ipſorũ eligentiũ partẽ, tandem conſenſuram eſſe in aliquem, nequit ſuperior electionẽ confirmare, in qua maior pars capituli non conuenit.

Probatur quoniam huiuſmodi electio peccat in iure naturali, ex quo non habetur in ea conſenſus maioris partis capituli; & peccat in iure poſitiuo, cõtra diſpoſitionẽ, *c. quia propter de elect. in 6.* ergo ſuperior nequit, &c.

Præterea, ſi confirmaret ſuperior talem electionem, id in notabili detrimentum electorum cederet, cũ fortè haberent electũ, quẽ nõ vellẽt, vel nõ expediret habere, ca. ſi fortè, diſt. 63.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſtruunt aſſertionẽ Innoc. & Bald. in c. nihil, nu. 17. verſ. quæro. Marc. q. 784. n. 3. & q. 1200. p. 1. multos alios allegãs, Panorm. in c. quoniam quibuſdam, nu. 6. de Iure patron. Sigiſm. dub. 47. num. 1. de elect. & alij.*

CONCL. II.

3 Superiori tunc fas eſt electionem confirmare, peccantem in Iure naturali, quando ſcilicet ex pluribus iterationibus ſcrutinorum numquam habetur conſenſus maioris partis electorum; itaut, ex probabilibus coniecturis deſperetur moraliter loquẽdo, eiuſdemmet partis vocalium cõcordia, vt e.g. ſi ſuperior ad concordiam compellendo, *Inſt. de ſatiſda. tut. §. ſin autem* electoribus certum terminum præſcripſerit, quo elapſo, non dum concordent; quod totum eſt intelligendum modo partes ipſæ bono zelo ductæ credantur, qui zelus, vt plurimum eſt præſumendus, quando .ſ. vota ſe diuiſerunt in duas partes ęquales, *cap. ſi fortè, diſt. 63. & cap. nec nouum 8. q. 1.*

4 Conſultò diximus, *Dummodo partes bono zelo, ductæ credantur*; quia ſi malo zelo, ac temeritate vocalium, talis diuiſio facta præſumatur, itaut ſcandalum timeatur, tunc illa electio caſſabitur, *cap. ſi duo, diſt. 79. & Gloſſ. in d. c. ſi fortè, verbo, ſe diuiſerint:* ac neuter eorum, qui fuerunt electi, aſſumi poteſt, ſiue eligi in eadem vacatione eiuſdem Eccleſiæ, niſi fortè poſt dictam caſſationem, omnes electores vnanimiter in alterum illorum conſentirent, *c. conſiderauimus, de elect. in 6.*

5 Probatur autem concluſio, quia diffinitiua ſẽtẽtia omnia facit rata eſſe inter litigantes, *l. cum putarẽ, ff. fami. erc. l. eo tempore, ff. de pecul.* & eũ, qui non eſt filius facit filium, & eũ, qui non eſt pater facit patrem, vnde dicitur ſententia diffinitiua eſt altera natura, quia ius facit, & originem creat, *l. 1. in fin, ff. de lib. agnati.* & quo ad effectum mutat naturalia vincula, & conuertit falza in vera: *Bald. in cap. ſi præſentia, de probat. Surdus, lib. 1. conſil. 61. numer. 2. &*

ius facit inter partes. Alex. conſil. 39. col. 2. vol. 6. Surd. vbi ſupra.

Sed prædicta diſcordia, ſeù deſperata electorum concordia eſt contradictorum iudicium, ſecundum quod patitur ſubiecta materia, & natura rei, & conſequenter, confirmatio tunc facta à ſuperiore, eſt diffinitiua ſententia. ergo facit de non electo electum, quia mutat naturalia vincula.

Minor propoſitio eſt Doctorum, mox allegatorum omnium, in ſequenti numero, qui autumant noſtram aſſertionem.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent concluſionem Baldus, in c. nihil, n. 17. de elect. in 6. Gloſſa, in c. final. verbo Inanes, de elect. in 6. vbi quoque Dominicus, col. 8. Ioann. Andreas, in c. auaritiæ de elec. in 6. Frãchus, poſt Imolam, & Panormit, in c. conſtitutis, 2. col. 5. de appellat. Felin. in rubrica de ſententia, & re iudicata, nu. 21. Marc. q. 1357. nu. 2. p. 1. Lambertinus, de Iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 3. Gonzalez ſuper reg. 8. Cacell. gloſſ. 9. §. 1. in annot. n. 43. Sigiſ. n. 4. 5. 6. 7. & alij nominal.*

Diximus, ſecundum quod patitur ſubiecta materia, & natura rei, quia propter ſubiectam materiã, & propter naturam rei, de qua agitur, ſunt impropriãda verba à proprio ſignificatu, quẽ habent, ita ut quando ad proprium ſenſum trahi non poſſunt, trahantur ad improprium, licet ſi vno anno, ff. locati. l. fulminum, §. hæc ſtipulatio, ff. de damno infecto, plenè Euerard. in loco à ſubiecta materia, n. 2. per totum Gõzalez gloſſa 48. n. 58. vbi Rotã, & plures Doctores allegat. quare licet, præfata confirmatio electionis facta à ſuperiore in dicta diſcordia electorum non poſſit propriè dici factam in contradictorio iudicio, & præſertim propter ſecretum, quod eſt omninò ſeruandum in electionibus Regulariũ, ex vi Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. de regularib. nõ tamẽ ex hoc ipſo amittit vim diffinitiuæ ſententiæ.

CONCL. III.

8 In ordine Prædicatorum, quando inter electores, maxima eſt diſcordia in electione prioris Conuentualis, praxis eſt, ac vſus, priores Prouinciales, ad eos mittere Vicarium ſupra electionem, qui in ea votum habeat, dumtaxat actiuum, minime verò paſſiuum, & eam bene, ac prudenter dirigat.

Sic enim dicitur in declarationibus c. 2. de elect. prioris Conuentualis diſt. 2. n. 1. litt. D. ad finem. Declaramus præterea, quod prouinciales, aut Vicarij nõ poſſunt Vicarios pro electione prioris facienda mittere ad Conuẽtus, niſi in cauſa magna diſſenſionis electorum, ſiuè cũ in veritate, Conuentus adeò ſit viris idoneis deſtitutus, vt nullus in eo ſit, qui ſciat electionem dirigere, & nihilominus, qui ſic miſſus fuerit, careat voce paſſiua in eadem electione, quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane. & hæc ordinatio facta fuit primum Romæ 1553. deindè fuit confirmata ibidem 1558. & Auiniona 1561. & Bononiæ 1564. hæc ibi.

9 *In electione, autem Magiſtri Ordinis, diſt. ead. c. 4. n. 4. litt. E. ad finem conſtitut. ſic dicitur. Si autem, in partes inæquales ſe diuiſerint, ille, in quem plures*

plures medietate omnium eligentium conſenſerint, ex vi, talis electionis, & huius conſtitutionis, ſit magiſter.

In electione, vero, prioris prouincialis ead. diſt. cap. 3. litt. C. numer. 4. ita dicitur.

Quod ſi in die ſtatuta non elegerint, vel poſtulauerint, qui debent eligere, ad magiſtrum ordinis poteſtas prouidendi transferatur, quod ſi fratres cuiuſcumque Prouinciæ, infra annum, poſtquã eis conſtiterit, quod Prouincia caret ſuo legitimo prouinciali, non elegerint, vel non poſtulauerint prouincialem, ipſo facto electio, & prouiſio de prouinciale ſit ad magiſtrũ ordinis deuoluta.

CONCL. IV.

10 In electorum diſcordia, ille eſt præferendus, qui à maiori parte, reſpectu minorum partium, electus fuerit, id quod maximè procedit in electione Prouincialis Minorum, in diſcordia celebrata, & cap. exiui, §. demum, in element.

Si vero vota ſint paria, recurratur ad meritum perſonæ, & ille præferatur, qui iudicio ipſiuſmet ſuperioris, maioribus ſtudijs iuuatur, & meritis ex cap. ſi fortè, diſt. 63.

Si autem omnia ſunt æqualia, vel ipſemet ſuperior, rem ſorte dirimat, vt in Matthia, cap. Cleros, diſt. 21. iuncta Gloſſa, & in hoc ſenſu, ſortes minimè ſunt prohibitæ.

Vel ipſe ſuperior gratificari poteſt, cui velit, cap. 1. de paroch.

Aut præferatur ille, qui eſt Antiquior. c. 1. 35. q. 6. ſeu ille pręferatur, qui diutius militauit in Eccleſia, cap. quid prodeſt, diſt. 61. ſiuè potius ille, qui ſemel malus fuit, & poſteà ad bonũ Conuerſus, quam qui ſemper bonus, c. fidelior. diſt. 50. vbi Gloſſa.

Illud ſemper quidem, alta mente reponendo, non poſſe dari Prelatum à Superiore, in viris omnibus electoribus, aut vniuerſitate ſubditorum renuente, cap. ſi forte, vbi Geminianus, & cap. nullus, diſt. 61.

DOCT. ALLEG.

11 *Tenet aſſertionem quo ad omnes illius diſtintiones, ac partes in proprijs terminis, ex recentioribus ſcriptoribus, Sigiſm. à Bononia, dub. 47. n. 9. & 10. de elect. ſeparatim verum, Azor. p. 2. Inſtit. moral. lib. 6. c. 16. q. 4. Suarez to. 1. de religio. tract. 3. lib. 2. c. 12. n. 124. Sanchez, n. 79. lib. 2. de calog. c. 38. & alij ab eo relati Felinus, in c. per tuas, 1. num. 9. de ſimonia, & alij allegandi.*

CONCL. V.

12 Licèt enim præfata aſſertio ſit vera penes cap. ſi fortè, de elect. in 6. at nihilominus, in electionibus, in quibus eſt forma ſeruanda ca. quia propter, de elect. in 6. per quod capitulũ eſt correptũ dictũ c. ſi fortè, ideo ſuperior nequit cõfirmare electionẽ peccantẽ in Iure naturali, etiã in deſperata electorũ diſcordia, alias, nulla eſt prouiſio, ſeu electio ſuperioris.

Cuius eſt ratio, quoniam in cap. quia propter de elect. diſponitur, idem, quod diſponit Ius naturale nimirum, vt is eligatur in quem maior pars totius capituli conſenſerit, aliàs, electio *facta non valeat*, vbi dicitur, decretum irritans ſub-

iungendum. ergo adimpleri nequit per æquipollens. quoniam in lege continente decretum irritans, vt d. c. quia propter continet, magis attẽditur forma legis, quam verba legis, vt in ſuperioribus diximus, ad aliud propoſitum. ergo vera concl.

Quæ concluſio ſic probata, firmatur ex c. ſi cui, de elec. in 6. iuncta Gloſſa ibid. ver. pręter. & ver. Concilium, quam Panorm. approbat, in c. Eccleſia veſtra 1. nu. 4. de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

13 *Suſtinet aſſertionem Geminianus in c. ſi forte, diſt. 63. Sigiſmund. dub. 47. nu. 11. & 12. & Doctores in allegatis Iuribus, & alij recentiores.*

CONCL. VI.

14 In electione miniſtri Prouincialis Minorum, quamuis obſeruanda ſit dicta diſpoſitio, quia propter, de electione; nihiloſecius excipiuntur, quæ ſancita ſunt in clement. exiui. §. demum, de verb. ſignificat. poſt huiuſmodi conciliarem diſpoſitionẽ. Nam generi per ſpeciem derogatur, vt conſtat cap. generi, de regul. Iuris, in 6. quæ vero ibi ſtatuantur, ad rem noſtram hæc ſunt, nempè, *Vt cum ad electionem huiuſmodi prouincialis per formam ſcrutinij procedi- tur, votis indiuerſa, diuiſis, electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa, quæ à maiori parte capituli numero, nulla zeli, vel meriti collatione, aut conſideratione habita, fuerit celebrata, exceptione, ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante per dictum Generalem miniſtrum, de concilio Diſcretorum de ordine prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa, confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis ſecundum Deum viſum fuerit expedire. & ſi fuerit infirmata ad capitulum prouinciale, electio huiuſmodi reuertatur. hæc ibi.* vbi ad notanda ſunt ea verba ſcilicet, *à maiori parte capituli numero*, ſignificantia, ſpeciale eſſe in electione prouincialis miniſtri minorum, vt electus à maiori parte reſpectu minorum partium, confirmetur, vt Doctores, modo infrà allegandi autumant.

DOCT. ALLEG.

15 *Docent Gloſſa in d. clement. exiui, verſ. 3. not. Panormit. in cap. Eccleſia veſtra 1. numer. 6. verſ. & fallit prima de elect. Felinus, in ca. cum omnes, num. 28. de conſtit. Marc. relatus à Marta, in ſuo digeſt. nouiſſ. tit. electio cap. 6. Syluest. verb. electio 2. qu. 9. in calce. Biax in director. elect. par. 3. cap. 35. num. 4. Cuchus, lib. 4. Inſt. maiorum de elect. num. 263. Sigiſmundus, num. 10. & 14. & alij allegandi.*

16 Itaque ſenſus d. clement. in relatis verbis, eſt, vt quando prouincialis miniſtri minorum electio celebrata fuerit in deſperata electorum cõcordia, à generali confirmetur illa, quæ à maiori parte, reſpectu minorum partium, fuerit celebrata, ſi bono zelo, ductæ, credantur partes: ſi vero malo zelo, ac vocalium temeritate, illa diuiſio facta præſumatur caſſetur electio, quę tunc ad capitulum reuertitur.

Ex

Ex his omnibus hactenus, dictis, in meritò quidē, Mirandam reprehendiſſe Syluest. & cōſequenter omnes relatos Doctores, to. 2. q. 23. art. 27. concl. 2. in fin. quoniā fuerint interpretati dicta verba clemēt. relata.

CONCL. VII.

17 Valida, ac optima eſt conſtitutio illa Toletana Patrum Minorū de Obſeruantia, terminum præfigēs electoribus, in diſcordia celebratis electionibus, quo termine elapſo, dat auctoritatem prouidendi præſidi capituli.

Cuius conſtitutionis verba hæc ſunt. Si tamen electores in varia placita diuiſi, in vnius diei ſpatio non elegerint, præſidens capituli poterit ſecundum Iuris cōmunis diſpoſitionē, quē voluerit ſecūdum Deum, eligere, etiamſi electio ſit miniſtri Prouincialis. Sic Rodriquez refert, tom. 2. qq. regul. art. 5. ad finem.

CONCL. VIII.

18 Validæ, ac Iuridicæ ſunt conſtitutiones earum Religionum, in quibus diffinitur, *quod ſi in electione Priorum, ſeptem, aut octo ſcrutinia peragantur, & ſi in ijs omnibus, minimè fratres concordauerint, prouiſio Prioris ad Prouincialem, & Patres Prouinciæ deuoluatur.*

Non, ea, quidem, ratione, quoniam Fratres in vnum congregati in capitulo, hanc electionem compromittant in dictos Patres, vt ſibi gratis finxit Rodriquez, vbi ſupra.

Obſtat enim Sacrū Conciliū generale, in d. c. quia propter de elec. in 6. vt in ſuperioribus diximus. Sed dicta electio deuoluitur ad dictos patres, & nullo pacto in illos compromittitur; quoniā ſicut ad ſuperiorem poſt temporis lapſum, eligendi facultas deuoluitur ca. 2. de conceſſ. præbend. ità ex eorum negligentia, in præſenti caſu, deuoluitur.

DOCT. ALLEG.

19 *In proprijs terminis noſtram defendūt aſſertionem Gloſſa, communiter recepta, in c. penult. verb. teneātur de reſcript. in 6. vbi quoque Archidiac. Butrius in ca. final. n. vlt. de ſortileg. & ibi Hoſtienſ. n. 3. Ioan. Andr. n. 12. Card. q. penult. Socin. Sen. n. 26. Ananias, n. 11. idem Card. in c. licet cauſam, ad finē de probat. Felinus. in c. capitulum, n. 21 verſ. ſed ſaluando, ad finem, de reſcrip. Suarez to. 1. de religio. tract. 3. lib. 2. c. 12. n. 6. & 7. Sanchez in præcept. decalogi lib. 2. c. 38. n. 74. Sigiſmundus, n. 17. dub. 57. de elect. & alij.*

20 *Præfata aſſertio, in terminis proprijs, comprobatur expreſsis verbis, p. 2. cap. 2. numer. 32. ſtatutorum Cartuſianorum de electione prioris Conuentualis, vbi ità habetur.*

Et cum in ſupputatione votorū, & eorū, qui electi ſunt, numero publicè conſtiterit. Coram omnibus neminem eorum habuiſſe ſufficientē numerum, tunc ibidem coram omnibus comburentur ſchedulæ, & toties ſcribendæ, ſiuè faciendæ erunt nouæ, donec aliquis ſufficientem numerum habuerit, niſi fortè toties iam effectæ eſſent, vt iudicio confirmatorum deſperare de electione poſſet, & obſtinati apparerent animi,

qua re contingente, ceſſandum erit ab electione, ac per viam aliam, ſcilicet prouiſionis procedendum, vt negotio delato ad R. P. Cartuſiæ, non in eum quidem compromittatur, hoc enim per Decretum Sacri Concilij, minimè licet, ſed expectetur, quod ille re intellecta, reſpondeat, vel faciat.

CONCL. IX.

21 In electione diſcretorum, ſeu ſociorum priorum euntium ad Prouinciale capitulum, quæ ab electoribus Conuentuum, vltra vnum diem prolongari minimè poteſt iuxtà Sanctiones ordinis Prædicatorum, ſi nõ concordauerint electores in ea hora præſcripta, ac tempore determinato, non deuoluitur huiuſmodi electio alicui ſuperiori, aut præſidenti, ſed prior localis ſine ſocio ad capitulum proficiſcetur.

22 *Sic enim dicitur, diſt. 2. cap. 3. de elect. prioris prouincialis, nu. 5. Electio Prouincialis tantum ſpectat ad priores Conuentuales, & vnum fratrem, de quolibet Conuentu. vbi litt. E. in Declarationibus hæc habentur. Declaramus, quod ad priores Conuentuales non ſpectat ordinare, vel ſe intromittere de tempore, vel die inſtituendo ſiuè de quocumque alio eorum, quæ ad tractatum prouincialis capituli, vel electionem ſocij, pertinent: ſed Aſsignatio diei, in quo tractari debent, & quæ ad electionem ſocij prioris, & ea, quæ ad capitulum prouinciale mittenda ſunt, pertinent ad Subpriorem, nec priores, electioni ſocij intereſſe debent, ſicut declaratũ fuit apud Montem Peſulanum 1271. & Lugdu. 1274. & Barchinonæ 1323. & tractatu eorũ, quæ mittẽda ſunt ad Cap. non poſſunt vltra vnũ diem prolongari.*

Item declaramus, quod ſocij Conuentuum electi ad capitulum prouinciale, vocem tantum habeant in capitulo prouinciali illius anni, pro quo fuerunt electi. Si autem ex cauſa, vel impedimẽto à capitulo prouinciali, illo anno ſuperſedeatur, ad tractatũ capituli prouincialis anni ſequentis, ex vi talis electionis non admittantur; ſicut fuit declaratum Ferrariæ 1362.

23 *In capitulo etiam Bononiæ 1564. ordinatum fuit, quod qui in vno Conuẽtu fuerit electus ſemel in ſocium prioris Conuentualis euntis ad capitulum prouinciale in eodem Conuentu non poſſit eligi in ſocium prioris pro capitulo prouinciali immediatè ſequenti, & ſi ſecus fiat, irrita electio cenſeatur.*

24 Iſte ſocius, vel elector, debet eligi per ſchedulas ſecundum formam Canonicam, vt traditum fuit Bononiæ 1564. & Neapoli 1600. fuit ordinatum, vbi non ſunt quinque vocales, excepto priore, non poteſt eligi ſocius, & ità electus non debet admitti, quia nulla eſt electio. & Pariſijs 1611. additur, oportere eſſe ad minus ſex vocales.

25 Et Emanuel Rodriquez to. 2. qq. regul. q. 52. art. 5. aſtruit eſſe eamdẽ praxim in ſua Religione, ſi non concordauerint per vnum diem naturalem electores Conuentuales in electione diſcreti, non ideo deuolui electionem ad præſidentem capituli, quidquid ſit de Iure communi per textum cap. ſi fortè, & c. nec nouum, n. 4. relatum, ſup. Cum Leo, & Gregorius, Pontifices Maximi dicant, id non eſſe nouum, irrelegioſum, vel re-

reprehenſibile, iuncta Gloſſ. in d. Teſtibus, verb. nec reprehenſibile. & placet admodum Sigiſm. n. 16. dub. 47. de electione.

CONTROV. IV.

An contra electiones, ac prouiſiones Regularium Superiorũ opponi poſsit.

CONCL. I.

1 Nulli eſt dubium, quin ante confirmationem ſuperiorũ Regularium, cõtra eorumdem electiones, ac prouiſiones, cõtradictiones, ac oppoſitiones fieri poſſint.

Nam in declarationibus conſtitutionum ord. Prædicatorum, diſt. 2. c. 2. de elec. prioris, n. 3. lit. L. ante fi. ſic dicitur Si quis autẽ à maiori parte eligitur, & tamẽ cõtradicitur tali electio. electus nõ debet confirmari quouſq; tales contradictiones audiãtur, & remoueantur, ſicut fuit declaratum Valentiæ 1337. & conſtat ex cap. fin. de elect. in 6. & ex alijs iuribus Canonicis.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt Doctores huius aſſertionis Panorm. in c. fin. qui matrim. accuſ. & in c. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. Biax in direEtor. elect. p. 3. cap. 45. n. 3. Additio ad Panorm. in c. in geneſi, n. 10. litt. B. & additio ad Geminianũ in c. ex eo quod, de elect. in 6. litt. A. Cuchus lib. 4. Inſt. maiorum, tit. de Cõfirmatore, & confirmati poteſt. n. 43. Sigiſm. dub. 10. n. 4. & dub. 48. n. 1. & alij.*

CONCL. II.

3 Generales Religionum licèt ex diuerſorum ſummorum Pontificum conceſſione cenſeri confirmatos, auctoritate Apoſtolica, ſtatim, ac ſunt electi; attamen eorumdem electioni opponi poteſt, ac ſi non eſſent confirmati, ſi aliàs, cauſa legitima adſit.

Probatur, nam cum in caſu noſtro, & ad effectum, de quo agimus, Iura ſemper parificent electionem, ac prouiſionem, vt ex clement. cap. conſtitutionem, §. inſuper, de elect. & cap. ſi poſtquam, §. fin. & ca. conſtitut. & cap. procurator, & cap. vt circa, de elect. in 6. ex eo, maximè, quoniam is, qui prouidetur, ita vnico actu eligitur, & ſimul confirmatur, vt nullum intermediet tempus, in quo poſſit opponi ante confirmationem, vt bene aſſerit Gloſſa, in d. cap. vt circa, verb. electiones: ſed in caſu noſtro, ſupponimus Generalem, ſtatim, ac eſſe electum, cenſeri quoque in eodem inſtanti confirmatum. ergo quid Iuris de electione, quæ indiget confirmatione, & de hac quoque electione, quæ non indiget, ſed per ſe remanet confirmata, vt nullus detur locus opponendi ante ipſam confirmationem.

Vbi enim militat eadem omnimoda ratio, militat etiam eadem Iuris diſpoſitio. ergo vera aſſertio.

4 Quando vero à præfatis Doctoribus aſſeritur, neminem eſſe audiendum poſt confirmationem, ſupponunt, vt ex illorum ſcriptis, ac doctrina expreſsè habetur, ipſam confirmationem factam fuiſſe elapſis ter-

terminis ad opponendum, præfixis, ac publicatis, iuxta formã cap. fin. de elect. in 6. & in multis Religionibus ſeruatur, ac præſertim apud Cartuſianos, & protereà diſparem eſſe opinionem dictorum Doctorum à caſu noſtro; qui meritò aſſerunt, tranſactis terminis à Iure præfixis, non eſſe amplius aditus ad opponendum, cum in tanta diſſidia non omninò malitia vacare præſumatur d. c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. at in caſu noſtro, nullus præceſſit, aut præſcriptus fuit terminus ad opponendum. ergo diſpar eſt opinio.

DOCT. ALLEG.

5 *Cum hæc noſtra aſſertio à prima fundamentum habeat, & à Iuribus varis relatis in probatione, n. 5. conſequenter eoſdem quoque habet Doctores, quos pro prima concluſione allegauimus, & in terminis proprijs Sigiſmundus, dub. 48. num. 2. & 3. eam tuetur, cum alijs nominalibus.*

CONCL. III.

6 Contra electionem etiam miniſtri Prouincialis Ordinis Minorum, ac cęterorum prouincialium Regularium, oppoſitio, ac contradictio fieri poteſt, cauſa ſcilicet legitima exiſtente, poſt eorumdem electionem, ante confirmationem.

Probatur, nam ſi in alijs electionibus, in quarum confirmatione attenditur forma d. cap. fin. de elect. in 6. poteſt obijci etiam poſt confirmationem, quando obiectio declarans nullam incontinenti electionẽ ipſo Iure, probanda offertur, vt ſup. diximus, quantò magis idem aſſerẽdum erit in caſu noſtro ante confirmationem cum ſemper in eis alijs electionibus præſumatur malitia in opponentibus, poſt confirmationẽ.

7 *Neque enim obſtant verba clement. exiui, §. demum, de verbor. ſignific. vbi dicitur. exceptione, ſeu contradictione quacumque non obſtante, confirmetur, &c. cuius textus verba intelligenda ſunt de exceptione, ſeu contradictione, quæ ſolum extenuat zelum, meritum, vel auctoritatem eligentium, ſeu electi; non autem de exceptione, ſeu contradictione, quæ nullum reddit ipſo Iure, votum eius, cui opponitur, vel nullam electionem, quia tunc ſecus eſt dicendum; & hoc totum indicant illa alia verba, eiuſdem clement. §. demum, vbi ſuprà, vbi ſic dicitur.*

Nulla zeli, vel meriti collatione, aut conſideratione habita, exceptione, ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante, confirmetur. & quod hic ſit ſenſus prædictorum verborũ, pulchrè deſumitur, ex c. ſignif. de elec. in 6.

DOCT. ALLEG.

8 *Pro huiuſmodi præfata concluſione allegantur ijdem Doctores, qui num. 2. ſunt referti, cum à ſuperioribus dictis fundamentum habeat, ac dependeat, & docet inſuper in terminis ſuis, Sigiſmundus, numer. 4. dub. 48. cum cæteris nominalibus.*

CONCL. IV.

9 Non dumtaxat, eſt contradictio, ac oppoſitio licita ante confirmationem

tionem prædictorum Regularium Prælatorum, verum etiam poſt ipſá confirmationem, vbi nimirum, nulla negligentia, aut culpa, in ipſis opponentibus notari poſſit. e. g. quia ægritudine, fortaſſe, impediti eſsét, aut quia abſentes, electionem ignoraſſent niſi poſt confirmationem, vel huiuſmodi.

Probatur ſiquidem, optimo textu d.c.final. qui matrim. accuſ. poſſ.

DOCT. ALLEG.

10 *Defendunt aſſertionem Doctores in d. cap. final. qui matrim. accuſ. poſſ. cum cæteris omnibus allatis, numer. 2. & in ſpecie Sigiſmundus, num. 5. vbi ſupra; & alij.*

CONCL. V.

11 Opponendi, ſeu contradicendi locus nullus adeſt, poſt confirmationem, quando illud ipſum, quod electo, ſeu electioni opponitur, iam ante confirmationem propoſitum, ac diſcuſſum fuit, atque ſuper eo, pronunciatum eſt.

Non enim bis in idipſum, iudicatur, cum ergo ſit deciſa oppoſitio, locus amplius non eſt opponendi.

DOCT. ALLEG.

12 *Aſſertores concluſionis ſunt Biax. in director. elect. par. 3. cap. 45. Cuchus, num. 4. Inſt. maiorum, lib. 4. tit. de confirmatore, & confirmati poteſt. Sigiſmundus, num. 5. dub. 48. de elect. & alij nominales.*

CONTR. V.

An reclamare electores poſsint, de electionis nullitate, atque Superioris confirmatione, & infrà quod tempus.

EXPLICATIONES.

1 Nos ſiquidem de hac re, Cōtrouerſiam quartá, & quintam, in tract. 1. diſp. 7. habuimus diſputatam; attamen placuit denuo etiam mouere, quoniam caſus euenit, in quadam Prouincia fuiſſe capitulum prouinciale celebratum, à Patribus Eremitanis D. Auguſtini, præſidente Viſitatore Generali, & viſitatione præcedente, per eumdem habita totius Prouinciæ, electus fuit in Prouincialem Reuerendum Patrem N. & poſt electionem fuit ab eodem Viſitatore electus confirmatus auctoritate ſibi tradita à P. Generali, qui ratam habuit, tum electionem, tum confirmationem, eo quod, nec contra electum, nec contra electionis formam, fuit aliquid oppoſitū; cum ex ſeptuaginta quatuor electoribus, vno excepto, omnes in electum ſuffragium tulerint.

2 Poſt vero quatuor Menſes, & plus, electione celebrata, & confirmata, tranſactos, ex electoribus quidam reclamarunt contra Viſitatorem Generalem, & contra Pro-

Prouincialem electum, & contra formam electionis, & de nullitate capituli tandem reclamarunt; modo dubitatur, an præfati electores opponentes, & reclamantes, de nullitate dicentes, licèt ſint parati probari, & re vera probare poſſint ex parte, ſeu in toto, capituli nullitatem, audiendi ſint, cum infra tempus à ſacris Iuribus determinatum nõ oppoſuerint, nec reclamauerint, & cum elapſo anno, poſt dictum Capitulum Prouinciale, fuerit aliud celebratum, in quo non obſtante reclamatione dicta, iterũ fuerit prædictus Pater N. electus, paucis vocibus demptis, in prouincialem, inquam, quid Iuris ſit reſoluendum. pro cuius deciſione ſit

CONCL. I.

3 Electores tenentur infra octo dies, poſtquam commodè potuerint electionem præſentare electis, vel perſonas inſtructas ad ſuperiores mittere, qui contrà electionem reclamare poſſint, alias, priuantur Iure reclamandi, vel ſunt priuandi.

4 Probatur ex cap. cupientes, §. cæterum, vbi Papa Nicola Tertius determinat, de elect. in 6. quod in omnibus electionibus, ſiue concorditer, ſiuè diſcorditer, celebratis, intrà ſpatium octo dierum, tenentur electores, ipſas electiones, poſtquam commodè poterint, electis præſentare, vel perſonas inſtructas ad ſuperiores mittere, qui contra electionem opponere poſſint, alioquin eligentes, & opponentes, proceſſus, pro eſequutione priuantur. ibique Gloſſa, & in cap. quam ſit, in verb. commodè, in fine, vbi dictio, *Commodè*, non eſt accipienda pro tempore vnius Menſis, & vltrà, ſi adeò iter non eſſet nimis longus, &c. quod tunc ſtandum erit arbitrio boni Iudicis.

Et conſtat ex illa Iuris regul. in 6. ſcilicet, quod ſemel placuit, quoniam nulli licet reprobare, quod ſemel placuit illi.

CONCL. II.

5 Eligentes aliquem, ſeu tali conſentientes electioni, non valent eam impugnare, niſi ex cauſis deindè emergentibus, ſeu nouiter eis panditis, quas veriſimiliter ignorare poterant, facientes etiam de huiuſmodi ignorantia fidem per iuramentum.

Probatur ex cap. nulli, de elect. in 6. vbi gloſſa, & Doctores ibi, & alibi eam edocent.

CONCL. III.

6 Electores, in reclamando de electione ab eis celebrata, dicentes, ſe amore, vel precio decepti, aut promiſſis, ſeu timore inducti, elegiſſe, non ſunt audiendi.

Eorum enim teſtimonium ad probationem non valet, & patet, cap. 1. de confeſſ. & conceſſo, de timore etiam cadente in conſtantem virum, cum ſponte ad teſtificandum accedere velint, ſuſpecti ſunt, & minus idonei ſunt iudicandi.

DOC-

DOCT. ALLEG.

7 *Ità Innocent. in cap. cum dilecti, nu. 8. verſ. item benè dicimus, de elect. per text. in ca. ſicut, de textibus, Maſcard. de probat. concl. 1318. num. 36. Crauetus, in conſil. 2. numer. 5. lib. 1. Graff. de effect. cleric. effect. 10, num. 8. alios allegans, & cæteri nominales.*

CONCL. IV.

8 Electores opponere, ac reclamare volentes, contra confirmationem, hoc debẽt agere intrà decẽ dies, aliàs nulla erit oppoſitio, & reclamatio.

Probatur, quia electionis confirmatio, vim ſententiæ obtinet, vt conſtat *ex c. fin. de elect. in 6.* & ideò, qui vult opponere, debet id facere intrà decem dies, vel per modum exceptionis opponere, aut appellare.

DOCT. ALLEG.

9 *Auctores ſunt huiuſmodi aſſertionis, d. Innocent. in dict. cap. de lecti. numer. 4. de elect. & ibi Butrius, numer. 61. Lancellottus, in tract. de attent. limit. 10. numer. 145. Speculat. in tit. de appellat. §. reſtat, numer. 7. & 8. Rota in deciſ. 4. aliàs 54. de reſtit. & ſpoliat. & eſt textus, in cap. concertatione de appellat. in 6. & cap. quo ad conſultationem, de ſententia, & re iudic. Autenth. hodie C. de appellat. & alij citandi.*

CONCL. V.

10 Electio, quæ per ſcrutinium celebratur exceptione quacumque nõ obſtante, abſolutè, & ſimpliciter loquendo eſt confirmanda, ſi à numero duarum partium ſit celebrata, pręmiſſa examinatione ſi opus fuerit, an canonica fuerit electio.

Probatur *ex tap. indemnitatibus, §. ſanè de elect. in 6. & cap. bona, reſpectu confirmationis §. contra vero, de elect. in 6.* quia confirmator, ſeu iudex, quando iam iudicauit, ſeu confirmauit, præſumendum eſt, omnia ritè ab eo eſſe facta.

CONCL. VI.

11 Electores contradicere potentes, & nolentes contradicere quando agitur de eorum præiudicio cenſetur conſentire.

Conſtat, *ex regul. Iuris, in 6. is, qui tacet, & ibi Dynus ex multis probat, & ex alia regula, numer. 3. Iuris, qui tacet.*

ARGVMENTVM.

12 Quis, contra prædicta, ſic argumentari poteſt; Nam in cauſa matrimonij carnalis, ſcientia non tranſit in rem iudicatam, ſed quandocũque reuocatur, conſtando de errore, *cap. lator de ſententia, & re iudica.* ergo multo magis, in cauſa matrimonij ſpiritualis, quod contrahitur per electionem, & confirmationem prælatorum, & conſumatur per adeptionem poſſeſſionis, & adminiſtrationem, cum fortius ſit vinculum ſpirituale, quã carnale, *cap. cum inter corporalia de translat. prælat.*

RE-

DOCT. ALLEG.

8 *Ita docent Gloſſa, in c. cupientes, §. final. verò iudicabit, in fine, Peyrin. to. 3. de priuileg. c. 5. in add. ad Clem. 8. n. 19. et alij.*

CONTROVERS. VII.

An electio ſuperiorum, ſecularium fauore, & auxilio, ab electoribus facta, valida ſit.

1 Concluſio eſt negans.

2 QVę ita in ord. Præd. vera eſt, qđ tales electores ipſo iure, excõmunicati latę ſententię exiſtunt, ſinè alia iudicis declarat. vt habetur c. 18. diſt. 1. de grauiori culpa, litt. f. §. 1. in declarat. conſtit. eiuſd. Ord. vbi Greg. XIII. Clem VIII. Pauli V. decreta recitantur, cum excommunicatione latæ ſententiæ, & capitula generalia, quæ acceptarunt, tales Papales Conſtit. quas, gratia breuitatis omittimus recitandi.

3 Et ibidē hæc dicuntur in confirmationem aſſertionis. Item declaramus, quod ſi quis Fr. ſubditus, vel pręlatus inducat .ſ. vi metu, vel alio quocũque illicito modo aliquē Fr. per ſe, vel per alium, ad electionem cuiuſcunq; pręlati, aut officialis noſtri Ord. ſi in hoc deprænenſus fuerit, pæna grauioris culpæ puniatur, & ſit per triennium omni voce actiua, & paſſiua priuatus, ſicut fuit ordinatum Pariſijs 1286. & Burdegalę, 1287. & apud Lucã, 1298.

4 Quomodo autem in pęnas dictas incurratur, quando dicitur in Conſtitu. Ord. Prædic. ipſo facto, ita declaratur, eod. c. & diſt. ead. §. 3. lit. I. Ad cuius conſtitutionis obſeruationem, Valētiæ 1566. declaratum eſt, pænas priuatiuas in noſtris Conſtitutionibus contentas, quando adeſt clauſula, ipſo facto ſola facti declaratione incurri, ita ut non poſſit Iudex ipſas minuere in ſententia ferenda. hæc ibi.

CONTROVERS. VIII.

Quæ perſonarum genera opponere, ac cõtradicere poſſunt electionibus, ac prouiſionibus Regul. prælatorum, & quomodo, atq; intra quod tempus, id fieri poteſt.

CONCL. I.

1 ELectionibus, ac prouiſionibus prælatorum Regularium non dumtaxat electores de Collegio opponere, ac contradicere poſſunt, verũ vtique omnes ſubiecti, & quos Eccleſiæ illius cura tangit.

Nam in generali Concilio Lugdunenſi, ſic à Gregorio Decimo decretatum eſt, prout habetur in capit. nulli, de electio. in 6. vbi ita dicitur. Nulli licere, decernimus, poſtquã in ſcrutinio nominauerit aliquem, & electio fuerit ſubſequuta, vel poſtquam præſtiterit electioni de ipſo ab alijs celebratę conſenſũ, illum ſuper electione ipſa, niſi ex cauſis poſteà,

X emer-

emergentibus impugnare, vel niſi ei morum ipſius anteà celata, de nouo pandetur improbitas, ſeu alicuius alterius latentis vitij, vel defectus, quæ veriſimiliter ignorare potuerit, veritas reueletur, de huiuſmodi autē ignorantia fidem faciat proprio iuramēto.

Ex quibus verbis à contrario ſenſu deſumitur, ſcilicet huiuſmodi oppoſitionem, ac contradictionem ſpectare ad eos, qui ſunt de collegio, & ad reliquos ſubiectos illi Eccleſię.

DOCT. ALLEG.

2 *Defenſores ſunt huius concluſionis, Gemin. in c. vt circa, §. 1. de elect. in 6. Felin. in c. ſuper his, n. 14. & 15. poſt Anamam de accuſ. Foller. in praxi crimin. can. p. 2 iudic. ve: ſ. aut criminibus ſpecificatis, nu. 6. Cucbus inſtit. maior. lib. 4. tit. de confirmatore, n. 33. Sig. ſm. dub. 48. n. 6. & cæteri nominales.*

CONCL. II.

3 Qui ſe ad hoc opus opponendi, ac contradicendi accingūt perpetuò ob oculos mentis verſetur, quod ab eodē Greg. X. in d. generali Concilio Lugdunenſi ſtatutum eſt, vt refertur in c. ſi fortè, de electio. in 6. cuius ſunt hæc ſequentia verba.

Si fortè inter cætera, quæ obijciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs, promouendo ad aliquam dignitatem, euidētem ſcientiæ, vel alium perſonę defectum opponi cōtingat, in diſcuſſione obiectorum, illum ſtatuimus ordinē in cōmutabiliter obſeruandū, vt promouēdus ſuper defectu ipſo, antè omnia, ſubijciatur examini, cuius euētus examinandis alijs, aut dabit initium, aut negabit. Cæterum ſi pręmiſſi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui, opponentes omninò à proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerunt, excludimus, & puniri perindè decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium, quæ obiecerunt, defeciſſent.

4 Et illud quod magis, ac peius eſt, nō eſſe locum pœnitentię, vnde in c. ab eo, de elect. in 6. ita habetur.

Ab eo, qui contra electum, vel poſtulatum, ſeu promouendum ad aliquā dignitatem inter cætera, quæ obijcit euidentem Notorium, ſeu manifeſtū ſcientię, vel alium perſonæ defectum opponit; ipſius defectus oppoſitio, vel eius qualitas, nequeunt poſteà reuocari; cum enim opponens, ſi quod de defectu oppoſuit huiuſmodi, deſtitui veritate contingat, à proſecutione cauſæ debeat omninò excludi, & puniri, perindè ac ſi in probatione omnium, quæ obiecerat, defeciſſet: Iuſtū eſt, vt poſtquam ad oppoſitionem eidem procedit, nequeat in præiudiciū eius, contra quem oppoſuit, vlterius pœnitere.

In quibus, horū textium, verbis, eſt aduertendū, nō eſſe extendēdos huiuſmodi textus ad alia beneficia, quæ modo ſunt dignitates, per illud verbum: *Dignitatem*, vbi Gl. in d. c. ſi fortè.

CONCL. III.

5 Forma opponendi electionibus, ac prouiſionibus Regul. prælatorum, eſt quæ traditur à Greg. X. in d. Concilio Lugud. generali, ſub his verbis. prout habetur in c. vt circa, de elect. in 6.

6 Pro-

6 Prouidiſſe edicto perpetuo, vt ſi quando aliqui electionibus, poſtulationibus, vel prouiſionibus ſe opponunt proponendo aliqua contra electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis formam, aut perſonam eligentiũ, vel electi, ſiuè illius, cui erat prouiſio facienda, ſiuè facta, & propter hoc contigerit appellari, appellãtes in inſtrumento publico, ſeu litteris, ſuper appellatione confectis, omnia, & ſingula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere, vel perſonas, coram perſonis, authẽticis, aut perſona, quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeat veritati, corporali præſtito iuramento, quod credunt ea, quæ ſic exprimunt eſſe vera, & ſe poſſe probare: alioquin tam opponentes, quam tempore appellationis interpoſitæ adhærentes eiſdem obijciendi aliqua, quæ non fuerit in huiuſmodi litteris, vel inſtrumentis expræſſa, poteſtatem ſibi nouerint interdictam, niſi aliquid poſteà formam, emerſerit, vel ſuper antiquis ſuperuenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentiũ notitiã de nouo peruenerint, quę, appellãtes, appellationis emiſſe tẽpore veriſimiliter ignorare poterint, & etiam ignorarint. Super huiuſmodi autem ignorantia, & ſuperueniente facultate probandi fidem per proprium pręſtandum corporaliter faciant iuramentum, hoc adijciendo in iuramento eodem, quod ad ea probanda, credunt ſe ſufficientes probationes habere.

1. Ampliatio.

7 Quod decretum ampliatur in eo, qđ dicitur de præſtando iuramento pręſcripta ibi forma ſit ad vnguem adeò ſeruanda; cum ad Sedem Apoſtolicã appellatur, vt non ſit ſuper obiectis, vel expræſſis, huiuſmodi, quis audiẽdus, & ſi hoc modo iurauerit, videlicet, quod illa, quæ in appellatione ſua expræſſerat, vel ea, quæ de ipſis, deberent ſufficere vera eſſe, credebat & ſe poſſe probare; cum non ſimpliciter, vt ex præfato decreto tenetur iurauerit, ſed indeterminatè, & diſiunctiuè, cap. is, qui contradixerit, de electio. in 6.

2. Ampliatio.

8 Vt procedat etiamſi quis contra certam, & nominatam perſonam, nè ab alijs eligatur, ad Sedem Apoſtolicam, antequam fiat electio, duxerit appellandum; debet enim per omnia in appellando ſeruare formam d. Decreti, ac ſi electionem iam facta, eum contingeret appellare: alioquin non obſeruans, pænę Conſtitutionis eiuſdem ſe nouerit ſubiacere, cap. qui contra, de elect. in 6.

3. Ampliatio.

9 Vt procedat nè dũ in ipſo appellante, ſed ẽt in ipſo Procurarore ad appellandũ ab electione, poſtulatione, aut prouiſione, dato; itaut nõ aliàs cẽſeatur idoneus, niſi omnia, quę in formã, vel perſonas intẽdit obijcere, & propter quæ appellare deſtinat, ſingulariter, & clarè ſint expræſſa in inſtrumento procuratorio, & niſi habeat ſpeciale mandatum ad iuramentum corporaliter in eorum animas, quorum Procurator exiſtit, quod ipſi

credunt expræſſa huiuſcemodi vera eſſe, & ſe probaſſe poſſe, cap. procurator, de elect. in 6.

4. Ampliatio.

10 Vt appellans non ſit poſtmodum in proſecutione negotij audiendus, ſi criminum, vel defectuum expoſitorū, debitas circumſtantias exprimere omiſit etiamſi poſteà iuramento affirmet ipſas criminum circunſtantias, earūuè probationes ad ſe denuò perueniſſe, Clement. Conſtitutionem, de elect. in 6.

5. Ampliatio.

11 Vt ſi quis appellauerit, opponēdo crimina, vel defectus, forma, d. decreti omiſſa, ipſo poſtea, proſequēte, huiuſmodi appellationem in his, quibus prædicta forma violata nō fuerit, alius ſuperneniens, qui non appellauerit non erit in eadem cauſa principaliter admittendus pro intereſſe communi, eoſdem articulos proſequendo, licet, appellanti, nè in ſpecificatis colludat, poſſit aſſiſtere; non tamen ei propter hoc proſecutio proprij intereſſe non negatur, d. Clement. Conſtitutionem, §. ſanè.

6. Ampliatio.

12 Vt ſi appellans per viam ſimplicis querelæ, cauſam agat, vel eam appellato agente defendat, repellatur ab obiectibus in ſua, expræſſis, appellatione, & alijs, niſi conſtiterit ipsū formam ſeruare prædictam, præterquam in caſibus in d. decreto exceptis, etiāſi ſuam non proſequatur appellationē nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle vti, dum tamen de ipſa coram Iudice fiat fides; quia per ipſam ius repellendi aduerſario quæſitum eſt, d. clemēt. Conſtitu tionem, §. inſuper.

Limitationes.

13 Verum hoc idem Decretum ſic ampliatum, eſt etiam primò limitandum, vt licet formæ, huius decreti, omiſſio repellat appellantem ab obiectis in formam electionis, vel perſonas eligentium, aut electi, propoſitis, ſeu proponendis, & eorum facienda probatione, attamen probationē factam aduerſarij cōfeſſione, ſeu aliàs legittimè, non infirmet, d. Clement. Conſtitutionem, §. fin. & tunc Iudex poterit ex tali probatione per ſe caſſare electionem, ſi non ſit canonicè facta, vel ſi perſona electi ſit indigna, & ratio eſt, quoniam Iudex tunc poteſt ſupplere non ſolum, quæ ſunt iuris; ſed etiam ea, quę ſunt facti. *Gloſſa*, in c. bonæ 1. vel b. curauimus allegare de poſtulat. prælat. Panorm. in c. cum nobis, de elect. in 6. Nauarrus, lib. 1. conſil. 2. nu. 2. tit. de elect. in nouiſ. & alij.

14 Secundo eſt limitandum, vt locū ſibi non vendicet, niſi ſolum cum in electionibus, poſtulationib., aut prouiſionibus, extra iudicium appellatur, quando in iudicijs, in huiuſmodi negotijs appellari contingit, anteriora iura obſeruanda ſunt, cum per d. Decretum non fuerint immutata, c. conſtitutio, de elect. in 6.

Tertio, vt nō procedat, vbi ea, quę opponūtur, ius Eccl. vel opponētis perſonæ

næ directè reſpiciunt; ſed tantum ſi in perſonam crimina, in formam defectus opponantur, d. Clement. Conſtitutionem.

Ius Eccleſię obiectio dicitur reſpicere, vt putà, ſi Eccleſiæ nomine allegetur eius etiam ſuffragia in electione recipienda eſſe, vel de ipſius gremio eſſe aliquem eligendum, aut ad eam omninò ius prouidendi ſpectare, & huiuſmodi.

Ius vero opponentis reſpicere dicitur, vt quando aſſerit, beneficium ad ſe pertinere, vel ſibi debitum eſſe, vel ad ſe prouidendi ius ſpectare, putà, iure ad ipſum deuoluto, vel quia ſe in ſuffragijs electioni ferendis, contemptū quæratur, & alijs huiuſmodi caſibus.

CONCL. IV.

15 Temporis oppoſitionis, ſeu contradictionis electionis, ſeu prouiſionis, Regularium ſuperiorum, in iure, nihil aliud ſtatutum inueniri, niſi, vt dicti opponētes deuinciantur ad obſeruantiam, c. cupientes, de elect. in 6 in omnibus, quæ ibi perſtringuntur, quando ad Sedem Apoſtolicam appellauerint ob electionē puta, Generalis, vel à cōfirmatione Prouincialis, ſeu à prouiſione facta de Prouinciali per ipſum Generalem, vbi ad eū propter Capituli Prouincialis negligentiam, deuoluta eſſet electio, ſic enim habetur in c. ſi poſtquã, de elect. in 6.

16 Quę vero contineantur ad rē noſtram in d. c. cupientes, de elect. in 6. hęc ſunt, ſcilicet, vt tam opponens, quam opponentes, ſi duo tantum, vel ſi plures, duo ad minus, ex ipſis opponentibus expenſis ipſorum opponētium, proprijs cum actis, & munimentis plenè inſtructi compareant coram Summo Pontifice, infra idem tempus infra quod electi, ab ipſa S. Sede confirmandi, venire obſtringuntur, vt vel negotium plenariè inſtrui, vel Sedes eadem valeat per ipſos informari, an Eccleſiarum vtilitate perpēſa, & alijs inſpectis circunſtantijs, ſuper habendis aliquibus probationibus, ſeu quibuſcumque alijs ſit alibi facienda cōmiſſio; vel an æquitate ſuadente, partes potius apud Sedem ipſam in probationibus, & alijs, ſint arctandæ, d. c. cupientes, §. ſi vero, vbi Gloſſa, verb. compareant.

17 Vndè tēpus, quod præfigitur electis, &c. Infra quod diximus teneri opponentes ſe ſiſtere Apoſtolico cōſpectui, eſt, vt infra menſem vnum ad Sedem Apoſtolicã iter arripiant, poſt quod alterum vtiq; ſpacium conceditur ex itineris longinquitate moderandum, ad effectum ſe pręſentandi, vt eſt dictum.

18 Poſt ꝙ ſimiliter dãtur 20. dies, vt in eis, vel perſonaliter compareant, vel ſi impediti, quo minus cōparere poſſint, proponant impedimenti cauſam ad quam probandã permittuntur alij 15. dies, & ſi admittatur, Procuratorē, poſteà, ſufficienter inſtructū mittant, niſi ceſſaret ipſa cauſa; quia tunc accedere ipſimet perſonaliter tenerentur; aliàs, ipſi opponentes, quo ad ſe, à totali proceſſus proſecutione priuantur, & alijs pęnis puniuntur, in d. c. cupientes, vbi ſubditur nullum pręiudicium generari electis in proſecutione ſuis iuris ſuper hoc, quod opponentes, quo ad ſe, à proceſſus proſecutione priuentur.

CONTROVERSIA VIV

An Prælati Regulares poſſint amoueri à ſuis prælaturis, ac dignitatibus ad libitum ſuorum ſuperiorum ſinè cauſa.

EXPLICATIONES.

1 AD maiorem intelligentiam eorũ,quę dicturi ſumus, eſt prænotandum in caſu, & ad effectum, de quo agimus, Nos conſiderare poſſe beneficia, ac pręlaturas Regulares, bifariã, vel vt ſunt perpetua, aut quatenus manualia ſunt, nempè ad nutũ ſuperioris amouibilia. his præmiſſis ſit.

CONCL. I.

2 Dignitates, ac pręlaturę electiuæ Regulares, perpetuæ cenſentur.

Cuius eſt ratio, quia generaliter perpetua cenſentur, quæ adimi nequeũt, niſi certis de cauſis à iure conceſſis; ſed electiua ſunt huiuſmodi, cap. Monachi, in fine, de ſtatu Monachorum, ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

3 *Suſtinent concluſionem Panorm. in cap. monachi, n. 5. de ſtatu monachorum, Selua de benefic. p. 3. q. 68. n. 2. Caſſadorus, deciſ. 4. n. 3. Rota, deciſ. 296. n. 7. coram Coccino, Gloſſa, in clement. quia Regulares, de ſupplend. negli. prælat & in clement. & ſi principalis, verb. elect. de reſcript. Nicol. Miliſ. in verb. beneficium, n. 18. Azor, p. 2 lib. 3. c. 1. qu. 4. §. 5. diuiditur cum aliĳs ab eo citatis, Sigiſmundus, dub. 49. nu. 1. & aliĳ nominales,*

CONCL. II.

4 Beneficium, vt electiuum dicatur, duo concurrere debent, vt ſcilicet procedatur in eo per electionem, quę ſuperioris confirmationem exigit, aliàs, ſecus eſſet ſi ſuperioris confirmatio non eſſe neceſſaria, & quod huiuſmodi electio fieri debet per Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, vel Collegiatæ, aut Conuentualis.

DOCT. ALLEG.

5 *Defendunt aſſertionem quo ad omnes partes, Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellarię gloſſa, 19. n. 12. & 13. vbi multos allegat. Rota, deciſ. 1. de elect. in antiquis, & fuit dictum, in vna Calaguritana beneficĳ 22. Maĳ 1551. teſte Caputaq; deciſ. 295. n. 1. & per totum, p. 1. Gloſſa, in ver. electionem, in clement. quia contingit, §. vt autẽ, & ibi Card. nu. 2. de religio. don. Fel. c. in noſtra, n. 25. verſ. hoc autem, quod debet, de reſcript. Toloſ. in tit. de elect. c. 3. nu. 2. Sigiſ. nu. 2. vbi ſupra, & aliĳ.*

CONCL. III.

6 Beneficia cætera omnia Regularia nõ electiua, manualia dicũtur, niſi ſcilicet aliud, priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto cautum ſit.

Ratio huius eſt, quia talis manualitas potius venit ex parte illa obtinentiũ, quia

quia ſunt Regulares profeſſi, & quid proprium habere prohibiti, c. cum ad Monaſterium, §. tales, de ſtatu Monachorum, quam ex natura illorum beneficiorum.

Et probatur textu, Clement. 2. vbi glo. verb. per electionem, de reſcript, & c. 2. & cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monach.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent Nauar. conſil. 3. lib. 1. de filijs Præsbyterorum, n. 6. Egid. deciſ. 203. Rota, deciſ. 772. n. 1. & 6. p. 1. diuerſ. & deciſ. 739. n. 6. & deciſ. 20. n. 4. p. 1. in recent. Gambaru. in tract. de officio, & poteſt. Legati de Latere, lib. 4. c. 1. n. 15. & 16. Sigiſm. nu. 3. dub. 49. de elect. Leſſius, de iuſt. & iure, lib. 2. c. 4. dub. 1. n. 3. Gonzalez, ſuper regul. 8. cancellar gloſſa, 5. §. 6 n 8. & 59. multos alios allegans, Garcæus de benefic. in additio. ad n. 78. c. 2. p. 1. & alij nominales.*

CONCL. IV.

8 Regulares prælati minimè amoueri poſſunt à dignitate, ac prælatura electiua, ad libitum ſuorum ſuperiorum, abſque iuſta cauſa, & rationabili.

Probatur, ex cap. nullam poteſtatem, 18. q. 2. & cap. Monachi, in fine, de ſtatu Monach. & ratio eſt, quoniam quamuis Religioſi quid proprium habere nequeant, vt ſupra diximus; attamen Regulares ſuperiores, qui ius amouendi habere prætendunt, cenſentur prohibiti à Summo Pontifice, per d. capit. Monachi, vt non poſſint amouere, niſi iuſta, & rationabili cauſa exiſtente: vnde quo ad motionem illius prælaturæ, dicti prælati ſunt obedientiarij Papæ, vt non poſſint amoueri ab alio, eidem inferiore, niſi iuxtà diſpoſitionem, d. c. Monachi.

In reliquis vero, in omnibus, & per omnia ſubiecti remanent dictioni prælatorum maiorum Religionis.

DOCT. ALLEG.

9 *Amplectuntur concluſionem, omnes Doctores relati in ſuperioribus, & inſuper Gloſſa, in c. Monachi, de ſtatu monac. ver. non mutentur, & ibi Panorm. n. 8. verſ. in gloſſa, penult. ibi, qui per electionem, Azor, p. 2. lib. 3. c. 26. q. 15. & communiter Doctores omnes, teſte Rotam deciſ. 772. n. 3. p. 1. diuerſ. Sigiſm. n. 4. dub. 49. & alij, vt Diana, tract. 2. de dub. regular. reſol. 117. cum cæteris neotericis.*

CONCL. V.

10 Licet pœna priuationis tituli, nunquam veniat imponenda, niſi in caſibus in iure expræſſis; nihilhominus, prælati, ac beneficiati Regulares, de facili, ac ex leuioribus cauſis, poſſunt amoueri à ſuis prælaturis etiam electiuis.

Pars prima, conſtat aſſertionis, ex c. ſatis peruerſum, diſt. 56.

Secūda vero, ex c. per tuas 1. in fine de ſimon. & c. qualiter, & quando, 2. in fine, de accuſat. eſtque ratio, quarè prælati Regulares perſonaliter non confirmentur perpetuò à Sede Apoſtolica, cap. ad noſtram, & cap. porrecta, de confirm. vtili. vel inutil. quia ſi eſſent confirmati cum de rogatione eiuſdem met cap. ad noſtram, & cap. porrecta, non poſſent indè amoueri

ſine

ſinè mandato Papæ,c.1.& 2.eod.tit. de confirm.vtil.& inutil.

DOCT. ALLEG.

11 *Defendunt partem primam aſſertionis Gloſſa,verb.ex vi iur.patr.in c.fin.de iur. patr.vbi Panor.n.8.Creſcent.deciſ.9.n.1. de probat.Caputaque deciſ.98.n.3.Rota, deciſ.286.n.6.coram Card.Seraphino,& deciſ.489.nu.2.in fine,p.2.in recent.& fuit dictum in vna aſtenſi,fructuum,27. Martij 1613.coram Manzanedo, & alij nominales.*

Secunda autem pars docetur à Gloſſa,in cap. porrecta,verb.confirmantur, de confirm. vtil.vel inutil.Nauar.in c.non dicatis,12 q.1.n.66.verſ.ad 10 8.in fine,Panor.in c. cum inter.1.n.10.de elect. Rota, deciſ.6. de reſtit.ſpol. in antiquis, & deciſ. 9.eod. tit.in nouiſ.Sigiſ.dub.49.de elect.n.5.& 6.& alij nominales, Lauorius in var. lucubrat.tit.4.c.23.n.23 & 24.

CONCL. VI.

12 In Conſtitutionibus, ac in earundem declarationibus, atque ordinationibus,Ordinis Prædicatorum, ob multas iuſtas,ac legitimas,rationabileſuè cauſas,cautũ eſt, fieri poſſe Priorum Conuentualium abſolutionem, à Priori Prouinciali,& à Magiſtro ordinis, Priorum Prouincialium, quarũ numerum, in præſentiarum,afferre, noſtri minimè,eſt inſtituti.

Et de Magiſtri Ordinis auctoritate, ac poteſtate,hęc habentur,diſt.2.de electione Prioris Prouincialis,c.3.nu.9. litt.h.in declarationibus, verborum eorum,Conſtitutionum,n.8.nempè; Prior autem Prouincialis ſupradicto modo electus,poterit per Magiſtrum Ordinis confirmari, vel eius electio caſſari, ſi ipſi Magiſtro videbitur ſic, in quam,dicitur. Dęclaramus,quod Magiſter Ordinis per priuilegia Bonifacij VIII.& Clementis VII.poteſt omnes,& ſingulos Frarres,dicti ordinis, Inquiſitores, ac Priores Prouinciales,& Conuentuales,& alios quoſcunque officiales dicti Ord., ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto Ordine,& per Sedem Apoſtolicã, vel per quoſcunq; & quauis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur reuocare,& à ſuis officijs remouere, etiam ſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum,quod à ſuis prælationibus vel officijs remoueri non poſſent, & loco ipſorum alios,vel alias ſubſtituere,ac officia ipſa limitare, ac in Curia Romana Procuratorem inſtituere,& inſtitutum, ab ipſo officio remouere, quoties ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire. hæc ibi. Et hæc omnia, conceſſit, quoq; Martinus V. Magiſtro Ordinis, ſuo priuilegio 3.

Et quæ diximus, hactenus, de ſuperioribus Ordinis Prædicatorum, dicenda, ac afferenda ſunt de cæteris Religionibus, iuxta earum Conſtitutiones,& ſtatuta.

CONCL. VII.

Superiores Religionum poſſunt amouere, ac ſpoliare beneficiatos, ſiuè prælatos manuales,de ſuis beneficijs, ſiuè pręlaturis manualibus quomodocumque,& quandocumque ipſis placuerit, etiam ſinè cauſa, nec ipſi manuales prælati conqueri poſſunt,ſiuè quicquam agere contra ſpoliatos.

Con-

Conſtat aſſertio, ex c. cum ad Monaſterium, § tales, in ibi ne ſuſcta Gloſſa, verb. perpetuò, de ſtatu Monach. & ratione probatur, quoniã ipſi prælati manuales, per hoc non deſinunt eſſe Religioſi, ac obedientiarij ſuorum ſuperiorum, qui vtentes ſuo iure, eis iniuriam minimè faciunt, l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniurijs, & cap. cum Eccleſia Vulaterana, vbi gloſſa, verbo. iniuria de elect. Beſignetus, deciſ. 2. de rerũ permutat.

DOCT. ALLEG.

14 *Concluſio eſt cõmunis inter omnes Doctores, quam defendunt Nauar. & Azor, n. 9. & 11. relati, Rota, deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat. in nouis, & deciſ. 1. nu. 1. verſ. nec ſeruamus, eod. tit. in antiquis, et deciſ. 778 num. 1. p. 1. diuerſ. vbi refertur idem reſolutum fuiſſe, in vna Burgenſi, amotionis Magiſtri Capellæ, 11. Decembris 1591. coram Card. Blanchetto, Selua, de benefic. p. 3. q. 68. in fine, Sigiſm. num. 7. dub. 49. Diana, tract. 2. de dub. regul. reſol. 117. Riccius, in praxi, to. 4. reſol. 51. nu. 4. Lauorius, in var. elucubrat. tit. 4. c. 23. nu. 23 & 24. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

15 Præfata, nihilhominus, aſſertio eſt limitanda, atque intelligenda, vt ſpoliator careat prohibitione, aliàs, ſecus dicendum eſſet, vt eſt, verbi gratia, in Congregatione, S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Ciſtercienſis Regularis obſeruantiæ, in qua à Gregorio XIII. per Conſtitutionem, quæ incipit, Romanus Pontifex, §. 24 de anno 1578. die 23. Maij, prohibiti fuere, tam Viſitatores, quam Diffinitores amouere prælatos, niſi ob notoria demerita, vel ob incurſum aliquorum, ex ibi, ſcriptis, & enumeratis erroribus, vel in d. ſpoliatore ſi adſit malitia, & odij præſumptio, aut ſi ſuperior, accuſatione pendente, ſiuè inquiſitione contra aliquem prælatum manualem incepta, eum, prælatura manuali ſpoliaret.

Et ratio eſt, quoniam, dum ſuperior cæpit accuſationem, vel inquiſitionem contra ſubditum prælatum manualẽ, ad effectum ſpoliandi eum tali prælatura manuali; tunc ipſa ſpoliatio ſuperueniens, non cõſiderabitur, vt ius ſimplex, ac imperium ſuperioris in ſubditum, ſed vt pœna illius delicti, de quo ipſe iam cœpit accuſationem, ſiuè inquiſitionem: ſed huiuſmodi pœna imponi haud poteſt, niſi prius probato delicto, per concludentes probationis. ergo præſumitur malitia, vel odium in ſpoliatore in tali caſu.

DOCT. ALLEG.

16 *Subſcribunt huic aſſertioni Nauarrus, num. 11 relatus, Cardinalis, in clement. 1. § premiſſa, num. 4. ad finem, verſ. ego puto, de ſupplẽd. negl. prælat. Imola, poſt Bart. in d. clement. 1 num. 44. verſ. D. Antonin. credit. Franchus, in cap. cum ſingula, num. 1 circa medium, verſ ſed Imola, de prębẽd. in 6. Rota, deciſ. 778. num. 1. p. 1. diuerſ. Gonzalez, in regul. 8. cancellariæ, gloſſa, 5. §. 6. num. 48. Sigiſmundus, num. 8. & 9. dub. 49. de elect. Lauorius, & Diana, vbi ſupra, & alij.*

CON-

ſtare debet in tanto exceſſu, vt per illos dicti prelati ſecundum iuris communis diſpoſitionem, fuerint digni priuatione, vt eleganter ſuſtinet in terminis Rota, deciſ. 234. nu. 8. p. 1. in recent.

Et amplius conſtare debet per concludentes probationis, exempli gratia, ad probandam dilapidationem bonorum Monaſterij, concludens probatio non reſultaret ex eo, quod Monaſterium, fortè, aliquo ære alieno ſit implicatum, quia poteſt eſſe, quod illud æs alienum fuerit contractum ex iuſta cauſa, Imola, in capit. venerabili, num. 23. de officio delegati, Rota, vbi ſupra, num. 11. in recent.

DOCT. ALLEG.

23 *Prò hac aſſertione allegantur omnes Doctores relati, num. 9. & num. ſuperiori Diana, & Sigiſm. n. 13. vbi ſupra, & alij nominales.*

CONCL. XII.

24 Prouinciales, Rectores Societatis Ieſu, qui inſtituitur à Præpoſito Generali, & Superiores, ac Guardiani aliarum Religionum, qui prouidentur à ſuis Generalib., ſeu Diffinitoribus, amoueri poſſunt, vel ſpoliari ab eiſdem ſuis prouiſoribus, ſeu inſtitutoribus, etiam ſinè cauſa, quomodocumque, ac quandocumq; id eis placuerit.

Cuius eſt ratio, quoniam huiuſmodi prælati, ſunt manuales, ergo amoueri poſſunt.

DOCT. ALLEG.

25 *Hac aſſertio habet eoſdem Doctores quos adduximus, num. 7. & in terminis docent Diana, ac Sigiſm. n. 14. vbi ſupra, Gonzalez, ad regul. 8. cancellar. gloſſa, 8. num. 50. & 51. & gloſſa, 5. §. 6. nu. 46. & ſeq. Innocent. Hoſtienſ. & Panorm. relati à Boicho, in d. cap. monachi, numer. 10. quos ſequitur, & clarius idem Panorm. in Clement. & ſi principalius, num. 6. de reſcript. Azor, p. 2. lib. 9 cap. 26. q. 15. et alij referendi, Franchus, de viſit. Eccleſ. lib. 2. c. 16. n. 18. & 19.*

CONTROVERSIA X.

An Regulares prelati emittere profeſsionem fidei teneantur.

CONCLVSIO I.

1 PRouiſi de beneficijs quibuſcumque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus, intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram Generali eius Vicario, ſeu officiali orthodoxe ſue fidei publicam facere profeſſionem, & in Romana Eccleſiæ obedientia ſe permãſuros, ſpondeant. hæc ſunt Trident. Concil. verba, ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.

CONCL. II.

2 Dictum Decretum Conciliare fuit man-

mandatum obſeruari, per quoſcumq; quibus de Monaſterijs, Conuentibus Domibus, & alijs quibuſcumque locis Regularium, quorumcunque ordinum, & militiarum, quocumq; nomine, vel titulo, prouidebitur.

Ita per extrauagantem, Pius IV. mandauit, quæ incipit, iniunctum nobis, ædita 1564. die 13. Nouembris.

DOCT. ALLEG.

3 *Placet Nauarro, lib. 2. conſil. 10. de iure iurando, in 2. ædit. Rodriq. to. 2. qq. regul. q. 72. art. 1. eius Nepos Hyeronimus Rodriq. in compend. qq. regul. reſol. 67. nu. 1. Riccius, p. 4. deciſ. 82. n. 1. Riccius, tra. de iure, p. 5. lib. 1. cap. 15. n. 5. Barboſa, de poteſt. Epiſ. p. 2. allegat. 61. num. 7. Sà, in aphoriſ. verb. fides, Sayrus, deciſ. 12. tit. de ſum. Trinit. & fid. orthod. tenēt cōcluſ.*

CONCL. III.

4 Profeſſio fidei prædicta fieri poteſt, etiam per Procuratorem, ſecundum nonnullorum opinionem.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita namque aſſerunt Nauarrus, lib. 2. conſil. 11. nu. 2. tit. de iure iurando, in 2. ædit. Ledeſma, in ſumma, p. 2. tract. 1. c. 4. poſt. 10. concluſionem, difficult. 6. Azor, p. 2. lib. 7. c. 2. q. 6. Sanchez, lib. 2. decalogi, c. 5. n. 7 & alij, Barboſa, de officio Epiſ. p. 3 allegat. 60. n. 20.*

CONCL. IV.

6 Probalius eſt, per Procuratorē minimè fieri poſſe fidei profeſſionem, per Procuratorem, ſed per ſemetipsū corporaliter.

Cuius eſt ratio, quoniam certum eſt, huiuſmodi iuramentum eſſe præſtandum corporaliter, vt tradunt Doctores, in cap. ego N. de iure iurando, vbi Panormitan. numero 6. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

7 *Defendunt mordicus concluſionem Gratianus, in diſcept. forenſ. c. 166. n. 22. Garceus, p. 3. de benef. c. 3. cum Rota in vna Carthaginenſi, 19. Februarij 1581. corā plato, & in eadem coram eodem, 1. Iulij & 22. Nouembris eodem anno, et Sacra Congregatio, vt idem Sanchez autumat vbi ſupra, Sigiſm. dub. 50. n. 3. et dub. 26 n. 9. de elect. et in dubio opinionem diſtinguentem ſequi debemus, Gloſſa, vlt. in fin. cap. ſciente, de cenſibus, Imola in cap. ſuper litteris, n. 2. de reſcript. Alex. conſil. 50. n. 7. lib. 7. Neuizzanus in ſilua, lib 5 n. 32. cum alijs, teſte Rota, deciſ. 837. nu. 10. et 11. coram Card. Seraph.*

8 Nec eſt audiendus in pręſentiarum relatus Barboſa loco dicto, nempè aſſerens, priorem opinionem, de rigore iuris eſſe recipiendàm, quia regulariter, quicunque poteſt aliquid per ſemetipſum facere, illud facere quoq; per procuratorem, niſi lex, vel Canon aliter conſtituat, l. 1. ff. de procurator. & cap. qui per aliū, & cap. poteſt quis de regul. iuris, in 6. flocci faciens auctoritatem Sacræ Congregationis, & Rotę, quarum auctoritas vbique Terrarum defertur; equidem hallucinatus eſt, & illarum ſententiam refellit per regulam generalem, ſuper quibus non eſſe laborandum certè, quando, ni-

nimirum adſunt deciſiones in terminis, vt eadem Rota dixit, deciſ. 256. num. 3. coram Gregorio XV. & expedire, conſultantes per regulas generales eſſe officium procuratorum, & eorum Doctorum, quos vulgus poſitiuos appellat. Felinus in cap. cum ordinem, ante num. 4 de reſcript. approbatus à Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellar. §. 4. proœmial. n. 42.

Ac denum generales regulæ ſunt regulæ Cantalitij, vt vulgo dici ſolet, ac ſpectant ad pauperes Doctorellos, iuxtà quas non eſt reſpondendum de Iure, cum concludant ſolum hominibus tardi, ac rudis ingenij, ſed per ſpeciales deciſiones, vt dicit Felinus. *in cap. 1. col. 6.* poſt med. num. 6. in fine de reſcript. Aret. conſil. 106. col. 4. poſt med. verſ. venio ad tertium, nu 6. in fine. Gratian. diſcept. forenſ. ca. 462. num. 17. & alij.

CONCL. V.

9 Profeſſio fidei eſt emittenda denuò, ab his, qui nouam adipiſcuntur dignitatem, ex recitatis in Decreto Conciliari Tridentino, itaut ad multiplicationem beneficiorum, eſt multiplicãda quoq; dicta fidei profeſſio.

Nam verba generalia Tridentini, talem indicant multiplicationem in acquiſitione variarum dignitatum, ac beneficiorum, iuxtà declarationem etiam ſacræ Congregationis, teſtibus Doctoribus, mox recitandis.

DOCT. ALLEG.

10 *Defenſores, ac teſtes ſunt dictæ Declarationis ſacræ ſuper verba Cõcilij, Garceus, num. 7 relatus, num. 18. & Sigiſm. dub. 50. num. 4. & alij allegandi.*

CONCL. VI.

11 Profeſſio fidei prędicta emitti etiam poteſt coram Vicario generali, Epiſcopo non impedito, abſolutè loquendo, quamuis, dicatur in Decreto Conciliari Tridentino in manibus Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario.

Cuius ratio eſt, quoniam huiuſmodi verba ſunt dicta ad monitionem, & ad denotandum conuenientius eſſe, eam facere coram ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento: & quia Vicarius, & Epiſcopus conſtituunt vnum, & idem Tribunal, ideoque cauſa commiſſa decidenda Epiſcopo decidi põt per Vicariũ. Verallus, deciſ. 139. p. 3.

DOCT. ALLEG.

12 *Aſſerunt, pręter relatos Doctores, aſſertionem, in terminis Garceus, p. 3. de benefic. c. 3. num. 23. Sigiſmundus, nu. 5. dub. 50. de elect. & alij.*

CONCL. VII.

13 Profeſſionem fidei, qui intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, nõ emiſerit, adhùc tenetur, ac obligatur eam emittere, & minimè poſteà ad eam deuincitur.

Nam, licèt, vbi tempus præfinitur ad finiendam obligationẽ, eo elapſo, illa extinguatur, cap. ſicut de ſponſ. vbi tamen præfinitur ad dilatandam, vel differendam executionem non terminatur per lapſum temporis, immò, vegetior efficitur, l. celſus, ff. de

Y recept.

recept. arbitr. cap. cum dilecti, verſ. præterea, de dol. & contuma. vbi Panorm. num. 12.

DOCT. ALLEG.

14 *Docent dicti omnes Doctores allegati, & in terminis, numer. 6. dub. 50. de elect. Sigiſmundus, cum alijs nominalibus.*

CONCL. VIII.

15 Regulares ſuperiores, in his Religionibus, in quibus conſuetudo nõ viget, præſtam profeſſionem fidei emittendi, minime tenentur, eam facere.

Nam, in omnibus, ferè, Religionibus, vſus eſt in contrarium: ergo prælati non tenentur ad hanc fidei profeſſionem emittendam, & ſic fertur reſpondiſſe ſacram Congregationem, de hac re requiſitam, & ita obſeruatur in praxi, quia, vel in dictis religionibus, nõ eſt receptum relatum decretum, vel contrario vſu eſt abolitum, ſicut & dicta Bulla Pij IV.

Et eſt reſponſiua quæſito hęc concluſio.

DOCT. ALLEG.

16 *Doctores ſunt huius concluſionis Sorbus in compend. priuileg. verb. profeſſio fidei. Tamburinus, de iure Abbat. to. 1. diſp. 8. q. 3. nu. 3. Portel. in dub. regul. verb. profeſſio fidei, num. 3. Villalobos, tom. 2. ſummæ, tract. 1. diffic. 6. nu. 3. Sigiſmundus, n. 7. dub. 50. de elect. Sanchez, in ſumma, tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 3. Diana, tract. 2. de dub. regul. reſol. 78. & alij recentiores.*

CONTROVERS. VIII.

An Regulares Prælati exempti, habentes Iuriſdictionem Epiſcopale, vel quaſi Epiſcopalem, poſsint in ſibi ſubditos, ſi prohibiti non ſint, quidquid poteſt Epiſcopus in ſuos.

CONCL. I.

1 Prælati nonnulli Iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem in Territorio ſeparato, quod dicitur, eſſe nullius Diœceſis; itaut, nec in Diœceſi, nec de Diœceſi, alterius ſit, ſed eſt propria Diœceſis per ſe, reſpectu cuius, ipſi quoque Diœceſani vocantur.

DOCT. ALLEG.

2 *Sic namque docent Cardin. in clemen. 1. Si volumus, qu. 4. num. 2. Imola, nu. 38. ibid. Panorm. num. 15. de for. compet. Sigiſmundus, dub. 51. num. 1. de elect. Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. diſp. 29. nu. 16. verſ. ad primum confirmat. & lib. 8. tom. 3. diſp. 2. numer. 12. Moneta, de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 443. vſque ad 445. Rota, deciſ. 324. numer. 1. par. 1. in recent. & alij allegandi.*

CON-

CONCL. II.

3 Prælati alij territorium ſegregatũ non habent, ſed ſunt in Diœceſi alterius, vt exempti; licet enim loca exempta non ſint de Diœceſi, ſunt tamen in Diœceſi. Patet ex cap. 2. de conſtitut. in 6. & cap. cum Epiſcopus, & ratione comprobatur, quia ſi loca non eſſent in Diœceſi fruſtrà impetraretur priuilegium exemptionis, ſed tale priuilegium ſolum eximit à ſubiectione, non vero à ſituatione, & denominatione.

DOCT. ALLEG.

4 *Aſſerunt aſſertionem Franchus, in d. c. cum Epiſcopus, in 2. notan. & ibi Gemin ianus, num. 3. de officio iudic. ord. eod. lib. Puteus, deciſ. 83. lib. 5. & firmauit Rota, deciſ. 201. par. 2. diuerſ. & pluribus relatis, deciſ. 324. num. 3. p. 1. in recent. & deciſ. 346. num. 8. coram Coccino, Vital. in clement. 2. num. 44. de priuileg. Gonzalez alias refert deciſ. ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſa. 43. num. 187. & ſeqq. Sigiſmund. num. 2. vbi ſupra.*

CONCL. III.

5 Illis Prælatis habentibus omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem, in aliqua Diœceſi per ſe, ſi non ſint prohibiti, ea omnia competere, quæ cõpetere poſsũt Epiſcopo in ſua Diœceſi, præter ea, quæ ſunt ordinis.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent concluſionem Gloſſa in cap. ordinarij, vbi Dominicus de officio ordin. in 6. Sayrus in claui regia, lib. 6. cap. 11. nu. 83. Moneta, vbi ſupra numer. 415. Rota, deciſ. 386. coram Card. Seraph. & deciſ. 1052. coram eodem; vbi pro hac aſſertione affertur ſacræ Congregationis auctoritas, & ſuper §. ad hæc, cap. 20. ſeſſ. 24. de reform. Concil. Trident. vbi decernitur, vt cauſæ matrimoniales, & criminales relinquantur Epiſcopis tantum; eadem ſacra Congregatio ſæpiuscenſuit, ac reſoluit hoc decretum non ſe extendere ad prælatos inferiores. qui nullius Diœceſis ſunt, & ſimiliter ſuper illam clauſulam ibid.* ſeù Archidiaconum. *hoc procedit in Archidiaconis, & Diaconis, qui ſunt in Diœceſi epiſcoporum, non autem in illis, qui nullius Diœceſis ſunt, & ſic voluit ſacra Congregatio, Sigiſmundus, num. 4. & 5. dub. 51. de elect. cum alijs.*

CONCL. IV.

7 Prælati exempti habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem, ſi non ſunt prohibiti, quæunt in ſibi ſubditos, quę Epiſcopi in ſuos.

Nam, in conceſſione, apparet ſub nomine Epiſcopi intelligi omnes iuriſdictionem Epiſcopalem, quomodocumque habentes, & in hoc ſenſu ſunt intelligendi Doctores, ſtatim pro hac aſſertione allegandi.

DOCT. ALLEG.

8 *Autumant concluſionem Innocent. in c. de tranſact. Gloſſa, in clementina prima, §. vo-*

§. volumus, in verb. Diœceſanis, de foro compet. & in Clement. 1. verb. proprij, de rebus Eccleſ. non alienandis. Panorm. in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs, num. 13. in fin. de iudi. vbi quoque Felinus, n. 11. & Decianus num. 137. item Panormit. in c. de monialibus, in fin. de ſent. excommun. vbi loquitur de Generali Fratrum minorum: & idem Felinus, & alij in ca. auditis, de praeſcript. Nauarrus cap. 12. ſummæ, num. 75. & lib. 1. conſil. 36. nu. 1. de tempore ordin. in 2. ædit. Sanchez de matrimo. lib. 8. tum. 3. diſp. 3. num. 9. Sigiſm. n. 6. dub. 51. & alij.

CONCL. V.

9 Vbi autem ex conceſſione, notum eſt ſub nomine Epiſcoporum non comprehendi omnes iuriſdictionem Epiſcopalem qualitercumque habẽtes; ſed tantummodo eam poſſidentes in aliqua Diœceſi; tunc manifeſtum eſt, appellatione Epiſcopi non contineri prædictos exemptos.

Exemplum ſit in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. vbi Epiſcopis conceditur ampla facultas diſpẽſandi quoſcumque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua, &c. ex quo loco, non obſcurè colligitur eam conceſſionem, non extendi ad omnes, Epiſcopali Iuriſdictione perfruentes, ſed ad eos tantum, qui in aliqua Diœceſi, pleno iure exercent; & hoc propter Cõc. Trid. verba ea, aientis, Quoſcũque ſibi ſubditos, in Diœceſi ſua.

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſerunt ita Sayrus, in claui regia, lib. 6. cap. 11. num. 83. Auila, de cenſur. p. 7. diſp. 10. dub. 6. Sigiſmundus, nu. 7. & 8. dub. 51. de elect. Sanchez lib. 2. decalogi cap. 11. num. 7. & lib. 4. cap. 38. num. 19. in ſpecie, Victorellus in addictio. ad Toletum, cap. 89. num. 5. in fin. Duardus, in Bulla Cœnæ, lib. 3. §. 2. q. 8. n. 51. Moneta, de commut. vlt. volunt. cap. 5. nu. 455. Magiſter ſacri palatij, in Indice librorum expurgandorum, in expurgatione num. 6. pag. 461. Emanuel Sà, his verbis, prælati exempti habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos, non poſſunt in eos, quidquid poſſunt Epiſcopi in ſibi ſubditos, niſi ex ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ. Et Sacra Congregatio ſic cenſuit. In hoc Decreto non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, ſed tantum Epiſcopi priuatiue, & alij recentiores.*

CONCL. VI.

11 Prælati præfati exempti ſeculares, præſertim, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, minimè poſſunt agere cauſas matrimoniales, & criminales.

Exemplum eſt in d. §. ad hæc, in loco relato Concilij Trid. vbi eſt ſermo de cauſis remittendis Epiſcopis tantum, vt in 4. aſſertione diximus, ex quo loco clare patet, per dictionem illam, *tantum*, quæ eſt excluſiua aliorum, præter nominatos, excludi omnes iuriſdictionem Epiſcopalẽ quomodocumque habentes, aliter, quam in Diœceſi, ſicut ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij relata conſtat, & ex ſequenti, ſuper idem, §. ad hæc, nimirum,

Quod Decani, & cæteri, hic, nominati, non poſſint cognoſcere cauſas matri-

matrimoniales, hoc procedit, etiamſi eſſent exempti.

DOCT. ALLEG.

12 *Sequuntur concluſionem, deciſ. 9. n. 2. verſ. præterea, de cauſ. poſſeſſ. & prop. in nouiſ. & in vna Conſtantienſi deciſ. 29. Veneris, 9. Nouemb. 1617. coram D. Ottombergo, & deciſ. 346. n. 8. corã D. Coccino, reſoluit in d. §. ad hæc, ſub nomine Epiſcop. non comprehendi Abbates exemptos Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes; & eadem Rota, deciſ. 348. num. 2. Coram D. Coccino. Caſſadorus, deciſ. 9. num. 12. de cauſa poſſ. & prop. Sigiſmundus, numer. 9. dub. 51. de elect. cum alijs nomi- libus.*

13 *Harum, declarationum Sacræ Congregationis; & Deciſionum Rotæ, ea potiſſimum, ratio videtur eſſe, quoniam eo ipſo, quod huiuſmodi loca ſunt in diœceſi, vt ſatis eſt probatum, non poſſunt cõſtituere Territorium ſeparatum per ſe, hoc enim idem eſſet, ac ſi eſſent extra Diœceſim, quod ſibi inuicem repugnat, ac contradictionem implicat.*

CONCL. VII.

14 Prælati exempti, non ſolum exemptionis priuilegio ſecluſo, ſubiecti ſunt Epiſcopo de Iure Communi verum etiam, eodem priuilegio non obſtante, ſubijciuntur in aliquibus, ipſi epiſcopi.

Pars prima conſtat ex cap. monaſteria: 18. q. 2. & cap. qui verè 16. q. 1. & capit. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. & capit. 1. de offic. ordin. & cap. cum contingat, & ibi omnes Doctores, de foro compet. & cap. cum perſonæ, de priuilegij in 6. ſecunda pars probatur etiam, cum Epiſcopatus ſit vnum Corpus, cuius caput eſt Epiſcopus, ſi ponantur ibi duo Epiſcopi, fiet vnum corpus, duo habens capita, quod eſt mõſtruoſum, ſiuè prodigioſum, quod natura abhorret, & Ius reſpuit, cap. in Apibus. 7. q. 1.

DOCT. ALLEG.

Subſcribunt huic Concluſioni Firm. de Epiſcop. lib. 4. p. 2. quæſt. 35. num. 80. Decianus, in c. tua nobis notab. 4. n. 4. de Confirmat. vtilit. vel inutil. Mareſcottus lib. 2. variar. reſolut. cap. 34. nu. 125. Rota deciſ. num. 2. p. 1. in recent. Sigiſmundus, n. 10. dub. 51. de elect. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 7. nu. 23. Gratianus, diceptat. forenſ. cap. 270. num. 29. Hoſtienſ. in cap. cum contingat, num. 1. de foro compet. & in capit. quanto, num. 13. & in cap. quoniam, de officio ordin. & alij.

16 *Et quidem quinta, ſexta, & ſeptima concluſio locum habent, in illis exemptis prælatis ſecularibus, qui non plenè eximũtur à Iuriſdictione epiſcopi: nam omnia, quę per priuilegium exemptionis Epiſcopo non adimuntur, cenſentur illi reſeruata, ac manent ſub eius Iuriſdictione, vt aiunt Ancharanus, in cap. poſtulaſti, num. 45. ante med. verſ. quod probo, de foro cõpet. & in cap. 2. num. 10. ante med. verſic. quod probo, vbi etiam Franchus, nu. 10. verſicul. quando prælatus, de conſtitution. in 6.*

CONCL. VIII.

17 Regulares prælati omnes hodie, ita plenariè eximuntur à Iuriſdi-

ctionali, ac Diœceſana lege Epiſcopi vt excludatur omnis eius iuriſdictio, mediata, ſcilicet immediata, principalis, vel acceſſoria, in qua vis cauſa, ciuili, vel criminali, & ſpirituali.

Concluſio patet ex compendio priuilegiorum Regularium, verbo exemptio.

DOCT. ALLEG.

18 *Aſſerunt Panorm. in c. cum contingat, n. 11. & 18. allegans Rotam, Nauarrus, in c. non dicatis, 12. q. 1. nu. 63. & plenè, ac eruditè Henriquez, lib. 7. c. 24. 25. & 26. et maximè c. 25. §. 5. Rota, deciſ. 324. n. 12. p. 1. in recent. alias cumulans deciſiones, & præcitatum §. ad hæc, & Sacra Congreg. Couar. in c. alma mater, p. 1. §. 12 n. 3. ad finem, de ſententia excommun. in 6. Olarad. conſil. 172. n. 15. Sigiſm. n. 12 et 13. vbi ſupra, & alij nominales.*

19 Dicti, namque Regulares prælati eximuntur quaſi ſub Epiſcopo, ita vt Epiſcopus habeat vniuerſalem iuriſdictionem, ſaltem habitu, & prælatus Regularis inferior habeat, quaſi ſub eo, licet exercitio excludant Epiſcopū: vnde tamquam vnicum caput, & principalis paſtor, coletur in ſua Diœceſi, atque adeò iuriſdictionem etiã actu exercere valebit in multis caſib. vigore Concilij Tridentini, qui enumerantur ab Henriquez, d. c. 24. §. 2. in gloſſa, lit. o. & à Magiſtro Feſto, in ſummario Conſtit. Ord. Prædic. c. 3. p. 4. & aliqui à Mareſcotto, lib. 2. var. reſol c. 35. n. 126. & ſeq. & fuit reſolutum in Rota, deciſ. 709. p. 4. nu. 3. diuerſ tradit Gonzalez, ad regular. 8. cancellar. gloſſa 43. n. 190. Duardus in Bulla cænæ, lib. 1. cap. 1. q. 3. num. 111. per totum.

20 Ex quibus oĩbus infertur non ſatis cautè, loquutum fuiſſe Rodriquez, to. 1. qq. regular. q. 17. art. 6. aſſerentem, prælatos Regulares, ſi non eſſent prohibiti, nè dum poſſe in ſibi ſubditos, quidquid poſſunt Epiſcopi in ſuos; ſed etiã quidquid poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia Dei, ea ratione, quia poſſunt hoc Epiſ. ergo, & prælati Regulares eorum iuriſdictionem habẽtes, cum ſint pares.

21 Sed quomodo id eſſe verũ poteſt, ſi dicti prælati vniuerſaliter non valent quidquid poſſunt Epiſcopi, vt modo diximus. Præterea illud axioma, quidquid poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia Dei, poteſt, & Epiſcopus in *ſuo Epiſcopatu*, niſi prohibeatur, non videtur admittendum, atq; adeò in rigore eſt falsũ, abſolutè loquendo, niſi multipliciter limitetur, vt validè probãt Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 7. ſect. 4. n. 5. & de legibus lib. 6. c. 14. n. 6. Salas de legibus, diſp. 20. ſect. 3. num. 20. & alij.

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS.

QVI CONTINET CANONICA IMPEDIMENTA, ET eorundem abſolutionem, ſeu diſpenſationem, quæ per Prælatos Regulares impertiri poteſt.

DISPVTATIO PRIMA.

De his, quę impediunt libertatem electionis.

CONTROVERSIA PRIMA.

An de electionis ſubſtantia ſit, vt omninò voluntariè, ac liberè celebretur, aliàs, ſit ipſo iure, nulla, & nullo modo coactè, ac alio impulſo modo.

CONCL. I.

Tamquam irrefragabile, & certiſſimum fundamentũ tenendum eſt, eſſe neceſſariò electionem celebrãdam ab electoribus, ita ſpontanea voluntate libera, vt nullo modo, penitus de impulſione coactione, & metu ſapiat, alias, eſt ipſo iure, inanis, & irrita, atque nulla.

2 Probatur, nulli enim ſunt omnes actus liberi metu, ac coactè facti, quia, vbi metus interuenit, annullatur, ipſo iure, omnis actus, cuius ſubſtantia, à libera voluntate dependet, vt poſt Baldum, in cap. 1. num. 1. de his, quæ vi metus cauſa fiunt eſt tex. in l. ſi mulier, §. ſi duo, ff. de eo, quod met. caſ. Hinc meritò, Sacri Canones, minimè cogunt electores, vt ad celebrandam electionem accedant, ſed dicunt, accedere poſſe, ſi eis placet, & volunt, vt conſtat ex cap. quod ſicut, & capit. quia propter, & cap. cum nobis de elect. in 6.

CON-

CONCL. II.

3 Electio per metum Reuerentialem, aut leuem celebrata, in foro poli eſt ipſo Iure, nulla, & irritâ penitus.

Cuius eſt ratio, quia per talem metum tollitur electoris libertas.

DOCT. ALLEG.

Ita docet inter cæteros Theologos recentiores, Megala, in p. 2. lib. 1. c. 1. nu. 1. & lib. 2. cap. 28. nu. 13. & 22. lib. 2. cap. 9. nu. 80. & lib. 1. cap. 2. nu. 24. vbi late de metu & coactione tractat ad rem ſpectantem.

CONCL. III.

4 Electio, per metum Reuerentialem celebrata, in foro fori non erit dicēda nulla, niſi fiat cum metu cadēte, in virum conſtantem.

Cuius eſt diuerſitatis ratio, quoniam Regulariter metus Reuerentialis, ac leuis, vt plurimum, in Interno actu conſiſtunt, de quo Eccleſia non iudicat, ſed ſi metus eſt grauis, quia in externo conſiſtit de illo eccleſia iudicat.

CONCL. IV.

5 Ad electionem inualidandam, ac annullandam, ſufficit Metus cadens in conſtantem virum, Metus, inquam, perdendi omniam bona, ſeù Maiorē partem illorum.

Nam. Bona Temporalia ſunt alia vita iuxta Gloſſam Laduocati in verb. vitā C. de Aduocat. diuerſ. Iudic.

Similiter ſi electores, timore patiendi grauem Iacturam in bonis ſuis, ad eligendum compellantur: ex Gloſſa notabili, in cap. Abbas, in verb. coactus, de his, quę vi metus cauſa fiunt.

Itē, de principis, ſeù Superioris, præcibus, quando princeps, ac ſuperior eſt talis, qui ſolet male tractare ſibi non obtemperantes.

Ita docet inter alios hanc aſſertionem Petrus de Baiſio, cap. p. 1. numero 10. de elect.

CONCL. V.

6 Ad electionem annullandam, Metus, etiam cadēs in conſtantem virum ſat eſt, ille, qui eſt in timore mortis, cap. cum dilectus, de his quæ vi metus cauſa fiunt; in timore ſeruitutis l. iſti quidē. ff. q. Metus cauſa, ac in timore carceris. l. nec timorem. ff. eodē, & in ſimilibus conſiſtit, pro inualidāda electione, incuſſus electoribus in celebranda electione.

CONCL. VI.

7 Electores, licet, compelli poſſint ad eligendum in genere, nequaquam autem in Indiuiduo, hunc, vel illum, aliàs, eſt prorſus nulla & irrita electio aliter celebrata.

8 Conſtat ex cap. publicato de elect. in 6. & ibi Doctores, & præſertim. Anchar. num. 3. notat; & compulſio Irregularis locum habet quoad electores non habentes ſuperiorem, cuiuſmodi ſunt Cardinales, mortuo Papa, pro electione ſucceſſoris, vt dicitur in cap. vbi periculum de election. in 6. & in Clementina, nè Romani de elect.

CON-

CONCL. VII.

9 Cardinales exeuntes Conclauem ante electionẽ Summi Pontificis ſucceſſoris, mortuo prędeceſſore compelli poſſunt ad regreſſum, etiã bracchio ſæculari.

Conſtat ex clementina, porrò, de electio. & nihilominus non dicuntur metu eligere per huiuſmodi compulſionem; eo quia, metus, cauſa factum, non dicitur id, quod iuſto timore factum eſt.

CONTROVERSIA II.

An electio dici poſsit coarctata, aut libera, in qua dumtaxat tres Electores reperiuntur; & vnus vocem actiuam ſolum habens, & reliqui duo, habent actiuam, ac paſſiuam vocem, atque electio fiat alterius ex duobus, in electorem, putà, Capituli Generalis, validá ſit, & ſic electo competat Ius ad Capitulum Generale veniendi, vel ſi vnus ex duobus, qui actiuam, ac paſsiuam vocem habet, ſe ab eligendo ſubtraxerit; Electio, quæ ab illo fit, qui ſolũmodo, vocem actiuam habet, rata, ac bona Canonicè, ſit.

EXPLICATIONES.

1 Cauſa dubitandi eſt, quia hodie in nonnullis Regularium domibus, tres ſolummodo Vocales exiſtunt, & vnus, tantum, actiuam, & duo cæteri, actiuam, & paſſiuam vocem habent: in quibuſdam vero, quatuor manent, duo actiuã tantum, & dúo reliqui actiuam, & paſſiuam vocem habent, & vnus ex duobus, qui actiuam, & paſſiuam habet vocem, electionis tempore, ſe ab electione nolit abdicare, ſed intẽdit ad eam celebrandam adeſſe, nè cogatur, ſolum vnum eligere, ſeù in ſchedula votum negatiuum ſubſcribere poſſe, vult, ſi ei placet, aut impedire, & electionem inualidare eius, aut eorum, qui actiuæ, tantum, vocis ſuffragium habent, ſi vocalem alterum actiuæ, & paſſiuæ vocis eligeret, aut eligerent. Quæritur modo, quid Iuris? Pro cuius deciſione ſit.

CONCLVSIO I.

2 Vnus ex electoribus legitimè poteſt, qui actiuam, & paſſiuam habet vocem,

gendi per text. expræſſum, in cap. vbi periculum, §. cæterum, de electio. in 6. & ibi Ioannes Andreas & cæteri DD. ſed in caſu noſtro, in quo tres concurrunt electores, ſi duo ex eis, nempe illi, qui actiuam, & paſſiuam habent vocem, eligere nequirēt, non ſe ab electione ſubtrahendo, cogerentur, ad talem certum eligendum, id eſt, alter alterum. ergo quando vnus ex eis, alterum eligere nolit, nec ab electione ſe ſubtrahere, nec cogatur alterum eligere, electio ceſſare debet, & celebrata nulla eſſet.

6 Secundo probatur, indignus namque, vnquam eſt eligendus, vt tradit D. Thom. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Sotus, lib. 3. de iuſt. & iure, quæſt. 6. art. 2. concluſ. 3. Nauarr. in Miſcellan. de orat. 34. numer. 3. & conſil. 7. de conſtitut. in nouis. & communiter cæteri omnes docent Doctores: nec quis compellendus eſt, Ius ſuum dare alijs, l. in vendendis, C. de contrah. empt. ſed ſi vnus ex electoribus, qui actiuam, & paſſiuam habet vocem, alterum eligere teneretur, vel ſe ab electione ſubtrahere, quando alius non adeſt, qui eligi poſſit, aut aliquando indignum eligere cogeretur, aut Ius ſuum alijs dare, videlicet, vocalibus tantum actiuæ vocis. ergo.

CONCL. III.

7 Electus, ſuæ conſentiens electioni, numerum auget votorum, quando proceditur per viam compromiſſi, ſecus vero quando per viam ſcrutinij agitur.

Probatur ex cap. cum iure peritus, & cap. ſi compromiſſarius, de elect. & cap. Cumana, eod. tit. in 6.

DOCT. ALLEG.

8 *Communiter tenent aſſertionem omnes Canoniſtæ, & præſertim Panormita. in dict. cap. Cumana, & cap. cum in iure peritus, Nauarr. conſil. 6. numer. 5. de electione. lib. 1. in nouis. & cæteri allegandi.*

CONCL. IV.

9 Regularis conſtitutio diſponens, quod vbi ſunt tres Vocales, duo actiuæ & paſſiuæ vocis, & vnus, tantum, actiuæ, ſi fiat electio, valida maneat, intelligenda eſt, ſi fiat Canonice à maiori parte, nimirum, conſentiente electore actiuæ vocis, & etiam altero eorum, qui actiuam, & paſſiuam habet vocem.

10 Probatur, Cum enim conſtitutio dicat, electionem valere, ſi vnus ex duobus actiuæ, & paſſiuæ vocis tempore electionis ſe ab electione ſubtraxerit, tacite, & à contrario ſenſu, vult electionem non valere, & eſſe nullam, ſi eo tempore ab electione non ſe ſubtraxerit: nam incluſio vnius eſt excluſio alterius, & qui de vno dicit, de alio negare videtur, cap. nonne, de præſumpt. & l. prætor, in principio, ff. de Iudic. & tacitè, & expræſſi eadem eſt virtus. l. cum quid, ff. de rebus creditis: & argumentum à contrario ſenſu valet, & eſt fortiſſimum, vt inquit Gloſſa in cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à prælat. & facit cap. cum veniſſent,

niſſent, de inſtitut. circa finem, & ibi Doctores.

CONCL. V.

1 1 Illa Regularis conſtitutio eſt prorsùs nullius valoris, & vana, declarans, electionem eſſe validam, ſi ab electore vnius tantum vocis fiat, altero contradicente ex Vocalibus duas habentibus voces, actiuam, ſcilicet, & paſſiuam, vbi tantum, tres ſunt electores.

1 2 Quamuis ex Apoſtolico Indulto, Regulares condere valeant conſtitutiones, attamen eas contra iura Canonica minimè poſſunt conficere; ſed huiuſmodi eſt dicta conſtitutio, nempè, contra iura electionis Canonicæ, ergo eſt nulla.

Nam, conſtitutionem, ſeu legem Iuri Canonico contrariam condere, Papa inferiori non licet, ex cap. quod ſuperbis, de maiori. & obed. & cap. inferior 21. diſt. clementin. nè Romani, de elect. & fas non eſt ſtatuta maiorum ab inferioribus ſubuerti, cap. cum inferior de maiorit. & obed.

Minor, autem probatur, nam illa conſtitutio, cum ſit ſacris Iuribus contraria, quia eligendi libertas adimitur, & quia non eſſet à maiori parte celebrata.

CONTROVERS. III.

An electio illa ſit Canonicè valida, ac rata, in qua ſolus vnus proponitur, & ab electoribus eligitur.

EXPLICATIONES.

1 Dvbitandi eſt ratio, eo quia ad lectionem ex vi propriæ vocis, pertinet vnum ex pluribus voluntariè capere, vt nos cum Panormitano in ſuperioribus diximus, & alijs, in cap. licet, num. 12. & cap. cum terra, num. 1. de elect. in 6. quem Petrus de Baiſio in ſuo directorio electionis p. 1. cap. 6. num. 2. ſequutus eſt, cum cæteris Canoniſt. Itaut ſi in electione vnus ex pluribus non capiatur, tunc electio deficeret in ſubſtãtia, quæ dat eſſe rei, l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhibend. nulla eſſet electio, quia ſinè ſubſtantia eſſet, quod contradictionem implicat.

2 Præterea eſt ſciendum, quod in omnibus electionibus, ſicut & in quibuſcunque actibus humanis, qui libertatem exigunt, duobus modis eam interuenire poſſe, vt ex D. Thom. pri. 2. qu. 13. art. 1. & 4. & ex Caiet. ibi, habetur. Vno modo poteſt libertas illa interuenire, quæ dicitur, quoad exercitium, & eſt illa, per quam ipſum exercitium, ſeù in

ipſo

ipſo vſu, actus eſt indifferens, quia, videlicet facultas exercendi illum actum, ità eſt liber, cum exercendi, vt requiſitis omnibus poſitis ad agendum, poſſit agens illum agere, & non agere, & illum velle, & non velle.

Alio modo, interuenire poteſt libertas, quoad ſpecificationem, & eſt illa, quæ habet hanc libertatem agendi, & non agendi, volendi, & non volẽdi æquè liberam circa omnia, & ſingula obiecta, itaut facere valeat contra illam, etiam actum electioni repugnantem, ſed ſine determinatione quoad exercitiũ ad hunc, vel illum actum. his explicatis ſit.

CONCL. I.

3 Electores, quando per oppreſſionem compelluntur ad certum talem eligendum, ipſo Iure electio nulla eſt.

Probatur, nam eſt contra proprium ſignificatum, & ſubſtantiale vocabuli, eligere, cuius eſt proprium vnum ex pluribus voluntariè capere, cum eligere in libera voluntate conſiſtat, *cap. ad fidem 23. q. 5.* ſed qui cogitur vnum ex pluribus non eligere, eius electio eſt coarctata, & ex libera voluntate non eligit. ergo nulliter eligit, quia libera voluntate non eligit, prout expreſsè eſt ſancitum *in cap. vbi periculum, §. cæterum, in principio de elect. in 6.* à Gregorio X. in Concil. Lugdunenſi, vbi dixit, electionem ceſſare, quando ad certum talem eligendum neceſſitas adigit; quia libertas eligendi adimitur.

4 *Et ex D. Thom. auctoritate confirmatur p. 2. q. 13. art. 2.* vbi in initio corporis ait: *cũ electio ſit praeacceptio vnius reſpectu alterius, neceſſe eſt, quod electio ſit reſpectu plurium, quæ eligi poſſunt, & ideo, in his, quæ ſunt penitus determinata ad vnum, electio locum non habet. hæc ille.*

CONCL. II.

5 Neceſſitas enim hæc coarctata, quamuis ex promiſſione procedat, per quam quis ſe obligauit ad certũ aliquem eligendum, cenſetur quando promiſſor non poteſt promiſſionem reſcindere ſine graui detrimento: Secùs verò, ſi abſque detrimento fidem reſcindere valet,

Pars prima probatur, quia tunc promiſſor neceſſitate coactus, eligeret, & libera poteſtate eligendi careret.

Pars ſecunda probatur, nam, tunc nulla coactus neceſſitate eligeret, & ſic, liberè & voluntariè eligeret.

CONCL. III.

6 Electio ad duo determinata, non eſt coarctata quando ſcilicet electores poſſunt vnum non eligere.

Probatur, quoniam, qui ex duobus vnum eligit, verè & liberè illum eligit, ſi tamen, ità cum eligere valeat, vt ſi vellet, poſſit illum non eligere. Hoc non eſt contrà Canones; quia remanet libertas in voluntate eligentium, vt conſtat ex cap. vbi periculum. §. cæterum in princ. de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

7 *Ità aſtruit Butrius in cap. cum in Iure, num.* 30. *de elect. & fauet Bartol. in l.* 1. §. *hoc reſcriptum, ff. ad Syllan. nam plures & multi, in duobus verificatur, & alij recentiores ſequuntur.*

CONCL. IV.

8 Tantum illa caſſatur electio, in qua neceſſitas adigit ad certum talem eligendum.

Probatur, quoniam in eo eligendi libertas adimitur.

CONCL. V.

9 Quando vero neceſſitas non adigit, quoniam ſcilicet electores poſſunt illum non eligere, licèt vnus ſolus ad eligendum proponatur, non eſt electio nulla, ſed valida, & bona eſt.

Et ratio eſt, quoniá eligendi libertas in tali caſu non tollitur, cum poſſit eligere, & non eligere, ſi eligant, non ex neceſſitate, ſed liberè eligit, quoniam vt *D. Tho. vbi ſuprà art. 6. inquit, quod poſsibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt non eſſe.*

CONCL. VI.

10 Actus electionis, vt Canonicè verè liber ſit, neceſſarium non eſt, vt eligens habeat hanc libertatem ſpecificationis æquè liberam quoad omnia, & ſingula obiecta, itaut etiam contra illa facere valeat actú electioni repugnantem.

Probatur, nam poteſt electio ad certum genus perſonarum reſtringi, & tamen libertas eligendi non adimitur, vt probatur, cap. cum dilectus de cóſuetudine, vbi approbatur conſuetudo, Abbatem eligendi de gremio alicuius monaſterij.

DOCT. ALLEG.

11 *Ità aſſerunt Panormit. in cap. cum terra, numer.* 4. *& in cap. licet, numer.* 12. *de elect. Nauarr. conſ.* 7. *num.* 1. *de conſtitut. lib.* 1. *Miranda, tom.* 2. *in manuali prælatorum, qu.* 23. *art.* 2. 2. *concluſ.* 2. *& alij nominales.*

CONCL. VII.

12 Actus electionis Canonicæ, vt liber exiſtat, ſat eſt, ſi habeat libertatem, quoad exercitium, itaut eligens poſſit aliquem hic, & nunc eligere, & non eligere.

Probatur, nam, cum poſſit elector eligere, & non eligere, ſi eligat, non ex neceſſitate, ſed liberè eligit quoad exercitium illius: quoniam, quod poſſibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt eſſe, vt inquit D. Thom. vbi ſuprà.

CONCL. VIII.

13 In electionibus, ex libertate exercitij, non ſolum quis poteſt actu carere ſubtrahendo ſe ab electione, ſed etiam per actum poſitiuum poteſt velle eá carentiam, dicendo, non eligo, ſeu nolo eligere, non ſe ſubtrahendo ab electione, quando electio ad vnum, vel duos, aut quatuor

eſſet

eſſet coarctata; itaut, in ſimili caſu, numquam detur libertas quoad ſpecificationem quo ad alia obiecta.

14 Probatur, nam quoties voluntas poteſt liberè non amare, poteſt etiam liberè elicere aliquem actum ſecundum ſuam rationem, & ſpeciem repugnantem amori, & è contrario; numquam datur electio libera, quo ad aliquem actum, quin ſimul detur electio libera quoad exercitium eius, aliàs, electio eſſet tantum libera in potentia, & non in actu, & ſic verè non eſſet libera, cum deduci ad actum non poſſit.

Et quamuis dari poſſit naturalis determinatio voluntatis ad quoſdam actus liberos, quo ad ſpecificationem ſine determinatione quoad exercitium; datur enim in voluntate actus amplectendi bonum, qua ratione bonum eſt, & reijciendi malum, qua ratione malum eſt, etiam tunc quando nihil operatur; numquam tamen datur determinatio libera quoad aliquem actum, quin ſimul detur determinatio libera quoad exercitium illius.

15 Tota, namque, hæc doctrina; ex propoſitionibus legalibus confirmari poteſt. nam in Iure habetur, quod cui conceditur antecedens, cōceditur etiam neceſſarium conſequens, *l. 2. ff. de iuriſdict. omni. Iudic. & cap. preterea, de officio delegati*; & quod vbi conceditur, quod maius eſt, conceditur, quod eſt minus, cap. ex parte, il 3. de decim. & ità erit in electione, in qua quoties aliquis poteſt libere non eligere, quod eſt antecedens, & maius, poteſt etiam liberè elicere actum repugnantem electioni, & dicere, non eligo, quod eſt neceſſarium conſequens & minus.

CONTROV. IV.

An electio in ordine Prædicatorum, & ſic in reliquis Religionibus Regularibus, Generalis, ſeù Prouincialis electio, ſi ad tres, vel quatuor perſonas coarctetur, ſit Canonicè valida, & vndequaque liberè celebrata, & inde ſequta talis electio ſit nulla ipſo Iure.

CONCL. I.

1 Electio huiuſmodi præfata ſic celebrata, eſt prorsùs inualida, ac omninò ipſo Iure irrita, & inanis, atque contra Iura Canonica, in communi, & in ſpecie, contrà electorum libertatem præſertim habita.

2 Primo probatur concluſio; quia in huiuſmodi propoſitura, electorum libertas aufertur, ac eorum voluntas coarctatur; ſed Canonica electio omnimodam libertatem totaliter requirit, aliàs nulla ſequitur electio. ergo.

3 Secundo probatur, nam de ſubſtantia electionis etiam, vt totaliter libera ſit, ac nulla introduci conſuetudo poteſt, quo minus libera ſit, vt *ex cap. cum terra, & cap. vbi periculum, §. cæterum, de elec. in 6.* conſtat, *& ex ſtatuto ordinis Toletani cap. 7. §. de electionibus in fine.*

DOCT. ALLEG.

4 *Eſt communis hæc noſtra aſſertio inter cunctos Doctores, quam in ſpecie docent Canoniſtæ in dictis relatis iuribus, & in materia de elect. Abbas, in dict. cap. cum terra, de elect. numer. 4. Rodriquez, tom. 2. qq. regul. q. 51. art. 11. eius nepos, in qq. enucleat. reſolut. 58. numer. 10. Peyrin. tom. 3. de priuilegiis, in addictionibus ad conſtitutionem Clementis Octaui, cap. 9. num. 31. & tom. 1. q. 1. cap. 31. §. 8. verſ. dico 2. Bordonus, in conſil. regular. reſolut. 26. numer. 20. Sigiſmundus, dub. 52. numer. 4. & 5. de elect. Miranda, tom. 2. q. 23. art. 22. concluſ. 3. in manuali prælatorum, Lauorius, tit. 4. ca. 21. n. 11. & 16. de elec. Caſtellinus in tract. de elect ca. 3. & cæteri omnes allegandi.*

5. *Et adeſt deciſio, huius noſtræ aſſertionis Sacræ Congragationis Concilij, à qua quæſitum fuit.*

An ſtante electionis libertate, liceat prælato ſuperiori proponere duos, vel tres, ex quibus neceſſariò vnus eligatur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, cenſuit, non licere. Robertus Cardinalis Vbaldinus. Locus † Sigilli.

6 Hac enim de cauſa, & ratione, Pius Quintus, qui mandauit, 1569. vt in Capitulis, Prouincialibus fieret Prouinciarum Catalogus eorum, qui in Conuentibus, in Priores eligi poſſent: ad quem Catalogum componendum, debeant congregari Prouincialis, Diffinitores Capituli, Magiſtri, patres Prouinciæ, & illi, qui aliàs, fuerũt diffinitores cap. generalis, vel prouinc. vſq; ad numerũ duodenariũ; qui ſinguli poterant proponere aliquos, & erant approbandi per vota ſecreta, itaut, ex quatuor partibus, tres partes conſentirent: at quia hoc erat contra electionis libertatem, *& Concilium Tridentinum cap. 6. ſeſſ. 25. de regul. ſequenti capitulo Romano 1571. iuſſu eiuſdem Summi Pontificis, denunciatum fuit, dictum Catalogum omittendum eſſe, Circa Ordinem Prædicatorum inquam, hæc fuerunt ſancita.*

7 *Et in capitulo generali Vlyſſipponæ, in Conuentu S. Dominici, celebrato 1618. habetur.*

Confirmamus ordinationem Capituli Vallisoletani 1605. qua in hunc modum cautum eſt; Libertati electionum, quantopere Sacra Tridentina Synodus commendauit, conſulere volentes: ſtrictiſsimè mandamus, obſeruare quod in Capitulo Generali Bononiæ 1564. ſtatutum fuit; ne videlicet, Prouinciales in ſingulis electionibus, aliquos eligendos, ipſis electoribus proponant, niſi ſpecialis, & vrgens neceſſitas id poſtulauerit, & non aliàs, tuncque non pauciores, quam tres proponantur.

CON-

CONCL. II.

8 Electoros, ſi, eligant alium, extra tres dictos, ac à ſuperioribus propoſitos, electio valet, ac bona eſt, aliàs, & requiſita à Iure habet electus, & confirmator tenetur eum confirmare.

9 Ita enim in declarationibus conſtitut. ord. Prædicatorum, *diſt. 2. c. 2. de elect. prioris, num. 4. litt. N. habetur.*

Quia electionum libertati, quam maximè ſancta Synodus conſultum eſſe voluit, admonemus in primis Reuerendos Prouinciales, ac alios Superiores, quibus poteſtas dirigendi, & confirmandi electiones commiſſa eſt, vt ea, quam modeſtè vtantur, quare, vbi non fuerit peculiaris neceſsitas, nullus electoribus proponatur, quod ſi neceſſarium eſſe exiſtimabunt, non pauciores quam tres in ſingulis electionibus, proponant. Cæterum, ſi electores, alioquin dignum, quamuis non de propoſitis, elegerint, eam tamen electionem confirmator, Diuini iudicij memor, niſi iuſta ſubſit cauſa, confirmare non differat. hæc ibi.

10 Nam contra iuſtitiam, & charitatem confirmator ageret, ſi electum dignum, non confirmaret, & cauſa nulla iuſta non ſubeſſet contra eum.

CONCL. III.

11 Concluſiones, non ſolum, ſuperioris Controuerſiæ; & præfatæ, hactenus, dictæ, locum habent, ſi coarctatio fiat ad vnum determinatum, aut ad duos, *ob textum in ca. cum terra de elect. in 6. ibi duas perſonas:* ſed etiam eſſe ipſo Iure nullam electionem, ſi coarctatio fiat ad tres, vel quatuor certas, ac determinatas perſonas. Conſtat *ex d. text. cum terra. & ex* nulla conſuetudine poteſt contrarium introduci.

DOCT. ALLEG.

12 *Eſt communis aſſertio inter Doctores relatos in ſuperiori Controuerſia numero 5. & ſequuntur Rodriquez, tom. 2. qq. regular. quæſt. 52. art. 11. Sigiſmundus, dub. 52. numer. 5. Miranda, tom. 2. in manuali prælat. qu. 23. concluſ. 3. art. 22. & alij nominales, vt Caſtellinus, in tract. de elect. cap. 12. difficult. 2. numer. 27. Megala par. 2. promptuari verb. electio. numer. 3.*

CONCL. IV.

13 Si memorata coarctatio, ex electorum voluntate proueniat, vel ex alio accidenti; tunc enim poteſt etiam electio reſtringi ad duos, vt putà, ſi electio fieri deberet de certo gremio perſonarum, ex vi alicuius ſtatuti, ſeù approbatæ conſuetudinis, vel ex priuilegio, cap. cum dilectus, de conſuet. ex cap. Abbate, de verb. ſignific. & ibi non eſſent, niſi duo idonei; tunc certè electores compellerentur ad vnum ex illis duobus eligendum, & valeret, ac bona eſſet electio.

DOCT. ALLEG.

14 *Ampleƈtuntur concluſionem Franchus in cap. conſtitutis, num. 2. vbi quoque communiter Doƈtores, teſte Præpoſito ibid. num. 11. Alexand. de Neuo, num. 19. de appellat. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 12. num. 20. verſ. non obſtant, Sigiſmundus, vbi ſup. num. 5. & alij relati diſp. 2. tra. 1. controu. 8. numer. 10.*

CONCL. V.

15 Multa ſunt ſancita in ordine Prædicatorum, nè electionum libertas ab electoribus auferatur, ſed penitus totaliter apud eoſdem remaneat, ac ſit ſemper, iuxtà Iura Canonica, ac nouiſſimè Decretum Tridentini Cõcilij, ſeſſ. 25. cap. 6. de regularibus, atque ordinationes dicti Ordinis ſequentes ſunt.

16 Item declaramus, quod cum ex inductionibus, & practicis indebitis, libertati electionum ordinis plurimum detrahatur, & turbationes, & ſcandala plurima conſequantur, & ſynceritas ſtatus ordinis noſtri multipliciter lædatur, propter hoc, in multis capitulis fuit ſtrictiſſimè prohibitum, nè aliquis prece, pretio, promiſſione, comminatione, ex certa ſcientia, & ex animi deliberatione præſumeret alium ad eligendum aliquem inducere. Qui verò contrarium fecerit, ſit per trienniũ omni voce priuatus, & nihilominus pœnis alijs acriter puniatur. & eamdem pœnam, incurrat ille, qui hoc ſciuerit, niſi ſtatim habita opportunitate debita, prælato ſuo, ipſum inductorem, reuelauerit; ſicut fuit ordinatũ Pariſijs 1286. Burdegalæ 1287. Lucæ 1288. Treueris, 1289. Placentiæ, 1310. Neapoli, 1311. Carcaſſone 1312.

17 Similiter, propter eamdem rationem, vt electiones noſtræ liberè fiant, in cap. 16. infra, de ordinationibus diſponitur, quod infrà mẽſem ante electiones qualcunque nouæ aſſignationes, & mutationes fratrum non fiant, niſi in caſibus, ibi exceptis, & de hoc fuerunt admoniti Prouinciales in c. Bononienſi 1564. per hæc verba. Admonemus RR. Prouinciales, vt cum celebrandæ electionis in Conuentu aliquo tempus inſtat, etiamſi priori mẽſis vnus ſuper ſit ſui officij, maximè abſtineant à mutationibus fratrum in dicto Conuentu, in quo inſtat electio, niſi in caſibus his, qui in noſtris cõſtitutionibus exprimuntur; nè propter hoc eligẽtium libertati aliquod præiudicium fieri videatur.

18 Et Romæ 1589. ſic habetur: Declaramus, ad tollendam quamcumque fraudem, & doli ſuſpicionem, & quatenus opus eſt, decernimus, & ſtatuimus, quod ad hoc, quod aliquis in aliqua electione vocem habeat, non ſufficit, quod antè electionis menſem, in Conuentu, vbi eligere debet, fuerit aſſignatus, niſi de aſſignatione ipſa, & prælato, & Conuentui, in quo re vera ante menſem conſtiterit, quod Venetijs 1592. fuit confirmatum, & additum, quod excipiatur caſus mortis ipſius prioris, quando iam nulla fraus præſumi poteſt. Tandẽ in capitulo Romæ 1601. acce-

acceptata fuit Clementis Octaui cõſtitutio; ne duobus menſibus ante tempus electionis prioris, vllæ fiant aſſignationes, vel reuocationes, quæ etiã fuit acceptata Valliſoleti, 1605. & additur, quod ſi factæ fuerint, fratres ſic aſſignati non habeant vocem, in qua vis electione illius Conuentus, donec aliquis fuerit confirmatus.

19 Item declaramus, in capitulo Romæ 1602. fuiſſe ordinatum ita. Declaramus, quod cum in conſtitutionibus noſtris dicitur, quod infra menſem electionis, numerus eligentium non augeatur, non debet intelligi quando quis intra tempus electionis complet ſex annos ſuæ profeſſionis, ſi eſt Sacerdos, vel ſacrum Præsbyteratus ordinem ſuſcipit, & explet ſex annos à profeſſione, poterit enim in præfatis caſibus vocem habere in electione, & idem dicitur, ſi contingat priorem mori, iuxtà declarationẽ Venetijs factã 1592. factã; quia tũc, nulla fraus preſumi poteſt.

20 Item declaramus, ordinatum fuiſſe Pariſijs, 1611. ad tollenda inconuenientia in electionibus, quod non fiant aſſignationes fictitiæ, ſed ad illos tantum pertineat electio, qui reuera, & bona fide in illo Conuentu aſſignati ſunt, & in eodem, ſaltem per duos menſes realiter, & bona fide Conuentui inſeruientes ante electionem prioris permanſerunt.

Nec etiam poſſunt Vocales ab eodem Conuentu remoueri infra idem tempus electionis antequam prior electus fuerit, & confirmatus, niſi pro officio Prioratus, vel Lectoratus, vel ratione ſcandali.

21 Item Valentiæ 1596. prohibetur ne de electione peragẽda aliquis tractare audeat, niſi ante diem vnam electionis, per ſe, vel per alios, verbo, aut ſcripto, ſub pœna grauioris culpæ, ſiuè is vocem habeat in electione, ſiuè non, & prælati talem pœnam tranſgreſſoribus infligere tenentur. hæc omnia habentur diſt. 2. conſtit. Ord. Prædicat. in declarationibus *cap. 2. de electione prioris, n. 7. litt. Q. verſ. item declaramus 3.*

22 Et diſtinctione eadem, cap. 16. de certis Detractionibus, & ſingularitatibus vitandis, num. 4. ſic in textu conſtitutionum. D. Dominici habetur.

Volumus, quod ordinatio capituli Burdegalenſis de mutationibus fratrum, ſeruetur, quæ eſt, infra ſcripti tenoris. Cùm electiones noſtræ, maximè liberæ eſſe debeant, & omni nota coactionis carere: diſtrictè iniungimus Prioribus Prouincialibus, & quibuſcumq; Vicarijs, quod infrà menſem, antè electiones, qualſcumq; nouas aſſignationes, & mutationes fratrum non faciant in Conuentibus, in quibus electiones huiuſmodi fuerint celebrandæ, niſi pro officio Lectoratus, vel Prioratus, vel pro graui ſcandalo euitando, vel niſi in Prouinciali Capitulo, vel in loco ipſius Prouincialis capituli, ſicut in aliquibus Prouincijs eſt conſuetum, quod ſi contrarium factum fuerit, huiuſmodi aſſignationes, vel mutationes, quo ad priuationes vocis in Conuentu, de quo fiunt ipſæ mutationes, & quo ad ipſam vocem in Conuentu, vbi ſunt aſſignationes, ſuum non ſortiantur effectum.

23 Prio-

23 Priores autem Prouinciales, qui in hoc inuenti fuerint exceſſiſſe, per magiſtrum ordinis, vel Diffinitores generalis capituli, cum legitimè cõſtiterit, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur; Vicarij vero, omni officio ordinis vſque ad tres annos ſint priuati. nec fratres poſſint priuari vocibus eodem tempore, niſi ob cauſas in capitulo de grauiori culpa contentas.

24 Super quæ Textus, verba, tales ſunt declarationes. *Declaramus, quod vt ſuprà dictum eſt; cap. 2. de elec. prioris Conuentualis, ex conſtitutione Clementis Octaui; duobus menſibus, ante tempus electionis, noua aſsignationes, ac mutationes fieri non poſſunt. Cum autem tempus electionis ſit menſis, qui incipit à die, quo nota fuit caretia prioris, ſequitur, vt per duos alios menſes, antequam iſte menſis electionis incipiat, tales mutationes, & aſsignationes fieri non poſsint. apud Viennam etiam 1282. & apud Burdegalam, 1287. & Bononiæ 1315. ordinatum fuit nè à die, quo fuit nota carentia prioris, vſque ad completum menſem, quod eſt tempus conſtitutum ad tamdẽ electionem, aſsignationes, & mutationes fratrum non poſsint fieri.*

25 *Item declaramus, quod ab anno 1504. quo per Bullam Iulij Papæ II. Priores tum Prouinciales, tum Conuentuales redacti ſunt ad determinatum tempus, & iam in toto ferè ordine, hæc bulla recepta eſt, ac proindè cum certò ſciri poſsit tempus vacationis, ſeù abſolutionis cuiuſcumque prioris fieri non poſſunt noua fratrum aſſignationes infra duos menſes, eamdem abſolutionẽ, ſeu vacationem antecedentes, vt ſuprà dictum, & de hoc admoniti fuerunt RR. Prouinciales in Capitulo Romano 1601. & Valliſoleti 1605. ex Clementis 8. conſtitutione.* hæc ibi.

26 *Item declaramus, prædictam clauſulam ſcilicet, vel niſi in Prouinciali Capitulo; ità intelligi, quod infra decẽ dies, à conſtitutione conceſſos propter capituli celebrationem, tales fratrum, mutationes, & aſsignationes poſſunt fieri: ante principium, vero, capituli, & poſt eius finem, mutationes huiuſmodi fieri non poſſunt. quarè ſi Prouincialis, vel tius Vicarius generalis, vltrà illos dies poſt Actorum publicationem, quãlibet faciat mutationem, ipſa nullam habebit vim, neque vllum conſequetur effectum, ſicut fuit declaratum apud Bruges 1369. & apud Venetias 1357. ex dictis declarationibus.*

CONCL. VI.

27 Prælati omnes Eccleſiaſtici, Regulares, ac Seculares, qui electoribus ad eligendas tales perſonas determinatas, tres, aut quatuor, propoſuerunt, vel per litteras induxerunt, aut rogauerunt, & huiuſmodi, cum eis praxim habuerunt, ac noluerunt ad eorum voluntatem, agere, ſed ſecundum propriam, eligere, & hac de cauſa, & ratione indè Eccleſias ſpoliant, electores perſequuntur, & malè tractant, & vexant cum varijs mutationibus de loco ad locum, ac cæteris malis paſſionibus in eos inuæhunt, & afficiuntur, ipſo facto ſunt excommunicati à Iure abſque alia declaratione.

28 *Sic enim in cap. ſciant cuncti, de elect. dicitur in 6. Sciant cuncti, qui Cle-*

Clericos, vel quaslibet aliàs perſonas Eccleſiaſticas, ad quas, in aliquibus Eccleſijs, Monaſterijs, aut alijs pijs locis, ſpectat electio, pro eo, quod rogati, ſeù aliàs, inducti eum, pro quo rogabantur, ſiuè inducebantur, eligere noluerint, vel conſanguineos eorum, aut ipſas Eccleſias, Monaſteria, ſeù cætera loca, beneficijs, ſeù alijs bonis ſuis, per ſe, vel per alios, ſpoliando, ſiuè aliàs, iniuſtè perſequendo, grauare præſumpſerint, ſe, ipſo facto, excommunicationis ſententia, eſſe innodatos. hæc ibi. *quod in capitulo Bononienſi 1615. fuit ad memoriam reuocatum, ſic dicitur, num. 7. diſt. 2. de elect. prioris, cap. 2. in fine dicti numeri conſtitutionum ord. Prædicatorum.*

CONCL. VII.

29 Sanctiſſimus Pius Quintus pro Ordine Minorum de Obſeruantia emanauit Bullam, incipit, Paſtoralis officij. vt ſi præſidens electionis miniſtri Prouincialis, quo vis modo electorum libertatem impediſſe conuictus fuerit, ab officio priuatur, & nulla eſt ipſo facto electio.

DOCT. ALLEG.

30 *Ita aſtruunt Nauar. in ſum. cap. 17. num. 29. & cap. 22. num. 51. & lib. 1. conſil. 5. de elect. Rodriquez tom. 2. qq. regular. qu. 51. art. 10. Hyeron. Rodriquez eius Nepos in qq. enucleatis, reſol. 58. num. 9. Miranda, tom. 2. manual. prælat. q. 23. art. 21. vbi dictam Bullam extendit ad electionem omnium prælatorum, & illam refert Cherubius, tom. 2. Bullarij in Pio Quinto, & illius conſtitutio. 128. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

31 Canonica electio licitè, ac validè reſtringi, & coarctari poteſt ad certum genus perſonarum, putà, ad ſolos magiſtros in Sacra Theologia, vel ad certam nationem, & ad perſonas talis Prouinciæ, dũmodo ſint perſonę dignæ, ac idoneę in ſcientia, & in morum bonitate, ac prudentia, & iudicio in gubernando polleant.

DOCT. ALLEG.

32 *Docent concluſionem vterque Abbas, in cap. quod ſicut, de elect. & ibi cæteri Doctores, Couarruuias, de ſponſalibus, par. 2. cap. 3. §. 6. numer. 8. & 9. Syluest. verb. electio. 1. nu. 26. q. 23. Rodriquez, tom. 2. qq. regul. q. 51. art. 11. eius Nepos Hyeronimus reſolut. 58. num. 10. in qq. enucleatis, Miranda, tom. 2. Manual. prælat. q. 23. art. 22. Portel. in dub. regular. verb. electio, n. 4. Panorm. in cap. cum terra, numer. 4. & cap. licet, de elect. numer. 12. & cæteri alij ſupra allegati, & allegandi.*

CONCL. IX.

33 Generalis Regularis ſi in Prouincia aliqua, pro Prouinciali tres, aut quatuor proponeret, expreſsè mandans, vt vnus ex eis eligatur ab electoribus, atque adiecto decreto, electionem irritante, aliter factam, & ipſi electores generalis metu, elegerint, huiuſmodi electio irrita ipſo iure manet.

34 Si vero, dicto generalis decreto non

non obſtante, electores liberè elegerint quem maluerint, aliàs, dignum iuxtà ſacros Canones, requiſita habentem, & Canonicè electum, generalis tenetur electum confirmare.

35 Sin autem, generalis præter quatuor ab eo poſitos, diceret, vel alium quemcumque idoneum; in tali caſu electio celebrata ſecundum liberam electorum voluntatē, minimè coarctata diceretur, & ità valida Canonicè eſſet.

36 Cuius ratio eſt, quoniam fuit huiuſmodi electio in eligentium voluntate, quem voluerint eligere, & non ſecundùm Generalis voluntatē.

DOCT. ALLEG.

37 *Docent omnes relati Doctores num. 7. & alij allegandi.*

CONCL. X.

38 In Canonica electione reſtrictio, & coarctatio dumtaxat à Summo Pontifice fieri poteſt, & ab alijs ſolùmodo illius Apoſtolica auctoritate, aliàs, irrita eſt, & ipſo iure nulla.

39 Ratio eſt, quoniam Papa de plenitudine poteſtatis eſt ſuprà ſacros Canones, & independenter ab electoribus, eligere valet, quem voluerit in prælatum Regularem, vel Eccleſiaſticum ſecularem.

DOCT. ALLEG.

40 *Non ſolum docent Doctores hactenus allegati, concluſionem, ſed etiam cæteri omnes, nemine diſcrepante, & eſt certiſſima, ſine aliqua dubitatione.*

CONTR. V.

An coactio, ſeù reſtrictio libertatis, electionem vitiet, & quæ.

CONCL. I.

1 In omni electione; libertas ſumma exigitur; itaut ab illa debeat longè abeſſe omnis coarctatio, ac reſtrictio.

Eſt certa aſſertio *ex cap. cum dilectus, de conſuetud. in fine, ibi, liberam habeant, &c.*

CONCL. II.

2 Eligendi facultas ſi ità reſtringatur, vt certum genus perſonarum, immò, vna perſona eligi non poſſit, electio minimè libera dicitur, & ideo nulla eſt, ac nullius valoris, & inanis eſt.

Conſtat *ex l. nec ſolum, & l. immo. ff. de option. legata.*

DOCT. ALLEG.

3 *Edocent Baldus in tract. de Schiſmat. quem poſuit, poſt titulum, C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, n. 12. verſ. eſt, & tertium, & in l. final. §. ſed & ſi quis, num. 26. C. commun. de legat. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſſa 53. numer. 25. & fuit dictum in Rota, deciſ. 65. n. 6. p. 1. in recent. Sigiſm. de elect. dub. 52. num. 1. & cæteri omnes.*

CON-

CONCL. III.

4 Electio actiua minimè reſtringi poteſt ad certum genus perſonarum illius Congregationis, aliàs, nulla eſt electio; putà, electio generalis attinet de iure communi ad totam congregationem; ſi autem reſtringeretur ad illos, tantum, qui ſunt de Romana prouincia, aut alterius prouinciæ, certè, huiuſmodi electio inanis eſſet, & nullius valoris.

Cuius eſt ratio, quia cum capitulum, ſeù congregatio habeatur pro vnica perſona, vt tra. 1. diſp. 1. Controuerſia 6. diximus, hoc eſſet, vnà, & eamdem perſonam in partes ſcindere, quod fieri nequit. ergo.

DOCT. ALLEG.

5 *Affirmant aſſertionem Cardin. in §. quibus, num. 3. in 3. q. de iur. patro. Lapus in clement. plures, num. 4. in fin. Lambertinus, de iure patro. lib. 2. p. 2. quæſt. 3. art. 6. in fine. declarat Rota in Valleſoletana praheminentiarum 29. Martij 1604. coram Pamphilio, Sigiſmundus, dub. 52. num. 2. de elect. cæterique nominales.*

CONCL. IV.

6 In electione, vero, paſſiua, videlicet, ſi electores, metu cadente in virum conſtantem, ſtatuto, ſeu approbata conſuetudine, compellantur ad eligendum, ex certo genere perſonarum, electio valet, & ſuum ſortitur effectum.

Ratio eſt, quia non adimitur omninò libertas eligendi: iam ideo tale ſtatutum, aut conſuetudo eſt cum voluntate illorum electorum à principio introducta, & cæteri ſequentes electores cum hoc onere ſuſcipiunt huiuſmodi ius eligendi, & conſequenter, non dicitur omninò coacta, nec auffertur libertas totaliter eligendi.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent Panorm. in cap. licet, n. 12. de elect. & cap. 2. num. 13. de his, quæ vi metu cau. fiun. & cap. cum terra, nu. 3. de elect. Decius, in d. cap. licet, num. 46. Syluest. verb. electio. 1. q. 23. Tabiena, ibid. 1. num. 23. Calderinus, in cap. cum in iure, num. 9. de elect. Ancharan. in cap. cum terra, num. 2. eod. tit. Præpoſitus, in cap. cum locum, n. 8. de ſponſ. Biax in director. elect. p. 1. ca. 6. Cuchus, lib. 4. Inſtit. maiorum, tit. de elect. num. 106. Tuſchus, litt. E. concluſ. 62. Alterius, de cenſur. tom. 2. de ſuſpent. diſp. 13. cap. 3. §. poſt panam impoſitam. Sigiſmundus, num. 3. dub. 52. de elect. Nauarrus, lib. 1. conſil. de conſtit. in 2. ædit. & alij nominales.*

CONCL. V.

8 In præfata electione paſſiua, profectò eligi poteſt alius, extrà dictum genus perſonarum, quando, nempe intrà illud, non reperiretur dignus.

Cuius eſt ratio, quoniam numquã eſt eligendus indignus, vt D. Thom. 2. 2. qu. 63. art. 2. docet, & hoc certiſſimum eſt, cum per l. honor. §. gerendorũ, ff. de mun. & honor. Bald. conſ. 318. in princ. lib. 3. Tuſchus, litt.

litt.E.concl.73.num.4. Tùm etiam quoniam eligere indignum eſt contra Ius Diuinum, naturale, & Pontificium, teſte Salone, 2.2.D.Tho. q. 63.art.2. controu.3. poſt ſecundam concluſionem. Sigiſmundus, num.3. & alij nominales hoc idem aiunt.

CONCL. VI.

9 Electores ſi compellantur ſtatuto, aut conſuetudine, aliquem certum eligere, ac determinatum; itaut penes capitulum non reſideat eligẽdi poteſtas, ſed ex voluntate Tertij pendeat; huiuſmodi electio eſt ipſo Iure nulla, & tale ſtatutum eſt nullũ, nec conſuetudo talis valet.

Patet concluſio ex cap.cum terra, de elec.in 6.& ratione probatur, quoniam non eſt electio Canonica illa, in qua electores carent iure libero eligendi, ſed dum ex voluntate Tertij ſunt compulſi eligere aliquem certum, & determinatum, haud libera voluntate propria vtuntur pro electionis Iure. ergo eſt nulla, &c.

DOCT. ALLEG.

10 *Defendunt aſſertionem Panormitanus, in cap.ex ore ſedentis, num.3.de his, quæ fiunt à maiori parte c. Ancharan. in cap. ſacroſancta, num.2.de elect. Calderin. in d.cap. cum in Iure, num.9. de elect. Pariſius de reſignat. beneficij lib.13.q.2.num.15. Sigiſmundus, n.4. dub.52.de elect. & alij citati, & allegãdi infrà, pro ſequenti aſſertione.*

CONCL. VII.

11 Electores, ſi metu cadente in cõſtantem virum, compellerentur ad eligendum aliquem certum, ac determinatum, nulla eſt electio ipſo Iure.

Conſtat ex cap.vbi periculum, §. cæterum, de elect. in 6.& probatur ratione, quoniam in tali facto, adimuntur electionis ſubſtantialia, electio, namque non eſt, vbi eligendi libertas auferțur; cum eligere ſit vnũ ex pluribus capere, vt ipſum vocabulum ſonat. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Tutantur aſſertionem Gloſſa 4. in cap.bonæ, verb.metuebant, de elect.in 6. Panorm.in cap.quiſquis, nu.5.de elect. Alexand.conſ.98.col.3.n.5. Rebuffus, to.2.conſtit. Gallicarum, tit. de reſcin. contract. art.vni. gloſſa 22.nu.6. Guetierez, conſ.16.num.11. vt refert Bertachinus, in ſuo repertorio, verb. electio qualiter, verſ.35. Nauarrus lib.1.conſ. 5 num.2.tit.de elect. Sigiſmundus, vbi ſup. Suarez tom.5.diſp.3.ſect.3.n.14. Sanchez, lib.4.de matrimo. diſp.1.nu. 18. Alterius de cenſur. tom.2. de ſuſpenſ.diſp.13.ca.5. §. poſt pœnam impoſitam. Rota in d. Valleoletana præeminentiarum 29. Martij 1604. coram Pamphilio, & alij recentiores.*

13 Diximus, in concluſione, ſi metu cadente in virum conſtantem, electores compellerentur ad certum aliquem, & determinatum eligendum, talem electionem eſſe nullam, &c. in electione paſſiua.

Nàm

Nàm ſecùs eſſet dicendum, ſi metus eſſet leuis, non cadens in virum cõſtantem. Immò, ſi quis tantummodo, ſingularis elector, vel aliqui pauci electores, metu cadente in virum conſtantem cogerentur, ferre ſuffragium in aliquem; non eſſe ipſo Iure nullam electionem; ſed in hoc caſu eſt concludendum proportionabiliter, quod de non vocatis vocandis diximus, diſp. 2. controu. 2.

CONTROV. VI.

Qui metus dicatur, cadere in virum conſtantem, ad effectum, irritandæ, & annullandæ Canonicæ electionis, cuius ſubſtantia eſt, vt totaliter liberè, & ſpontè celebretur, abſque vllo prorsùs impulſu, coarctione, & ſimili.

EXPLICATIONES.

1 EST, in præſentiarum, à nobis Lector admonendus, in hac materia; nos compræhendere, non dumtaxat, Actus liberos circà electionem Canonicam, ſed vtique reliquos omnes, qui à libera voluntate dependent, & fiunt ad effectum, vt validi, & rati ſint, quemadmodum ſunt omnes contractus, matrimonia, profeſſiones, ingreſſus ad religionem, & ſimilia, quæ omnia, cum electione coherent.

CONCL. I.

2 Tamquam irrefragabile, ac certiſſimum fundamentum, tenendum eſt, ab electoribus neceſſario eſſe electionem Canonicam, ità ſpontanea voluntate libera, celebrandam, vt nullatenus, impulſionis, coactionis, metus, & huiuſmodi, ſapiat; aliàs, nulla eſt, ipſo Iure, ac inualida.

Nam, omnes actus liberi, metu, impulſo, ac coactione facti, ſunt nulli, ſed electio Canonica eſt actus merè liber, à libera voluntate dependens, qui ſi eſt metu, coactione, ac impulſo, factus, non dicetur liber. ergo vera concluſio, quæ eſt communis inter omnes DD. qui eã docent.

Hinc meritò ſacri Canones, electores non cogunt ad electionem celebrandam, vt accedant, ſed tantum dicunt, ſi eis placet, accedere poſsũt, ſi volunt, vt patet ex cap. quod ſicut, & cap. quia propter, & cap. cum nobis, de elect. in 6. & eſt textus in l. ſi mulier, §. ſi duo, ff. de eo, quod metu cauſa fiunt.

CONCL. II.

3 Metus, vt dicatur, cadens in conſtãtem virum, ad effectum, vt electio Canonica ſit inualida, ac nulla; requiritur, vt malũ, quod timetur, graue ſit. l. metum 1. ff. de eo, quod metu cauſa fiunt, iuncta Gloſſa, in princ. non quidem reſpectu ad minus malum, ſed in ſe conſideratum.

DOCT. ALLEG.

4 *Ità aſtruunt magiſter Sotus, in 4. diſt. 29. qu. 1. art. 2. verſ. 2. per accidens, Sancyez, lib. 4. de matrimon. diſp. 1. num. 12. Sigiſmundus, de elect. dub. 54. num. 1. & alij nominales.*

CONCL. III.

5 In præſentiarum autem, quale malum graue cenſeatur, relinquitur arbitrio boni Iudicis, in facti contingẽtia, definiendum, l. metus autem, cauſa, ff. ex quibus cau. maio.

Nam iudicis arbitrio, ea relinquuntur, quæ ſub certa regula comprehendi nequeunt ob humanam varietatem, vt notatur, l. non poſſunt, ff. de legibus, & hinc eſt, vt Iudex, meritò legis auxilium vocetur ab Eguinario Barone de diuid. & indiuid. cap. 4. numer. 11. quem ſequitur, & refert Menochius, de arbitr. Iudic. in proem. num. 5.

DOCT. ALLEG.

6 *Doctores ſunt huius aſſertionis Baldus in cap. 2. de his, quæ vi metu, in calce, Franciſcus Duarenus in l. in actionibus, in verbo, licuit, ff. de iureiurando; Iacobus Beluiſius, citans Thomam Parpaleam, in l. 1. numer. 45. ff. de ſolut. matimon. Panormitan. in cap. cum virum, numer. 8. de regul. Gloſſa in cap. penultim. de his, quæ vi metu cauſa fiunt, Decius, in cap. 1. numer. 1. & 8. de appellat. & conſil. 218. numer. 3. Couarruuias, in Epitom. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. numer. 8. pluribus relatis, dictus Menochius de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 135. numer. 3. Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſtionibus forenſ. quæſt. 51. numer. 22. Sanchez, lib. 4. de matrimon. diſp. 5. numer. 1. vbi de communi, Rota deciſ. 374. numer. 12. coram Gregorio XV. Sigiſmun. dub. 54. de elect. num. 2. à principio, & alij.*

CONCL. IV.

7 In præſenti vero, Iudicis arbitrium non requiritur, ad illa mala, quæ ad damna expræſſa in Iure, reducuntur, & ad diſcernendum, an ſit probabilis æſtimatio illorum: vnde non immerito locum ſibi vendicat in præſentiarum, metus Infamiæ grauis, per legem, nec timorem, ff. de eo, quod metu cauſa; ac ideo bonus Iudex arbitrabitur metum non amouendi ab officio, ſi huiuſmodi Amotio grauis infamiæ notam præſeferat.

DOCT. ALLEG.

8 *Sic docent Baldus, in cap. 1. §. item ſacramenta, nu. 1. de pactis, iuramento firmatis, Couarruuias vbi ſupra, §. 5. numer. 10 Syluest. verb. metus, quæſt. 1. Rota deciſ. 112. numer. 13. coram Cardinal. Mantica, Sigiſmundus, vbi ſuprà, Sanchez dicto loco, & numer. 28. in calce, Imola, in cap. cum dilectus, numer. 9. de his, quæ vi metu, Tuſchus, litt. M. concluſ. 216. in fine, Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 17. n. 35. & alij.*

CON-

CONCL. V.

9 Metus, vt dicatur cadere in virum conſtantem, deſideratur, vt dictum graue malum probabiliter, & rationabiliter pertimeſcatur, l. metum 2. ff. de eo, quod metu cauſa fiunt.

Enim vero in huius facti contingentia, eſt omninò inſpicienda qualitas perſonæ, tam incutientis, quàm patientis metum vbi de eius iuſtitia agitur, vt benè conſtat ex deciſ. 326. Rotæ, numer. 24. coram Gregorio XV.

DOCT. ALLEG.

10 *Doctores ſunt huius aſſertionis, Calderinus, conſ. 1. circa princi. verſ. 2. quod metus, tit. de his, quæ vi metu fiunt, cum cæteris allegatis à Tiberio Deciano, conſil. 30. numer. 24. lib. 4. Surdus, deciſ. 194. n. 3. Tuſchus, litt. M. concl. 215. n. 4. Rota deciſ. 326. num. 8. & deciſ. 374. num. 6. coram Gregorio XV. Sigiſmundus dub. 54. n. 3. de elect. & alij.*

CONCL. VI.

11 Tamquam certum ſtatuendum eſt, metum cadentem in conſtantem virum, dici reſpectiuè, ideoque metum, qui reſpectu vnius eſt cadens in virum conſtantem, non eſſe talem reſpectu alterius, qui fortior, ac robuſtior eſt: vnde minor metus requiritur in minore, quã in maiore, ac perfectæ ætatis; & minor timor requiritur in eo, qui eſt animo vili, & imbecilli, quam qui fortis animi, magnitudine roboratur, & nomine viri, animi robur pro cuiuſque conditione intelligitur.

DOCT. ALLEG.

12 *Ità enim aiunt Innocent. in cap. cum dilectus, quod metu cauſa, Decius, in cap. fin. num. 1. de appellat. Tiraquellus, de lege Connubia, l. 9. numer. 120. & 121. vbi multa egregiè congerit Menochius de arbitr. Iudic. lib. 2. cap. 135. numer. 4. Rota, deciſ. 326. vbi citatur Paulus de Caſtro, Purpur. & Riminenſ. num. 8. coram Gregorio XV. Alba conſil. 77. num. 4. Pariſius conſil. 26. num. 64. lib. 3. Couarru. in Epitom. 4. decretal. p. 2. cap. 3. §. 4. numer. 9. Nauarr. in ſumma, cap. 22. num. 5. verſ. 6. Sotus, de iuſt. & iure, lib. 7. qu. 2. art. 1. ad ſecundum verſ. haud tantum, Henriquez, lib. 11. de matrim. cap. 9. numer. 4. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 52. art. 1. Megala p. 2. lib. 1. cap. 1. num. 5. & cap. 2. nu. 24. & lib. 2. cap. 28. num. 19. & 2. 2. lib. 2. c. 9. nu. 80.*

Salon. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. art. 2. controuerſia quinta in confirm. 3. concluſiones, Sanchez, lib. 4. de matrimon. diſp. 4. numer. 4. Sigiſmundus, numer. 4. dub. 54. de elect. Leſsius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 17. numer. 35. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſtionibus forenſ. quæſt. 51. num. 23. & alij.

CONCL. VII.

13 Quantum enim ad qualitatem incutientis metum, quamuis ſola Reuerentia non inducat per ſe, ſufficientem metum; Nihilhominùs, negari non poteſt, quin propter huiuſmodi Reuerentiam, mi-

Digitized by Google

nor metus requiratur, quam ſi ipſe metus incuteretur ab alio, cui nulla debetur reuerentia.

DOCT. ALLEG.

14 *Defenſores ſunt concluſionis, Tuſchus, litt. M. concluſ. 219. in fine, Gaſpar. Anton. vbi ſuprà numer. 3. Suarez, tom. 3. de Religio. lib. 6. cap. 4. numer. 16. Rota, deciſ. 374. numer. 14. & 120. numer. 22. coram Gregorio XV. & deciſ. 326. numer. 11. coram eodem; & in Toletana profeſſionis, 19. Nouembris 1614. coram Vbaldo, Sigiſmundus, num. 5. dub. 54. de elect. eadem Rota in Valentina profeſſionis 27. Aprilis 1570. coram Cardin. Lancellotto, vnde ex Rota auctoritatibus, dictum eſt, iuſtum metum incutere metum reuerentialem cum alijs adiunctis, vt infra: Alciatus, conſil. 1. numer. 14. Sanchez, diſput. 6. vbi ſuprà numer. 16. verſ. ad confirmationem, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 139. num. 10. & alij.*

CONCL. VIII.

15 Ille, cui reuerentia debetur, metum viri conſtantis inducit, ſi præſertim minatur, & potens ſit minas exequi, & ſolitus ſit eas exequi, & vbi etiam in dubium vocatur, an ſolitus ſit; nam tunc eſt etiam aſſerendum, iuſtum, ac ſufficientem metum incutere.

DOCT. ALLEG.

16 *Amplectuntur Rota, deciſ. 771. numer. 9. coram Cardin. Seraphino; & deciſ. 326. numer. 18. & deciſ. 374. numer. 14. coram Gregorio XV. & deciſ. 259. numer. 7. coram Cardinal. Manticha, Suarez, numer. 7. dict. loco, Sanchez numer. 20. relatus ſuprà. diſput. 6. & numer. 22. Panormitan. in cap. cauſam matrimonij, numer. 5. de officio Delegati, & cap. cum virum, numer. 8. de regul. Couarru. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 6. numer. 3. Gaſpar Anton. vbi ſuprà, numer. 9. plures DD. citans, ſicut, & Sanchez, numer. 21. in dicto loco, Sigiſmundus, numer. 6. vbi ſuprà, & cæteri nominales.*

CONCL. IX.

17 Reuerentia cum ſeueritate, aut terribilitate, eſt ſufficiens, pro iuſto metu; ſicut etiam vultus potentis terribilis, iuſtum ſufficientem metum incutit.

Probatur, quia ibi minæ virtualiter clauduntur.

DOCT. ALLEG.

18 *Sic volunt Panormitan. in cap. dict. cum virum, numer. 8. de regul. Felinus, in cap. cauſam matrimonij, numer. 4. de officio Delegati, Decius, Berous, Sigiſmundus Loffredi, inter conſilia feudalia, & alij à Sanchez relati, numer. 13. vbi ſuprà, Sigiſmundus, numer. 7. vbi ſuprà, & fuit reſoluta in vna Neapolitana profeſſionis, 15. Iunij 1598. coram Gypſio, quam refert, & approbat dicta deciſio 326. numer. 12. & deciſ. 374. numer. 16. coram Gregorio XV. Baldus, in cap. 1. §. temnia, column. penult. de pace firmanda, & cæteri nominales.*

CON-

CONCL. X.

19 Reuerentia cum indignatione, plurimum ad iuſtum, & ſufficientem metum incutiendum confert, ſicut etiam iuſtum timorem, vbi eſt ſpes certa, talem indignationem diuturnã fore; ſecùs verò ſi breuis exiſtat.

DOCT. ALLEG.

20 *Aſſertionem docet Rota, deciſ. 326. num. 14. coram Gregorio XV. ac deciſum fuit in vna Valentiniana profeſſionis, corã Cardinale Pamphilo, vt refert dict. Rota; ſubſcribit Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 4. diſp. 6. num. 14. aſſentit Sigiſmundus, n. 8. dub. 54. de elect. cum cæteris alijs allegandis, de communi.*

CONCL. XI.

21 Metus, ad hoc vt dicatur, in virum conſtantem cadere, exigitur neceſſariò, vt timens nequeat facilè occurrere malis, quæ timentur: ſi enim poſſit, alia via, illa, à ſe repellere facili negotio, putà, implorando alicuius auxilium, vel adeundo ſuperiorem, & huiuſmodi, minimè metus eſſet in viuum conſtantem cadentem.

22 Cuius eſt ratio, quia inconſtantis, ac timidi eſt, metuere mala, quę paruo labore vitare queunt, ac in meritò ſibi perſuadet illud malũ euenturum. Et cõſtat ex regula, damnũ, de reg. iur. in 6. & l. fin. in prin. ff. quod met. cauſ.

DOCT. ALLEG.

23 *Huius ſunt aſſertionis Scriptores, Tuſchus, litt. M. concluſ. 215. Bellonus, concil. 18. num. 14. Sigiſmundus, dub. 54. num. 11. de elect. Duardus, in Bullam Cœnæ Domini. lib. 3. §. 8. q. 1. num. 20. verſ. hæc autem, Rota, deciſ. 326. numer. 34. coram Gregorio 15. Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 4. diſp. 2. num. 23. & cæteri allegandi, vt de communi.*

CONCL. XII.

24 Ad iuſtum metum incutiendum minimè exigitur, vt mala prædicta in perſona propria timeantur Electoris, ſed ſatis eſt, ſi in conſanguineorum eius pertimeſcantur, vſque ad quartum gradũ incluſiuè, in caſu noſtro, de quo ſermo habetur, & vlterius, ſi eſſet timor rei vergentis in grauiſſimam iacturam honoris, itaut in contumeliam cederet, ac totius proſapiæ dedecus, vtique vltrà dictũ quartum gradum: nam in tali caſu iam in perſona propria electoris damnum pertimeſceretur.

25 Probatur, ex cap. ſciant cuncti, de elect. in 6. quem textum Doctores, mox allegandi, aſſerunt eſſe notabilẽ ad probandum metum illatum conſanguineis electoris, ad illi timorem incutiendum, cenſeri ipſimet electori illatum.

26 Quæ noſtra aſſertio etiã procedit, ac verificatur de perſonis arctiſſimo neceſſitudinis vinculo cõiunctis electori. *Nam amicus eſt alter ego, inquit Ariſt. lib. 9. Ethic. c. 4. & D. Auguſt. lib. 4. confeſſion. cap. 6. & idem Ariſt. 2. lib. Rethoric. c. 4. att. Amicorum eſſe animum vnum in duobus corporibus habitantem, & Horat. lib. 1. ode. 3. amicum vocat, dimidium animæ amici.*

Atque tandem fauet noſtræ huic ampliationi dictæ aſſertionis, Alexãder de Neuo, in cap. cum locum, nu. 12 de ſponſal. vbi aſtruit, eſſe metum in virum conſtantem cadentem, ſufficientem ad contractum annullandum, ſeù quẽlibet actum voluntariũ, ſi inferatur alijs, de quibus rationabiliter timere debet contrahentes ne offendantur. quod dictum, porrò, nemo in dubium reuocabit, quin procedat in arctiſſima amicitia coniunctis.

DOCT. ALLEG.

28 *Amplexores huius aſſertionis, cum ſua ampliatione ſunt, ex neotericis ſcriptoribus, Sanchez, tom. 1 de matrim. lib. 4. diſp. 4. numer. 12. verſ. vnde exiſtimo, & 9. num. Sigiſmundus, de elect. dub. 54. num. 12. & 13. Duard. in Bullam Cœnæ, lib. 3. §. 8. queſt. 1. num. 15. allegans, D. Thom. & Syluest. Iaſon in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, numer. 12. ff. de oper. nou. annunciat. Felinus, in cap. Eccleſias, S. Mariæ, numer. 99. de conſtitutio. Franchus in cap. ſciant Cuncti, numer. 2. de elect. in 6. facit quedam Rotæ deciſio, quam Padilla approbat, in l. interpoſitas, numer. 10. C. de tranſaction. Flaminius Pariſius de Reſignatione beneficiorum, lib. 13. queſt. 1. numer. 158. vbi quoque de communi, in qua fuit reſolutum; Reſignationem beneficij factam ob metum illatum conſanguineis Clerici reſcindendum eſſe, ac ſi ipſi Clerico metus incuteretur, Gloſſa, in cap. poſtremò, verb. conſanguineos, de appellat. & cæteri omnes allegandi.*

CONCL. III.

29 Metus reuerentialis, ad effectum electionis Canonicæ annullandæ, reſpectu quarum perſonarum detur, in caſibus ſpecialibus, à Iudicis arbitrio, minimè recedendum eſt; abſolutè attamen loquendo, dicimus, in illo dari, qui aliquo Iure, ſubiectionis, alteri ſubeſt; vt in monacho reſpectu Abbatis, fratris Regularis, reſpectu ſui ſuperioris.

DOCT. ALLEG.

30 *Sic enim docent, ac conueniunt Doctores omnes, num. 28. allegati, & cæteri referendi, vno ore, & nullam patitur difficultatem hæc noſtra aſſertio.*

CONCL. IV.

31 Electores, metu reuerentiali, ſuorum prælatorum, ad eligendam aliquã perſonam, impulſi, vel quia eis ab eiſdem propoſita fuit, ſeù rogata, aut alio quouis modo efficaci indicata, & petita, ob quorum prælatorum metum reuerentialem, talem perſonam elegerunt, dicimus, huiuſmodi electionem eſſe prorsùs nullam ipſo iure, & inualidam.

32 Primo probatur, ex cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. in 6. & ex Gloſſa memorabili, & eſt quarta, in cap. bonæ, el 1. de elect. & ex ca. ſciant cuncti, de elect. in 6.

33 Secundo probatur ratione, Nàm tales electores, perſonam propoſitam, petitam, ac volitam ab eorum prælatis, elegerunt, cauſa reuerentia-

lis

lis metus, qui in illis reſpectu ſuorum prælatorum eſt, qui à ſibi ſubditis electoribus petierunt, & quos rogarunt, vt talem perſonam, ad eorumdem voluntatem eligerent, quod egerũt, aut oretenus, aut per literas, ſeù per interpoſitam perſonam, vel alijs excogitatis modis.

34 Tertiò, nam ſolus metus reuerẽtialis Religioſi, reſpectu ſui ſuperioris, ſinè minis, aut alicuius grauis mali, timore, ad effectum annullandæ electionis, cadit in conſtantem virũ, nulli dubium eſt, ex cap. de his, quæ fiunt, vi, met. cauſa, & ex l. ſi mulier, §. ſi duos, ff. eo quod metut. cauſ.

DOCT. ALLEG.

35 *Pro hac noſtra aſſertione allegantur in primis Doctores, numer. 28. recitati, ac præterea, in proprijs terminis, Rodriquez, tom. 2. qq. regular. qu. 52. art. 1. Diana, p. 3. tract. 5. Miſcellan. reſolut. 20. §. ex his omnibus, in fine, Megala, tom. 1. variar, reſolut. reſolut. 2. num. 18. & reſolut. 44. num. 6. Baſilius Poncius, lib. 4. de matrimon, cap. 5. numer. 6. alios allegans, Menochius, lib. 1. conſil. 491. & lib. 2. caſ. 236. num. 7. de arbitri. Iudic, cum multis ab eo relatis, Farinacius, in fragm. crimin. par. 2. num. 126. multos referens, Fagundez, lib 6. in precept. 2. Eccleſiæ, cap. 1. numer. 21. Mongollon, in tract. de his, quæ vi, metu, &c. cap. 2. §. 1. num. 3. & 5. & cæteri, de communi ſententia, Megala, par. 1. lib. 1. cap. 2. num. 24. & p. 2. lib. 1. cap. 1. n. 5. & lib. 2. c. 28. num. 13. & 22. lib. 2. c. 9. num. 80. & alij nominales.*

CONTROV. VII.

An præter metum, in virũ conſtantem cadentem, ſuſpicio, preces, timor, & huiuſmodi, ſint ſufficientes, ad electionem annullandam, quando in perſonis electorum, hæc interueniunt.

CONCLVSIO I.

1 Preces importunæ ſeorsùm conſideratæ, ac ſinè reuerentiali metu, metum iuſtum efficiunt cadentem in virum cõſtantem, ad effectum electionis annullandæ, dummodò nõ inducant ſolùm ad eligendum, ſed dumtaxat faciant, non ſponte, ac libera voluntate eligere.

Conſtat concluſio ex l. 1. C. de petition. bonorum, & ex alijs Iuribus,

DOCT. ALLEG.

2 *Tenentes hanc noſtram concluſionem ſunt, Gloſſa in cap. tuæ Fraternitatis, ver. importunitatem, de pœrbend. vbi Hoſtienſ. in principio, Imola, ibid. num. 2. Rebuffus, tom. 2. conſtitu. regul. tit. de reſcript. art. 2. Gloſſa 3. verb. item non valet electio, peralta, in l. ſi quis, num. 93. ff. de legibus n. 3. Naldus, in ſumma, verb. metus, numer. 4. Baſil. Poncius, in tract. de matrimonio, lib. 4. cap. 5. numer. 17. & cap. 12. per totum. Diana, p. 3. tract. 5. Miſcellan. reſolut. 20. verſ.*

Atque tandem fauet noſtræ huic ampliationi dictæ aſſertionis, Alexāder de Neuo, in cap. cum locum, nu, 12 de ſponſal. vbi aſtruit, eſſe metum in virum conſtantem cadentem, ſufficientem ad contractum annullandum, ſeù quẽlibet actum voluntariũ, ſi inferatur alijs, de quibus rationabiliter timere debet contrahentes ne offendantur: quod dictum, porrò, nemo in dubium reuocabit, quin procedat in arctiſſima amicitia coniunctis.

DOCT. ALLEG.

28 *Amplexores huius aſſertionis, cum ſua ampliatione ſunt, ex neotericis ſcriptoribus, Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 4. diſp. 4. numer. 12. verſ. vndè exiſtimo, & 9. num. Sigiſmundus, de elect. dub. 54. num. 12. & 13. Duard. in Bullam Cœnæ, lib. 3. §. 8. queſt. 1. num. 15. allegans, D. Tho. & Sylueſt. Iaſon in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, numer. 12. ff. de oper. nou. annunciat. Felinus, in cap. Eccleſias, S. Mariæ, numer. 99. de conſtitutio. Franchus in cap. ſciant Cuncti, numer. 2. de elect. in 6. fauet quędam Rotæ deciſio, quam Padilla approbat, in l. interpoſitas, numer. 10. C. de tranſaction. Flaminius Pariſius de Reſignatione beneficiorum, lib. 13. queſt. 1. numer. 158. vbi quoque de communi, in qua fuit reſolutum; Reſignationem beneficij factam ob metum illatum conſanguineis Clerici reſcindendum eſſe, ac ſi ipſi Clerico metus incuteretur, Gloſſa, in cap. poſtremò, verb. conſanguineos, de appellat. & cæteri omnes allegandi.*

CONCL. III.

29 Metus reuerentialis, ad effectum electionis Canonicæ annullandæ, reſpectu quarum perſonarum detur, in caſibus ſpecialibus, à Iudicis arbitrio, minimè recedendum eſt; abſolutè attamen loquendo, dicimus, in illo dari, qui aliquo Iure, ſubiectionis, alteri ſubeſt; vt in monacho reſpectu Abbatis, fratris Regularis, reſpectu ſui ſuperioris.

DOCT. ALLEG.

30 *Sic enim docent, ac conueniunt Doctores omnes, num. 28. allegati, & cæteri referendi, vno ore, & nullam patitur difficultatem hæc noſtra aſſertio.*

CONCL. IV.

31 Electores, metu reuerentiali, ſuorum prælatorum, ad eligendam aliquã perſonam, impulſi, vel quia eis ab eiſdem propoſita fuit, ſeù rogata, aut alio quouis modo efficaci indicata, & petita, ob quorum prælatorum metum reuerentialem, talem perſonam elegerunt, dicimus, huiuſmodi electionem eſſe prorsùs nullam ipſo iure, & inualidam.

32 Primo probatur, ex cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. in 6. & ex Gloſſa memorabili, & eſt quarta, in cap. bonæ, el 1. de elect. & ex ca. ſciant cuncti, de elect. in 6.

33 Secundo probatur ratione, Nàm tales electores, perſonam propoſitam, petitam, ac volitam ab eorum prælatis, elegerunt, cauſa reuerentialis

lis metus, qui in illis reſpectu ſuorum prælatorum eſt, qui à ſibi ſubditis electoribus petierunt, & quos rogarunt, vt talem perſonam, ad eorumdem voluntatem eligerent, quod egerũt, aut oretenus, aut per literas, ſeù per interpoſitam perſonam, vel alijs excogitatis modis.

34 Tertiò, nam ſolus metus reuerẽtialis Religioſi, reſpectu ſui ſuperioris, ſinè minis, aut alicuius grauis mali, timore, ad effectum annullandæ electionis, cadit in conſtantem virũ, nulli dubium eſt, ex cap. de his, quæ fiunt, vi, met. cauſa, & ex l. ſi mulier, §. ſi duos, ff. eo quod metus cauſ.

DOCT. ALLEG.

35 *Pro hac noſtra aſſertione allegantur inprimis Doctores, numer. 28. recitati, ac prætereà, in proprijs terminis, Rodriquez, tom. 2. qq. regular. qu. 52. art. 1. Diana, p. 3. tract. 5. Miſcellan. reſolut. 20. §. ex his omnibus, in fine, Megala, tom. 1. variar, reſolut. reſolut. 2. num. 18. & reſolut. 44. num. 6. Baſilius Poncius, lib. 4. de matrimon. cap. 5. numer. 6. alios allegans, Menochius, lib. 1. conſil. 491. & lib. 2. caſ. 236. num. 7. de arbitri. Iudic. cum multis ab eo relatis, Farinacius, in fragm. crimin. par. 2. num. 126. multos referens, Fagundez, lib. 6. in præcept. 2. Eccleſiæ, cap. 1. numer. 21. Mongollon, in tract. de his, quæ vi, metu, &c. cap. 2. §. 1. num. 3. & 5. & cæteri, de communi ſententia, Megala, par. 1. lib. 1. cap. 2. num. 24. & p. 2. lib. 1. cap. 1. n. 5. & lib. 2. c. 28. num. 13. & 22. lib. 2. c. 9. num. 80. & alij nominales.*

CONTROV. VII.

An præter metum, in virũ conſtantem cadentem, ſuſpicio, preces, timor, & huiuſmodi, ſint ſufficientes, ad electionem annullandam, quando in perſonis electorum, hæc interueniunt.

CONCLVSIO I.

1 Preces importunæ ſeorsùm conſideratæ, ac ſinè reuerentiali metu, metum iuſtum efficiunt cadentem in virum cõſtantem, ad effectum electionis annullandæ, dummodò nõ inducant ſolùm ad eligendum, ſed dumtaxat faciant, non ſponte, ac libera voluntate eligere.

Conſtat concluſio ex l. 1. C. de petition. bonorum, & ex alijs Iuribus.

DOCT. ALLEG.

2 *Tenentes hanc noſtram concluſionem ſunt, Gloſſa in cap. tuæ Fraternitatis, ver. importunitatem, de parbend. vbi Hoſtienſ. in principio, Imola, ibid. num. 2. Rebuffus, tom. 2. conſtitu. regul. tit. de reſcript. art. 2. Gloſſa 3. verb. item non valet electio, peralta, in l. ſi quis, num. 93. ff. de legibus n. 3. Naldus, in ſumma, verb. metus, numer. 4. Baſil. Poncius, in tract. de matrimonio, lib. 4. cap. 5. numer. 17. & cap. 12. per totum. Diana, p. 3. tract. 5. Miſcellan. reſolut. 20. verſ.*

verſ.notandum eſt autem, & alij allegandi infra,

CONCL. II.

3 Preces importunæ, ac ſpecialiter, ſi conſtantiſſimæ ſint, ac ſæpius repetitæ, & inculcatæ, iuſtum metum inferunt, cadentem in virum conſtãtem, ad effectum annullandæ electionis, & vim coactionis habent, & præcipuè, quando ſumus cum perſona ſuperiori, cui reuerentia debetur.

4 Concluſio conſtat clare ex l.1.C.de petitionibus bonorum, ibi, inuerecũdia petentium inhabitione. & ex alijs rationib. relatis in ſuperioribus, conſtat aſſertio.

DOCT. ALLEG.

5 *Sunt Authores huius concluſionis Innocentius, in ca.petitio, de iureiurando, Socinus conſ.263.num.8 lib.2.Curt.Iunior, conſ.41. num.18. Aymon, conſil.11.nu. 17. Apoſtillator ad Panorm. in cap.tuam, de ætat.& qualit.litt.B.& fuit dictum, in Romana legatorum.13.Aprilis 1595. coram Orano, & in Valentiana profeſsionis, deciſ.326.coram Gregorio XV.Leſsius de iuſt.& iure, lib.2.cap.17.numer.35. Tuſchus, litt.M. concluſ.217.num.22.& concluſion.209.nu.3.Gloſſa, in cap.ſunt, qui opes, verb.non iudicio 17.q.4. & in c. tuæ, verb.importunitatem, in terminis, de elect. & ibi Hoſtienſ.ab initio, Imola nu. 2. de præbend. Rebuffus, tom.2. conſtitutionum Regiarum, tit.de reſcriptis, art.2. gloſſa 3.verſ.item non valet electio, Biax, in directorio elect.p.1.cap.6.numer.1.Sigiſmundus, dub.54.num.9.de elect. Sanchez, tom.1. de matrimon.lib.4.diſput.7. numer.8. Diana, vbi ſupra, numer.2. allegatus, cum cæteris, ibi allatis, & alij de communi, recitandi,*

CONCL. III.

6 Preces importunæ, cum metu, inſuper reuerentiali, coniunctæ, multò magis, metum inferunt, inconſtantem virum cadentem, ad effectum, electionis annullandæ, videlicet ſuperiorum, reſpectu ſubditorum electorum, in actu electionis, celebrandæ. Concluſio hæc noſtra, ex ſuperioribus ſequitur, & eiſdem, conſequenter, rationibus probatur.

DOCT. ALLEG.

7 *Noſtram amplectuntur concluſionem Socin. Iunior, volum.2.conſi.263.num. 8. Afflictus, deciſ.69.Mandellus, conſil. 77.numer.10. Guttierez, qq.Canonica. lib.1.cap.37.num.17.& 18.Garzias, de nobili.gloſſa 17.nu.15.& 23.Barbatius, vol.1. conſ.60.numer.3. & in cap.12.de offic.deleg. Paulus de Caſtro, vol.1.conſ. 74. Diana, par.3.reſolu.20.§.ex quibus omnibus, Megala to.1.variar.reſolu.reſol. 2.nu.12.17.& 18.& reſolut.44.nu. 6. Abbas, & Panorm. in cap.cum inter te, de elect.& in cap.2. quod metus cauſa, nu. 4. Alexander, volum.3.conſ.36.Innocent. in cap.petitio, de iureiurand. Barto.in tractat.tyrann.q.3.& Gloſſa, in l.1 in prin. ff.quod iuſſu, & gloſſa, in l.1.C.ſi rector prouinc. & gloſſa in clementina 1. verſ. optimum, de reſtitut.in integrum, Bald.in l.fin. §.neceſsitatem, C.de bonis, quæ liberis, & in l.ſi mandato.C.qui cum eo. Bartolom. Medina, lib.1.inſtruct.§.31.fol. mihi 134. Petrus Nauar. lib.3.de reſtit. cap.5.*

cap. 5. numer. 11. & 12. allegans Nauarr. Cordubam, Sotum, & Paludanum. idē d. Bartol. in l. 1. §. generandę, ff. quarum rerum, actio non datur, Abbas, in ca. cauſam matrimonij, de offici. delegati. Alexander, ac Bartolus ſimiliter, in l. interpoſitas, C. de tranſactionibus, Couarruuias in 2. p. de ſponſal. cap. 3. §. 6. in fine, Rebellius, par. 2. de obligat. Iuſt. lib. 3. qu. 9. ſect. 1. n. 10. Innocentius, in cap. cum inter R. de elect. in prin. Nauarr. conſil. 10. de his, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt, num. 6. & ſeqq. Socinus, lib. 2. conſil. 263. numer. 8. Curtius Iunior, conſil. 41. numer. 18. Aymon. conſil. 11. numer. 17. Apoſtillator ad Panormitan. in cap. tuam, de ætate, & qualitate, litt. B. & facit dictum, in Romana Legatorum 13. Nouembris 1595. coram Orano, & in Valentiniana profeſſionis, deciſ. 326. coram Gregorio XV. Leſsius, de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 17. nu. 35. Tuſchus, litt. M. concluſ. 217. numer. 22. & concluſ. 209 nu. 3. Gloſſa in term. de elect. in cap. ſunt qui opes, verb. munitudicio 17. q. 4. & in cap. tuæ, verb. importunitatem, & ibi Hoſtienſ. ab initio, Imola numer. 2. de præbend. Rebuffus, tom. 2. conſtitution. regiarum, tit. de reſcript. art. 2. gloſſa 3. verſ. item non valet electio, Biax, in directorio elect. p. 1. cap. 6. nu. 5. & cæteri omnes.

CONCL. IV.

10 Electiones Canonicę, Contractus, & cætera huiuſmodi, metu graui, vt eſt in caſu noſtro, celebrati, ſunt nulli, ac inualidi penitùs, non dumtaxat iure naturæ, itaut, neq; naturalis obligatio ex illis ſequi poſſit, ſed etiam iure poſitiuo.

DOCT. ALLEG.

11 *Ità Baſilius Poncius, de matrimon. lib. 4. cap. 6. num. 4. & cap. 8. num. 3. qui citat Rebellium, Molinam, et alios, et optimè dictis à Sanchez, tom. 1. lib. 4. diſp. 6. num. 7. et diſp. 8. num. 4. reſpondet, et pro hac concluſione Farinacius allegat viginti quatuor Doctores, quos ſequitur, et eam amplectitur, in fragm. crim. p. 2. nu. 130. cui etiam ſubſcribunt cæteri Doctores omnes in ſuperioribus relati, et alij nominal.*

12 Vnde omnes prædictæ aſſertiones veræ ſunt ſine vlla Controuerſia, & præcipuè, quando cum metu reuerentiali etiam leſio coniungitur: quapropter metus præſumitur, e. g. in Donatione facta per filiam patri, quando in ea, filia eſt enormiter læſa, vt Farinacius cum tot, ac tantis Doctoribus ab eo relatis, nuper nominatus, docet, & aſſerit, cum cæteris Doctoribus in ſuperioribus relatis, & referendis.

CONCL. V.

13 Metus reuerentialis in caſu noſtro, ad effectum, ad electionem irritandam, & omnis actus, à libera voluntate, pendentes, annullandos, abſolutè loquendo, datur in eo, qui iure aliquo ſubiectionis, alteri ſubeſt, e. g. Religioſi reſpectu ſui prælati, filiorum, reſpectu patrum, vxoris, reſpectu mariti, &c. & in alijs caſibus à Iudicis arbitrio non eſt recedendū.

DOCT. ALLEG.

14 *Ità docent omnes hactenus relati Doctores,*

ctores, et nulla eſt in hoc, controuerſia aliqua, et alij nominales.

CONCL. VI.

15 Quæuis Canonica electio, vt totaliter libera, & ſpontanea ſit, ſecundum Canonica Iura, de electione in 6. atque omni coactionis, metus reuerentialis, & ſuſpicionis nota prorſus careat; prælati omnes tam ſæculares, quam regulares omninò caueant, & procurent, nè dum electio ſiue Conuentualis, ſiuè Prouincialis inſtat, ibi maneant, vel viſitent, ſeu Vicarium pro electione mittent, niſi in caſu neceſſitatis de facto, quando inter Electores, re verà, maxima eſſet diſcordia, aut non eſſet inter eos, qui Canonicè electionem ſciret dirigere, nec præpoſituras efficiant, & precibus, atque ſub quouis colore amicitię ſubornationis, & huiuſmodi, Electorum moueant voluntates, & ſemper ante oculos retineant decretum conciliare ſub Gregorio Decimo Lugduni celebratũ, in 6. de elect. c. ſciant cunċti, regiſtratum, à nobis in ſuperioribus pluries recitatum.

CONCL. VII.

16 Ad inualidandam Canonicam electionem; ſat eſt metus perdendi omnia bona, ſeù maiorem partem eorum.

Nam bona temporalia ſunt alia vita, iuxtà Gloſſam. l. Aduocati, in verb. vitam, C. de Aduocat. diuerſ. Iudicum.

17 Item, ſi electores timore patiendi grauem iacturam in bonis ſuis, ad eligendum compellantur. Ex gloſſa notabili, in cap. Abbas, in verb. coactus, de his, quæ vi metu cauſa fiunt.

Similiter, de Principis, aut Prælati precibus, quando ſcilicet Princeps, & Prælatus eſt talis, qui ſolet maletractare, ſibi non obtemperantes.

18 Pari modo, metus, ac timor mortis, ca. cũ dilectus, de his, quæ vi metu.

Qui eſt in timore ſeruitutis, l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa.

Qui etiam eſt in timore carceris, l. nec timorem, ff. eod. & in his ſimilibus conſiſtit timor, & metus cadens in conſtantem virum pro annullanda electione.

CONCL. VIII.

19 Electores, licet quidem, compelli poſſint ad eligendum in genere, nimirum, talis Prouinciæ, ſeù Ducatus, vel Dominij, vel Reipublicæ; minimè vero, in Indiuiduo; ſcilicet hũc, vel illum, aliàs eſt penitùs, nulla.

Probatur ex ca. publicato, de elect. in 6. & ibi Doctores.

CON CL. IX.

20 Electores Cardinales in electione Canonica Summi Pontificis dumtaxat compelli poſſunt, non quidem ad hunc, vel illum eligendum, ſed tantum ad eligendum, mortuo Papa, ſucceſſorem.

Sic enim habetur in cap. vbi periculum, & in clementina, nè Romani, de elect. in 6. Nam compulſio, ſeù impulſio, tantum habet locum in electoribus non habentes ſuperiorem, cuius modi ſunt Cardinales, mortuo

Papa,

Papa, pro electione ſucceſſoris.

CONCL. X.

21 Cardinales, à conclaui, ante electionem Summi Pontificis Succeſſoris, mortuo prædeceſſore, exeũtes, ad regreſſum, etiam ſi opus eſt, à brachio ſæculari compelli poſſunt; & tamen per talem compulſionem non dicuntur metu eligere.

Ità in clementina, cap. porrò, de elect. in 6. cuius eſt ratio, quia metus cauſa factum non dicitur id, quod iuſto timore factum eſt.

CONCL. XI.

22 Metus, de quo hactenus, ſermo fuit, circà electores, tamdiù durat, quandiù eius cauſa durat, ac durant impedimenta, quibus à reclamando impeditur.

Nam licet in actu externo appareat omnimoda libertas, tamen, quicumque actus fiat, etiamſi præſeferat liberam voluntatem, ac lætum, & iucundum animum, non protereà, purgant adhùc, metum; immò potiùs eum magis confirmant: & hoc procedit etiamſi quodcumque temporis ſpatium intercedat inter actum, & metum incuſſum ad eius effectum.

Si verò non reclamet poſtquam metus cauſa ceſſauit, vel dicta impedimenta ceſſarunt, tunc meritò ex geſtis poſt huiuſmodi ceſſationem, metus excluditur.

DOCT. ALLEG.

23 *Sunt Doctores huius concluſionis, Panormit. in c. 1. de his, quæ vi met. Natta, conſilio 451. numer. 3. Couarruuias, 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. numer. 1. Menochius, præſumpt. 4. numer. 23. lib. 3. Sanchez, diſp. 18. lib. 4. numer. 7. & 8. Rota, deciſ. 705. nu. 1. & deciſ. 963. numer. 3. par. 2. in recent. & præſertim, deciſ. 643. n. 4. par. 1. in recent. & deciſ. 771. n. 8. & deciſ. 863. n. 1. & 2. cũ ſeqq. coram Cardinal. Seraphino: & eadem Rota in Neapolitana profeſſionis, 26. Iunij 1598. coram Orano; & deciſ. 392. nu. 3. coram Gregorio XV. Nauarrus, commendat. 4. de Regul. in cap. ſtatuimus, n. 71. referens Panormitan. & Felinum, & in terminis, de profeſſione metu emiſſa, Barboſa de poteſtat. Epiſc. par. 3. allegat. 104. numer. 18. vbi varios Doctores, & Rotam allegat. & tandem Rota in Valleſoletana præheminentiarum 23. Ianuarij, & in eadem cauſa 29. Martij 1604. coram Pamphilio; & deciſ. 463. num. 3. multis allegatis. Sigiſmundus nu. 14. dub. 54. & alij.*

CONCL. XII.

24 Electoribus ſi à ſuperioribus eorum, non dumtaxat metus reuerentialis incutietur, nulla electio redditur ipſo Iure; verum etiam, ſi ſuſpicio eiſdem ſit incuſſa, electio eſt nulla.

Nàm iuſta, ac probabilis ſuſpicio metus, habetur pro metu, vt Doctores mox recitandi, autumant. ergo vera concluſio.

DOCT.

DOCT. ALLEG.

25 *Tenent aſſertionem Baldus in l. final. numer. 7. C. de Iur. de lib. Rimin. Sen. conſil. 15. numer. 16. Alban. conſil. 77. numer. 11. Gram. deciſ. 5. numer. 7. cum duobus ſequentibus, quos omnes refert, & ſequitur Rota, deciſ. 374. numer. 18. coram Gregorio XV. Sanchez, multis cumulatis, diſputat. 2. numero 17. lib. 4. de matrimon. Sigiſmundus, numer. 15. dub. 54. de electïon. & alij nominales.*

Et hinc apparet, quam iure optimo aduertant Hoſtienſ. in ſumma, tit. de elect. §. qualiter faciendi, verſ. qui ſecretò, Ioannes Andreas Pamormitanus. in cap. quia propter, numer. 14. in fine, de elect. Syluest. verb. electio. 2. quæ. 10. §. quintum. Tabiena, eodem tit. 1. numer. 20. & Biax in director. elect. par. 3. cap. 25. numer. 3. Sigiſmundus numer. 16. vbi ſuprà, & alij, reſpuꝭ poſſe compromiſſarios, ſiuè ſcrutatores, ac iuſtam cauſam appellandi cenſeri, ſi ipſi tales exiſtant, vt timorem electoribus incutere valeant.

CONCL. XIII.

26 Ex ſuperioris, ſiuè Iudicis præſentia, metus, ac eius ſuſpicio excluditur; niſi qui incuſſerit metum contrahenti, incuteret etiam ipſi ſuperiori.

Quapropter, ſi e. g. Prouincialis præeſſet alicui Capitulo locali congregato ad electionem Prioris Conuentus, vel ſocij, ſeù diſcreti, celebrandam, & in eo aliquis electorum ſileret, non audens obijcere contra Fratrem in ſocium, vel priorem eligendum propter probabilem ſuſpicionem metus ſibi ab inferiori incutiendi, ſi obijceret: tunc poſt factum non eſt locus appellationi; quoniam ex præſentia Prouincialis excluditur illa metus ſuſpicio. Et idem Iuris eſt in dando ſuffragio, & in omnibus actibus Capitularibus, quando adeſt ſuperior, ei, qui electoribus intulit metum. Et horum eſt ratio, quia tunc metus non dicitur cadere in virum conſtantem, vt in ſuperioribus diximus.

DOCT. ALLEG.

27 *Docent aſſertionem Bartol. in l. 2. numer. 4. C. de præd. Decur. l. 10. Pariſius conſil. 10. numer. 35 lib. 1. Rota deciſ. 120. numer. 25. & deciſ. 188. numer. 9. coram Gregorio XV. & Doctores in l. tranſactionem, C. de tranſactio. Iaſon. in l. interpoſitas, numer. 5. de tranſactio. Aymon, & alijs relatis, conſ. 114. numer. 2. Rota deciſ. 184. nume. 2. par. 2. in recent. Sanchez, lib. 4. de matrimon. diſput. 27. num. 2. Sigiſmundus, nu. 17. dub. 54. Anton. Gaſpar. Theſauri qq. forenſ. q. 51. n. 23. & alij.*

OBSERVATIO pulchra, pro totius Controuerſiæ reſolutione.

1 PRo coronide, vero, dictorum omnium, ſciendum eſſe, quod licet multa ſint ex præallegatis Doctoribus recitata in terminis matrimonij, aut profeſſionis, multoties, &

& non ſemper in terminis electionis; attamen, dicimus requiri conſenſum liberum in electione, & in profeſſione, ſicut, & in matrimonio. Ideoque ad hoc valet argumẽtum à matrimonio ad electionem, cap. ſicut vir. & cap. ſicut alterius, 7. q. 1. Panorm. in cap. & ſi vnanimiter, num. 5. de poſtulat. prælat. Gloſſa, in cap. bonæ, de elect. in 6. Butrius, in c. licet, num. 2. de tranſlat. Epiſc. Biax, in director. elect. p. 1. cap. 6. num. 3. Euerard. in ſuis topicis, loco à matrimonio ſpirituali ad carnale, Nauar. lib. 1. conſil. 5. num. 2. de elect. in 2. edit. Suarez, tom. 3. de religion. lib. 6. cap. 4. nu. 16. antè medium, vbi teſtatur hos actus, quo ad hoc æquiparari ab omnibus fere iuris peritis, nec poſſe veriſimilem rationẽ differentiæ aſſignari.

CONTROV. IX.

An abuſus poteſtatis Sæcularis vitiet electionem ac annullet.

CONTR. TITVLI DECLARATIO.

1 Eligerê nãq; per abuſum poteſtatis Sæcularis, importat electionem celebrari quidem ab electoribus Eccleſiaſt. cũ aliquo tamen abuſu Principis ſæcularis, vt ex. gr. cum Clerici, eius præſentiã tali electioni requirunt, vel eius conſenſum ſuper certis perſonis eligendis, vel, vt aliquod munus in ea exerceat vt auctores, num. 3. allegandi, autumant, vnde his paucis præmiſſis; ſit.

CONCL. I.

2 Electio, quando per abuſum poteſtatis Sæcularis, ſcienter, ac ſpotè, celebratur, eſt nulla ipſo iure, ac electores ſunt priuati ipſo iure, eligendi poteſtate, per triennium, abſque iudicis ſententia, & qui huiuſmodi electioni de ſe factæ, ſcienter conſenſerit, eſt ipſo iure, incligibilis ad quãlibet dignitatem.

Diximus. *ſcienter, & ſpontè, per verba, cap. quiſquis, de elect. in 6. vbi dicitur, quiſquis electioni de ſe factæ per ſæcularis poteſtatis abuſum, conſentire præſumpſerit, &c. & qui electioni huiuſmodi præſumpſerint celebrare, &c.* quod verbum, *præſumpſerint*, impoꝛtat dolum, perindè, ac ſcienter, & ſpontè.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt huius aſſertionis auctores, Card. in Clement. 1. n. 22. de priuileg. Nauar. cap. 27. n. 155. 156. ſummæ, Panorm. in cap. d. quiſquis, de elect. in 6. & ibi DD. Biax, in director. elect. p. 1. ca. 10. Cuchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. nu. 104. Innoc. Gloſſa, Butrius, & Ancharanus, in d. cap. quiſquis, de elect. in 6. Suarez, to. 5. diſp. 31. ſect. 3. nu. 13. Alter. de cenſur. tom. 2. de ſuſpentio. diſp. 13. cap. 5. verſ. pœna igitur, Sanchez, multis allegatis, lib. 9. de matrim. diſp. 32. n. 38. & 40. Rota, deciſ. 200. n. 2. p. 2. in recent. Sigiſm. dub. 13. n. 2. & ſeqq. & alij nominales.*

CONCL. II.

4 Electores ſi per vim, & metum cadentem in virum conſtantē, admittant præfatum, Sæcularis poteſtatis, abuſum, non erunt priuati iure eligendi, nec electio erit irrita, ſi eo metu non obſtante, liberè electio fiat.

Probatur, nam vbi dolus abeſt, ibi non intelligitur delictum, l. 1. §. dictus ad leg. Cornel. de ſciar. ſed vbi non adeſt delictum, non eſt ibi pæna infligenda, l. ſancimus, C. de pœnis. ergo abeſt vtiq; pæna, quia ſupponimus in præſentiarum, lōge abeſſe dolum, & conſequenter delictū, ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

5 *Tutātur aſſertionem Rota, deciſ. 668 numer. 3. coram Cardin. Seraphino, & elicitur ex d. cap. quiſquis, de elect. in 6. & omnes prællegati Doctores, num. 3 Boichus, in cap. d. quiſquis, de elect. in 6. Biax, in director elect. par 1. cap. 10. num. 1. Sayrus, in Claui Regia, lib. 3. ca. 9. num. 34. verſ. ex dictis ſequitur, Sigiſm. vbi ſupra, num. 4. & cæteri allegandi.*

CONCL. III.

6 Ineligibilis eſt ad quamlibet dignitatem propriè, ac ſtrictè ſumptam, qui dictæ electioni, de ſe factæ conſenſerit; ac ideo eſt eligibilis ad diſcretatum, & ad aliud id generis officium, quod non ſit dignitas.

Licet enim aliquando officia, & perſonatus dicantur etiam dignitates; attamen id eſt accipiendū in materia fauorabili; ſed nos hic ſumus in materia pænali, ac protetea eſt hoc nomē dignitas ſumēda, ſtrictè, & propriè, ſcilicet quatenus gaudeat iuriſdictione, qui dignitatem habet. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

7 *Autumant concluſionē Panor. Alter. num. 3. relati, Tuſchus, litt. P. concluſ. 321. Oldradus, conſil. 150. verſ. ſi autem ſumatur, nu. 3. Federic. de Senis, conſil. 25. numer. 21. in fin. verb. vnde ſaluo, Gloſſa, in cap. 1. vbi Archidiac. num. 2 Anchar. num. 6. de conſuet. in 6. Panorm. in cap. de multa. num. 21. de præbend. Azor, p. 2. lib. 3. cap. 13. q. 5. §. cæterum, Sigiſm. num. 5. dub. 53. de electio. & alij.*

I. CONCL. LIMITATIONES.

8 Prima, ſic nāq; aſſertio prędicta, in ordine, primò limitatur, vt. ſ. minimè procedat, ſi id, memoratis, ſęcularib. competat ex indulto, ſeu priuilegio. Ità ſi quidē aiunt Innocentius, Panor. Alter. & communiter omnes Doctores, relati, n. 3. & allegandi.

9 Secūda limitatio eſt, introduci poſſe ex conſuetudine, vt nō procedatur ad electionē priuſquā electores denūcient Principi mortē prælati, ac ipſius aſſenſum petant, in electione futuri prælati, nempè, vt poteſtatem comitiorum habendorum faciat, argum. bonum, in cap. lectis, diſt. 63. aut conſentiat electioni iam factę.

Au-

Auctores ſunt limitationis, *Panorm. in c. quod ſicut, de elect. & c. cum Terra, de elect. & c. quod ſuper his, de accuſat. & c. 1. n. 9. de elect. Innoc. in d. cap. quod ſicut, de elect. & c. quod ſuper his, de accuſat. Biax, in direct. elect. p. 1. 4. requiſitum, n. 2. Syluest. verb. elect. 1. q. vlt. Romanus, ſing. 296. Azor, p. 2. lib. 6. c. 14 q. 6. poſt med. quod in vſu obſeruari et interdum forte pluſquam par eſt, videtur, vt ait Cuchus, lib. 4. Inſtitut. maior. tit. de elect. n. 108. Sigiſm. n. 7. vbi ſup. & alij.*

10 Huiuſmodi autem limitatio eſt intelligenda de honeſtate, minime vero de iure, vt rectè aduertit, d. Panorm. in d. c. quod ſicut, §. ſuper eo, n. 7. contra Innocentium; nam non videtur induci poſſe conſuetudine, vt electio retractetur, quando non fuit petita dicta licentia à Principe; quoniam talis vſus eſt potius dicendus abuſus, & corruptela, & pro hoc facere debet *illud §. ſuper eo, in verbo, & ſi ſecus aliquando per vſurpationem.* Benè verum eſt, tunc eſſe retractandam, ac annullandam electioné ad Principis petitionem, quando ipſe probaret; ex. gr. electú eſſe ſibi ſuſpectum, nam plurimum intereſt Principis, ne eligatur aliquis ſibi ſuſpectus, qui reuelare poſſit ſecreta ſui Regni, vt aſſerunt Innocent. Panor. Ananias, ac Felinus, col. 4. in d. cap. ſuper his, de accuſat. Gloſſa, in capit. 1. diſt. 62. Biax, Syluestr. & Azor, vbi ſupra Foller. in pract. crimin. par. 2. iudic. verſ. aut criminibus ſpecificatis, num. 6. Sigiſmundus, vbi ſupra, & alij. Vnde meritò, diximus, de honeſtate conſenſum Principis requiri, non enim exigitur, vt talis cõſenſus habeat robur præſtare; ſed vt ipſe in futurum nequeat contra electum opponere, ſeu electionem, vt diximus. At ſi, ſine legittima cauſa diſſentit electioni, aut electo, nequaquam induci debet retractatio, quãdo tamen ſecluſo ſcandalo, fieri poteſt; vt diximus, diſp. 7. controuer. 1. num. 8.

CONTR. X.

In electione canonica, quæ nam procuratio, ſeu ſubornatio á iure, tã cõmuni, quã ſpeciali, ac Sũmorũ Antiſtitũ extrauagãtibus, prohibeatur.

CONCL. I.

1 In canonicis electionibus omnib. tam de iure communi, quã ſpeciali, per Papales extrauagantes, ſeu conſtit. ac in ſpecie, Clem. VIII. incipit, *Nullus omninò 1601. 20. Martij* emanata, pro regul. reform. & à Paulo V. cõfirmata, & nouiſſimè ab Vrbano VIII. 1624. vetant ſuffragiorũ procurationem, pro ſe, vel pro alijs, quocũq; modo fiat nempè, præcib. promiſſis, & huiuſmodi.

2 Conſtat, ex eorũdem Sum. Pontif. bullis, & conſtitutionibus, cõcluſio.

CONCL. II.

3 In canonicis electio. illa dũtaxat ſubornatio, ſeu ſuffragiorum procuratio prohibetur, & de facto prohibita eſt, quæ ad malum finé ordinatur, & ãbitioſa eſt; minimè vero, quæ iuſta eſt, atq; electionis bonum reſpicit.

Bb 2 Pro-

4 Probatur,ex fine iurium,ac Papaliũ conſtitutionibus, quarum finis,cum deſumatur ex prœmialibus,verbis,l. final.ff.de hæred.inſtit.vbi Bartol.n. 6.Angelus,ac Imola,num. 4. Panor. cap. aduerſus, num. 2. de immunit. Eccleſiaſt., ſed in præfatis conſtitutionibus, non eſt alius finis, quam impedire, & prouidere nè indigni, & ambitioſi eligantur,aut minus digni,dignioribus præferantur; At cũ lex vltrà finem intentum non obliget, qui obligationis menſura eſt, cum vltra ipſum non ſe extendat Legiſlatoris intentio, atque adeo, nec vltrà ipſum aliquid operatur, cap.final. de præbend. & l. in aqua, ff.de acquiſit.rerum domin. ergo ſequitur.

Præfatas conſtitutiones tantum vetare tractatus illos, qui fini intento aduerſantur,quales non ſunt,qui ordinantur ad dignæ perſonæ electionẽ,

DOCT. ALLEG.

5 *Has duas noſtras aſſertiones docent Rodriquez,tom.2.qq.regul. q. 56. art. 1.verſ. circa quas Conſtitutiones, & verſ.ex quibus infertur,Naldus,in ſumma,verb. Religio. numero 42. allegans Cardinalem in Clement. 3. de teſtibus, Paſqualigius,deciſ.255.n.2.& alij nominales.*

CONCL. III.

6 In canonicis electionibus boni tractatus haud prohibentur, ſiue à iure communi, ſiue a ſpecialibus Papalibus conſtitutionibus.

7 Primo probatur,nam aliàs, præcludaretur hoc pacto via ad canonicã electionem,in qua inueſtigari debet de moribus,ac qualitatibus perſonæ eligendæ, ergo,

8 Secundo cooperari enim,bono cõmuni, cũ ſit de iure naturæ, & vnuſquiſque ad hoc teneatur, ex vi iuris in ijs,quæ ad ſuum munus attinent, minimè electores, prohiberi valent, ne electionis bonum procurent, cũ communitati interſit,vt perſonę dignæ eligantur,c.nihil,& ca,fin. de elect.ergo prædictæ conſtitutiones ſe extendere nequeunt ad licitos, ac iuſtos tractatus,

DOCT. ALLEG.

9 *Sicnãq;fatentur Azor.to.2.lib.2.c, 21.q.4.Naldus in ſum.ver.eligere,n.2 Paſqual.vbi ſup.& cæteri alleg. de cõi.*

CONTROV. XI.

An in canonica electione ſubornatione vti liceat, contra ſubornationem.

CONCL. I.

1 IN canonica electio.nullo pacto, penitus, licet ſubornatione vti, contra ſubornationem;aliàs,eſt ipſo iure nulla electio, ac vtrique mortaliter peccant,

2 Primo probatur,nã licet quandoq; munere,ac preces adhibere liceat,ad aliquid iuſtũ, & honeſtũ obtinendũ nihiloſecius,minimè in ordine ad ſubornandum,ergo vera concluſio.

3 Secũdo,elector.n.ſubornatus nequit bene eligere; cum ſecundã menſurã ſu-

ſubornationis eligat; ſed qui ſubornat, quantum de ſe eſt, ſemper cauſā malæ electionis ponit, & intendit electionem ſecundum eius menſurā, ſubornationes ſequi, ac protereà intendit quod de ſe malum eſt, quod lethale eſt; ſed numquam licet malū intendere, ſiue in ordine ad bonum, ſiue in ordine ad aliud malum propulſandum. ergo vera aſſertio.

4 Tertio, nam ſine noua ſubornatione remedium priori ſubornatione adhiberi poteſt, illam, videlicet, detegendo, & electoribus manifeſtando, ac motiua iuſtę, & debitę electionis proponendo, ac proindè eos inducere poſſumus, adhibita ratione ad eligendum quem eligere debeat.

5 Quod ſi hoc non ſat eſt, alijs medijs eorūdem animos inducere valemus, tradita etiam pecunia ad debitam æqualitatem, vt rectè iudicare valeāt qui nam eligendus ſit.

6 Quod ſi neque hoc ſufficiat, nec etiam ſubornatio ſufficiet, niſi ſit innixa mendacio alicuius, quæ non ſolum illicita erit, quia ſubornatio eſt, ſed quia vtique mendacium continet.

DOCT. ALLEG.

7 *Suffragantur Suarez, tom. 1. de Religio. tract. 3. lib. 4. de ſimonia, cap. 50. n. 26. Paſqualigius, deciſ. 251. numer. 2. Bonac. to. 1. diſp. 1. de ſimon. q. 6. pūct. 5. numer. 15. & alij nominales, quaſi de communi ſententia, quicquid incontrarium ſentiat Villalobos, to. 2. ſum. tra. 37. difficult. 19. n. 21.*

CONCL. II.

8 In canonica electione ſubornatio contrà ſubornationē non eſt ad vim depellendam, ſed ad malè electores diſponendos in ordine ad electionē.

9 Probatur, quia vis, qua altera vis repellitur non ordinatur ad malū, ſed ad id, quod licitum eſt, & honeſtum id eſt, ad defenſionem, vel perſonæ, vel rerū, quæ de iure naturæ, & ideò licita, & honeſta eſt contra aliā, ſed ſubornatio per ſe primo ordinatur ad malum, licet indirectè aliquod bonum ſequi valeat, non tamen ſunt facienda mala, vt veniant bona, iuxta, D. Paulum, videlicet, ad malam electionem cauſandam, ergò vera cōcluſio.

CONCL. III.

10 In canonica electione dumtaxat, licebit vim contra ſubornantem ad hibere, vt deſiſtat à ſubornatione, vel per preces, vel per munera, vel per minas, ſiue de malo licitè inferendo in pænam ſubornationis, ſiue de malo in genere.

Cuius ratio eſt, quia tunc præſumuntur, quod ſint minæ, quę iuſtè executioni mandari valeant. ergo.

DOCT. ALLEG.

11 *Præfatas aſſertiones ſequuntur omnes allegati DD. nu. 7. & cæteri nomin.*

CONCL. IV.

12 Licet .n. monopoliū, cōtrà aliud monopoliū licitū ſit; attamē, ſubornatio haud licita ē cōtra ſubornat. in

electione canonica, diuerſæ rationis cauſa.

13 Nam monopolium eſt quoque communitati, & perſonis ſingulatibus iniurioſum, & maximè nociuũ, quib. de communitate ſunt, & moralem vim infert tale monopolium & ideo contra ipſum defenſio licita eſt; ſed vnum ex medijs idoneis ad illius defenſionem eſt alterum monopolium, propterea ipſum licet adhibere; quia moralis vis, altera vi morali repellitur.

DOCT. ALLEG.

14 *Suſtinent aſſertionem omnes recitati Doctores, n. 7. cum alijs afferendis, vt de communi ſententia.*

CONTR. XII.

An ſubornatio, ac qualis vitiet, atq; annullet electionem.

EXPLICATIONES.

Subornationis diffinitio, & varia eius diuiſio.

1 SVbornatio, penès eius vocabuli ſignificationem, eſt ſuaſio veri in malum, vel falſi in bonum finem facta. Sic docet Cardinalis, in clem. 2. not. 4. de teſtibus, quem ſequuntur Syluest. verb. ſubornatio, & ibi Tabiena aientes, eſſe ſubornationem, de aliquo, falſo exprimendo, & vero tacẽdo in teſtimonio teſtium, per aliquem facta informatio, & dicitur ſubornare, quaſi ſubtus in aures; aliquod malum ornare, & ſub colore ponere, vt in autent. de teſtib. §. quia vero, & Nauarrus lib. 5. conſil. 20. n. 8. de ſent. excommun.

2 Ex huiuſmodi autem, diffinitione ſubornationis, duplex genus innuitur ſubornationis, inquam, nempè, bonæ, & malæ, ratione ſui obiecti, vt patet tota cauſa, 22. Illa enim qua in alicuius animum inducitur verũ in bonum finem, eſt bona: Illa vero, qua falſum conſulitur in malum finem, eſt vtique mala, atque adeò prohibita, & ex qua multa ſequũtur inconueniẽtia, quæ recenſit idẽ Nauarrus in commentar. 8. de regular. verſ. 2. quod experientia, circa medium, & ſequuntur Rodriq. to. 2. qq. regular, q. 56. art. 1. Sigiſm. dub. 55. §. de ſubornat. de elect.

3 Hæc enim mala ſubornatio ſub diuiditur; Nam quandoque fit verbis, vt eſt dictum; aliquãdo vero, fit muneribus, videlicet, quando præſtãtur munera electoribus, vt illorum beneuolentia, ac gratia aucupetur, ad effectum conſequendi eorum ſuffragia, & de tali ſubordinationis genere, intelligi poteſt illud exodi 23. Nec accipias munera, quæ etiam excecant prudentes, & ſubuertunt verba Iuſtorum ſuper quæ verba, inquit Eutymius, apud Barradã, to. 2. li. 10. cap. 2. in fine in concordia Euangel. Repleto ventre, omnia ſubornatis, ille erit, quibus ſubornauit, & quacũque dignus dignitate iudicabitur.

4 Et hoc poſterius malæ ſubornationis genus dicitur quoque minus proprie

priè ſimonia, vt videre eſt apud Rodriquez, tom. 3. q. 63. art. 4. circa finem. Sotbũ, in expoſitio, tituli Conſtitutionis Clementis VIII. de largitione munerum; & ex eadẽ inçt. conſtitutione ædita contra huiuſmodi ſubornatores per dicenda infra, in ſequenti controuerſia, in qua Bulla, ſeu conſtitutione ſic dicitur, in §. 16. Nec non vltra huiuſmodi pœnas, ut tamquam contraſfuiti, & ſimoniæ criminum reum, &c. cum dignisq; ſupplicijs affici debent. his præmiſſis ſit.

CONCL. I.

5 Electoribus ſuadere virtutes veras, quibus eligendi ornantur, vitia, uero ac nota, quibus notantur, ut dignus indignis, & dignior minus digno præferatur, eſt Sanctum; ſic è contra, ſuadere uirtutes falſas, & diſſuadere uitia nota, aut donis ſubuertere mẽtes electorum, quo indignus digno, minuſque dignus digniori anteponatur, eſt impium, ac nullam reddit electionem, & irritam facit.

6 Vtraque huius aſſertionis pars declaratur, ac ſimul probatur, ex auctoritate conſtitutionum Cartuaſianenſium, p. 2. cap. 2. nu. 15. ubi pro electione Prioris conuentualis, hæc habetur. *Et quoniam ſunt aliqui interdum, qui non cognoſcunt perſonas, & libenter per alios informarentur, ſed putant non licere; Declaramus, quod omnes, qui in hoc pia intentione ducuntur, licite poſſunt, immò etiam potius debẽt interrogare illos, qui & melius cognoſcunt perſonas, & meliores etiam, & apeiores paſtores ſecundum Deum habere deſiderant. Nam qui cognoſcunt quidẽ meliores, ſed eos nolũt, volũt autẽ Priores prurientes auribus, & qui ſunt vitæ largæ, & relaxatæ, iſti interrogari non debent, quia potius darent conſilium conforme ſuæ inordinatæ cupiditati. Sicut autem plurimum commendandi ſunt, qui piam ſollicitudinẽ, pro bonorũ paſtorum electione gerunt; Ità illi ſunt magnopere culpandi, qui pro eligendis deterioribus, ſtatim inter ſe, ſecreta conuenticula faciunt, & vt omnes ad ſuam trahant cupiditatem, conantur quantum poſſunt per ſe, & per interpoſitas perſonas, non precibus modo, ſed interdũ etiam, quod eſt deterius, muneribus, promiſsionibus, & bonorum maledicentijs, ac detractionibus multis, obtinere, quod volunt, quam perniciem, vt omnes diligentiſsimè caueant. Vicarius quanta poterit maiori efficacia, debebit omnibus perſuadere. Nam qui talibus medijs inducunt, aut inducuntur ad conſentiendum ſcienter in perſonas non tales, quales ius commune, & noſtra inſtituta neceſſariò requirunt, mortaliter peccant, & vitium ſimoniæ, ſaltem mentalis, committunt, & Spiritum Sãctum, à tali electione, & à domo ſua expellunt. hæc ibi.*

7 Secunda autem pars concluſionis confirmatur utique ex communi, in cap. ſi pacta, diſt. 79. & capit. bonæ, de electio. in 6. nam teſte Menochio conſil. 96. n. 21. electionem factã ab illis, qui ambitiosè conueniunt de eligendo aliquem, atque ita malo zelo, eſſe annullandam, & ratio eſt, quoniam omnis tractatus ambitioſus prohibetur. Quæ omnia corroborantur, per Bullam Pij V. emanatam 1571.

Pro

Pro Fratribus Minorum de Obſeruátia,quæ incipit. Paſtoralis officij nobis diuinitus iniuncti, ſic ad rem inquit. Qui vero in electionibus omnibus,vel antè eas, per ſex mẽſes, pro ſe,vel pro alio ſubornauerit,excommunicationis ſententiam,ipſo facto incurrat,à qua, niſi à Romano Pontifice,pro tempore exiſtente,prætterquam in mortis articulo, abſolui nõ poſſit,ac voce actiua, & paſſiua perpetuò careat,ſubornatus, vel alius etiam pro quo ſubornatio fiet,qui ſubornantem non detulerit, eamdem pænam incurrere cenſeatur.

Qui autem ad officium obtinendum, quorumuis fauorem extrà Religionem procurauerit, vltrà prædictas pænas, per menſem carceri mancipetur. hæc ibi.

DOCT. ALLEG.

9 *Fauent aſſertioni præallegatus Menoch.vbi ſupra, Ioan. Andr. in d.cap. bonæ,col.2.ad finem,de elect.Sigiſmun. dub.55.num.4.& 5.& cap.per noſtras, de iur.patr.cum alijs iuribus,& Doctoribus allegandis.*

CONCL. II.

10 Illius electio eſt à ſuperiore caſſanda,qui requiſitus ab electoribus, antequam ſit electus,electioni de ſe fiẽdæ conſenſerit.Ratio eſt quia præſumitur Ambitioſus, extra eo, & cap. poſt.petitam de elect. in 6. Syluestr. verb.elect.§.10.

CONCL. III.

11 Electio multò magis erit annullanda, ſi electores non ſolum habebunt conſilium de eligenda perſona ſed deliberauerint de ea.

Nam licèt tractatus de eligenda perſona ſit ſemper permiſſus, at conuẽtio de tali eligendo, eſt illicita. hinc cautum eſt in declarationibus conſtitutionum Ordinis Predicatorum, diſt.2.c.2.de elect.Prioris,n. 7. ante finem,vbi ſic dicitur.

Item Ualentiæ 1596. prohibetur ne de electione per agenda, aliquis tractare audeat, niſi antè diem vnum electionis, per ſe,vel per alios, verbo, aut ſcripto, ſub pæna grauioris culpæ, ſiuè is vocem habeat in electione, ſiuè non, & prælati talem pænam tranſgreſſoribus infligere tenentur.

DOCT. ALLEG.

12 *Defenſores ſunt huius concluſ.Biax in director.de elect.p.3.cap.3.Imola,in d.cap.bonæ,2.num.5.Cardin.q.5.ibid. de elect.Sigiſm.vbi ſupra n.6.& firmauit,deciſ.516.coram Card. Seraph. & cæteri nominales.*

Sed cum hæ deliberationes ,ſiuè conuentiones proprie rationẽ ſimoniæ habeant, ideo, de illis, ſuo loco erit ſermo. tantum in præſentiarum addimus,quod prædictis hactenus, facere videtur, quod de captatoria voluntate,ſi inſtitutione,quam eſſe,cõſtat,nullam,vt communiter DD. aſſerunt,in l. captatorias ,C. de milit. teſt.

13 Captatoria enim voluntas, pro-

priè,

priè, eſt illa, per quam, quis aliũ, quę rit inducere, vt ſibi, vel alteri cõmodum, in vltima voluntate, relinquat, ac propterea ſic dicta, quia captare, eſt veluti aucupari aliena. *Sic aiunt Couarruuias, in cap. cum tibi, nu. 1. de teſtam. Sarmient. lib. 2. ſelectarum opinio cap. 4. & multis, cum communi, recentio rib. relatis. Rota in Romana Legat. 5. Iunij 1616. coram Martino, deciſ. 350 n. 11. & 12. corã Card. Seraph. vbi deciſum fuit, n. 13. 14. & ſeqq.* donationem factã cauſa Martio Curtio, qui inſtituerat ſuum hæredem, dictum donantem, eſſe nullam, tamquã captatoriam; & captio conſiſtebat in hoc, quia in dicta donatione fuerat facta adiectio hoc pacto; quod in euentum in quem teſtamentum reuocaretur, ipſa quoque donatio reuocata cenſeretur; vnde hæc condictio imponit neceſſitatem cauſatiuã non reuocandi teſtamentum.

14 Pręfatis aſſertionibus multum fauet, ac plurimum conducit Gregor. XV. Conſtitutio nouiſſimè in lucem miſſa, de electione Romani Pontificis, quæ incipit, Æterni Patris, 14. Nouembris 1621. quæ Conſtitutio, in his regularibus electionibus, licèt non liget; fortiſſimum tamen prębet argumentum, ad effectum, de quo agimus: nam illa ad hoc fuit promulgata, tum quo nil eorum omittatur, quæ ad electionis Romani Pontificis negotium cautius, & melius trãſigendum, conducunt, vt in eiuſdem Conſtitutionis principio dicitur; tũ etiam, quò ſi talis electio per ſcrutinium, ſeu ſcrutiniũ, & acceſſum celebrari contingat ſeueriſſimè tranſigatur, vt prope finem eiuſdem Conſtitutionis habetur, & quãuis in hũc finem hæc Conſtitutio emanauerit, vt dictum eſt; Attamen, poſtquam ferè omnes, ſubornationis, ſpeciales caſus enumerauit, ac eos diſtrictè inhibuit, ſubdit.

Tractatus tamen, pro electione habẽbendos vetare non intelligimus. *quanto ergo magis id aſſerendum erit de quibuſcumque alijs electionibus, in quibus non agitur de eligendo digniorẽ ad vniuerſale regimen S. R. E.*

15 Horum autem, omnium dictorũ ratio eſt, quoniam tractatus eſt vnũ de ſubſtantialibus elect. vt autumant *Butrius, in cap. cum inter, num. 7. & in cap. in cauſis, de elect. immò Gloſſa, verb. tractatu, de elect. cap. cum in veter. & in in cap. in nomine domini, verb. tractantes, diſt. 23. Toloſ. in tit. de elect. cap. 13 in fine, & alij aſſerunt, non valere electio nem, niſi præceſſerit tractatus, adducẽs cap. in geneſi, de electione*, & probatur; nam certum eſt nos teneri eligere digniorem, vt in ſuperioribus, eſt concluſum, & ſemper dimittere indignum, de iure diuino, naturali, & poſitiuo, teſte, inter cæteros, Solon. 2. 2 q. 63. art. 2. controu. 3. poſt 2. cõcluſionem, & conſequenter ſub pęna mortalis culpæ, deuincimur ad morum notitiam, & virtutum eligendorum; ſed hoc vix, atque adeo impoſſibile eſt, fieri poſſe, moraliter loquendo, vt inquit Gloſſa, vbi ſupra, cap. cum in veteri, abſque eo, quod electores colloquantur, vel tractent inter ſe aliquando, qui nam, ſint digni munere, de quo agitur, vel quis dignior alio; cum multos ſuffragatores ſæpe ſæpius lateant vitia nota, vel virtutes eligendorum. ergo demandata

data electione dignioris,& excluſione indigni, demandatur etiam tractatus, per quem deuenitur ad hunc finem, igitur tractatus eſt vnum de ſubſtantialibus electionis.

16 Quod demandata electione dignioris,& excluſione indigni demãdetur quoque tractatus. Probatur ex illo vulgari axiomate, quod ſcilicet demandato vno, cenſetur omne aliud demandatum per quod deuenitur ad illud, *cap. præterea, ca. ſuſpicionis, de offic. delegati, lib. 15. ff. de iuris. omnium iudic. l. 3. §. final. ff. de pæn. leg. l. veteres, vbi Gloſſa, & Bartol. ff. de inten. actuque pu. Rota, deciſ. 66. in fin. coram Gregorio XV. quæ iura à Doctoribus exponuntur, vt ſub vno conceſſo, pariter conceduntur, non ſolum neceſſaria, ſed etiam valde commoda, per quæ deuenitur ad illud, teſte Suarez, to. 5. diſp. 49. ſect. 1. num. 17. & alij recentioribus.*

17 Hinc Gregorius XIII. in Bulla, ędita 1558. 23. Maij, incipit, Romanus Pontifex. pro electione prælatorum Congregationis S. Bernardi, in Italia Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, Regularis obſeruantiæ, hæc habet in §. 18. *In faciendis autẽ electionibus Capitularium ſcrutatorum, Diffinitorum, Viſitatorum, Prælatorũ, ac Præſidentis; quoniam difficillimum, & quaſi impoſſibile fore, votũ aliquando non communicari, liceat vnicuiq; pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, ante votum ſuum ferendum, aliquem magis inſtructum conſulere, & per modum informationis, & conſilij, vocem ſuam, ſi ita videbitur, accommodare abſque alicuius cenſura, aut pænarum incurſu.*

18 Sed his opponi poteſt, ſi de iure communi licitus ſit hic bonus ſubornationis vſus; ergo fruſtra concedit Põtifex, huiuſmodi ſpeciale priuilegium dicto ordini, l. 1. ff. ad municipialem, & tradit Gloſſa, in cap. 1 de reſcript. ſed ſi hoc non eſt fruſtra conceſſum. ergo iure communi non licet illud, quod in eo conceditur.

Reſpondetur primo ex Nauarra lib. 3 conſil. 45. n. 3. de regular. in antiquis Nõ eſſe quidem neceſſarium impetrare in priuilegio ſpeciali, quod iure communi conceditur, & hoc probant iura in obiectione allegata; frequentiſſimè tamen impetrari, ac cõcedi conſueuit à Sede Apoſtolica, ad tollenda dubia, & ſcrupulos, vt per varia exempla dictus Nauarrus mõſtrat, vbi ſupra, & de horis canon. c. 3. num. 57. & nouum non eſt quod idem bis repetatur ratione tollendæ dubitationis, l. 1. §. ſed ſciẽdum, verſ. ego puto, ff. de ædil. edict. Rota, deciſ. 20. num. 2. in fine, p. 1. in recent. & hęc eſt reſponſio communis, quæ optime adaptatur nřo caſui, in quo ex teſtimonio ſtatutorum Cartuſianorum in ſupracitatis verbis, multi putant non licere.

19 Reſpondetur ſecundo ſuperfluitatem ceſſare ex hoc, quod licet in foro conſcientię veritatem habeãt, quę de hac ſubornat. bona tradidimus; attamen, in foro externo, ſi occultò fiat, vt fieri ſolet, meritò, probabilem ſuſpicionem inducit, diſt. 19. can. Anaſtaſius, & caus. 18. q. 3. can. pernicioſam, & cap. vnic. vt Eccleſ. benefic. & per conſequens præſumptionem facit 32. q. 1. can. Dixi. cap. litteris de pręſumptione, l. vltim. ff. quod met. cau. Cum ergo præfata con-

conceſſio Papalis tollat hanc præſūptionem in foro externo, conſequēter, ſatis ſuper ius commune operatur, itaut non poſſit vllo modo dici ſuperflua.

20 Conſultò, autem in prima cōcluſione diximus ſuadere virtutes veras electoribus, ac vitia, & nota, &c. Sāctum eſt. Ad excludendum ſecreta, ac penitus occulta, quæ nullo pacto detegere licet, & vt nota dicantur, ſat eſt eſſe publica in aliquo Monaſterio, nempè, vt ſit famoſum notorium, vel manifeſtum maiori parti Monaſterij, dummodò in eo Monaſterio commorentur ſaltem decem Fratres, vt bene edocent *Nauarrus, c. 2. num. 73. & cap. 27. num. 255. ſummæ, Suarez tom. 5. diſp. 21. ſect. 3. nu. 6. Sayrus, de cenſur. lib. 4. cap. 17. num. 21. & lib. 7. cap. 13. num. 12. Sanchez, de matrimo. lib. 8. tom. 3. diſp. 34. nu. 55. & in præcept. decalogi, lib. 2. c. 11. n. 19. Sà, verb. Epiſ. num. 35. Duardus in bulla cænæ, lib. 3. §. 2. q. 11. nn. 5. & alij nominales.*

21 Et quamuis Sanch. in dicto loco ſummæ, Suarez opinionem, tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. numer. 2. in fine, non approbet, aientis, quod alicui publicum eſt, ſimpliciter eſſe publicum, & non occultum, Nam Sanchez, num. 20. aſſerit delictum publicum in aliquo loco, non cenſeri publicum in alio loco ita diſtanti, ad quem ſpes non eſt, fore, vt facile fama perueniat. Attamen quidquid ſit de hoc, in terminis abſolutionis, à cenſuris, à quibus nequit abſoluere Epiſ. ex vi Concil. Trident. vt ibi Sanchez autumat. Illud mihi eſt certum, in terminis noſtris, de electione, contrariā ſententiam, Suarez eſſe veriorem, & tutiorem, per ea, quæ congerit ipſemet Sanchez, de matrim. lib. 2. diſp. 37. num. 11. & ſeqq. in terminis matrimonij. Et ſequela patet, quia valet argumentum à matrimonio, ad electionem, vt in fine ſuperioris contr. diximus.

22 Ac tandem confirmatur, quia vitium concernens perſonam, ſigillat, & notat eam, ac ſequitur ſicut lepra leproſum, can. citò turpem, 1. q. 7. & pro hac opinione facit quod ſcribit, *Panorm. in cap. 1. num. 34. de poſtulat. & in cap. cum nobis, nu. 4. de elect. Leſſius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 29. n. 122. quem nouiſsimè eſt ſequutus Bouerius in ſuo directorio for. iudic. pro regular. p. 2. cap. 3. in fine.* nempè licet Iudex non poſſit inſtituere inquiſitionem tendentem ad punitionem delictorum, niſi præcedat aliqua infamia auctoris; nihilhominus benè poteſt inſtituere inquiſitionem tendentem ad examinanda merita, vel demerita eligendorum, quamuis nullus eſſet rumor de auctore, alioquin omnia eſſent plenā prauis rerum ſacrarum Miniſtris.

23 Demum licet omnia hæc hucuſq; dicta, in hac controuerſia, ſic ſe habeant: attamen eſt omninò aduertēdum, cautè ſubornationis officium eſſe ſubeundum, ne ſubornator conuincatur metum intuliſſe per importunas preces, vt ſupra diximus, vel non ſubornatio reuera bona ſit apparenter, mala in foro externo ob imprudentes circunſtantias, eam concomitantes, vel quod huiuſmodi bonę ſubornationis vſus non vigeat in aliqua Religione, ac propterea pœna mul-

multetur ipſe ſubornator.

24 Dixi, vel quod huiuſmodi bonæ ſubornationis vſus non vigeat in aliqua religione, nam ſunt nonnullæ Religiones, quæ non ſolum non irritant electiones, quibus nullus præcedit tractatus, ſed etiam, nullo pacto, eoſdem tractatus admittere conſueſcunt; Immò ſemper malè ſentiũt de quibuſcunque ſubornationibus: vnde cum talis approbata conſuetudò teneat, meritò ſubornatores in huiuſmodi Religionibus punirentur.

25 Quod vero talis conſuetudo teneat, conſtat: nam quamuis admittamus, illam contra ius commune, militare, nihiloſecius, valet, per dicenda infra ſuo loco, ad rem aliam, & eò magis, quia ortum minimè ducit ex malo fine, ſed quaſi ex cauſa vrgenti, & veriſimiliter non præuiſa à canone; nimirum, non quia ſubornatio bona in ſe mala ſit, ſed quia cũ vſus ſubornationis bonæ adeò expoſitus ſit grauiſſimo periculo incidendi in malam ſubornationem, vt opus ſit magna prudentia, ac multæ circunſtantiæ exigantur; idcircò benè poteſt induci contraria conſuetudo, quæ valida ſit ob periculum mali, vt in ſimili de prohibitione contra licitam doctrinam expoſitam, tamen multis periculis aſſerit, Suarez, tom. 4. diſp. 35. ſect. 7. num. 4. ad finem, & nos diſput. 1. controu. 11. n. 6. & ſeqq.

26 Præterea eſt aduertendum, eidem ſubornatori eſſe inuigilandum, ne ipſe proprij animi impetu efferatur, in malam ſubornationem, ſed illud in primis ei propoſitum ſit, atque ob oculos perpetuò verſetur, vt minus dignis occludatur aditus ad dignitates, ac officia, & pateſiat dignioribus, quo Religionis bonum indè veniat augumentum, ac proindè exuat quaſcumque humanas affectiones, & ſolum induat Dominum Ieſum Chriſtum, memor, nil prodeſſe homini ſi vniuerſum Mundum lucretur, animę ſuæ vero detrimentum patiatur.

CONTR. XII.

An pænis, & quibus ſubornatores, in Regularium electionibus, afficiantur.

EXPLICATIONES.

1 PRiuſquam ad controuerſiæ deciſionem deueniamus, eſt omninò præmittendum, id, quod pro hac noſtra controuerſia deſeruit, videlicet Decretum, quod in lucem prodidit Clemens Octauus, de anno 1599. die 25. Iulij, pro omnium Regularium Reformatione, & de expræſſa mente Vrbani Octaui, innouatum; 1624. 21. Septembris, à Sacra Regularium Congregatione. In quo §. 22. hæc, ad rem habentur.

Vt

Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeù ſuffragiorum procuratione, tàm pro ipſis, quàm pro alijs, tùm in capitulis locorũ, tùm in cęteris, præſertim generalibus capitulis, aut congregationib. ſeù alibi: Quicũq; ſecus fecerint, pręter alias pœnas, & cenſuras hactenus contrà huiuſmodi ambiẽtes inflictas, quas, in ſuo robore permanere volumus, in pœnã priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo, cũ eis diſpenſari à nemine poſſint, niſi à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris;& pro qualitate culparum, grauius etiam plectantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas, ad complices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus. hæc ibi.

2 Quæ quidem, Decreta, cum ita ſe habeant, meritò circa illa, nihil aliud in præſentiarum dubitari poteſt, an ſcilicet ad hoc, vt obligent, neceſſariò exigatur, vt vſu à Regularib. acceptẽtur pro huius difficultatis reſol. ſit.

CONCLVSIO I.

3 In Bullis, ſeù Conſtitutionibus, aut Decretis Papalibus, non requiritur neceſſariò, vt vſu à Regularibus acceptentur, ad hoc, vt prædicta ad eorũ, obſeruantiam, obligent, ac ligent ſub mortali peccato dictos Regulares.

Primo probatur, nam Summi Pontifices Decreta, ſeù conſtitutiones cõdunt ad regularium mores componẽdos, iure prçfecturæ, ac dominij, quod in eos habent, & horum decretorum obligatio, oritur ex ſubiectione, qua ſubditi Regulares Summis Pontifi cibus ſubſunt, & obedientia, quam eis præſtare tenetur: ſed obedientiæ vis minimè oritur à Regularium vſu, & acceptatione; & ſi eis eſſet liberum diſentire, & Papales conſtitutiones reſpuere, ſubditi eis non eſſent; nam voluntate, & non neceſſitate parerẽt, & fieret quaſi quædam conuentio, & pactum inter regularem, & Summos Pontifices, de illorum Decretis vſu acceptatione, & obſeruantia, & ſic nullum eſſet obedientiæ vinculum. ergo vera concluſio.

4 Nam niſi lex ſubditos cogeret, & obligationem induceret abſque dependentia ab eorum vſu, & acceptatione, & obſeruantia, approbationeuè, ſubditique diſſentire poſſent, eſſet bellum vtrinque iuſtum: quia Legiſlator iuſtè exigit obedientiam, & legis obſeruationem, & ſubditi iuſtè reſiſtunt, cum vſus, & obſeruantia, ac legis acceptatio eorum arbitrio eſt commiſſa. ergo.

5 Præceptum enim actuale obligat nullo expectato eius aſſenſu, cui imponitur, nec aliquis oppoſitum vnquam mente concipit. ergo, & Decreta, ſeù Conſtitutiones Papales. Conſequentia patet, quoniam maior vis eſt Decretorũ Papalium, max imè quando ſunt pœnales in vtroque foro, quam ſimplicis præcepti. ergo.

DOCT. ALLEG.

6 *Auctores ſunt noſtrę aſſertionis Baſilius Poncius, lib. 5. de matrim. cap. 7. n. 2. Bertus, in expoſit. bullæ Clementis 8. de largitio. munerum, par. 7. principali. Sigiſmun. dub. 56. numer. 2. de elect. Puteanus, in 2. 2. D. Thom. q. 95. art. 3. dub. vnic. col. 2.*

Cc *Gra-*

Granado in p.2. D.Tho. controu.7.tract. 3.p.1.diſp.7.numer.3. Diana, p.1.tract. 10.de legibus, reſolut.1.& 3.in fine. & p.4.tract.4. reſolut.127. ad finẽ. Caſtro Palaus, tom.1.tract.3.diſp.1. puncto 12. num.2 & punct.13. num.3. Taſſonus in pragm.de antifatio, verſ.13.obſer.2.nu. 20. Vaſquez, in p.2. D.Thom. tom.2.diſp. 156.cap.5.num.36. Malderus, in p.2. D. Tho. q.90. art.3. dub.2. Suarez, de legib. lib.3.cap.19.& lib.4.c.16. Lorca, in p.2. D.Tho. tract.de legibus, diſp.20. fol.mihi 445. Megala, p.2. promptuar.verb.electio num.36. & alij allegandi.

CONCL. II.

6 Ad Papalium conſtitutionum integritatem, minimè de ſubſtantia exigitur, vt vſu, & moribus à Regularibus approbentur, & vt contrarijs actibus, eiſdem decretis Pontificijs non contraueniatur.

Probatur pars 1. quoniam, eo ipſo, quò conſtitutiones Papales, promulgatæ ſunt, habentur pro effectuatis, & vſu receptis, & numquam tolli poſſunt per non vſum. ergo.

Secunda pars vero probatur etiam, quia Papę auctoritas non eſt ab homine, c. nouit. de iudic. & c. conſequens. 11. diſt. ergo eius conſtitutionib. non licet inferioribus ſine eius permiſſione contrauenire.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent concluſionẽ cũ ſuis approbationib. Panor.in c.vlt.n.4.verſ.vnde ibi, de tregua, & pace. Felin.in c.1.n.6.verſ.lex noua, de tregua & pace, et n.13. col.pen.ver. benefacit. Rot.deciſ.197.n.3.p.1.in recẽt. et deciſ.221.n.4.& 5.ibid.& dec.213. nu.1. Sigiſ. vbi ſup. Iaſon, qui teſtatur de communi, in l.de quib.n.3.ff.de legib. Alex. conſ.136.n.19.lib.2. aſſerunt, numquam tolli dict.conſtitut. per non vſum; Suarez, lib.4.de legib.c.16.n.1.& ſeqq. alios conſutans, et cæteri n.5.dicti. Rota, deciſ.10. de conſuet.in antiq.& prępoſitus, c.in iſtis §.leges, n.3.verſ.niſi dato conſenſu Papæ.*

CONCL. III.

8 Papæ Decretis, ſeù Conſtitutionib. nè dum licet inferioribus cõtrauenire ſine eius permiſſione, & expræſſa ſciẽtia; ſed nec etiã ſine illius exprẹſſo conſenſu, præſertim in caſu noſtro, in quo parum temporis ſpatium dimidiat ab innouatione, & noua publicatione præfatorum Decretorum.

Certum eſt enim tam breui temporis ſpatio non poſſe induci conſuetudinem rationabilẽ legitimè præſcriptam, iuxta terminos, c.fin. vbi gloſſa, & Doctores de conſuetud.

DOCT. ALLEG.

9 *Amplectuntur aſſertionem Franchus, in cap.cum de beneficio, nu.4.de prabend. in 6.cũ alijs ibi ab eo relatis, Archid.ibid. n.2.verſ.nè mireris, quos ſequitur Rota, d. deciſ.221.n.5.p.1.in recent. Sigiſm.n.4. dub.56.de elect.& alij.*

CONCL. IV.

10 Pœnæ, quibus ſubornantes in Regulariũ electione, afficiuntur, præter relatas, ex Decreto Clementis Octaui, numer.1. ſunt aliæ, contra eoſdem inflictæ, donis, & muneribus, per aliã

con-

conſtitutionem d. Clementis 8. cuius Rubrica eſt de largitione munerum, vtriuſq; ſexus, Regularib. interdicta.

In qua, §. 16. hæc habentur. Quòd ſi quis, ex ſupradictis Regularib. vtriuſlibet ſexus, cuiuſcunq; gradus, ordinis, &c. noſtrarũ huiuſmodi prohibitionũ tranſgreſſor fuerit, ſtatuimus, vt omnib. & ſingulis per eũ obtentis dignitatibus, gradib. muneribus, & officijs, eo ipſo priuatus, ac ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuò, & incapax, ac perpetua infamia, ignominia notatus exiſtat. Et prætereà priuationem vocis actiuæ, & paſſiuę, abſque vllo ſuperioris decreto, aut miniſterio, ipſo facto incurrat.

DOCT. ALLEG.

11 *Quòd huiuſmodi conſtitutio ædita fuerit contra eos, qui ſubornant electores muneribus, ac donis tenet Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 27. art. 7. circa finem, aiens dictam conſtitutionem loqui tantummodo de donationibus gratioſis, & in ambitionis gratia factis. & conſtat vtique ex Rubrica, ſecundum quod eam Sorbus exponit, §. 2. aduertendum. & ſimiliter ex eadem conſtitutione, §. 8. vbi ſic dicitur. Itaut inter ipſos quoque Religioſos, nè praua ambitione impulſi, pro conſequendis in ſua Religione, gradibus, & dignitatibus, alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur, quæcumque largitio, aut donatio, niſi rerum minimarum, de licentia expreſſa, & in ſcriptis, ſuperiorum, ſit penitus interdicta.*

Sequitur etiam Sigiſmundus, numero 6. dub. 56. de electione, Ioannes de la Crux de priuilegi. regular. cap. 3. lib. primo. & alij.

12 In quibus relatis verbis ſunt notanda, ea, ſcilicet, *Niſi rerum Minimarum, &c.* nam videri poteſt paruũ munus non inducere ſubornationem. Conſequentia probatur, quia quæcumq; largitio, ſeù donatio eſt interdicta, excepta rerum minimarũ. ergo.

Sed dices: Nam datur paucitas materiæ in peccato ſimoniæ; itaut ſemper non ſit peccatum mortale, vt infrà dicetur: ſed ſubornatio, quæ donis, ac muneribus fit, dicitur ſimonia non purè mentalis. ergo etiam quodcumque minimum munus facit ſubornationem.

Diſtinguo: Aut enim loquitur in foro conſcientiæ, quod ſola veritate nititur, c. tua de ſponſal. Aut loquitur in foro externo, quod pręſumptionibus procedit in ſimilibus. Si primo modo, currit, & valet obiectio. ſi ſecũdo modo, dicimus, quãdo datur paruũ munus, quod votũ recipientis inclinare, vel moueri non debet, Eccleſiam Romanam non conſueuiſſe interpretari accipientem, vel donãtem, in his delinquere, c. etſi quæſtiones. de ſimon. quẽ text. præcæteris Suarez commentatur ſatis eruditè, to. 1. de Religione tract. 3. lib. 4. c. 36. nu. 10. vſque ad finem, & c. 38. n. 2. in fine.

13 Verũ enimvero, in dubiũ in pręſẽtiarum reuocari poſſet, an .ſ. præfata bulla, de largitione munerũ, liget nũc oẽs regulares ad effectũ, de quo agimus. & quidẽ certũ eſt, fuiſſe ſuo tẽpore, & legiſlatore viuente, & poſt eius mortẽ, vſu receptã, & in praxi: cæterũ an poſteà tractu temporis, fuerit inducta contraria conſuetudo, quod apud Auctores recentiores cẽſeatur, eſt nũc à nobis patefaciendũ per con-

Digitized by Google

cluſiones; Interim benignus Lector admonitus maneat, qui vſu, rerū propriæ Religionis, magis valet, quā ego, vt examinato huiuſmodi vſu Doctrinis, quę de conſuetudine à Doctorib. & præcipuè vltrà allegatos in ſuperioribus, à Mareſcotto, lib. 2. var. reſolut. c. 100. per totum, ferè, & maximè, n. 24. & aliquid à Rota, deciſ. 162. coram Gregorio 15. conſulat, ſiuè decidat, quod ſibi æquum videbitur: tamē ſemper ad memoriam habeat, cōſuetudinem, non ità, de facili induci contrariam iuri, vt Iaſon, conſ. 192. in fine, lib. 2. cum illius probatio ſit multum difficilis; Fulgoſus, conſ. 6. in fin. Decius, conſ. 215. n. 2. in fin. Aymon, conſ. 325. n. 1. & alij aſſerunt: Multa, namque, per patientiam tollerantur, quæ ſi in iudicium fuerint deducta, exigente Iuſtitia, tollerari non debent; ca. cum iam dudum, de præbend. Aymon, conſ. 96. n. 7. Rota, vbi ſup. corā Greg. 15. autumant cū alijs citandis.

CONCL. V.

14 Bulla Clementis Octaui, de munerum largitione; iuxtà probabiliorem, ac communiorem ſentētiam DD. nō eſt vſu recepta, à Regularibus, & præſertim, ſuperioribus, & in ſpecie, quo ad pœnas, in ea, contentas. at nouiſſimè fuit ab Vrbano 8. confirmata, cum aliquibus moderationib. & nos in tractatu de Regularibus, agimus.

Primo probatur, quoniā leges promulgantur, ſub tacita conditione, ſi à populo acceptētur; hoc enim videtur conforme, benignę Principum, & Legiſlatorū voluntati, nè nimis ſuis ſubditis onerosi videātur: & ſic determinatū videtur in lege de quibus, ff. de legib. vbi ità dicitur. leges, nulla alia ex cauſa, nos tenēt, quam quod iudicio populi receptæ ſunt. quæ quidē, verba, non ſolū procedunt, quoad leges Principū ſæcularium, & alios, ſed etiam quo ad leges Papales, vt autumant Azor, p. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. inſtitut. moral. Becanus, in ſumma Theolog. p. 2. tract. 3. c. 6. q. 8. n. 2. Reginald. to. 1. lib. 13. c. 16. num. 60. Villalobos, in ſumma, tom. 1. tract. 2. dub. 16. nu. 6. & alij infra nominandi.

Quia ità volūtas eius interpetratur, vt quādo diù lex ipſius nō eſt à populo recepta, velit obligationē eius ſuſpendi, nè detur peccandi occaſio.

15 Secūdo; nā & D. Pauli. 2. Corint. c. 13. verbis deducitur, dicētis, Chriſtū Dominum dediſſe hanc poteſtatem Prælatis Eccleſiæ, nō in deſtructionē, ſed in ædificationē ergo præſumendū eſt prelatos nō velle vti ſua poteſtate cōtra communem populorū cōſenſum, hoc enim eſſet vti in deſtructionem; non in ædificationem. Lex autem tūc dicitur nō vſu recepta, quando maior pars populi, ſeù Regularium, ad rem noſtrā, proſequitur facere, quod facere conſueuerat ante legis promulgationē, vt aiunt infra allegādi Script.

DOCT. ALLEG.

16 *Noſtram præfatam concluſionem docent abſolutè Stephanus Gratianus in ſuis diſceptationibus forenſ. tom. 2. c. 202. nu. 17. Megala, p. 2. lib. 2. c. 27. q. 3. num. 65. & conſil. 33. numer. 17. Azor, Becanus, vbi ſuprà cum Villalobo. Leſsius, de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 22. dub. 13. numero 98. Diana, par. prima, tract. 6. reſol. 1. &*

& tract. 10. de legibus reſolut. 3. Homobonus de Bonis, de caſ. reſer. p. 3. cap. 3. & in exameron. Epiſc. p. 1. tract. 7. ca. 30. qu. 123. Victorellus, in Notis ad manuale Nauarr. cap. 18. n. 105. Tannerus in 2. 2. D. Tho. diſp. 6. q. 3. dub. 4. n. 207. Scortia in conſt. Pont. Epit. 159. Theorem. 399. Peyrinus, de Relig. ſub to. 1. ca. 2. q. 2. §. 6. Ioannes Valerus, verb. munera, nu. 106. ſic ait. Nota, hanc conſtitutionem, non ſolum debere legi quot annis in capitulis Monaſteriorum, ſed etiam eſſe exarandam, atque ſcribendam in libris quorumcumque ſtatutorum ipſarum Religionum, quod non video obſeruari ſicut nec omnes formas præſcriptas, nec pœnarum inflictiones, ita ille qui eſt Cartuſianus, & alij multi nom.

CONCL. VI.

17 Bulla præfata, de largitione munerum, ſi apud aliquas Religiones, eſt vſu recepta, & in ſuo manet robore, quo ad obſeruantiam, tunc tenentur Regulares illius Religionis, ad eius obſeruantiam.

18 Vnde refert Ioannes de la Crux, lib. 1. de priuil. regul. ca. 3. ante finem, de hac lege Bullæ, fuiſſe ſupplicatum, non tamen fuit à Papa Clemente cõditore ſupplicatio admiſſa, & in ordine Prędicatorum, in c. generali Romę 1601. celebrato, intimata, ac denunciata fuit & diſt. 2. c. 11. de viſitatorib. n. 2. litt. A. in Declarationibus, conſt. eiuſdem ord. Prædicatorũ, ſic dicitur.

Romæ 1580. ordinatum, ac ſtrictè præceptum eſt omnibus prælatis, & viſitatoribus ordinis noſtri, nè vel pecuniam, vel pretioſa munera à fratribus, vel ſororibus, accipiant, maximè vero ab ijs, qui aut gratiã, aut iuſtitiã ab eis expectant; ſed obſeruetur ab illis conſtitutio Clemen. 8. de largitione munerũ: cõtra hoc facientes autẽ, auctoritate ordinis, priuamus eos largitis munerib. quę diuino cultui quæcumq; fuerint, harũ ſerie applicamus. Declarantes tales prę latos in crimen proprietatis incurriſſe, & pęnis à Sac. Tridentino Concilio, & à noſtris cõſtitutionibus ſtatutis, ſubiectos eſſe, præter alias pœnas, quæ in cõſtitutione Clementis Octaui continentur.

CONCL. VII.

19 Bulla alia extat Clementis 8. contra fratres ord. B. Marię de mõte Carmelo, ædita 1593. 21. Maij, incipit, quoniam nemo, & alia eiuſdem Papæ ædita 1596. 3. Septembris, incipit, ambitioſã honorũ: contra Monachos Congregationis Camaldulenſis, qui pactis, pollicitationibus, palã, vel occultè procurauerint obtinere, &c. ſimiliter eiuſdem, cõtra fratres Cruciferorum ord. ædita 1604. 23. Iulij, incipit, quoniã nemo, & eſt eiuſdẽ tenoris. Item bulla, cũ nihil magis, Gregorij 13. ampliata à Clemente Octauo, per Bullam, Religioſos viros; & roboratam à Paulo V. per Bullam, Admonemur paſtoralis, æditam 1608. 7. Ianuarij contra Patres ord. Prædic. Similiter eſt alia cõtra fratres Eremitas. D. Hyeronimi congregationis B. Petri de Piſis ædita 1600. 23. Decemb. Clementis Octaui, incipit, Ambitioſam honorum. & alia Pauli V. eiuſdẽ tenoris, incipit, quoniam nemo, ædita 1616. 27. Auguſti, contra Celeſtinos, Congregationis D. Benedicti. Item alia contra Benedictinos nigros,

rationem, nec in pœnis motus proprij de largitione munerum diſpenſare poterunt. Cum tranſgreſſor illius legis, aliàs etiam prohibita, quia mala, ſit peior Adulterio.

DOCT. ALLEG.

27 *Aſſertores huius concluſionis ſunt magiſter Sotus, apud Rodriquez, tom. 1. qq. regul. q. 24. circa med. quem ipſe ſequitur, Ioann. de la Crux, lib. 1. priu. regu. c. 6. dub. 15. verſ. ex dictis ſequitur, poſt 6. concluſionem. Sigiſmundus, dub. 56. n. 11. §. de ſubornatione, & alij allegandi.*

DISPVTATIO II.

De Simonia, ac pactis Simoniacis, & Conuentionibus inter Electores in Canonica Electione occurrentibus, quæ nullam Canonicam electionem reddunt.

CONTROVERSIA PRIMA.

An Electores, Simoniam committant in Canonica electione, ſi aliquid temporale munus, vel à manu, ſeù à lingua, aut ab obſequio præbeant Electoribus, vt in Priorem, ſiuè in Canonicum eligantur, aut ſimilem alium honorem Eccleſiaſticum conſequantur, ſiuè ex Electoribus ſint, ſiuè non exiſtant.

1 CONCLVSIO PRIMA eſt Aiens.

2 Conſtat clarè aſſertio ex pluribus Iuribus, & præſertim, ex cap. non ſatis, & c. mandato, de Simonia, & c. 2. §. prioratus, de ſtatu Monachor. & cap. quàm pio, 1. q. 2.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt concluſio tradita à D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. & ibi à Caiet. vtrique ſatis doctè docentes quid ſignificet munus à manu, à lingua, & ab obſequio, & hoc in loco, omnes illius Expoſitores, Leſsius, de Iuſt. & Iure, ca. 35. dub. 20. Petrus Sotus de ſacram. ordin. lect. 7. verſ. quæ vero*

ro dari, Suarez, tom. 1. de Religio. lib. 4. c. 54. num. 3. Peyrinus, tom. 1. de ſubdito, quaeſt. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico primo, & cæteri omnes de communi ſententia.

CONCL. II.

4 Regularis eſt Simoniacus aliquid præſtans, ex muneribus prædictis pro aliquo officio conſequendo, nimirũ procuratoratum totius ordinis, Sacriſtiæ, & pro alijs Eccleſiaſticis rebus adipiſcendis, vt, licentia confitẽdi, prædicandi, ordines recipiendi, ſiuè à prælato, aut Epiſcopo, à caſibus reſeruatis abſoluendi & huiuſmodi.

5 Concluſio probatur Iuribus eiſdem relatis in concluſione prima. n. 2.

DOCT. ALLEG.

6 *Eſt communis Doctorum ſententia, quam docent omnes allegati Scriptores nu. 3. & cæteri omnes nominales.*

CONTROV. II.

An in electionibus, aliquod precium detur, per quod, in eis Simonia inducatur.

EXPLICATIONES.

1 IN præſentiarum enim non inquirimus de Simonia in ordine ad culpam, quia non eſt noſtri Inſtituti; ſed bene eſt diſcectatio de ſimonia in electionibus in ordine ad pœnam Eccleſiaſticam, quatenus, videlicèt, ei ſunt à Iure Eccleſiaſtico, pœnæ conſtitutæ licet quidem, nullus Simoniacus, Diuinam mulctã effugere queat. At multi ſunt Simoniaci, quibus Eccleſia nullam indicit pœnam, & de hac non eſt Controuerſia, ſed de ea alia prædicta, quæ, & Simonia punibilis dicitur à Doctoribus, & quæ in electionibus frequenter verſatur; agimus.

CONCL. I.

2 Ad incurrendam Simoniam punibilem, non dumtaxat neceſſariò debet interuenire pactum, ſeù conuentio illicita, inter emptorem, & venditorem, pro re ſpirituali, ſiue annexa ſpirituali; ſed etiam neceſſariò exigitur, vt tale pactum, ſeù conuentio illicita precij, electionem præcedat, ad hoc, vt dicatur, inducere Simoniam, aliàs numquam inducitur.

Conſtat concluſio ex ca. Artaldus 8. q. 4. & ex alijs Iuribus.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſſertionem tradunt communiter DD. in c. veniens, de teſtibus Gloſſa, in c. quam pio. verb. poſt modum 1. q. 2. Mareſcottus, lib. 2. var. reſolut. c. 35. n. 24. Decius, conſ. 118. n. 4. Puteus, deciſ. 171. nu. 9. lib. 2. Sigiſmundus, n. 1. dub. 57. § de ſimonia, de elect. Rota deciſ. 1029. num. 8. coram Card. Seraphinos, & deciſ. 166. n. 9. p. 2. in recent. & deciſ. 238. numer. 9. & deciſ. 517. numer. 11. coram Gregorio XV. & alij relati à Rota in dictis varijs deciſionibus.*

CON-

CONCL. II.

4 Eligendus, ſi electoribus diceret, ſe nõ fore ingratum; cum huiuſmodi verba generalia ſint, & nullũ arguant pactum, nullam probant ſimoniam; tamen ſapiunt, ac præſeferunt ſubornationis ſpeciem, & ideo eſſe debent aliena omninò à Religioſis.

DOCT. ALLEG.

5 *Tenent aſſertionem magiſter Sotus, de iuſt. & iure, lib. 9. q. 8. art. 5. concl. 3. Sigiſmundus, dub 57. de elect. §. de ſimonia, n. 2. & fuit dictum in vna Britonorienſi penſionis, coram Gypſio, quam allegat, & ſequitur eadem Rota, decif. 1029. numer. 9. coram Card. Seraph. & alij infrà allegandi.*

Nec dicere valet, illa verba innuere, electum non immemorem fore beneficij ſibi collati ab electoribus, & conſequẽter ſe eis obligatum agnoſcere, quia huiuſmodi obligatio non eſt ſufficiens materia, qua electus dici poſſit ſimoniacus, & ſimoniam cõſequenter, committat, vt ex dicendis mox, clarius apparebit.

CONCL. III.

6 Licet namque eligendus, ſe obligatione antidotali, quæ oritur ex virtute gratitudinis, adſtrictum agnoſcat, & deindè aliquid electorib. præbeat, vt huic obligationi ſatisfaciat, quia dixit, ſe non fore ingratum; non proptereà ſimoniam committit, nec eſt dicendus ſimoniacus, nec ſimonia, in tali caſu interuenit.

Cuius ratio eſt efficaciſſima, quoniam ſimonia requirit neceſſariò, vt ex pacto, ſeù obligatione Iuſtitiæ detur; at in huiuſmodi facto nullum pactum interuenit inter electores, & electum. ergo.

DOCT. ALLEG.

7 *Noſtram hanc aſſertionem præter relatos Doctores, num. 5. ſuſtinent Nauarrus, in ſumma, c. 23. n. 106. Couarruuias, lib. 1. var. reſolut. cap. 20. nu. 4. Leſsius, de iuſt. lib. 2. cap. 35. nu. 115. Suarez, tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 45. num. 4. & ſeqq. de religione, Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 63. art. 4. & alij.*

CONCL. IV.

8 Si eligatur quis, ea conditione, vt poſteà tales electores remunerare teneatur, ſeù, vt dicitur, recompenſare, facto huiuſmodi pacto, antè electionem, dubio procul, ſimonia erit; ſecùs vero dicendum erit, ſi poſt electionẽ fuerit factum.

Nam interuenit pactum ante electionem, quod ſimoniam inducit, ac efficit.

DOCT. ALLEG.

9 *Docent concluſionem vnanimiter Doctores omnes in ſuperioribus allati, & inſuper Romanus, conſil. 359. Petrus Gregorius Tol?ſanus, in tit. de electione, ca. 9. n. 7. Rota, decif. 1029. & alij nominales.*

CONCL. V.

10 Hoc precium, de quo hactenus dixi-

Digitized by Google

diximus, dicitur eſſe munus à manu, vel ab obſequio, aut à lingua; ſub quibus, precium ſimoniæ continetur.

Concluſio conſtat ex Canone, ſunt nonnulli. 1. q. 1. & can. Saluator, circa medium, vbi, communiter Canoniſtæ. 1. q. 3.

DOCT. ALLEG.

11 *Docetur aſſertio ſub hac tripartita diuiſione à D Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. in corpore, ad finem, quem ſunt ſequuti omnes communiter Theologi, & Canoniſtæ. Suarez, tom. 1. de religione, tract. 3. lib. 4. cap. 37. & in terminis huius materiæ, Sigiſmundus, num. 3. dub. 57. de elect. & cęteri nominales.*

CONCL. VI.

12 Munus à manu eſt pecunia, vt D. Gregorius, in can. ſunt nonnulli. 1. q. 1. inquit, & quæcumque homines in terra poſſident, quorum domini ſũt, pecunia dicitur, vt in can. totum. 1. q. 3. habetur: & ſupponitur in multis decretis de ſimonia, velut in cap. & ſi quæſtiones. cap. tua nos. cap. in tantũ, vbi de equo, de vacca, deque omnib. bonis eſt ſermo; rectè eſt ſtatuendum per munus à manu, intelligi pecuniã, & omne donum precio æſtimabile, quod datur electori, putà, equus, torques, annullus, liber, veſtis, & huiuſmodi.

Ab obſequio eſt omne obſequiũ Eccleſię præſtitum, vel Collatori, ſeù Electori, aut illorum amicis, &c.

A lingua tandem, eſt fauor, humanæ preces, laudes, commendationes, & ſimilia.

DOCT. ALLEG.

13 *Auctores, præter relatos, numer. 11. ſunt huius concluſionis, & iura citata, Azor, p. 3. lib. 12 ca. 2. q. 2 inſtit moral. Leſſius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 35. n. 115, Suarez, cap. 38. & 39. & 41. tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. Sigiſmundus, num. 4. dub. 57. de elect. & alij nominales.*

CONCL. VII.

14 Simonia committitur, quando datur munus aliquod à manu alicui, hoc pacto, ſeu hac conditione expreſſa, vel tacita, vt eligat, vel præſentet, ſeu prouideat, &c. hunc, vel illum.

Habetur in cap. nobis, cap. de Regularibus, & cap. Matthæus, de ſimonia. & eſt certiſſima apud omnes huiuſmodi aſſertio, quæ etiam ampliatur, vt ſimonia contrahatur ſi quis ex electoribus contradicens electo, pecunia accepta, etiam ab amico electi ceſſet à contradicendo, ac electus in caſu tenetur tali renunciare electioni, vt deſumitur, ex d. cap. Matthæus, de ſimonia.

DOCT. ALLEG.

15 *Edocent omnes relati Doctores in ſuperioribus, & in terminis proprijs, Toloſa. tit. de elect. cap. 9. numer. 7. Azor. par. 3. lib. 12. cap. 7. qu. 1. verſ. quæres quid dicendum, Sigiſmundus, numer. 5. vbi ſupr. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

16 Obſequium alicui præſtitũ pacto, ſeù

ſeù conditione tacita, vel expræſſa, vt eligat hunc, vel illum, eſt ſimoniacum; quod multò magis locum habet, ſi in pacto interueniat promiſſio beneficij, vt quis eligatur in priorē, Canonicum, & huiuſmodi.

Conſtat concluſio ex cap. de hoc, de ſimonia.

DOCT. ALLEG.

17 *Eſt D.Thom. 2.2.q.100.art.5.ad 2.in calce. Azor, vbi ſup. verſ. eſt itidem ſimonia. Sigiſmundi, num.6.dub.57.de electione, accæterorum nominatorum, in ſuperioribus, & al egandorum.*

CONCL. IX.

18 Electio ſimoniaca eſt, ſi quis alicui ſuffragetur cum pacto, ſeù conditione tacita, vel expræſſa, obligandi illum ad laudes, commendationes, ſeù preces fundendas, pro ſe, vel pro ſuo Agnato, vel amico, &c. apud Fratres, ſeù apud ſuperiores.

Conſtat ex cap. ordinationes. 1.q. 1.& cap. Moyſes, qu. 1. & probatur, quia electio, ſeù prouiſio, cuiuslibet beneficij Eccleſiaſtici fieri debet, non precibus, obſequijs, ac alia humana gratia, ſed gratis, ac liberè. ergo.

DOCT. ALLEG.

19 *Itâ communiter Doctores aſſerunt concluſionem, Leſsius, lib.2.de iuſt. & iure, cap.35.dub.20.num.118. Sigiſmund. vbi ſup. Suarez, cap.41.num.12. & 14. tom.1.de religio.tract.3.lib.4. Garceus de benefic.p.8.cap.1.num.120.cum alijs ab eo relatis.*

CONCL. X.

20 Præfatæ omnes aſſertiones procedunt etiam in quacumque minima materia, cum in hoc ſimoniæ peccato non attendatur paruitas materiæ, ex eo, quod rei ſpirituali plenè irrogetur iniuria, eam pretio æſtimando; Immò quò minori precio datur, eò vilius æſtimatur.

DOCT. ALLEG.

21 *Amplectuntur, præter relatos in ſuperioribus, Nauarrus, in ſumma, cap.23. num.101.circa finem, & in extrauag. de dat.pro iuſt.vel grat.notab.10.numer.20. verſ.per quæ omnia. & lib.5. conſil.52. num.3.de ſimonia, in 2.edit. Suarez, vbi ſup.c.3.n.5.& cap.38.n.2.vbi multos allegat. Hugolinus relatus, & approbatus à Sanchez in præcept. Decalogi, lib.1.ca.4. num.1. Sigiſmundus, numer.8.vbi ſupra, alijque nominales.*

22 *Sed obijci ſolet, cap. & ſi quæſtiones, de ſimonia; ſed in eo textu non dicitur paruum munus non ſufficere ad ſimoniam ſi pro precio detur; ſed dicitur quando datur paruum munus, & non conſtat datum eſſe pro precio; tunc Eccleſiam Romanam non conſueuiſſe interpretari accipientem in his, vel donantem, delinquere, vt benè Suarez vbi ſupra cap.36.num.10. et cap.38. num.2. docet.*

CON-

CONTROV. III.

An Electores inter ſe conuenietes, vt vnus eorum, in vna electione, putà, Prioratus, Guardianatus, Prouincialatus, Generalatus, Canonicatus, vbi ſuffragetur, & alius alteri, in alia, Simonia committatur.

EXPLICATIONES.

1 SEorsùm placuit hanc diſcutere materiam, quia ſæpiſſimè in electionibus Regularium, ac Canonicorum, pacta, ac conuentiones inter Electores contingere ſolent inter electores, anhelantes Fratrẽ germanum, aut nepotem, ſeù conſanguineum, & affinem, ſiue amicum, ad gradum dignitatis, Prioratus, Prouincialatus, Canonicatus, & huiuſmodi, promouere, ac eligere, clàm inter ſe conuenientes, cum reciproco pacto, vt ſi in vna electione ſuffragetur germano ſuo, in alia ſuffragium præſtabit nepoti, aut amico ſuo, &c.

Atque ſic inito pacto, ad electionem deuenitur, & iuxtà pactum, & cõuentionem factam, eligitur germanus, aut affinis, ſeù amicus electoris in Priorem, ſeù Prouincialem, vel Generalem, aut Canonicum: in præſentiarum controuertitur ſi huiuſmodi electio ſit cum ſimonia celebrata. Prò cuius deciſione ſit.

CONCL. I.

2 Omnis Canonica electio, vt ſimoniaca non ſit, neceſſariò requiritur, vt gratis, & amore, ab electoribus fiat, nempè, non pretio, præmio, ſeù mercede, aliàs, eſt ſimoniaca.

Concluſio habetur in c. ordinationes. 1. q. 1. 2. 3. 4. & 5. & in cap. ſi quis obiecerit. c. Saluator. c. ex multis. c. fin. 1. q. 3. c. 1. 2. & 31. quæſt. 6. cum alijs, de ſimonia.

CONCL. II.

3 Omnis Canonica electio, præterea, vt ſimoniaca non ſit, neceſſe eſt, vt ab electoribus liberè celebretur, videlicet, abſq; pacto, modo, ſeù conditione, aliàs eſt ſimoniaca, & ipſo facto nulla redditur.

4 Primo probatur ex cap. cum pridem, cap. cum Clerici. cap. fin. de pactis, cum alijs, & cap. quam pio. 1. q. 2. & cap. præterea, el primo de tranſactionibus, & cap. tua nos, de ſimonia, & cap. pactiones de pactis, & expreſsè, in cap. de hoc autem, de ſimonia, & ex alijs Iuribus patet.

5 Secundo probatur, ratione; Nam, in huiuſmodi conuentionibus electorum, Ius ſpirituale datur cum onere, vt aliquid fiat quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel cauſa mediata, illam habendi. ergo vera concluſio.

6 Tertio probatur præterea authore, capituli quæſitum de rerum muta-

mutatione, vbi definitur, quod ſemper continet ſimoniæ labem, rei ſpiritualis datio, pro alia ſpirituali ne pacto interueniente, ex. gr. beneficiũ pro beneficio votum, pro voto, & huiuſmodi.

7 Quarto probatur, nam ſimonia eſt non dum taxat, quando videlicet ſpirituale commutatur cum temporali, ſed etiam quando ſpirituale ſubijcitur contractui humano; in hoc præſertim ſimonia cõſiſtit; quia hæc eſt præcipua iniuria, quę rei ſpirituali fit, & propter hoc maximè debitus ordo rerum inuertitur. Nã ſicut ſpiritualia ſunt in ordine ſuperiori, ac hominẽ eleuant ad participandum, aliquo modo in eſſe diuino; ita ſi humano contractui ſubijciatur, iſte ordo inuertitur, ac ipſis indebitè homo vtens, ab vltimo fine auertitur, quia minimè in ipſum tendit, penes rerũ ſpiritualium exigentiam. hinc dixit Chriſtus Dominus cap. 10. verſ. 8. Matthæi, *Gratis accepiſtis, gratis date.* per quæ verba omnis contractus circa ſpiritualia prohibetur; ideovè in cap. pactiones, de pactis, damnatur, vt illicitum omne pactum, ac omnis conuentio circa ſpiritualia. ergo.

DOCT. ALLEG.

8 *Concluſio eſt inter Doctores omnes, vniuerſalis. & eam docet in ſpecie, D. Tho. quodlib. 8. art. 11. Caiet. in ſum. verb. ſimonia, verb. circa, 3. Syluestr. verb. ſimonia, q. 13. dico, 4. Nauarr. in ſum. c. 23. nu. 10. verſ. 2. quodduplex, & de datis, & promiſſis, n. 22. & conſil. 32. de ſimon. Armilla, verb. ſimonia, num. 24. Tabiena, eod. verb. q. 45. num. 46. Lopez, par. 1. cap. 299. Riccard. in 4. diſt. 25. art. 3. q. 1. ad primum; Petrus Nauarr. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 386. Suarez, tom. 1. de Religione, tract. 3. de ſimonia, lib. 4. cap. 44. num. 8. 9. & 20. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 63. ar. 4. eius Nepos, reſolut. 129. num. 3. Villalobos, p. 2. ſum. tract. 37. verſ. difficul. 24. num. 1. Portel. in dub. regul. verb. ſimonia, num. 1. Peregrin. p. 3. cap. 1. lit. I. §. 2. verſ. 6. & 7. ad Theatinas Conſtitutiones, Paſqualigus in ſuis moralibus deciſ. 224. Diana, p. 3. tract. 2. de dub. regul. reſolut. 125. & p. 4. tract. 4. miſcellan. reſolut. 150. Peyrinus, to. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico, 2. Angelus, verb. ſimonia, 3. num. 3. Reginaldus, in ſua praxi lib. 23. num. 244. verſ. quintum eſt, Vega, p. 2. ſum. c. 101. caſ. 12. Probus ad Monachum, in cap. cum nullus, de tempore ordin. in 6. num. 20. Rebuffus, in praxi, tit. requiſita ad collationem, num. 2. & in concordia, titu. de collatione, in rubrica, verſ. ad 12. Corraſius, de benefic. part. 1. cap. 2. ad finem, & par. 4. capitulo 1. numero 2. Ioannes Nicolaus Gimon, in Encheridion Beneficij, tit. 2. capitulo 3. numero 46. Garceus, parte 7. de benefic. capitulo 1. numero 1. Petrus Pecheus, in regulà benefic. in 6. numero 27. Pariſius, de reſignat. beneficiorum, lib. 8. qu, 8. numero 28. Ugolinus, de ſimonia, tabula 1. de genere ſimoniæ, capitulo 8. §. 3. Cecchus de benefic. penſion. capitulo 1. numero 3. Mandoſius, conſil. 8. Rota, in Calaguritana beneficij, 1587. & cæteri omnes de communi ſententia.*

CONCL. III.

9 Qui in canonica electione, prædicto modo ſimoniacè electi fuere, & hoc poſtea ſcientes, ſub culpa lethali, ſtatim tenentur huiuſmodi dignitates, Regulares, & honores canonicatuum renunciare, & cætera officia inferiora adepta, per canonicam electionem.

Concluſio eiſdem probatur rationib. quibus eſt ſecunda aſſertio probata.

DOCT. ALLEG.

10 *Allegantur omnes Doctores pro hac aſſertione, qui relati ſunt, n.8. & cæteri nominales ſcriptores, vt de communi opinione.*

CONCL. IV.

11 Inter electores, quotieſcunque pactum reciprocum, antè electionem factum, clam, fuerit, vt vnus illorum in vna electione ſuffragetur vni, & alius alteri, in alia, dubio procul, ſimoniaca eſt electio.

Probatur, in primis concluſio ex iuribus allegatis, in prima, & ſecunda aſſertione.

Secundo ſuadetur ratione; nam pactū eſt duorum, in idem conſenſus, l. 1. ff. de pactis; ſed electores inter ſe cōuenientes, vt vnus eorum, in vna electione ſuffragetur vni; .ſ. Germano, aut affini, ſeu amico meo, & alius alteri ideſt Nepoti, &c. pactū interuenit reale reciprocum inter eos, ergo committitur ſimonia.

12 Tertio probatur, quia id Eccleſia, veluti, ſimoniā prohibet, & meritò quidem; nam in huiuſmodi facti cōtingentia, ius ſpirituale datur, cum pacto, & conditione, vt electio ab vtraque parte fiat electorum, pro mercede ſpiritualis rei, cauſa principali immediata, illud beneficium, putà, Prioratus, Prouincialatus, Generalatus, Canonicatus, & huiuſmodi, habendi, quod *in cap. ſicut 3. q. 1. cap. nō ſatis, de ſimonia, & cap. quam pio, 1. q. 2. & cap. final. de pactis, & cap. 14. ſeſſ. 24. de reformat. Concil. Trident. prohibetur, ergo.*

DOCT. ALLEG.

13 *Eſt D. Th. concluſio, quodlib. 8. art. 11. Syluest. ver. ſimonia, q. 13. §. 4. Tabienæ, ver. ſimonia, nu. 51. Caietani, in ſum. ver. ſimonia, §. circa, 3. in calce, Nauar. in ſum. c. 23. n. 100. verſ. 2. vbi ait ad rem noſtram. Nam cum quis ſuffragatur cuipiam, in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri, eſt ſimonia, ſecundum Raymundum, quem ſequuntur Ang. verſ. ſimo. 3. §. Syluest. verb. ſimonia, q. 13. §. 4. hæc ille, & idem autumat, conſil. 21. de ſimo. Rodriq. to. 3. qq. regul. q. 63. ar. 4. Hieron. Rodriq. eius Nepotis. in qq. enucleatis, reſol. 129. n. 3. Diana, p. 3. tract. 2. de regul. reſolut. 125. Sigiſ. dub. 57. n. 6. de elect. §. de ſimonia, Suarez, to. 1. de relig. lib. 4. c. 44. n. 3. & ſeqq. Villalobos, to. 1. ſum. tra. 37. difficult. 24. n. 1. Sà, in aphor. verb. ſimonia, verſ. Item ſi electores. Rebuffi, §. 2. verb. ſimoniacis de electio. de rogatione, Selua, de benefic. p. 1. q. 7. n. 64. Toloſani, tit. de elect. c. 9. n. 7. Azor. p. 3. lib. 12. c. 2. q. 3. & aliorum.*

CON-

CONCL. V.

14 Licet namq; verba generalia prolata ab eligendo, electoribus, nimirũ ſe non fore in gratum, vel dicendo, præbete tali, N. ſuffragium veſtrum, ac vobis de re aliqua prouidebitur, & ſimilia, ſimonia minimè committatur iuxta dicta in ſuperiori controu. Nihilhoſecius, tales oblationes, multum ſapiunt ſubornationis ſpeciem, ac præſeferunt, & proterea radicitus ſunt à cordibus Religioſis euellendæ, ac penitus tollendæ atque minime proferendæ.

DOCT. ALLEG.

15 *Pro hac aſſertione allegantur omnes recẽtiores ſcriptores, nuper citati, vt in ſpecie, Suarez, Villalobos, Diana, Hienymus Rodriq. & alij, in d. locis.*

CONCL. VI.

16 Ex electoribus, ſi quis diceret, elige tu ex. gr. me, aut Nepotem meũ, in Priorem, ſeu Prouincialẽ, aut Canonicum, & ego eligam te, vel tuum affinem, aut amicum tuum in Priorem, Prouincialem, & huiuſmodi; eſſet electio ſimoniaca proculdubio.

DOCT. ALLEG.

17 *Sic habent Rebuffus, §. 1. verb. ſimoniacis, de electio. derogatione in concordia, Selua de benefic. p. 1. q. 7. num. 64. Toloſanus, tit. de elect. cap. 9. numer. 7. Angelus, verb. ſimonia, 3. §. 3. Syluestr. ibid. q. 13. num. 4. Nauarrus, cap. 23. n. 100. §. 2. quod duplex in manuali, Rodriq. tom. 3. q. 63. art. 4. in qq. regul. in fine, Emanuel Sà, in aphor. ver. ſimonia num. 3. Suarez, to. 1. de religio. lib. 4. c. 31. n. 13. & 14. & cap. 39. n. 13. & 14. Sigiſ. n. 6. dub. 57. §. de ſimonia, in tra. de electio. Azor, vbi ſupra, q. 3. & alij nominales.*

CONCL. VII.

18 Simoniæ vitio, illa electio, etiam minimè caret, ſi aliquis ex electoribus diceret; Numquam me ex. gr. viuente, Prior fiet Frater Titius, niſi fiat Pater Frater Caius, pro quo ego rogaui.

DOCT. ALLEG.

19 *Auctores huius aſſertionis ſunt omnes DD. n. 11. allegati, & in ſpecie eam docuit Syluest. ver. ſimonia, q. 13. §. 4. n. 13. inquiens.*

Si dicunt ſibi aliqui canonici maiores canonizzemus nepotulos noſtros, placeat ſibi de meo, & placebit mihi de tuo, vel ſi dicat aliquis, nunquam me viuente fiet canonicus in iſta Eccleſia, niſi fiet talis, prò quo rogaui. ſecundum Raymundum, in vtroque caſu ſimonia eſt primo qu. 2. quam pio. ille.

CONCL. VIII.

20 Aliquis ex electoribus ſi alteri dicat, tu es exauditus in vna electione, purà, Sigiſmun. Fratris, ego quoque ex audiri debeo in Ioannis Fratris, electione, ſi præces ſunt ſpirituales non eſt ſimonia, ſi vero electores,

ſunt Cardinales, vel pacto facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Secus vero eſſet dicendum, ſi eſſet conſuetudo, quod exaudito vno, in vna electione, alter exaudiatur in alia.
Nam poſſet petere, illam cõſuetudinẽ ſeruare, diſt. 63. quia igitur, & de cõſtitutionibus, cum omnes.

DOCT. ALLEG.

21 *Concluſionem edocet idem Syluestr. vbi ſupra inquiens. Si vero vnus dicat alteri, tu exauditus fuiſti in vna petitione, ego exaudiri debeo in alia ſecundum eundem, ſcilicet Raymũdus, ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia, diſtin. 63. quia ſancta. Si vero ſunt Cardinales, vel ex pacto, quondam facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Si etiam eſſet conſuetudo, quod exaudito vno, alter exaudiatur, petere poſſet, illam conſuetudinẽ ſeruare, argument. diſt. 63. quia igitur, & de conſtitutionibus, cap. cum omnes. ille. quem Azor, Sigiſmun. cũ alijs allegatis, vbi ſupra ſunt ſequuti, & alij nominales.*

22 Ratio, autem prædictarum omnium aſſertionum eſt, quoniam huiuſmodi, tamquam ſimoniaca ab Eccleſia vetantur, & meritò; nam in omnibus, his datur, vel relinquitur jus ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid pro prætio quaſi rei ſpiritualis, vel cauſa principali immediata eam habendi; quod prohibetur *in cap. ſicut 3. & cap. non ſatis, de ſimonia, can. quam pio, 1. q. 2. capit. final. de pactis, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 24. de reform. cap. 14.*

CONTROV. IV.

An electio ſimoniacè celebrata, inualida ſit, ac irrita ipſo iure.

EXPLICATIONES.

1 A Doctoribus communiter, cũ ſimonia diuidatur in mentalem, conuentionalem, & realẽ, prius, à nobis eſt declarandum quid per vnamquamque earum intelligendũ ſit, vt indè etiã clarius, ac diſtinctius reſpondeamus ad propoſitam controuerſiam.

2 Simonia ergo mentalis, adhuc, duplex eſt, vna, nimirum, purè mentalis, & eſt illa, in qua, neque iniqua voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum exprimitur, neque quicquam exterius recipitur, aut datur.

Simonia altera non purè mentalis eſt propoſitum internum, quoquis dũ confert alteri ſpirituale intendit illum obligare ad reddendum temporale, vel è contra, dum confert tẽporale intendit obligare ad reddendũ ſpirituale, ſine vllo, tamen pacto externo, qualis, quidem explanatio deſumitur, *ex capit. tua nos, & cap. final. de ſimonia, & communiter traditur à Doctoribus, vt ab Azorio. p. 3. lib. 12. capit. 2. q. 1. verſ. nos vero. Valentia, to. 3. diſput. 6. q. 16. punct. 5. verſ. primò, enim Suarez, tom. 1. de religio. tra. 3. lib. 4. capitul. 41. numero 3. Leſsio, lib. 2. cap. 35. num. 35. de iuſtit. & iure,*

Si-

Sigiſmundo, dub. 58. num. 2. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 10. n. 429.

3 Simonia conuentionalis eſt, & ipſa duplex, videlicet, purè conuentionalis, & conuentionalis mixta. Primo modo eſt quando exprimitur quidem, verbo, aut ſigno, vel nutu, &c. voluntas iniqua emẽdi, vel vendendi ſpirituale; ſed non peruenitur ad actum exteriorem dandi, vel recipiendi; quarè vtraque conſiſtit tantum in promiſſione. Secundo modo eſt, quando ex vna ſolum parte deuenitur ad actum exteriorem dandi, vel recipiendi: ex altera, vero, non.

Et in præſentiarum eſt ſciendum, nihil referre, preſertim, ad effectum de quo agimus, an detur ſpirituale, & promittatur temporale; quia, numquam eſt niſi ſimonia conuentionalis, vt bene adnotauit *Nauar. cap. 23. n. 103. ſum. Vgolinus, de cenſur. tabu. 3. c. 5. Azor, Valent. Leſs. Reginal. Sigiſm. vbi ſup. & alij.*

4 Simonia realis, deniq; eſt quando ex vtraq; parte completum eſt pactũ id eſt, quando vltra conuentionẽ, & pactum, ſiuè expræſſum, ſiuè tacitum tam ſpirituale, quam temporale datum, ac acceptum eſt, & in hoc omnes conueniunt relati DD. & *Rot. deciſ. 405. p. 1. diuerſ. quam refert, ac ſequitur Gonzales ſupra regul. 8. Cancel. gloſſa, 15. n. 69. his præmiſsis ſit.*

CONCL. I.

5 Simonia mentalis, vt ſimonia eſt, licet peccatum mortale ſit, attamen minimè electionem factam per ſimoniam, inquam, pure mentalem, annullat, & inualidam reddit, nec ſimoniacus purè mentalis tenetur ad reſignationem, vel reſtitutionem. Conſtat ex cap. final. de ſimonia, vbi Doctores, de communi.

DOCT. ALLEG.

6 *Autumant aſſertionem Garc. de benefic. p. 8. c. 1. n. 45. vſq, ad n. 54. vbi multis cumulatis cum Rota, teſtatur, de cõmuni, ac refellit openiones, & obiectiones contrarias, Sigiſm. n. 5. dub. 58. de elect. §. de ſimon. & relati omnes, ſupra Doctores.*

Simonia, vero non purè mentalis, cũ ſit quoddam genus ſubornationis, inducit, equidem, nullitatem electionis, per Conſtitutionem Clementis Octaui, de largitione munerum, de qua egimus materia in ſuperioribus.

CONCL. II.

7 In cenſuras, inhabilitates, vel priuationes, ſi quæ ſunt latas contra ſimoniacos, non incurritur per ſimoniã purè conuentionalem, & mixtam, ipſo iure.

DOCT. ALLEG.

8 *Concluſio eſt communis Theologorum, & Iuriſtarum teſte Suarez, to. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. cap. 55. n. 12. vſque ad 16. & cap. 57. adducens ſtylum curiæ, et conſuetudinem, Sigiſmundo, vbi ſupra, n. 6. cum alijs.*

CONCL. III.

9 Simonia, ſiue conuentionalis, ſiue realis, repellit ſimoniacum ab aſſequutione beneficij, non dum obtenti, & reddere inhabilem non ſolum ad illud, ſuper quo facta eſt conuentio, verum etiam ad alia obtinenda, non quidem, ipſo iure, ſed per Iudicis ſẽtentiam.

Et licèt contra ſimoniacos reales, extet Bulla Pij V. ędita, 1567. 1. Aprilis, in qua ipſo iure inhabilitantur ſimoniaci reales; nihilhominus, in foro conſcientiæ talis pæna non eſt vſu recepta, & eſt derogatum contraria conſuetudine dictæ Bullæ, in hac parte, vt ſcilicet non incurratur dicta pæna ſaltem ante ſẽtẽtiã declaratoriam, prout Doctores, mox citandi, aſſerunt.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt docentes concluſionem Biax, in directorio elect. p. 2. cap. 28. Caſſadorus, deciſ. 5. de conſtit. Sarnenſ. de triennali, q. 12. in fine, Zerola, in praxi Epiſc. p. 1. verb. ſimonia, §. 9. Nauar. in repet. cap. fin. num. 28, de ſimonia, & in cap. ſi quando, except. 4. de reſcript. & cap. 23 num. 103. ſumma, & in varijs conſilijs de ſimonia, Gonzalez, pluribus, relatis, ad regulam 8. cancellariæ, gloſſa, 15 nu. 79. Rota, deciſ. 83. lib. 1. & deciſ. 145. 190. lib. 3. diuerſ. p. 3. diuerſ. & alibi ſæpiſſime, Sigiſm. dub. 58. n. 7. de elec. §. de ſimonia, Suarez, to. 1. de relig. tra. 3. lib. 4. cap. 58. n. 11, & cap. 61. num. 11. Garceus, de benefic. p. 8. cap. 1. n. 71. alijque nominales recentiores.*

CONCL. IV.

11 Electio omnis, ſiue prouiſio, nominatio, inſtitutio, vel collatio, qua quis ad beneficium Eccleſiaſticum, per realem ſimoniam aſſumitur, eſt ipſo iure nulla, ac inanis, & conſequenter, huiuſmodi ſic electus ſimoniacè, vel prouiſus, nominatus, inſtitutus, &c. priuatur ipſo iure beneficijs, ità vt impetrari non poſſit, etiã abſq; alia Iudicis declaratione, quæ poſt impetrationem fieri poſſet, & perpetuò inhabilis redditur ad omnia alia, ſinè ſpeciali gratia Sedis Apoſtolicę habilitatus, & ipſo iure eſt excommunicatus.

Sic enim habetur in extrauaganti Martini V. quæ incipit, Multæ, in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 43. de ſimonia, & alia extrauag. eiuſdẽ Papæ, cuius initium, damnabile, & in extrauaganti, inter cõmunes in Clementinis, quæ incipit. Cùm deteſtabile, de ſimonia, & in cap. ea; quæ cum alijs 1. q. 3. & cap. cum Clericis ibi, ſpolietis, de pactis.

DOCT. ALLEG.

12 *Communiſſima eſt concluſio inter omnes Doctores, nemine contradicente, quam amplectuntur Azor, p. 3. cap. 20 q. 8. lib. 12. tom. 3. inſtit. moral. Sigiſ. num. 8. vbi ſupra Canoniſtæ omnes, & præcipuè Felinus in cap. inſinuatum, n. 5. & in cap. de ſimoniace, nu. 6. de ſimonia. Rebuffus, in praxi, tit. de ſimonia, reſignat. num. 7. & ſeqq. Quaranta, in ſumma Bullarij, titul. ſimonia, in addit. & allegat Rotam. Gonzalez, ad regul.*

gul.8. Cancell.gloſſa.15.n.69. Mareſcottus,lib.2.var.reſolut.cap.35.nu.11. & ſeqq. Suarez,vbi ſupra,cap.57.nu. 22. Abbas, in cap.cum Clerici Corraſius,3.p.cap.vlt.n.13 & p.4.cap.1.n. 2. Garceus,p.7.de benefic.cap.1.num.5. & alij Doctores, in ſuperioribus relati.

ASSERTIONIS INTELLECTVS.

13 Huiuſmodi autem aſſertio tantũmodo procedit in priuatione illorũ beneficiorum, ſuper quibus ſimonia verſata fuit, non vero in alijs, ſuper quibus non fuit verſata, & ita procedit extrauagans, cum deteſtabilem, de ſimonia, vt affirmant Felinus, Paris, & alij à Rota relati, deciſ. 411. p. 3. diuerſ. & approbati, & à Suarez, vbi ſupra cap.58. per totum, vbi de communi Canoniſtarum ſententia, Nauarrus etiam vbi ſupra, & alij. Quicquid Garceus, vbi ſupra cap.1. à nu.26. vſque ad 40. in merito dicat & deciſiones Rotę, quas nu. 33. adducit, pro nobis faciunt, vt videre eſt.

CONCL. V.

14 Præfata concluſio eſt intelligenda, tam de ſimoniaco occulto reali, quã notorio, ex verbis dictæ ſtrauagantis cum deteſtabile, ibi, *tam manifeſtum quam occultum.*

DOCT. ALLEG.

15 *Sequuntur concluſionem, Rebuffus,n. 12. vbi ſupra relatus, num. 12 Sigiſm. num.10. dub.58. de elect. Selua, de benefic.p.3.q.2.num,58. Suarez, vbi ſupra, ca.57. num.27. Mareſcottus,num.12. loco dicto num.12. Caſſadorus,deciſ.5.n. 1. tit.de ſimonia, Couarruuias,in regula peccatum,p.2.cap.8.num. 8. Caputaq; deciſ.201.p.1.& deciſ.238.p.5. Rodriquez, in ſumma,p.2.cap.56.nn.16. Nauarr.in cap.ſi quando,in except.4. de reſcript. Diaz, in praxi crim.ca.91. ad finem, & ibi Ignatius, de Salcedo, Additionator, ſub litt. D. Rodoanus in tract.de ſimonia,p.4.cap.9.num.30.& part.3.cap.9.num.10. Gonz alez, ad 8. regul.Cancell.gloſſa,15.num. 69. Gutierez, in qq.Cano.q.9.nu.15.p.1. Rota, deciſ.405.p.1.diuerſ. Leſsius,lib.2 de iuſt.& iure,cap.35. de ſimonia, dub. 25.n.4.& alij multi.*

CONCL. VI.

16 Eadem aſſertio 4. procedit, quamuis, ſimonia commiſſa fuiſſet cũ vno ſolo, ex multis electoribus, quorum maior pars, aliàs, eundem etiam elegiſſet, in foro fori, ſecus vero in foro poli, ſeu conſcientiæ.

Eſt deſumpta ex cap. nobis, de ſimonia, vbi Abbas, notab.1.

DOCT. ALLEG.

17 *Aiunt ita Felinus, in d. cap. nobis, de ſimonia, Panorm. num.2. de ſimonia, & in cap. cum ſuper, num. 4. de confeſſ. Rota, deciſ.516.num. 1. coram Cardin. Seraph. Nauarrus, multis allegatis, nu. 113. cap.25. ſumma, Sigiſm. num. 11, dub.58. de elect. §. de ſimonia, Garceus, d.cap.1.n.10.p.8. de benefic. & alij relati ſupra, & allegandi.*

CON-

CONCL. VII.

18 Præfata concluſio procedit præterea, etiam ſi ſimonia commiſſa eſſet cum electoribus, ignorante, tamẽ electo; aut cum amico, ſeu conſiliario electorum, vel alicuius electoris, ignorantibus, & electo, & electoribus, licet vtique electores eſſent, vel fuiſſent electuri eundem, aut etiam ſi moti fuerunt conſilio, ac interceſſione Conſiliarij, & Amici, electorũ, vel electoris particularis, non incurrit, tamen electus in excommunicationem, ſed bene efficitur inhabilis ad illud beneficium, & ad alia, & ſine diſpenſatione Papæ amplius eligi nequit, in pænam eorum, qui ſic ſimoniacè elegerunt, & nulla eſt electio, &c.

19 Concluſio patet, ex capit. ex inſinuatione, de ſimonia, & cap. nobis, eodem tit. vbi dicitur, *penitus reprobanda*, dictio enim *penitus* denotat, nullitatem ipſo iure, iuxta *Gloſſam final. in l. ſi qui Aduocatorum, C. de poſtulando, Corſettum, in ſingul. verb. penitus, Felinum, in capit. Rodulphus, de reſcript. num. 34. in cap. inſinuatum, à principio, Tiraquellum, in l. ſi vnquam verb. reuertantur, num. 96. 76. & 105. Syluestr. verb. excommunicatio, 1 num. 22. Lopez, inſtitution conſil. tom. 2. p. 2. cap. 18. & in terminis, d. cap. nobis, Coſmam, in pragmat. ſanctione, tit. de elect. cap. 1. §. deinde eligant, verb. ipſo iure, Boerium, decis. 117. num. 4. Garceum, p. 7. de benefic. n. 5. & 23. cap. 1. & alios nominales.*

DOCT. ALLEG.

20 *Auctores ſunt concl. Abbas, in c. penult. de elect. n. 2. & ibi Barbat. D. Th. 2. 2. q. 100. ar. 6. cum cæteris Theolog. Anania, in d. c. nobis, de ſimon. n. 2. & 3. Coſmas, ſup. additio, deciſ. capella Toleſana, 439. n. 3. Caſſad. deciſ. 3. n. 3. de ſequeſtra. poſſ. Sarnenſis, in regula triennali, q. 12. verſ. & iſta, qui refert, eſſe Rot. ſequutã in vna Meſſanenſi capella, de anno 1536. corã Creſcentio, deciſ. 4. de ſimo. & deciſ. 191. n. 5. p. 1. diuerſ. & eſt apud Farinac. deciſ. 9. n. 7. Carc. n. 6. & 9. p. 7. c. 1. de benefic. Vega in ſum. p. 2. c. 101. caſu 33. Leſſ. lib. 2. de iuſt. et iure, c. 35. n. 142. du. 25. Suarez, to. 1. de relig. tr. 3. lib. 4. c. 57. n. 35. Raff. della Torre, to. 2. tra. de religio. q. 100. ar. 6. diſp. 5. pag. 798. Currie. qq. canon. lib. 2. c. 23. n. 24. & Rota, in vna Caurienſi Canonic. 10. Maij 1581. corã Seraph. Card. Farin. deciſ. 22. Sigiſm. de elect. dub. 58. §. de ſimo. n. 12. & 13. Sum. Corona, p. 3. tract. de ſimo. nu. 30. Gloſſ. & Fel. in d. c. nobis, in fine, & alij.*

CONCL. VIII.

21 Simonia realis non deſtruit electionem, & c. in qua quis pæcuniam daret occultè per fraudem, & odium vt electio de tali. N. habenda, ſit inualida, & electus inhabilis reddatur ad eam, & ad alia beneficia perpetuò, iuxta cap. nobis, & cap. ſicut tuis de ſimonia.

Cuius eſt ratio, quia nemo debet de ſua fraude commodum reportare, l. hæres meus, §. quod infra, ff. de cõditio. demonſtrat. & cap. ex tenore, de

de reſcript. & cap. vt circa, vbi Gloſſa, verb. Malitijs, de elect. in 6. & fauet regula 37. iuris, in 6. videlicet, vtile non debet per inutile vitiari: nam iure cauetur, quod ſi præcedat canonica electio non vitiatur per quamcunque confirmationem, quo quo iure, inutilem, cap. ſi confirmationem, de elect. in 6.

22 Nec procedit ſimiliter, ſi exempli gratia, tu metuens, ne quis pæcuniã, pro beneficio tibi conferendo, daret expræſſe contradixiſti, iuxta, d. cap. ſicut tuis, huiuſmodi tamen contraditio tunc nihil prodeſſet, quando, ſi ea non obſtante, ante electionem, vel collationem ſcias pæcuniam re-uera, datam eſſe, & tamen beneficiũ acceptes, &c.

DOCT. ALLEG.

23 *Omnes allegati DD. in ſuperioribus docent aſſertionẽ, & præſertim, Panor. & Felin. in c. de ſimoniace, tit. de ſimonia, Azor, p. 3. lib. 12. cap. 22. inſtitu. moral. Sigiſm. n. 14. & 15. dub. 58. de elect. Leſsius, vbi ſupra n. 143. Suarez, c. 57. n. 28. vſque ad 33. vbi ſupra Garceus, n. 8. c. 1. p. 7. de benefic. Guttierez, qq. canon. lib. 2. cap. 23. n. 16. & alij nominales.*

CONCL. IX.

24 A ſimoniaco reali non ignorante, ne dũ inhabilitatem incurri ipſo iure, ſed etiam excommunicat. iuxta d. extrauag. cum doteſtabile, & damnabile, & infamiam, poſt .ſ. Iudicis ſententiam, c. ſanè 15. q. 3. c. inquiſitionis, de accuſat. & cap. fin. 1. q. 3.

Quando vero, te ignorante eſt commiſſa ſimonia, incurris quidem inhabilitatem, & alias pænas taxatas à iure, & à relatis extrauagantibus, minimè vero in excommunicationem.

Ratio huius eſt differentiæ; nam inhabilitatem incurris, non tantum in tui pęnam, ſed etiam in aliorum pænã, qui te ſimoniacè, elegerunt, vel promouere voluerunt, cap. nobis, & ca. ſicut tuis, iuncta Gloſſa, de ſimonia. At excommunicationis vinculo non illaquearis; quia illa in ignorantem ferri non poteſt, cap. nobis, de ſimonia, vt Doctores ſtatim citandi aſſerunt.

DOCT. ALLEG.

25 *Docent Azor, p. 3. lib. 12. cap. 20. q. 6. & 7. Suarez, vbi ſup. ca. 56. n. 21. & 33. & c. 57. n. 38. Carc. vbi ſupra Rota, deciſ. 244. n. 1. coram Card. Seraph. & deciſ. 166. n. 2. p. 2. in recent. Nauarr. conſil. 60. n. 2. de ſimo. Paris, q. 24. nu. 44. Comez. q. 12. de triennali, & alij et hoc modo dicto dicimus in ignorantem non cadere ſimoniam, quantum ad cenſuras, minime, quantum ad alias pænas Leſsius, de iuſt. & iure, lib. 2. c. 35. nu. 142. & alij Sigiſmundus, n. 17. du. 58. de elect. §. de ſimonia, Abbas, in cap. ex diligenti.*

CONCL. X.

26 Ad ſimoniam realem commiſſã, dicta quarta aſſertio extenditur, in quibuſcumque dignitatibus, perſonatibus, beneficijs, Eccleſiarum officij, vel Monaſteriorum, quæ per electio-

ctionem, poſtulationem, prouiſionē ſeu quamuis aliā canonicam diſpoſitionem, aſſequuntur.

Sic enim dicitur in cap. cum deteſtabile, de ſimonia, inter communes, in Clemētinis, per electiones, vero poſtulationes, cōfirmationes, prouiſiones, ſeu quasuis, aliàs diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omninò careant in Eccleſijs, Monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, &c. ex quibus iuris verbis ſequitur ſubſequens aſſertio.

CONCL. XI.

27 Ad pœnas ſimoniæ incurrendas, ſub nomine beneficij, includuntur Priores, Guardianis, Rectores, Præpoſiti, Abbates, Prouinciales, Generales, & ſimiles. Et nulla eſt electio, in his, ſimonia occurrente, ac interueniente.

Nam omnia iſta ſunt proprijſſimè beneficia Eccleſiaſtica, de quibus, in d. extrauag. 2. cum deteſtabile, de ſimo.

DOCT. ALLEG.

28 *Ità docent Caiet. in ſumma, verb. excommunicatio, cap. 75. Sylueſt. verb. benefic. 1. q. 1. & 2. Nauarrus, in manuali, cap. 27. nu. 116. Raynerius, in catalogo cenſ. ca. 9. excommunicat. 12. Sorbus, in annotatio. ad compend. tit. ſimonia, verſ. 2. notandum, Rodriq. to. 1. qu. 20. art. 13. in princ. eius Nepos Hyeronim. Rodriq. in compend. qq. regul. reſo. 129. n. 5. Leſſius, vbi ſupra, num. 137. lib. 2. c. 35. dub. 25. Suarez, to. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. c. 57. num. 47. citans alios, & tom. 5. de cenſur. diſp. 22. ſect. 5. n. 24. & diſp. 31. ſect. 4. n. 45. Filliucius, to. 3. tract. 15. cap. 4. q. 7. num. 87. Reginaldus, tom. 2. lib. 23. cap. 12. nu. 182. Diana, part. 4. reſolut. 156. tract. 4. miſcellaneus, Tamburrinus, de iure Abbatum to. 2. diſp. 10. q. 5. n. 3. & 4. Gordonus, in ſumma, to. 2. lib. 7. q. 13. cap. 4. n. 70. Sigiſmundus, dub. 58. nu. 18. de elect. §. de ſimonia, Sanchez, in opus, to. 2. lib. 2. cap. 3. dub. 104. nu. 5. & 11. & dub. 107. n. 3. Peregrinus, in Cōſtitut. ſuæ religio. p. 3. cap. 1. lit. L. §. 2. verſ. 7. & alij Canoniſtæ, Summiſtæ, & Theclogi paſſ. el. in dubijs regul. tom. 1. verb. ſimonia, n. 5.*

CONCL. XII.

29 Sub officiorum Eccleſiaſticorum nomine, in d. extrauagan. 2. cum deteſtabile, de ſimonia, comprehenditur etiam officium Definitoratus, & conſultoriatus, ex quorum venditione non minora detrimenta ſequūtur Eccleſijs Regularibus, ſicut, & ex alijs officijs delegatis à ſuperioribus maioribus dependentibus, & venditis ab eis ſimoniacè, & iuriſdictionem haberent Eccleſiaſticam.

Probatur, nam voces illæ, d. extrauag. cum deteſtabile, ,ſ. dignitatib. perſonatib. officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, &c. ſunt accipienda in tota ſua latitudine, & proprietate, vt aiunt Suarez, Sigiſmundus, & alij, ſupra allegati.

DOCT. ALLEG.

30 *In terminis inter relatos, nuper, Doctores, tenent aſſertionem Suarez, num.*

48

48.c.57.de ſimonia, vbi ſupra Sigiſm. loco d. Peregrin. eod. loco allegato, & alij relati, & nominales.

Vnum tamen genus officij, à Doctoribus excipitur, videlicet, illud officiũ, quod ſolum eſt commiſſio pendens ex arbitrio delegãtis, quoniam non compræhendatur, ſub nulla earum diſpoſitionũ canonicarum, de quibus, in d. extrauagant. cum deteſtabile, de ſimonia, teſte Nauar. & Suarez, n. 49. vbi ſupra.

CONCL. XIII.

31 Mediatores ſimoniacæ electionis ad prælaturas, ad diffinitoratus officium, conſultoriatus, & huiuſmodi, religionum Regularium, dubioprocul, in excõmunicationem; & alias pænas taxatas, incurrunt ſimoniæ ipſo iure. DD. ALLEG.

Pro hac aſſertione allegantur omnes Doctores allegati, n. 28. pro vndecima, contra quam, & contra iſtam præſentẽ, audiendi nõ ſunt Peyrinus, de relig. ſubd. to. 1. q. 1. c. 31. §. 9. d. 21. & 24. Bonac. de ſimonia, to. 1. diſp. 1. q. 7. §. 2. nu. 4. & Barboſa, to. 3. in collect. lib. 5. extrauagant. 2. n. 9. aſſerentes, non eſſe dictas prelaturas, & officia regularia, compræhenſa in d. extrauagantibus, de ſimonia, equidẽ ſunt iſti auctores hallucinati, & toto cælo errant.

CONCL. XIV.

32 In omni electione, ſeu prouiſione nominatione, inſtitutione, poſtulatione, cõfirmatione, collatione, &c. In qua, ex. gr. Tu, quidem, ſimoniã non commiſiſti, ſed te, ſciente, & nõ cõtradicente, eſt cõmiſſa ab alio, tũ cauſa, ipſo iure, in excommunicationem incidiſti, & inhabilis euaſiſti nõ tantum ad illud beneficium obtinendum, ſed perpetuò ad omnia alia in poſterum obtinenda, ſine Sedis Apoſtolicę diſpenſatione.

Sic conſtat ex cap. nobis fuit, de ſimonia, iuncta Gloſſa, & cap. ſicut tuis, 33. de ſimonia.

DOCT. ALLEG.

33 *Eſt omnium allegatorum Doctorum in ſuperioribus aſſertio, quam vtiq, ſequitur Couar. regula, peccatum, p. 2. §. 8. n. 7. Carceus, cap. 1. p. 8. de benefic. Suarez, to. 1. de relig. lib. 4. tract. 3. ca. 58. n. 6. Leſsius, lib. 2. de iuſt. & iure, c. 35. n. 139. Vgolinus, tabula 4. c. 6. §. 6. n. 2. & alij nominales.*

34 *In veritatem, ac corroborationem tã dictæ aſſertionis, quam cæterarum præfatarum extat bulla Pij IV. clauſula, 72. ſuper reformatione pænitent. apud Quarantam, in bullar. in additio. verbo, ſimonia, & Piaſecium, in praxi, p. 2. c. 4. n. 50. vbi ita habetur.*

Caueat autẽ pænitentiarius, nè in abſolutionibus, à ſimonia reali, vel cõuentionali, etiam occulta, vnquam concedat, vt ipſi ſimoniaci beneficia ſuper quibus ſimoniam cõmiſerunt, ſeu pæcunias, vel alia, pro illis, acceptas, aut fructus exindè, poſt cõmiſſam ſimoniam, acceptos, in totum, vel in partem, retinere poſſint: quinimò, in abſolutionibus huiuſmodi apponatur clauſula, quod vterque ad beneficium, ſuper quo fuit commiſſa ſimonia, perpetuò inhabilis exiſtat.

Et

Et Pius Quintus in ſua bulla, de ſimonia, ita inquit. Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiuerit, illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & ad quaſcunque alias obtinendas, qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum ſimoniacè adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, reſtitutionem teneatur, & perpetuò ſit inhabilis ad ea, & quæcumque beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.

35 Dicti autem fructus, deſumpti ex ſimoniacè, accepto beneficio, aut officio Eccleſiaſtico, antè Iudicis ſententiam, ſunt reſtituendi, aut Eccleſiæ, ſeu in pios vſus, vt vult, *D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 4.* vel ærario Apoſtolico, quarè ſuper eos, fieri poteſt cum Papa, compoſitio, aut Succeſſori, vt placet *Nauar. lib. 5. conſil. 62. de ſimonia*, vbi ſcilicet eſt conſuetudo, vt fructus beneficij vacantis, ſucceſſori præbeantur. videatur *Cuttierez, lib. 2. qq. canon. cap. 23. num. 20. Suarez, vbi ſupra cap. 57. num. 26. & 36.* ſi vero expectetur à ſimoniaco Iudicis ſententia, reſtituendi erunt, quib. ei erit per ſententiam impoſitum,

CONCL. XV.

36 Illis, qui beneficia, officiaq; Eccleſiſtica Prioratus, canonicatur, ſcilicet Abbatiatus, Guardianatus, Prouincialatus, &c. per ſimonia etiam conuentionalem, ſunt adepti, aut intruſi, minimè Regula de triennali, ſuffragatur, & contra eos lis intentari poteſt, ac dictis Eccleſiaſticis beneficij, & officijs ſimoniacè acquiſiuitis, priuari.

37 Tenor dictæ regulæ, iuſſu Pauli Quinti, 35. eſt, in ordine, æditę 1605 17. Maij, huiuſmodi eſt. *Ordinauit D. Noſter, quod ſi quis, quæcunque Eccleſiaſtica beneficia, qualiacunque ſint*, abſque ſimoniaco ingreſſu, *ex Apoſtolica, aut ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiuſmodi, confirmatione, ſeu præſentatione, & inſtitutione illorum ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, prouiſio, electio, & præſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet, per triennuim, pacificè poſſederit, dummodo in beneficijs ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ, ex aliqua reſeruatione generali in corpore iuris, clauſa, reſeruata fuerit*: ſe non intruſerit, *ſuper huiuſmodi beneficijs taliter poſſeſſis, moleſtari nequeat, nec non impetrationis, ipſas de beneficijs ſic poſſeſſis, factas, irritas, & inanes cenſeri debere decreuit, antiquas lites, ſuper illis, motas, penitus, extinguenda.*

38 Ex quibus verbis, conſtat veritas aſſertionis, nimirum, ſimoniacè electus, prouiſus, nominatus, poſtulatus confirmatus, inſtitutus, &c. & intruſus ad dicta Eccleſiaſtica beneficia, & officia regularia, & canonicatus, & huiuſmodi, non eſt tutus, nec in foro fori, nec in foro poli, & dicta regula non ſuffragari.

DOCT. ALLEG.

39 *Eſt communis aſſertio inter DD. omnes, quam ſequuntur Gulgliel. de Monteſerrato, ad regulã de triennali, apud Gomez, in eod. tr. q. 12. & Rotã, citat. Rebuffus, de pacificis poſſeſſoribus, num. 28. Nauarr. lib. 3. conſil. 41. de præbẽd. in*

in 1 .edit.in 2. vero ædit. de parochis, conſ. 2. ad finē. Leſsius, de Iuſt. & Iure, lib. 2. c. 35. dub. 25. nu. 140. Sanchez, to. 2. moral. lib. 7. c. 29. num. 90. Suarez tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. c. 57. n. 39. Vgolin: tabula 4. ca. 6. §. 9. de ſimo. & alij nomin.

40 Probatur prætereà, concluſio ratione, quia dicta Regula de triennali ad beneficij, & officij Eccleſiaſtici præſcriptionem, exigitur bona fides; cum credibile minimè ſit, velle Summum Pontificem peccanti fauere, ac malæ fidei poſſeſſori. & eſt regula 2. de regul. Iuris, in 6. vbi dicitur poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit, quæ verificatur etiam in huiuſmodi Eccleſiaſticis beneficijs, ac officijs iuxta Gloſſam, c contingit, de dolo, & contumacia, ver. conſtituatur. videatur Guttierez, lib. 2. qq. Canon. cap. 23. n. 25.

41 Locum, præfata aſſertio habet, in ſimonia cōuentionali, in qua, ex parte pretij nō ſoluti, ſcientèr eſt commiſſa, & in ignorante, qui acquiſiuit beneficia, & officia Eccleſiaſtica mediatore ſimoniaco, vel ipſo met collectore, prouiſore, vel nominatore ignorante.

DOCT. ALLEG.

42 Ità enim aiunt ſuperiores Doctores relati, nu. 39. quorum nomina ibi videantur.

CONTROV. V.

An Electores, de Canonicæ electionis commodis licitè, abſq; ſimoniæ labe paciſci valeant,

CONCL. I.

1 Electionis commodū, in præſentiarū, illa eſt vtilitas, quæ ex electione Canonicè celebrata, de tali, vel tali perſona, deſumitur; putà, amicū gratificare, aliquem habere in ſuperiorem electum, à quo aliqua beneficia, & commoda elector ſperat reportare; & licèt, huiuſmodi commodum, ſine electionis ſubſtantia, dari nequit: quarè dicimus, electores minimè poſſe inuicem, de electionis commodis huiuſmodi paciſci, abſque ſimonia; cum talis eligendi modus illicitus ſit.

2 Probatur concluſio; quia huiuſmodi pactus ſatis de ſimonia ſapit, ac de ſubornationis ſpecie. ergo illicitus eſt, iſte modus, & fore ſimoniacus; ergo fieri nequit.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt huius concluſionis Doctores ferè omnes relati, nu. 8. ſuperioris Controuerſiæ, & præſertim Villalobos, to. 2. ſumm. difficult. 24. tract. 37. Cæleſtinus in compendio Theologiæ moral. art. 7. c. 4. in fine, Diana, p. 3. de dub. regul. tract. 2. reſolut. 125. & par. 4. tract. 4. Miſcellan. reſolut. 150. ac cæteri nominales.*

CONCL. II.

4 Aliud, autem, eſt de electionis commodo paciſci, & aliud electoribus mutuum commodū proponere: ſi illa, aut altera eligatur perſona, ſiuè

Ee ali-

Digitized by Google

aliquem eligendi manifeſtatur volũtas; vt ſi elector dicat; Ego Ioannis Amicum eligam, ſi talis elector hunc amicum meum eligat.

5 Primo, namque, modo, obligatio inducitur, quæ ex pacti natura exigitur. Secundo vero modo non inducitur, equidem, obligatio, ſed dumtaxat ſuaſio quædam, qua Electores, ad aliquem eligendum inducantur, oblata ſpe alicuius commodi, ſeù vtilitatis, quæ ex alterius electione ſequatur, tamen liberi vndequaque remanent: qui ſecundus modus, etſi forſitan, ſpeculatiuè licitus videatur, quoniam tamen in praxi, & electionis actu ob multas circumſtantias, & ratione mali finis vitiari poteſt, ideovè, aſſerimus, Electores, ſic inuicem paciſcentes; minimè queunt, adomnem, ſuſpicionis ſubornationis, ac ſimoniæ ſpeciem tollendam, & vt omninò electio Canonicè celebretur.

CONCL. III.

6 Electores de electionis commodo inuicem nequaquam paciſci valent, itaut Elector Ioannes in Petri commodum eligat, & Petrus Elector in Ioannis commodum ſimiliter eligat, alias, ipſo Iure nulla eſt electio.

7 Probatur concluſio, quoniam tale pactum, electionis naturam deſtruit, quæ cum fiat medio ſuffragio, Elector libero modo etiam ſuffragari debet, ac tenetur: nam de electionis ratione eſt, vt omninò, ac vndequaque libera ſit, vt diximus iam in ſuperioribus; ſed poſito tali pacto, iam ſuffragium liberum minimè remanet: quia Elector ex contractus obligatione ſuffragaretur; cumiam de electionis commodo, pactum, obligauit votum, & cauſa huius, tale pactum eſt omninò illicitum.

DOCT. ALLEG.

8 *Has duas aſſertiones defundunt mordicus Doctores, num. 8. ſuperioris Controuerſiæ, & vtique illi allegati, hic, numer. 3. & præterea, magiſter Sotus, de Iuſt. et Iure, lib. 9. q. 5. art. 2. ad tertium. Victoria in relect. de ſimonia, nu. 17. Arragonius, ad 2. 2. D. Thomæ, quæſt. 100. articul. 1. Sanchez, tom. 2. opuſcul. lib. 2. cap. 3. dub. 44. num. 3. ac cæteri nominandi.*

CONTROV. VI.

An Electores inter ſe conuenire valeant, dicendo, elige me in Generalem, & ego te in Prouincialem eligam: ſeù vice verſa: ſi Tu mihi promittis, me in Priorem eligere, Ego te in Prouincialem eligam. An, inquam, talis Electio valida ſit, ac Canonicè bona exiſtat.

CON-

1 CONCLVSIO EST negatiua, ac talis electio ſic celebrata, eſt ipſo Iure nulla, & inualida.

2 Primo probatur, nam huiuſmodi pactionalis conuentio omninò illicita, ac prohibita eſt in iure. ergo eſt electio talis illicita. ergo ipſo iure nulla, & inualida.

3 Secundo tale, namque pactum, ſiuè talis pactionalis conuentio inter electores habita, obligatur ante electionē votum, ſed talis obligatio pactionalis electionis naturam deſtruit, quæ totaliter libera eſſe neceſſario debet: ſed in tali pactionali conuentione, votum electorum inter ſe paciſcentium, liberum non eſſet; quoniā electores ex pacti obligatione ſuffragarentur. ergo vera concluſio.

4 Tertio electores dum ſe ad electionis commodum ſe obligant, etiam ſe ad ſuffragium obligant, tamquam ad cauſam, qua mediante ad electionis commodum tenetur per tale pactum inter ſe factum; & hac de cauſa Trid. Concil. cap. 6. ſeſſ. 25. præcipit omninò, ſuffragia ſecreta, vt ſcilicet electorum libertas omninò, ac vndequaque ſeruetur in electione Canonica, aliàs, ſit nulla, & irrita.

5 Quarto probatur, ex c. ſi quis obiecerit; 1. q. 3. ſic dicitur. *Qui vnum vendit, ſinè quo, nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit.* Ex quibus verbis, ſignificatur illa connexio, qua, res ex ſua natura inſeparabiliter connectuntur: ac ideo, eo ipſo, quòd vna eſt obiectum contractus, etiam altera eſt; quoniam nequeunt abinuicem ſeparari, vt obligatio eſſet ad actum ſpiritualem, quæ inſeparabilis eſt ab ipſo actu; quarè ſub contractu caderent ſecundum ordinem ad ſpiritualia, quod etiam in eis euenit, quæ ſunt ſeparabilia, quandò ob connexionem cum ſpiritualibus, pluris æſtimantur. In caſu vero noſtro, electionis commodum in ſeparabiliter connectitur cum electione, vt effectus cum cauſa ſua; ac ideò ſi in cōtractum electio venit, electio quoque vt commodo connexa, venit.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent de communi conſenſu omnes Doctores in ſuperioribus Controuerſijs relati, & alij cæteri nominales.*

CONTROV. VII.

An elector promittere valeat alteri electori beneficium, putà, Prioratus, Abbatiatus, vel aliud officium, ſeù pecuniam, aut aliquid aliud æſtimabile pretio præſtare, vt illi ſuffragetur, vel ſuū votum eius Amico præbeat, & ſic ſimoniam committat, & electio ſequuta, valida ſit, ac Canonicè rata.

CONCLVSIO I.

1 Sanè, dubio procul electorem ſimoniam committere, pecuniam alteri electori ad hunc effectum, vt ſibi, vel eius amico ſuffragetur, ſeù illam præſtet ad alterius electoris ſuffragium adipiſcendum, ac ſumendum.

2 Cuius ratio eſt, quoniam hoc modo acquiritur dignitas Prioralis, vel Abbatia, ſeù Canonicatus mediante pecunia. ergo electio talis eſt ſimoniaca.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſſerunt ità Doctores omnes, in ſuperioribus Controuerſijs citati, ac inſuper Panormitan. in cap. Matthæus, num. 3. de ſimonia, Peyrinus, tom. 1. de ſubdito. q. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico. 3. & cæteri de communi conſenſu, nemine diſcrepante.*

CONCL. II.

4 Certum eſt quoque electori ſi pro ſuffragio præſtando, aliquod honoris munus, putà, Prioratus, Abbatiatus, Subprioratus, & ſimile aliud officium, electio ſubſequuta ſimoniaca eſt, ac ipſo Iure nulla, ac Canonicè minimè celebrata eſt.

5 Sic namque expreſsè habetur *in c. de hoc, de ſimonia, & in cap. non ſatis, & cap. mandato, de ſimonia, & cap. 2. §. prioratus, de ſtatu monachorum, & cap. quam pio. 1. q. 2.* & ex alijs Iuribus, & eiſdem probatur rationibus, quibus eſt prima Controuerſia huius diſputat. probata.

DOCT. ALLEG.

6 *Defendunt mordicus hanc aſſertionem allegati omnes Doctores in ſuperioribus Controuerſijs de communi ſententia, Azor, tom. 3. lib. 12. c. 7. q. 1. verſ. eſt itidem, Peyrinus, loco nuper citato, verſ. dico 4. Suarez, to. 1. de Religio. lib. 4. de ſimonia, c. 54. num. 3. & cæteri omnes.*

CONTROV. VIII.

An Elector, ſi ad indignũ ſuffragandum inclinet, vel ad minús dignum, dignior, abſque ſimoniæ labe, hanc vexationem, pretio redimere valeat.

CONCL. I.

1 ABſolutè loquendo, digniorem minimè poſſe talem vexationem pretio redimere, ſinè ſimoniæ labe, ac nota, & in praxi ità agendũ, ac conſulendum eſt, aliàs, ſimoniacus euaderet.

2 Primo probatur; D. Thomæ auctoritate deſumpta *ex 2. 2. q. 100. art. 2. ad quintum,* ſic dicentis. *Antequam alicui acquiratur Ius, in Epiſcopatu, vel quacumque alia dignitate, ſimoniacum eſſet aduerſarij obſtacula pecunia redimere; ſic enim per pecuniam, pararet ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam, ſed poſtquam alicui Ius acquiſitum eſt, licet per pecuniam, iniuſta*

iniuſtà impedimenta remouere. hæc ille. ergo.

3 Secundo probatur ratione; Nàm, ſimonia eſt, pecunia redimere vexationem, dum quis tantum ad rem Ius habere valet, v.g. ſi quis iniuſtè vexaretur, nè detur ſibi Canonicatus collatio, vel alterius beneficij, ſeù in priorem non eligatur; cum adhùc, ſuum non ſit beneficium, Prioratus, Canonicatus, & ſimile, & non in his Eccleſiaſticis, honoribus ſit confirmatus; paratur ſibi via ad huiuſmodi, mediante pecunia, & ſic ſimoniacus eſſet. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

4 *Iàm eſt D. Thomæ aſſertio, dicto loco, quem omnes ſunt ſequuti Doctores allegati in ſuperioribus Controuerſijs, quos breuitatis cauſa, hic tranſcribere, omittimus, ſuffragatur Diana, p. 4. tract. 4. reſolut. 152. placet Peyrino, tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 2. num. 4. & alij nominales ſequuntur.*

CONCL. II.

5 Licèt, namque, nonnulli, probabiliter aſtruant, facta beneficij collatione, aliquem iniuſtè impedire poſſeſſionem ſumendi, minimè valere huiuſmodi vexationem redimere pecunia, ea ratione ducti; quia beneficij poſſeſſio, quid ſpirituale eſt.

6 Enim verò, probabilius eſſe, iudicamus, licitum eſſe, ac ſimoniam haud perpetrare, ſi pecunia hanc vexationem redimat.

7 Probatur; quia tota poſſeſſionis ſpiritualitas eſt tituli ratione, in quo Ius in re acquiſitum, per collationem habet.

DOCT. ALLEG.

8 *Eſt aſſertio ad mentem D. Thomæ, verborum relatorum, num. 2. & illam docent Sanchez, tom. 1. opuſculor. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 11. Diana, loco relato, numer. 4. cum alijs allegandis.*

CONTROV. IX.

An, qui Electori pretium præſtitit, ad vexationem redimendam, nè minùs dignus eligatur, putà, in Priorem, ſeù Canonicum, Simoniacus euadat, & in Simoniacas pœnas incidat.

CONCL. I.

1 Certiſſimum eſt, illum, qui electori pretium præbuit ad vexationem redimendam, nè minùs dignus in Priorem, ſiue Canonicum eligatur, ſimoniacum eſſe.

2 Primo probatur eiſdem D. Thomę verbis relatis, in ſuperiori controuerſia, & deindè, ratione, quam, nu. 3. ſuperioris dictæ Controu. adduximus.

DOCT. ALLEG.

3 *A D. Thoma 2. 2. q. 100. art. 2. ad ſecundum eſt concluſio edocta, & eum ſunt*

ſunt ſequuti relati omnes Scriptores, in præhabitis Controuerſijs, & inſuper Moſcoſus, in ſumma tract. 15. cap. 15. num. 6. Villalobos, tom. 2. ſummæ, tract. 37. difficult. 23. num. 3. Diana, p. 5. tract. 14. Miſcellan. 2. reſolut. 1. & de communi ſententia omnes Doctores.

CONCL. II.

4 Præfatum ſimoniacum, pretium præſtantem, ad ſic redimendam vexationem, nè minus dignus in prælatum, ſeù Canonicum eligatur, incidere in ſimoniæ pænas, ac in excõmunicationem, non eſt dubium; ac ipſo iure, excommunicatum manere, ac honore Canonicatus, & Prioratus; eo ipſo, priuatum eſſe, ac fructuũ obnoxium reſtitutioni exiſtere.

5 Probatur, quia talis ſimonia perpetrata à præfato ſimoniaco non dumtaxat eſt iure humano ſimonia, ſed vtique diuino. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſerentes hanc aſſertionem ſunt Lopez, inſtruct. caſ. p. 1. cap. 299. concluſ. 5. Sotus, lib. 9. de Iuſt. & Iure, q. 5. art. 2. ante reſponſionem ad argumenta, Raphael de la Torre, ad. 2. 2. D. Thom. q. 100. art. 4. diſp. 9. Layman in ſua morali Theologię, lib. 5. tract. 10. cap. vlt. §. 6. num. 66. Diana, p. 4. tract. 4. reſolut. 155. Malderus, in 2. 2. D. Thomæ, tract. 9. cap. 3. dub. 18. §. 3. Villalobos, to. 2. ſummæ, trac. 37. difficult. 39. num. 2. Nauarr. in cap. ſi quando, de reſcript. exceptione 4. Valentia, to. 3. in D. Thomam q. 16. puncto 6. Bonacina, de ſimonia, diſp. 1. qu. 7. §. 2. num. 11. Filliuccius, to. 3. tract. 15. c. 13. q. 3. & cæteri omnes nominandi præſertim Canoniſtæ multi.*

CONTROV. X.

An electoribus pecuniam offerre liceat, nè indignos eligant, aut minùs dignos, ſed vt dignum eligant, quandò videlicèt, ex eligendis, vnus eſt dumtaxat dignus.

CONCL. I.

1 NVllo penitùs modo, Electoribus, pecuniam offerre licet ad impediendum, nè indignum eligant, ſeù minùs dignũ; ſed vt dignum eligant, quando, ſcilicet ex eligendis, vnus dumtaxat eſt dignus, alioquin, electio, ſic celebrata eſt ipſo facto inualida, ac nulla.

2 Probatur, nã hoc nõ eſſet vexationẽ redimere, quæ conſiſtit in electionis denegatione; ſed huiuſmodi redimere vexationem aliud non eſt, quàm electionem emere, quod præſertim verum eſt, ſi pecunia, pro illius electione, qui dignus eſt, præſtetur. ergo concluſio eſt vera.

DOCT. ALLEG.

3 *Defenſores ſunt huius aſſertionis, Sanchez, in opuſ. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 5. Cæleſtinus, in compend. Theologiæ, tract. 7. cap. 4. n. 9. Caſtro Palaus, p. 3. tract. 17. diſp.*

Digitized by Google

diſp. 3. *punct.* 20. *num.* 4. *verſ. reſpondeo, & num.* 9. *& cæteri allegandi, & recitati in ſuperioribus Controuerſijs.*

CONCL. II.

4 Electoribus pecuniam offerre, ſolum fore licet, nè nimirum indigni eligantur; at minimè offerre licet, vt ipſe ſolus, qui dignus eſt, eligatur.

5 Primo probatur; nam in tali caſu, pro perſonæ determinatæ electione minimè pecunia præſtatur, ſed dumtaxat, nè indigni eligantur, ac per accidens cenſetur, ſi ſolus vnus dignus ſit, qui eligi poſſit.

6 Secundo probatur, in tali ſiquidē, facto, actui obiectū honeſtum tribuitur; quia honeſtum eſt, malum impedire, quantum humanitùs fieri poteſt, ſed his medijs omnibus impediri poteſt, quæ ex ſui natura, mala ſunt, ſed ex ſui natura, malum minimè eſt, pecunijs, ac muneribus aliquem promouere vt ſibi à malo abſtinere placet, vnde hac via, mala electio impediri poterit. Nec aliquid, enim ſpirituale pecunia compenſatur, ſed tantum pecunia datur nè malū aliquod fiat.

DOCT. ALLEG.

7 *Suſtinent concluſionem Valentia, to.* 3, *in D. Thom. diſp.* 6. *qu.* 16. *quæſtiuncula* 4. *verſ. reſpondeo primo, Layman, lib.* 4. *trac.* 10. *cap. vlt.* § 2. *num.* 23. *Paſqualigus, deciſ.* 229. *num.* 5. *& alij ſcriptores, iam in ſuperioribus allati, & cæteri allegandi.*

CONCL. III.

8 Electoribus pecunia offerri licet, vt benè ergà dignum efficiantur, etſi ſolus ille determinatè, qui dignus eſt, pecunia offerri minimè licitum ſit.

9 Probatur aſſertio, quoniam iſte actus obiectum reſpicit honeſtum, nēpè, ſic animum electorum promereri, ac beneuolentiam, vt, in illa conſtituantur diſpoſitione, ac debita electionis qualitate, quod pecunia, & quouis munere obtinere licet. Nàm quod huiuſmodi æqualitate careant, non aliundè prouenire poteſt, quàm, quod sūt ab illa digna perſona auuerſi; ſed medijs muneribus licitum eſt, huiuſmodi auuerſionem tollere, ac ſibi electorum animos conciliare.

DOCT. ALLEG.

10 *Defenſores huius aſſertionis ſunt omnes nominati Doctores in ſupradictis numeris concluſionum, & cæteri referendi.*

CONTROV. XI.

An Electores, quando vi, ac fraude ſubornantur, pecunia, huiuſmodi vexationem, redimere valeant, ſine ſimoniæ labe, ac nota.

EXPLICATIONES.

1 EQuidem, eſt Controuerſia iſta omninò neceſſaria, ob illius frequentiam, cum ſæpè ſæpius occurre ſoleat, ac ſcitu digna eſt, & illius tituli intellectus verſatur dū de electione aliqua

aliqua agitur per vim, aut fraudem, quis ad diffamandum inducatur, aliquem ex eligendis apud electores, ob id minimè eligatur, vel quod vi, ſiue fraude impediatur, nè electores in ſcrutinio deueniant in cognitionẽ, aut prauorum morum, & qualitatum alicuius ex eligendis, ad hoc, vt in ipſum electio cadat, quæ alioquin in alium caderet, ſi illius prauę qualitates manifeſtarentur, ſicut notificari deberent: aut, vt alicuius merita occultentur, ne ipſe eligatur, ſed alius: ſeù aliquo alio modo vis, aut fraus, adhibeatur, & ſic controuertimur, an liceat huiuſmodi vexationem pecunia redimere. Pro cuius Controuerſiæ deciſione, ſit,

CONCL. I.

2 Subornans, ſi non eſt vnus ex electoribus, ſed ab extrà, licitum eſt tali ſubornãti, vt à tali ſubornatione deſiſtat, vim, aut fraudem adhibenti, pecuniam præbere.

3 Probatur, nam in hoc euentu, eſt merè, ac purè iniuſtam vexationem redimere, & pecunia huiuſmodi minimè præſtatur ad auxilium recipiendum pro electione, ſed tantummodo ad nocumentum euitandum. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

4 *Huic concluſioni adhærent magiſter Sotus, de iuſt. & iure, lib. 9. qu. 6. art. 1. ad quintum, Leſsius, lib. 2. cap. 35. dub. 18. num. 19. Vgolinus, tabula prima, de ſimo. c. 9. §. 9. num. 3. Valentia, tom. 3 diſp. 6. q. 16. punct. 3. concluſ. 2. circumſtan. 2. Suarez, tom. 1. de religio. lib. 4. de ſimon. c. 50. num. 2. Layman, lib. 4. tract. 10. cap. vlt. §. 2. num. 22. verſ. 2. dixi, Bonacina, to. 1. diſp. 1. de ſimon. qu. 6. punct. 5. numer. 7. Gordonius, lib. 8. Theolog. moral. q. 8. c. 18. num. 54. Paſqualigus, deciſ. 230. num. 2. Aragonius, de Iuſt. & Iure, q. 100. art. 2. in dub. circa quintam ſolutionem, & cæteri nominales.*

CONCL. II.

5 Subornans ſi elector exiſtat, ac prodeſſe valeat cooperando pro ſemetipſo, ad actum electionis; in huiuſmodi facti contingentia, ſecundum cõmunem Doctorum omnium opinionem, præfatam vexationem nullatenus pecunia redimere omninò valet.

6 Probatur, quia in tali caſu procul dubio, exiſtimaretur, pecunia offerri, vt ſibi prodeſſet, ac per conſequens, vt ſic pararet ſibi ſecuram viam ad ſe eligendum. ergo.

DOCT. ALLEG.

7 *Ità, vnanimi conſenſu aſtruunt Doctores omnes nu. 4. allegati, & cæteri in præfatis Controuerſijs relati, ac citandi, de communi opinione.*

CONCL. III.

8 Subornans vi, ac fraude, quamuis elector ſit, & prodeſſe valeat, non eſt totaliter improbabile, talẽ ſubornationem, ſeu vexationem pecunia redimi poſſe.

9 Probatur concluſio, quia minimè pecunia ei præſtatur, qui prodeſſe valet, vt ſibi proſit in ordine ad ele-

ctio-

ctionem, ſed dumtaxat, ad ipſius vexationem iniuxtam redimendam. Nàm habet Ius ſibi à natura conceſſum ſe, ac ſua defendendi, ac ideo valet quamcumque vexationem ſibi redimere noxiam, ſiuè directam, ſiuè indirectam.

DOCT. ALLEG.

10 *Sic enim aſtruunt Sanchez, lib. 2. cõſ. moral. cap. 3. dub. 30. numer. 5. & 9. Paſqualigus, dicto loco, num. 4. Palaus, p. 3. tract. 17. diſp. 3. de ſimon. punct. 20. n. 4. verſ. reſpondeo, Villalobos, tom. 2. ſum. trac. 37. difficult. 3. n. 3. allegans Arragoniũ, Fernandez, p. 3. cap. 52. nu. 28. Diana, p. 5. tract. 14. reſolut. 2. verſ ſed affirmatiuam, Suarez, to. 1. de Religione, lib. 4. de ſimonia, cap. 50. nu. 28. poſt medium, ac alij recentiores referend.*

CONCL. IV.

11 Licitum eſt, vim, vel fraudem impedientem ſcrutinium debitum in electione redimere.

12 Probatur, nàm ante electionem de eligendis perſonis, debitũ ſit ſcrutinium itaut abſq; eo, electio fieri iuſta nequit. ergo quando tale ſcrutiniũ prodeſſe valet, & vice verſa, obeſt, ſi debito modo non fiat, poteſt, qui ſe in hoc grauari ſentit, vim, & fraudem redimere, qua debitum ſcrutiniũ impeditum, vt à ſe noxia auuertat, iuxtà luminis naturalis dictamen.

DOCT. ALLEG.

13 *Eoſdem omnes habet Authores hæc concluſio, quos num. 10. attulimus, & cæteros relatos in ſuperioribus, & inſuper nominandos.*

CONTROV. XII.

An Electores, quando precibus, ſeù muneribus, nè aliquis eligatur, hãc vexationem ipſi valeant precio redimere, licèt, ſubornans, vnus ex Electoribus ſit.

CONCL. I.

1 Abſolutè, ac ſimpliciter loquẽdo, Electoribus minimè licere ſubornationem precio, aut muneribus redimere contra propriam electionem, licèt ſubornans vnus ex ſuffragantibus exiſtat.

2 Probatur, nam huiuſmodi damnũ non dumtaxat eſt cõtrà iuſtitiam, ſed contrà quoque charitatem. ergo nequit precio redimere. quare multò eſſet melius precibus importunis, per alias preces occurrere, & ſic huiuſmodi ſubornationibus obuiare.

DOCT. ALLEG.

3 *Ità namque Turrecremata abſolutè edocet in cap. quæſitum. 1. q. 3. tom. 3. Archid. ibid. Magiſter Sotus, lib. 9. de Iuſt. & Iur. q. 6. art. 1. ad quintum, Moſcoſus, in ſum. tract. 15. cap. 15. num. 4. Diana, p. 5. reſolut. 2. tract. 15. & cæteri allegati in ſuperioribus, & alij nominandi.*

CON-

CONCL. II.

4 Improbabile totaliter minimè eſſe videtur, aſſerere licitum eſſe hanc vexationem precio redimere, etſi ſubornans ſit vnus ex electoribus, ac prodeſſe poſſit.

5 Primo probatur, nam quando talis vexatio fit ab illo, qui electioni prodeſſe non poteſt, meram ratione nocumenti habet. ergo qui læditur, naturali Iure vti valet, quòd ad ſe defendendum habet, & à ſe malū quodlibet aduertēdum, nec medium, quod adhibetur, malum eſt; quia, quod pretio obtinetur, non eſt quid ſpirituale, nec quid per ſe cum ipſo connexum, nec conſequens per ſe ad ipsū ſpirituale: nam in eo remanent electores ſtatu, in quo erant, ſi subornatio facta non eſſet, ſed tantum, quòd ſubornans, prauum animum deponat ſubornandi.

6 Secundo licèt enim quando ſubornans prodeſſe valeat, cum elector exiſtat, cenſeri valeat, talem ſubornationem ad ipſius munus pertinere, & proindè ipſi, vt elector pecunia præſtaretur: Nihilominus, quoniam ſubornatio eſt contra electoris munus; ſcilicet contraria bonæ Canonicæ electioni; ideò, ſi ei pecunia detur, ex hoc fine præciſo, vt à ſubornatione deſiſtat, non tamquam electori præbetur, ſed tamquam male affecto concurrenti ad electionem, & in huiuſmodi caſu, eadem eſt ratio de ipſo, ac de illo, qui prodeſſe nequit. ergo eſt licitum hoc; quia non ordinatur ad aliquod ſpirituale acquirendum, ſed merè ex dantis intentione, à ſe nocumentum tollendum.

Nec Iura ſimoniam prohibentia, ad ſui defenſionem naturali Iure proprio, vetant.

7 Tertio, nàm cùm Eccleſia, ſiuè Cōmunitas ad digni electionem Ius habeat, ac ſubornatio contra iuſtitiam diſtributiuam ſit, tamquam illa, quæ ad inuertendum debitum ordinem talis iuſtitiæ tendit, ſequitur redimi poſſe pretio vexationem per ſubornationem, vt aliquid contrà iuſtitiā, de qua etiam is participat, contrà quem ſubornatio efficitur.

8 Quarto, nam Iura, vt ſimoniacam redemptionem vexationis prohibēt, quando ſcilicet, fit in ordine ad electionem obtinendam, ſeù beneficiū; nā intentio eſt illa, quæ dat ſpeciē operi, ſeu actum rei ſpecificat: ſecùs vero, quando fit dumtàxat in ordine ad conſtituendum electorem in debita diſpoſitione, atque ad ſubornationem repellendum, quod ſi per hoc, electoris amicus inclinatur ad eligēdum, per accidens hoc eſt, ac præter intentionem electoris ſubornati; vndè redemptionis vexationem inficere nequit.

DOCT. ALLEG.

9 *Doctores huius aſſertionis ſunt Caiet. 2.2.D.Tho.q.100.art.2.ver.ad hoc dico, qui docuit hanc diſtinctionē pulchram, de obeſſe, & prodeſſe, à quo ſunt poſteà mutuati Doctores ſequentes. Arragonius, eod. loco, in dub. circa 2. ſolution. Villalobos, to. 1. ſumm. tract. 37. difficult. 10. n. 3. Sylueſt., ad 2.2. D.Thom. q.d. concl. 3. Malderus, eod. loco, trac. 9. c. 3. dub. 17. Leſsius de iuſt. & iure, lib. 2. c. 35. dub. 18. n. 109.*

Filiu-

Filliucius,to.3.de benefic.tract.45.c.11.q.3.nu.7.ad finem, magiſter Candidus,to.1.de beneficijs,diſquiſi.18.art.77.dub.2.n.3.verſ.dico 3.Lopez,p.1.inſtruct.cap.302.fol.930.ver.porrò expeditione, Vgolinus,tabula prima de ſimonia,c.9. §.8.n.3.Bonacina,to.1.diſp.1.de ſimo.q.6 punc.5.n.6.& 7.Cæleſtinus,in compen.Theologiæ moral.tract.7.c.4.n.9. Peyrinus,to.1.de ſubdito.q.1.ca.31.§.9.verſ.dico 13.Suarez,to.1.de Religio.lib.4.c.50.n.28.Fernandez,p.3.examer on Theolog.moral.c.32.n.28.Diana,p.5.trac.14.reſolut.2.ver.ſed affirmatiuam, Paſqualigus,deciſ.231.Palaus,p.3.tract.17.diſp.3.punct.20.n.6.Sanchez,lib.2.opuſculorum,cap.3.dub.30.numer.5.vbi ſic ad rem, inquit.

Licèt aliqui dicant, licere redimere vexationem, quando aliquis vi illata impediret; ſecus quando non impediret meam electionem per ſubornationem, & munera, quæ electoribus conferret, ne me eligerent, tunc .n.nō liceret precio redimere uexationem. Alij, vero, hoc admittunt, quando impediens poteſt obeſſe, non tamen prodeſſe ſecundum ius, ſi vero poſsit prodeſſe, etiā dicunt eſſe ſimoniam: At ſatis probabile eſt non eſſe ſimoniam, pretio talem redimere vexationem, licèt impediens per ſubornationem, poſsit etiam prodeſſe. hæc ille,

CONCL. III.

10 Ad omnem ſuſpicionem aliorum tollendam, & ſimul & ſemel omne ſcrupulum propriæ conſcientiæ; aſſerimus, tutius fieri, ac in praxi obſerſeruandum, & docendum, electores minimè valere precibus, ac muneribus, vexationem redimere, quamuis elector impediens per ſolam ſubornationem prodeſſe poſſet.

11 Primo probatur, nàm, licet, quæ in probationibus ſuperioris concluſionis, vera ſint coram Deo; attamen coram alijs ſcientibus dumtaxat, huiuſmodi electorem dare ad tollēdam à ſe ſubornationem malam, pecuniā, iudicabunt cæteri malè, nè videlicet, hoc modo ſe pareat ad eligendum viam, quæ ſuſpicio vehemens deberurà tali electore ſubornato remoueri, aliàs, pro ſimoniaco ab alijs exiſtimaretur.

12 Secundo probarur, tale ſiquidem damnum eſt non dumtaxat contrà iuſtitiam, ſed vtique contrà charitatē, ideoque nullo nequit pretio redimi. ergo.

13 Tertio probatur, ex D.Tho. auctoritate 2.2.q.100.art.2.ad quintum in ſuperioribus relata; Nemini licere, propriam redimere pretio vexationē priuſquam non ſit in rei poſſeſſione, id eſt, electus, ac cōfirmatus prior, e.g. quam vexationem redimere quęrit per munera, ac pecuniam; & iuxta D. Pauli ſententiam, debemus nō ſolum ab omni malo cauere, ſed quoq; ab omni mali ſuſpicione. ergo,

DOCT. ALLEG.

14 *Pro hac noſtra concluſione allegari fas eſt, D.Tho.d.loco, & docent in commentarijs ad hunc locum.2.2.Syluius,concluſ.3.Malderus, eod.loco, tract.9.c.3.dub.17.et ibid.ſimiliter, Raphael de la Torre, art.4.diſp.9.vbi, meritò doctrinam Valentiæ minus tutam in foro conſcientiæ, impugnat, aſſerentis ad d.locum.D.Tho.diſp.6.q.16.punct.3.vexationem, ante ius ad rem acquiſitum, redimi poſſe, contrà doctrinam Doctoris Angelici, expraſsè oppoſitum, docentis,*

centis, & ſic non eſt ſanctum Doctorem commentari, ſed eum impugnare, ac mirũ eſſe non debet, ſi noſtra ætate Doctores huius inſtituti in lucem opera præſtantes ſuper ſummam tanti Doctoris, diuinæ mẽtis interpretis, illa dictione, In, utantur, quando in frontiſpitij ſuorum commentariorum, dicant, In 2.2. D. Thomæ, commẽtaria. videlicet, contrà D. Thomam. ſequũtur, etiam, Doctores omnes relati, n.3. ſuprà, & alij nominales, vt magiſter Candidus, vbi ſuprà verſ. dico 2. & dico 4. magiſter Sotus, loco ſuprà allato, poſt ſolutionem primi argumen. verſ. caue tamen prudens, Leſsius, de Iuſt. & Iure, lib. 2. c. 35. dub. 18. nu. 107 verſ. dixi, modis apertè iniquis, aliſuè referendi.

CONTROV. XIII.

An, in Canonica electione, ſi vnus ex concurrentibus, alteri pecuniam præſtet, vt nimirum, à cõcurſu deſiſtat, ad impedimentum tollendum, ſimoniam committat, atque mortaliter peccet.

CONCL. SIT.

1 Abſolutè, & ſimpliciter loquendo, pecuniam, in Canonica electione præſtare, ne aliquis mecum ad electionem concurrat, eſt expreſſè ſimonia, & peccat mortaliter grauiter, ſe ambitioſum, ac ſuperbum oſtendentem.

2 Probatur, nam hoc modo viam ſibi parat ad electionem, & ſe ambitioſum propalat cum cæterorum ſcandalo, ac iuſtam vexationẽ vult redimere, quæ ſibi à competitore infertur. ergo mortaliter peccat grauiter, & ſimoniam committit.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſſertores ſunt huius noſtræ concluſionis, Maiolus, lib. 5. de Irregularit. cap. 45. n. 3 Vgolinus, tabula 4. de ſimonia, ca. 50. §. 9. nu. 2. Proſper de Auguſtinis, in addict. ad Quarantam, verb. ſimonia, additione 3. Barboſa p. 3. de epiſ. poteſt. alleg. 6. n. 54. Paſqualigus, deciſ. 248. Sanchez, lib. 2. opuſcul. c. 3. dub. 3. nu. 13. Palaus, p. 3. tract. 17. diſp. 3. de ſimonia, punct. 20. n. 2. Leſsius, lib. 2. cap. 35. dub. 18. Baſilius Poncius, de matrimo. lib. 5. c. 13. §. 6. nu. 4. & in cæteri ſuperioribus allegati, de communi opinione.*

4 Verum enim fateor me benè ſcire, aliquem ex Iunioribus, conari ad oſtendendum, ac alios docendum, ſimoniam minimè committere, ac per conſequens haud peccare, electorem pecuniam præſtantem alteri ex concurrentibus, eo fine, vt à concurſu deſiſtat, ſed quia eius rationes ſunt potiùs Metaphiſicales, quam naturales, & morales, & viam latam ad ſimoniam perpetrandam, facili negotio dilatantes, ac parantes, proptereà, omittimus, nè puſillis ſcandalum præbeamus, ac malitiam doceamus, & contrà doctrinam Doctoris Angelici videamur procedere, & ab illa diſcedere, ac viam inuiam nobis, & alijs parare.

CON-

CONTROV. XIV.

An, ante Canonicam Electionem celebrandã, cum Electore pactum agere, quod non concurrat mecum in ordine, ad hanc electionem proximè celebrandam, & ego ſecum minimè ad ſubſequentem concurram, licitum ſit, atque à Simonia immunis exiſtat.

CONCL. I.

NOn improbabile fortaſſe erit aſſerere, Electores, ſinè ſimoniç nota, licitè poſſe ſe inuicem obligare, vt vnus eorum non concurrat ad vnam electionem, & alius ad aliam electionem, iuxtà titulum Cõtrouerſię.

2 Primo probatur, nam ſicut obligatio non concurrendi pro poſteriori vice eſt pretio æſtimabilis, pari modo, obligatio non concurrendi pro priori vice erit pretio æſtimabilis, atque adeò in huiuſmodi contractu, eorum ſit commutatio, quæ ſunt pretio æſtimabilia, ſcilicet vnius obligationis, cũ alia obligatione, ſed quando commutantur, quæ ſunt pretio æſtimabilia, nulla committitur ſimonia. ergo vera concluſio.

3 Secundo, nam neq; obligatio nõ cõcurrendi pro poſteriori vice, pro electione aliquid datur, aut pro aliquo, q ipſam ſecum trahat: quia nõ eſt in poteſtate illius, qui ſe obligat non concurrendi, electionem præbere, cum in eius nõ ſit poteſtate, aut aliquid facere, quod ſecũ trahat electionẽ, ſed alterius obligationis eſt mera cõpenſatio.

4 Tertiò, nàm, nec per hoc etiam ad electionem paratur via; quia electio ex hac obligatione minimè ſequitur, nec electores vllo pacto ad eligẽdum ipſius ratione mouentur, nec ex eo, quod alter non cõcurrat. Aliud enim eſt, quod fortè non eligerent, ſi alius non concurreret, & aliud, quod moueantur ad eligendum, quia alter non concurrat; hoc enim poſterius falſum eſt. primum vero, ſolam dicit oppoſitionem impedimenti, quod fortaſſe electionem impediret: quare facere, quod nõ concurrat aliud non eſt, quã tollere, quod impedimentum electionis, eſſe poteſt, ſed tollere impedimẽtum, nõ eſt ſimoniacũ, ſed licitũ; quia nõ eſt dare pretium, nec aliquid pretio æſtimabile pro electione, ſeu pro aliquo, quod cauſet electionẽ; ſed tãtum, pro aliquo, quod negatiue ſe habet in ordine ad electionem, ſcilicet pro impedimenti ſubtractione.

5 Quarto ſemper enim licitũ eſt, inter ſe commutare, quę pretiò æſtimabilia ſunt, aut pretio compenſare, etſi quid ſpirituale annexum habeant. nã e. g. Calicem conſecratum emere valeo calicis materiam, pretio compenſando. ergo multò magis poſſum pretio, ſeu aliquo alio, quod ſit pretio æſtimabile, obligationem non mecũ concurrendi, cũ ſit pretio æſtimabilis, licèt ſit in ordine ad ſpiritualia, cùm annexum nõ habeat, quid ſpirituale ſed tantum per accidens ſequi poſſit.

6 Quinto confirmatur, immò, ſicut ex motiuo, calicem conſecratum habendi, calicis materiam emere queo; ità etiam ex electionis motiuo, valeo alicuius obligationem non concurrendi mecũ ad electionem eamdẽ, cũ huiuſmodi obligatio ſit pretio æſtimabilis, & quilibet, ſicut ex libertate poteſt non concurrere, ſic quoq; iuri concurrendi cedere valet. quod .n. hoc modo facere queat electionem ſuam, cum fieri poſſit, vt ſolus remaneat, hoc eſt per accidens, quoniã eſt per accidens, vt alij non concurrant.

CONCL. II.

7 Si ille Elector, cum quo pactum habetur, Dignior ſit, licèt, altero Electore.

8 Probatur; nam eadem militat ratio; cum adhùc eſt pactum de illo, quod eſt in paciſcentis poteſtate, quod nõ eſt quid ſpirituale, ſed pretio æſtimabile, nec officit, digniorem eſſe, quaſi tale pactum præiudicet electioni; quia electio non ius habet ad quemcumque digniorem, ſed tantum ad digniorem ex concurrentibus; vndè facere, digniorem non concurrere, non eſt contrà electionis Ius.

DOCT. ALLEG.

9 *Pro his duabus concluſionibus allegatur Paſqualigus noſter benemeritus, & amiciſsimus patronus, in ſuis doctis deciſionibus moralibus, deciſ. 249. & de hac controuerſia, neminem præter ipſum, Doctorem alium vidimus, & alij ſi ſunt nominandi, pro nominatis allegamus: & huiuſmodi, ſanè, aſſertiones, in praxi conſultimus nõ eſſe admittẽdas, nè aperiatur via ad huiuſmodi pactiones, de ſimonia ſemper ſapientes, & nè electores ob id ambitioſi fiant, & tales apud alios reputentur, atq; iudicentur, & ſic inhabiles ad eligendos reddantur, & pro ambitioſis puniantur.*

CONTROV. XV.

An Simonia ſit, pecuniam alicui ex Electoribus præſtare, vt alius elector de Capitulo mihi ſuffragetur, vel prò alicuius electoris ſuffragio obtinendo.

1 CONCLVSIO EST affirmatiua.

2 Cuius eſt ratio, quoniam pecunia adipiſcitur quid ſpirituale. ergo eſt ſimonia. ergo electio ex hoc ſubſequuta nulla eſt, ac ipſo iure irrita eſt.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt concluſio communiſsima inter Doctores omnes, & illam autumant Azor, to. 3. inſtitut. moral. lib. 12. c. 7. q. 1. verſ. eſt itidem, Panorm. in cap. monachus, num. 3. Peyrinus, tom. 1. de ſubdito, q. 1. c. 3 1. §. 9. verſ. dico 3. & cæteri omnes in ſuperioribus allegati, & nominandi.*

CON-

CONTROV. XVI.

An Elector ſimoniam cōmittat, ſi alteri Electori aliquod beneficium, e.g. Prioratum, & huiuſmodi promittat, pro ſuffragio ferēdo in propriam perſonam, & electio talis ſic indè celebrata ſimoniaca exiſtat.

1 CONCLVSIO EST AIENS. & ipſo Iure nulla.

2 Probatur concluſio expræſsè, ex cap. de hoc, de ſimonia, & ex alijs Iuribus relatis, in ſuperioribus controuerſijs.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt certiſsima apud omnes Doctores, & amplectuntur relatus Azzor, tomo 3. moral. inſtitut. lib. 12. cap. 7. q. 1. verſ. eſt itidem, Peyrinus, tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico 4. & cæteri omnes referendi.*

CONTROV. XVII.

An licitum ſit pecuniam electoribus offerre, non dumtaxat ad eum finē, vt indignus minimè eligatur, ſed etiam dignus, vt ſic in communi, eligatur, caſu quo electores determinati eſſent, indignum eligere.

1 CONCLVSIO PRIMA eſt Affirmatiua.

2 Nec in tali caſu aliqua committitur ſimonia.

Probatur, nàm Eccleſiæ bonum procurare licitum eſt, quamuis alter propter hoc peccaturus ſit. ergo licitum eſt pecuniam electoribus offerre, &c.

DOCT. ALLEG.

3 *Sunt huius aſſertionis Doctores magiſter Sotus, lib. 9. de iuſt. & iure, q. 6. artic. 1. ad ſecundum, Valentia, tom. 3. diſp. 6. qu. 16. punct. 3. colum. 13. verſ. 4. ſequitur, Leſsius, de iuſt. & iure, cap. 35. dub. 19. nu. 113. Arragonius, in 2. 2. D. Tho. q. 100. art. 3. circa 2. dub. in fine, Suarez, tom. 1. de Religione, lib. 4. c. 50. num. 36. Peyrinus, to. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico 5. & cæteri allegandi.*

CONCL. II.

4 Electores aliqui, ſi iniuſtè electionem impedirent, fas eſſet, illis pecunia offerri, pro vexatione redimenda Eccleſiæ, cuius plurimum intereſt, paſtorem habere.

DOCT. ALLEG.

5 *Huic noſtræ ſuffragantur aſſertioni Suarez, Leſsius, Peyrinus in citatis locis, n.3. cùm cæteris omnibus ſuprà, & ibi, relatis, & nominandi.*

CONTROV. XVIII.

An licitum ſit in Canonica electione, pretio obtinere, electionem iuridicè fieri, etiam pro determinata perſona.

EXPLICATIONES.

1 EVenire, equidem, ſolet, aliquẽ videre, quod nec per viam ſcrutinij, nec per ſubornationẽ, nec modo alio obtinere valeat, electionem ſortiri, ſicuti ipſe ſatis cupit, procurat, electionem iuridicè minimè fieri, vt opponere queat, ac annullationẽ eius habere, &c. ac interim electores diſponere iuxtà proprium ſenſum ad eligendum. modo quæritur, ſi in tali facti contingentia, liceat pretio procurare, nè electio impediatur, quin iuridicè, ac Canonicè celebretur, ẽt pro tali determinata perſona.

2 CONCLVSIO EST Affirmatiua.

3 Primo probatur; nam ſi electio pro determinata perſona fiat, adhùc redimitur vexatio quando pretium præſtatur, ne impediatur; vt electio ipſius iuridicè fiat; nam ſi eligeretur, ac non iuridicè, adhùc Collegio electorũ iniuria fieret, quod ſuo fine, in tali electione fruſtraretur, ac tantum pretium præbetur, ad eum finem, vt iuridicè in electione, ac Canonicè procedatur.

4 Secundo probatur, electio, enim, iſta non per hoc pretio obtinetur, ſed dumtaxat vexatio redimitur, quam electorum Collegium pateretur, ſi ex alicuius malitia, minimè iuridicè electio celebraretur.

Nam Collegium Ius habet ad iuridicam, & Canonicam electionem, ad quam concurrere tenetur, ac ipſam procurare quantum fieri poteſt, vnde ſi quis, & etiam, ex electoribus efficit, nè iuridicè, ac Canonicè fiat, electorum Collegio iniuriam infert in re graui valdè, ac mortaliter peccat; quoniam ipſum Collegium malitioſè fine ſuo defraudat, quem intendit, & protereà iniuſtam vexationem redimere licet.

DOCT. ALLEG.

5 *Noſtrã ſequuntur concluſionem Syluest. ver. ſimo. poſt initiũ q. 13. Sanchez, lib. 2. opuſc. moral. c. 3. dub. 30. n. 9. Paſqualigus in ſuis deciſ. moral. deciſ. 232. n. 2. & alij recentiores nominandi.*

CON-

CONTROV. XIX.

An Elector, ſi à meo competitore, in Canonica electione, pecuniam, aut munera deſumpſit, ſit quoque mihi licitum, munera, & pecuniam præbere, ſine ſimoniæ labe, ac nota, & electio ſic celebrata valida ſit.

CONCL. I.

1 Abſolutè, & ſimpliciter loquendo, illicitum mihi eſt, & ſimoniacus euado in actu electionis Canonicæ, pecuniã offerre, & pręſtare munera eidem Electori, qui à meo Competitore, licèt, ego certò ſciam munera, ac pecuniam recepiſſe.

2 Cuius eſt ratio, quia ego in tali caſu iniuſtè minimè vexor, ac Elector poteſt antecedentèr determinatus eſſe in mei competitoris fauorem abſque vlla iniuſtitia.

CONCL. II.

3 Improbabile omninò minimè eſt, aſtruere, præfato Electori licere vtiq; eidem Electori pecuniam offerre, ac munera præbere, ſine ſimoniæ nota.

4 Probatur concluſio hac ratione; Nàm quod ego peto, benè, ac malè fieri poteſt; nimirum, vt mihi opituletur; quod ſi malè agit, eſt ipſius culpa, quam ego nõ teneor vitare cum graui damno; ſed graue damnum eſt, vt electus ſit à Competitore, pecunijs deuinctus, neque ei ſum peccati cauſa, quoniam iam formaliter in peccato eſt. ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

5 *Duarum harum aſſertionum authores ſunt Hurtadus ad commentaria in 2.2.D.Thom. diſp. 173. ſect. 13. S. 243. Palaus, p. 3. tract. 17. diſp. 3. de ſimonia, puncto 20. n. 8. circà medium, Diana, p. 5. tract. 7. reſolut. 17. in fine, Paſqualigus, deciſ. 233. & alij neoterici nominales.*

CONCL. III.

6 Electori pecuniam præbere ad eiuſdem ſibi animum dumtaxat conciliandum, ſine penitus fine, ac totaliter ſuffragij compenſationis, dicimus, ſimoniam non eſſe, ac proindè licitum eſſe.

7 Primo probatur, nàm actus huiuſmodi non eſt malus, ratione obiecti; quia, vt ſupponimus, pecuniam minimè datur, in ſuffragij compenſationem. ergo ratione obiecti non eſt ſimonia: Immò bonum eſt, quia alicui pecuniam præſtare, aut munera, ad ſibi ipſius animum conciliandum, actus eſt magnificentiæ, ac liberalitatis, quæ eſt virtus ſpecialis; & quamuis ex concupiſcentiæ amore procedat adhùc tamen conuenientem pecuniæ vſum importat.

8 Secundo probatur. Hic enim A-

ctus ſolùm eſſe poteſt malus, ratione ipſius finis extrinſeci, quatenùs ad illicitum ordinetur, vt ſi pecunia ad hunc finem daretur, vt ſcilicet ad meam electionem concurrat. ſi vero pecunia detur ad præponderandam inclinationem, quam habet erga cōpetitorem meum, eo quod pecunia ab ipſo vtique deuinctus ſit, finis bonus eſt, quia aliud non intenditur, quam quod eius animus reducatur ad illam æqualitatem inclinationis, quæ debita eſt in ſingulis electionibus ergà competitores, vt iuſta electio ſequatur, ſed talis æqualitas ne dum eſt bona de ſe, ſed etiam neceſſaria eſt pro ipſa electione; quare qui eā procurat, non facit aliquid in præiudiciū bonæ electionis, ſed in eius fauorem agit; quia quantum eſt de ſe procurat, vt iuſtè fiat, ac non intendit animum ad eligendum inclinare.

9 Tertio probatur, Iura enim hoc minime prohibent; nam quando munera, & largitiones vetant, hoc, inquam, prohibent, quatenus electioni prodeſſe valent nè debito modo fiat; ſed in caſu noſtro, legis finis ceſſat, ac per conſequens etiam lex ceſſat: immo contrarius finis obtinetur, vt ſcilicet electio debito modo fiat. ergo.

10 Quarto ſcandali materia nec etiā, ſeù peccati offertur: quoniam largitio non eſt de ſe peccati cauſa, nec vtique in talibus circumſtantijs; ſcilicet, quando agitur de electione; quia cum abſque vllo peccato fiat, vt iam ſupponimus, concernente electionē benè poteſt, ac malè acceptari; ſiquidem acceptari poteſt tamquam effectus liberalitatis, ordinatus ad demerendum animum acceptantis ſecundum menſuram rectæ rationis; vndè ſi malè acceptatur, malitiæ acceptantis imputari debet.

DOCT. ALLEG.

11 *Pro hac allegantur concluſione, Doctores relati n. 5. & cæteri alij, in ſuperiorib. relati, quos, gratia breuitatis, tranſmittimus recitare.*

12 Prò cuius coronide Controuerſiæ, Lectorem admonemus, nè à prima diſcedat aſſertione in actu practico omninò, ob ſuam conſulendam conſcientiam; quia, licet relata in ſecunda, ac tertia concluſione, ſint doctrinaliter vera, & ſcientificè, atque metaphiſicè loquendo; at moraliter operando, nè in actu Canonicæ electionis, quis videatur, tùm ambitioſus, tùm ſimoniacus, ratione ſcandali, ſaltem paſſiuè, & murmur inter electores, non bonus deuitetur, deſiſtāt electores totaliter ab huiuſmodi procedendi modis, ſapientibus, indirectè ſaltem de ſimonia, in Canonicę electionis actu, vt electorum conſciētia grauetur, ac ſatis ſcrupuloſa reddatur, & huiuſmodi electio ſic celebrata, in dubium, de illius validitatę mittatur.

CONTROV. XX.

An, in electionis Canonicę Actu, Simonia cōmittatur ab eo, qui alicui electorū pecuniā præſtans, vt in electione competitori metū incutiat, eo fine,

ne, vt ab electionis concurſu deſiſtat, ad quam etiam ipſe concurrit.

CONCLVSIO I.

1 INdubitatum, ac certum eſt, illũ, qui media pecunia efficit, vt metus cõpetitori ſuo incutiatur, in ordine ad electionem, grauitèr peccare, & iniuriam ſatis grauem, electorum capitulo vtique inferre.

2 Probatur, qui enim aliquem inducit ad iniuſtã violentiam inferendam, quæ eſt contra Iuſtitiam, mortaliter peccat. ergo vera aſſertio.

Probatur conſequentia, quia Ius competitoris impedit, quod ad concurſum habet. ergo mortaliter peccat contra actum Iuſtitiæ.

CONCL. II.

3 Probabile longè eſt illum, ſimoniam perpetrare, in ordine ad Canonicam electionẽ, qui pecuniã alteri præbet, vt metum competitori incutiat, ad eũ finem, vt ab electionis concurſu deſiſtat, ad quam etiam ipſe concurrit.

Probatur, quia, ſic faciens, ad eligendum ſe conducit, atque adeò media pecunia. ergo ſimoniam committit. ergo nulla electio ex hoc ſequitur.

DOCT. ALLEG.

4 *Præfatas has duas concluſiones edocent Vgolinus de ſimonia, tabula 1. c. 48. §. 3. n. 5 & tabula 4. c. 50. §. 9. in calce, Barboſa, p. 3. de poteſt. Epiſ. allegat. 60. & cæteri in ſuperioribus citati, & alij nominales.*

CONCL. III.

5 Qui in Canonica electione pecuniã præſtat ei, vt metum concutiat competitori in electionis actu, vt à cõcurſu electionis deſiſtat, ad quam ipſe quoque concurrit, in tali facto non committatur ſimonia, non eſt totalitèr improbabile.

6 Primo probatur, nam talis pecunia ſic præſtita, nullo modo, electionem gignit, ſed dumtaxat proobligatione, incutiendi metum, ac ex incuſſo metu, ſolùm ſequitur, non ampliùs competitorem concurrere; ſed ex his minimè ſequitur per ſe electio, ac ſi ſequatur, per accidens & indirectè, euenit. ergo cum nullo modo, pecuniæ ſit effectus, nullo etiam modo, pecunia datur pro electione conſequẽda; ergo nulla committitur ſimonia.

7 Secundo probatur, in Canonica electione, ad ſimoniam perpetrandã, non ſat eſt motiuum, pecuniam dandi, eſſe rem ſpiritualem; ſed inſuper, prò re ſpirituali neceſſario præberi debet. ergo vera aſſertio.

8 Probatur antecedens; nam motiuũ id eſſe debet, quod cum precio commutatur, aut directè, ſiuè ſaltèm indirectè; quando videlicèt, pretium datur pro temporali, quod habere non poſſum, niſi ſpirituale etiam habeam; quia in ſpirituali, fundamentum habet, vt beneficia ſunt. ſicuti quoque valeo ex electionis motiuo pecuniam præbere pro eleemoſyna, vt pauperum orationes, meam adiuuent electionem; nec tamen ſimoniam perpetro. pari modo etiam, ſi ex motiuo electionis, pecuniam præbeam, pro

incu-

incutiendo metu, ſimoniam minimè committo; quando pecuniam non præbeo pro electione, nec directè, nec indirectè. ergo.

DOCT. ALLEG.

9 *In gratiam aliquorum Iuniorum ſcriptorum, adhuc viuentium, hanc adduximus aſſertionem, & præcipuè, amiciſsimi benemeriti noſtri Patris Zachariæ Paſqualigi deciſ. 250. gloria, ac ſplendor, inter cæteros ſuæ Religionis Doctores, aſſerentis præfatam aſſertionem. Nihilhominus tamen, ſemper in praxi conſulimus, ac aſtruimus, non a prima, & ſecunda concluſione, recedendum eſſe omninò ob recitatas rationes, in ſuperioribus, & quia ſumus in materia admodum delicata, cauſa ſimoniæ euitandę propter aliorum ſcandalum, & vt totaliter in electionis actu, ambitioſus quis non ſit reputatus, & ambitio penitus ab electorum cordibus exeradicetur, & tamquam peſtis in abbominatione ſit.*

CONTROV. XXI.

An ſi aliqui ex Vocalibus, ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſeú Iure eligendi, priuatus ſit, ac quidam, eum accuſare vult, ne electioni interſit, ſi ille timens, pecuniam præbeat, ne accuſet, an ſimoniacus euadat.

1 CONCLVSIO EST affirmatiua.

2 PRimo patet concluſio, *ex ca. nemo de ſimo. vbi Gloſſa. ver. celeſ pater.*

3 Secundo probatur ratione, quoniã ſimonia committitur, non ſolum impendendo aliquid ſpirituale pro tẽporali, ſed etiam omittendo ſpirituale, quod tenebatur impendere per aliquod temporale.

4 Secùs autẽ dicendum eſſet, ſi iniuſtè excõmunicatus, vel priuatus eſſet.

DOCT. ALLEG.

5 *Subſcribunt huic aſſertioni, Panormit. in ca. nemo, de ſimonia, n. 1. Graſſius, p. 1. deciſ. aur. lib. 2. c. 96. n. 52. Peyrinus, to. 1. de ſubdito, c. 3. q. 1. §. 9. verſ. dico 6. Naldus, in ſum. ver. ſimon. n. 6. & cæteri aliĩ.*

CONTROV. XXII.

An ſi quis ex electoribus, vel alius non ex Vocalium Collegio, det alteri Electori pecuniam, nè cõſentiat in tali electione, vel ne ſuffragetur alicui digno, ſimoniam cõmittat, ac nulla ſit proindè ipſo Iure electio.

1 CONCLVSIO EST AIENS.

2 CVius ratio eſt, quoniam ſimonia committitur quandocumque ſpiri-

ſpirituale committitur, vel omittitur pro commodo temporali.

DOCT. ALLEG.

3 *Sic enim docent Gloſſa in c.nemo, de ſimon, ver, celet, & ibi Panor. Peyrinus, to. 1, de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico 7. & alij allegandi,*

CONTROV. XXIII.

An ſi quis poſtquam Electus eſt plurium Vocalium ſuffragio, pecunia alicui daretur, qui Electioni contradiceret, ne repugnando, electum vexaret, vel electionem impediret, electio eſſet ſimoniaca.

1 PRIMA CONCLVSIO eſt affirmatiua.

2 Habetur concluſio c. Mattheus, de ſimonia expræſsè.

3 Probatur ratione; nàm alijs electoribus liberum Ius eſt contradicendi excipiendi, & aliquid opponendi contra electionem; vel quia fortè sũt neglecti, *ca. quod ſicut de elect.* vel quia electus fortè fuerit corruptè, id eſt, quia illo ſciente, & non contradicente, pecunia præſtita ſit, ergo,

DOCT. ALLEG.

4 *Authores ſunt huius concluſionis Panorm. in c. Mattheus de ſimon. n. 3. Gloſſa ibid. ver. paucis Azorius, tom. 3. lib. 12. c. 7. q. 1. verſ. quæ res quid dicendum, Peyrinus, to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico 8. & alij.*

CONCL. II.

5 Si duo electi eſſent in Priores, ſeù Prouinciales, e.g. Alter eorum minimè pecuniam præſtare valeret, vt alter deſiſteret; ſeù ad huncfinem aliquod officium ei promittere abſque eo, quod ambo ſimoniæ labe inquinarentur.

6 Ratio eſt, quia tunc mediãte tẽporali, aliquid ſpirituale acquiritur. ergo,

DOCT. ALLEG.

7 *Ita autumant Peyrinus, q. 1. c. 30. §. 9. to. 1. de ſubdito, verſ. unde colligitur, concl. 8. Reginald. in praxi, lib. 23. nu. 124. & alij ſupra relati, & referendi.*

CONTROV. XXIV.

An Electoribus contradicẽtibus, non Iure, ſed facto, electus ſi præbeat pecuniã antequã confirmatus ſit, nè contradicãt, ſimoniã cõmittat, & ſic electio nulla reddatur.

1 PRIMA CONCLVSIO eſt Aiens.

2 Primò probatur, quia pro Iure ſpirituali quærendo, illicitũ eſt, pecu-

pecuniam præſtare;ſed iſte, licèt, electus ſit, attamen non dum habet Ius plenũ ante cõfirmationem. ergo pecuniã dare in tali caſu ſimoniacũ eſt.

3 Secundo probatur authorit. *D. Tho. 2.2.q.100.art.2.ad 5.ſic dicentis. Antequam alicui acquiratur Ius, in Epiſcopatu, vel quacumque alia dignitate, vel præbenda, per electionem, vel prouiſionem, ſeù collationem, ſimoniacum eſſet aduerſantiũ obſtacula pecunia redimere, ſic enim per pecuniam pararet ſibi viam adrem ſpiritualem obtinendam, ſed poſtquam ius alicui acquiſitũ eſt, licet per pecuniã iniuſta impedimenta remouere. hæc D. Tho. interpres Diuinæ mentis.*

CONCL. II.

4 Si quis vero, non elector, electum vexaret, ad ſuam redimendam vexationem, poſt pecuniam præſtare ei, ad finem, nè amplius vexet, ac ab ea deſiſtat, & multò magis, ſi electus fuerit confirmatus, ac iniuſtè vexatus.

DOCT. ALLEG.

5 *Duas has aſſertiones docent S. Thom. loco citato, Panormi. de mente, Innocentij, in cap. Matthæus de ſimon. n. 4. Peyrinus, tom. 1. de ſubdito, q. 1. ca. 31. §. 9. verſ. dico 9. & 10. Azorius tom. 3. Inſtitu. moral. lib. 12. c. 7. q. 1. verſ. ſed quid ſi contradicant cæteri, Leſsius, lib. 2. de Iuſt & Iure, c. 35. dub. 18. n. 110 Suarez, tom. 1. de religio. lib. 4. c. 50. num. 2. alios allegant, videlicet, quando electus, & confirmatus, iniuſtè vexatus, pecuniam præbet, ad ſuam redimendam vexationem, quod vtique ex cap. dilectus, el 1. de ſimonia apertè colligitur, & alij allegandi.*

CONTROV. XXV.

An ſimonia ſit, vexationẽ redimere pecunia ab eo, qui iniuſtè vexat, & impedit electorem, ne accedat ad capitulum ad eligendum, antè Ius acquiſitum, vtputà, vt ſi quis electorem infamaret, ſeù in carcerem traderet, nè ad eligendũ vadat, vel detineret electorẽ, nè alteri ſuffragaretur.

1 NEGATIVA CONCL. EST.

2 CVius ratio eſt, quia hoc pacto ſe redimere à tali vexatione intrinſecè malum minimè eſt; quia vnicuique ius ſuum eſt, & famam defendere, ac iniuſtas vexationes à ſe procul propulſare, ſed hoc valdè remotũ eſt ab acquiſitione rei ſpiritualis, cũ ſolũ ad perſonæ habilitatẽ ſpectet.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſſertio, ſi ne quidem, dubio communis eſt Theologorum, ac eam docent magiſter Sotus, lib. 9 de iuſt. & Iure, qu. 6. art. 1 ad 5. Leſsius lib. 2. c. 35. dub. 18. n. 108. de Iuſt. & Iure, Suarez, tom. 1. de Religio. lib. 4. c. 50. n. 23. Ledeſma. 2. p. ſummæ tract. 17. concl. 29. Tiraquel. 2. 2. D. Tho. q. 100. art. 3.*

art.3.ad quintum,verſ.dicto 2.Peyrinus, tom.1.q.1.c.31.§.9.verſ.dico 52.& alij allegandi,

CONTROV. XXVI.

An, in electione Canonica, ad diſcernendum, quomodo, & quando, & cui, pecunia pro vexatione redimenda, dari poſsit, quæ ſint conſideranda.

CONCL. I.

1 Multum intereſt conſiderare an perſona cui pecunia præbetur, poſſit tãtùm electioni obeſſe, & non prodeſſe, videlicet, perſona, cui datur pecunia non habet vocem in electione;&ſic eſt licitũ ab his vexationem pecunia redimere.

2 Cuius ratio eſt, quoniam obtinere ab eo, qui tantum poteſt obeſſe electioni, vt, deſiſtat, non eſt obtinere ab eo quidquam ſpirituale, ſed ſolùm vexationem redimere.

CONCL. II.

3 Perſona,cui pecunia datur,ſi eſt Elector, ac vocalis in electione celebranda, ac poteſt prodeſſe electioni; nequaquam eſt licitum, vexationem pecunia redimere, licet iniuſta ſit huiuſmodi vexatio.

4 Probatur, quia obtinere ab eo, qui poteſt electioni prodeſſe, vt deſiſtat ab inferenda iniuria, eſt ex conſequẽti ab ipſo pretio, beneficium obtinere. ergo ſimonia committitur.

DOCT. ALLEG.

5 *Huiuſmodi diſtinctiones, & conſequenter concluſiones ſunt à Caiet. 2.2.qu.100. art.2.§.ad hoc dicit.deſumptæ,& communiter ab omnibus approbãtur, nempè à Leſſio de iuſt.& iure,lib.2.ca.35.dub.8.nu. 108.& 109.à Suarez,to.1.de relig.lib. 4.c.50.n.22.ab Arragone,in 2.2.q.100. art.2.verſ.dicto primo,à Peyrino,to.1.q. 1.c.31.§.9.de ſubdito,verſ.ad diſcernendum,ver.dico 13.& ab alijs allegandis.*

CONCL. III.

6 Electus dumtaxat,& non confirmatus vexatus, habens, tãtum Ius ad rẽ, nequit pecunia vexationem redimere à vexantibus etiam iniuſtè, in proſequutione illius electionis, ne cõfirmationẽ obtineat. Si verò electus habet Ius in re,id eſt, cõfirmatus ſit, poteſt, ſuam redimere vexationem pecunia,à vexantibus quibuſcunq; etiã ab eo, cuius poſſeſſionem dare eſſet.

Ratio,vtriuſq; partis cõcluſionis eſt, quia in ſecunda parte aſſertionis, redemptione, nullũ de nouo Ius acquirit,ſed tantũ acquiſitũ tuetur;in prima verò redemptione nouum Ius acquirit ſpirituale,nimirum, cõfirmationẽ, & ideo nequit pecunia hãc redimere vexationẽ,ſolũ Ius habens ad rẽ,& nõ in re,videlicet,non dum confirmatus.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent concluſionem Leſsius,vbi ſup.n. 110.Suarez,n.8 d.loco,Peyrin.vbi ſup.et alij allegati à Leſsio,& alij nominales.*

CON-

CONTROV. XXVII.

An in electione, ſimonia interueniat, ſi alius pecuniā dedit, ſciente eo, cui electio procurabatur, ac non contradicente, ſit ipſo facto nulla electio, & teneatur ſic electus, renunciare.

1 PRIMA CONCL. EST AIENS.

2 CVius ratio eſt, quia ſciens, ſimoniacā intentionē reſiſtere debebat, ſed nō reſiſtēdo, tacitè conſenſit.

DOCT. ALLEG.

3 *Tenent concluſionē Gloſſa, in c. ſicut tuis, ver. præbere, de ſimonia, Suarez, tom. 1. de Religio. lib. 4. c. 57. nu. 28. Peyrinus, to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico 14. & alij nominales de communi.*

CONCL. II.

4 Sin autem, electus ſimoniam ignorauit, quæ committebatur; ſed quia ſuſpicatus eſt, ne committeretur, cōtradixit, repugnauit, ac numquā conſenſit, electio ſequuta, eſt bona, firma, ac Canonicè, aliàs, valida; ſiuè amicus ſit mediator ille, qui pecuniam præſtitit, ſeù inimicus.

5 Ratio huius eſt aſſertionis, quia motiuum aliorū, inordinati amoris, vel odij, non debet innocenti, ac cōtradicenti nocere. ergo. & aſſertio expreſſè habetur, c. ſicut tuis, de ſimonia.

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſerunt ità Franciſcus Suarez, d. loco, n. 30. Peyrin, eod. loco, ver. dico 15. & cæteri omnes in ſuperiobus allatis.*

CONCL. III.

7 Electus, ſi adepta dignitate, conſenſit, pecuniam ſoluendo, factū approbando, inuoluitur ſimoniæ vitio, ac tenetur dignitatem renunciare, & per Iudicis ſententiam eſt priuandus.

Quia factū approbauit, vt expræſſis verbis dicitur, *in c. ſicut tuis*; videlicet. *Niſi poſteà conſenſerit.*

CONCL. IV.

8 Si vero electus, pecuniam ſoluit, factum non approbādo intrinſecè, neq; extrinſecè, ſed ſolum ne amicus damnum patiatur, in tali caſu, non eſt ſimoniacus, nec priuari pōt illa dignitate, nec beneficio, nec Canonicatu.

9 Ratio eſt, quia ſic ſoluēs pecuniā, nō emit Prioratum, aut Canonicatū, & huiuſmodi; & conſtat concluſio, *ex c. cum quis, de ſententia ex commu. in 6.*

DOCT. ALLEG.

10 *Defenſores harum aſſertionum, & docentiū ſunt D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3. Suarez, d. loco, nu. 31. & 32. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 35. dub. 25. nu. 544. Reginal. lib. 23. n. 159. Peyrin. vbi ſupra, Abbas, in cap. ſicut tuis, nu. 8. de ſimon. Gloſſa, ibid. ver. conſenſerit, & alij de communi ſententia.*

CON-

CONTR. XXVIII.

An ſi ſimonia committatur, prorſus illo ignoráte, qui prioratum, vel canonicatum, ſeu aliam dignitatem conſequitur, ac non contradicente; quin nullam occaſionem, vel ſuſpicionem habuit, ad contradicendum ſi pecunia data non ſit in odium eius ab inimico, ſed in eius fauorem, ác beneficientiam ab amico; tunc in tali caſu an electio ſit ipſo facto nulla, ac teneatur ſic electus mox, ac de ſimonia fuerit conſcius, beneficium, ſeu canonicatum, relinquere, & fructus receptos reſtituere, his exceptis, quæ bona fide perceperit, atq; Prioratum, Abbatiatum, Prouincialatū, & Generalatum à ſe abdicare, & deſerere.

1 Concluſio aiens eſt.

2 *Concluſio probatur ex cap. nobis, et cap. ſicut tuis, de ſimon. vbi dicitur. Quauis ſecundum Sac. Cano. inſtituta etiam paruuli, qui cupiditate parentum Eccleſias, ſūt adepti, eas dimittere teneantur, & hoc idem dicitur, cap. ex inſinuatione, de ſimonia. ergo.*

DOCT. ALLEG.

3 *Docent, D. Th. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 3. Suarez, n. 35. alleg. loco, Peyrin. to. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico 16. Reginald. lib. 13. n. 177. Glo. in c. ex inſinuatione, ver. reſignaſti, notans, quod in odium ſimoniæ, aliquando punitur, quis ſine culpa: quia, niſi ius taliter puniret, nimis frequentatum eſſet hoc crimen, Fel. eod. c. n. 4. hoc idem notauit, & noſtram docet concluſionem, cum alijs nominalibus de communi.*

EXCEPTIO.

4 In præſentiarum autem, excipitur caſus, quo pecunia, in odium eligendi, præſtita eſſet, vt his verbis, *in cap. nobis, & cap. ſicut tuis, de ſimonia dicitur. Nam odium inimici parantis inſidias, nemini debet obeſſe.*

CONTR. XXIX.

An electio ſimoniaca ſit, ſi electore ignorante, & electo, ex. gr. quia data eſt pecunia alicui conſiliario, ac amico intimo eligentis, ab amico electi, & ipſo facto, an, nulla ſit in tali facti contingētia.

Concluſio prima affirmatiua eſt.

1 Quæ quidem eſt intelligenda, dummodo, electus ſuſpicans de ſimonia, non cōtradixerit; vel in odium ipſius, data non ſit pecunia.

2 Concluſio conſtat, *ex cap. de Regularibus de ſimonia*, & rōne probatur, quia irritatio directè fertur in omnē electionem, quę contingit per ſimoniam fieri.

DOCT. ALLEG.

2 Ita Armilla, verb. ſimonia, numer. 7. Suarez, tom. 1. de Religio. lib. 4. cap. 57 num. 40. Peyrin. tom. 1. de ſubdito, cap. 31. q. 1. §. 9. verſ. dico, 17. & alij.

CONCL. II.

5 Simoniaca eſt illa electio, & conſequenter, nulla, in qua vnus electorum concurrit, cui facta fuit aliqua promiſſio temporalium, licet, iſte exiſteret extra numerum maioris partis: itaut maior pars ſine iſto nihiloſecius, electura erat: Immò etiá ſi iſte nihilhominus, erat electurus perſonam electam, niſi, aliàs promiſſio facta ſit in fraudem electionis; immò etſi, promiſſio facta non valeret.

DOCT. ALLEG.

6 Sic docet Martha in ſuis deciſion, voto, 10. à numero 1. & numero 4. aſſerit, quod ad probandum talem promiſſionem factam eſſe, litteras huius promiſsionis tranſmiſſas, ſat eſt, in cella repertas fuiſſe, prædicti electoris: Nam tunc videtur, illa acceptaſſe, ex Regula. l. ſi filius familias, patre abſente. ff. ad Macedonienſ. & num. 5. inquit, quod hæc præſumptio eſſe debet validum argumentum ſuperiori, ne dictam electionem confirmet: Immò, & ipſo electo, ac forte ignoranti, eſſe debet conſilium, ne dictam electionem acceptet, iuxta cap. Matthæus, de ſimonia: & Peyrinus, to. 1. de ſubdito, qu. 1. cap. 31. §. 9. verſ. & aduerte, poſt dico, 17. & alij nominales.

CON-

DISPVTATIO TERTIA.

De Simoniacorum pænis, in electione canonica contractis.

CONTROVERSIA PRIMA.

An omnis electio, prouiſio, nominatio, ac confirmatio ſimoniace facta, ſit ipſo iure nulla, ante iudicis ſententiam declaratoriam.

CONCL. I.

OMNIS electio, prouiſio, nominatio, collatio, ac confirmatio, ſimoniace facta, eſt ipſo iure nulla, ante omnem Iudicis ſententiam, etiam, declaratoriam, ac nullum ius, ſeu effectum confert, & qui ſic electus, tenetur in foro poli, ſub mortali peccato, prælaturam, ſeu canonicatum, vel huiuſmodi, renunciare, nec abſolui poteſt, priuſquam, renunciet, & hoc etiamſi, ſimonia ſit occulta, ſeu commiſſa ſit ab eodem, qui Prioratum, ſiue Canonicatum obtinuit, ſiue ab alijs, ipſo quoque neſciente.

2 Primo probatur, ex extrauagantis authoritate, cum deteſtabile, quæ eſt ſecunda de ſimonia, vbi dicitur. Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quas vis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quę viribus, omninò, careant, in Eccleſijs, Monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, aut aliquo eorum, cuiquam, ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit, reſtitutionem, ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus. hęc ibi.

3 Secundo, probatur, ſecunda pars, nempè etiamſi ſit occulta, ex verbis, d. extrauagant. ibi. *Et eorum quemlibet, tam manifeſtum, quam occultum: & ex capitulo Matthæus de ſimonia.*

DOCT. ALLEG.

4 *Concluſio eſt deſumpta à Diu. Thom. 2.2.qu.100.artic. 6. ad 3. quem fuere ſequuti omnes commentatores ad hunc locum, & cæteri Theologi, Peyrinus, to. 1. de ſubdito, qu. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico 18. Suarez, to. 1. de Religione, libr. 4. cap. 57. num. 10. & 25. & 27. Leſsius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 35. dub. 25. n. 137. & alij.*

CONCL. II.

5 Qui ſimoniacè aliquam dignitatem, putà, Prioratus, Canonicatus, Abbatiatus, & huiuſmodi, Eccleſiaſticam, non eſt ipſo iure, alijs dignitatibus priuatus, ritè prius acquiſitis, ſed Iudicis ſententia condamnatoria expectari debet.

6 Probatur, quia nullo iure hoc cauetur: & pæna, qua, quis priuatur à iure, re ſua, iuſtè poſſeſſa, non eſt ſic deſumenda, vt ille, eam exequi in ſe ipſo, teneatur.

7 Hæc noſtra aſſertio ampliatur ad ſimoniam confidentialem commiſſam, per extrauagant. Pij Quinti incipit, *Intollerabilis*, relatam a Nauarra in ſumma, cap. 23. n. 110. & ad ſimoniam commiſſam ab examinatoribus in examine ad beneficia, vt habetur in ſeſſ. 24. cap. 18. Tr. Conc. de reformat. quicquid Suarez in cõtrarium aſtruat, loco in fracitand. n. 3. cum iam per non vſum receptum etiam in his caſibus, quis minimè teneatur beneficia ante ſententiam Iudicis declaratoriã, dimittere, vt alij DD. ſtatim citandi autumant.

DOCT. ALLEG.

8 *Docent concluſionem cum ſua amplitudine, Nauarr. lib. 5. de ſimonia, conſil. 92. Azorius, tom. 3. libr. 12. capit. 21. dub. 12. Suarez, tom. 1. de Religio. libr. 4. cap. 58. num. 3. Reginald. in praxi, lib. 23. num. 188. Molfeſius, parte 1. ſumma, tract. 6. cap. 15. num. 97. Peyrinus, to. 1. de ſubdito, qu. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico, 19. Leſsius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 35. dub. 26. num. 148. & cap. 34. dub. 16. num. 79. & alij communiter recentiores allegandi.*

CONCL. III.

9 Regularis, ſi quis electus fuerit in Priorem, exempli gratia, aut in Prouincialem, vel Abbatem, & huiuſmodi, ritè, ac canonicè, & deindè ſi confirmationem ſimoniace obtineat, non ob id electio ipſo iure, nulla erit; licèt per Iudicis ſententiam in pænam commiſſę ſimoniæ in cõfirmatione tamen, annullari poterit.

Ratio eſt, nam ſi poſterior actus irritus eſt, non proterea, irritus prior cenſeri debet: quia prius, à poſteriori minime pendet. ergo.

Secus autem dicendum eſt, ſi prior actus, videlicet, electio, irritus fuit; tũc enim nulla erit etiam confirmatio, etiam ſi, nulla ſimonia interueniret, quia fundamentum deeſt, ſine quo nequit, ſubſequens actus validus eſſe.

Et hæc noſtra concluſio ſequitur à ſuperiori, & per conſequens, eiſdem etiam probatur rationibus.

DO-

DOCT. ALLEG.

10 *Pro hac aſſertione allegari licet omnes Auctores, ſupra relat i, ac cæteri referendi de communi opinione.*

CONCL. IV.

11 Licet namque, qui ſimoniacè canonicatum, ex. gr. Prioratũ, aut aliã dignitatem Eccleſiaſticã, ſeu beneficium obtinuit, per Pij V. extrauagãtẽ, ſit ipſo iure inhabilis ad quaſcũq; alias dignitates ante Iudicis ſentẽtiã declaratoriam, ſed quia talis pęna nõ eſt in vſu, ideo Iudicis ſententia requiritur declaratoria talis pænæ ſimiliter, vt quis ſit inhabilis ad alias dignitates Eccleſiaſticas obtinẽdas.

12 Qđ autẽ ipſo facto incurratur, in pęnã inhabilitatis ad quaſcunq; dignitates obtinendas, ex verbis bullæ Pij V. relatæ à Cherubio, to. 2. Bullarij, in eius Conſtit. ſupra, vbi §. 8. ſic habetur. *Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniace acquiſierit, illis ſit, ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quaſcunq; alias obtinendas:* ſed tamen per non vſum, hac tempeſtate expectatur declaratoria ſententia Iudicis.

DOCT. ALLEG.

13 *Tenent, atque ſequuntur concluſionẽ Nauar. lib. 5. de ſimonia, conſil. 92. Suarez, to. 1. de Religione, lib. 4. cap. 58. nu. 10. Azor. to. 3. lib. 12. c. 21. dub. vlti. Peyrin. to. 1. de ſubdito, q. 1. ca. 31. §. 9. verſ. dico 20. & alij nominales communiter.*

CONCL. V.

14 Qui per ſimoniã in beneficio habuit dignitatem aliquam Eccleſiaſt. ipſo iure in maiorem excommunic. incidit, à qua niſi à Papa abſolui poteſt, præter mortis articulum.

15 *Concluſio conſtat ex bulla Pauli II. quæ eſt ſecunda de ſimonia, inter extrauagantes communes, in qua ſic dicitur. Statuentes præterea, quod vniuerſis, & ſinguli etiam præmiſſis dignitatibus prædicti, qui quomodolibet dando, vel recipiendo, ſimoniam commiſerint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua niſi à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente nõ poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo. hac ibi. quam poſtea confirmauit Pius V. per aliam ſuam extrauagantem, quæ incipit, cum primum.*

16 Quæ tamen, cenſura minimè contrahitur ab illo, qui beneficiũ acquirit per ſimoniam realem, verè ignoranter tamen; quia iſte nullũ peccatum commiſit, quamuis reſignare teneatur ſtatim, ac ſciuerit factũ beneficium, ſeu illam Eccleſiaſt. dignitatem, putà Canonicatum, Præpoſituram, Archidiaconatum, & ſimilia.

DOCT. ALLEG.

17 *Eſt communis inter omnes Doctores, & docent Azor. vbi ſupra nu. 13. relatus, Arragon. 2. 2. D. Th. q. 100. ar. 6. concl. 4. Suarez, d. loco, c. 56. n. 6. Peyr. verſ. dico 21. Megala to. 1. reſol. 31. n. 6. cit. loco, & cæteri allegandi.*

Digitized by Google

CONTR. II.

An in canonicis electionibus, ad pænas ſimoniæ incurrendas, ſub nomine beneficij Eccleſiaſtici, compræhendantur Regularium dignitates, videlicet, Generalatus, Abbatiatus, Prouincialatus, Prioratus, & huiuſmodi, & horum electio ſimoniacè celebrata ſit ipſo iure nulla.

CONCL. I.

1 SI ſub nomine beneficij vniuocè, ac ſtrictè ſumpti, quatenus tātum ſignificet beneficium ſimplex, aut canonicatum, ſeu parochiale, dubio procul, minimè comprahenduntur dictæ Regularium dignitates, de iure, videlicet communi antiquo.

2 Probatur, quoniam multum intereſt inter iſta ſæcularia beneficia, & Regularia officia cum honore, & dignitate: nam beneficia ſæcularia, fere, omnia temporalia ſunt, & prçbēdam annexam habent, quod Regularia non habent, & tantum onus in ſe continent.

DOCT. ALLEG.

3 *Sic namque docent Angelus, verſ. ſimonia, 6. num. 9. Roſella, eod. verb. num. 13. Tabiena, ibid. n. 72. Syluest. ver. ſimonia, q. 19. §. 3. excommunic. Salzedo ad pract. Diaz, c. 94. verſ. 3. quod nullus, Azor, to. 3. lib. 12. c, 21. q. 6. verſ. quares, Leſs. de iuſt. & iure, lib. 2. c. 35. du. 25. n. 137. Peyrinus, to. 1. q. 1. §. 9. c. 31. de ſubdito, verſ. dico 21. Nauarrus, in manuali, c. 23. n. 111. & lib. 5. de ſimon. conſil. 6. nu. 9. Bordonus, in concil. Regul. q. 10. reſol. 26. n. 33. Bonac. to. 1 de ſimonia, diſp. 1. q. 7. §. 2. n. 4. & tom. 3. diſp. 2. q. 3. puncto 24. n. 4. Barboſa, in collectan. to. 3 lib. 5. extrauagant. 2. n. 9. & alij allegandi.*

CONCL. II.

4 In lata ſignificatione, deſumpto nomine beneficij, ac de ſpeciali iure, ad pænas incurrendas ſimonię, in canonicis electionibus Regularibus, comprahenduntur quoque dignitates Eccleſiaſticæ Regulares, nimirum, Generalatus, Prouincialatus, Abbatiatus, ac Prioratus, & huiuſmodi.

5 Aſſertio conſtat *ex extrauaganti de ſimonia, cū deteſtabile*, & ex extrauaganti Pij V. de ſimonia, *cum primum*: Nam huiuſmodi Regularium prælatorum dignitates habent curam animarum annexam, & in non nullis Religionibus ſunt etiam vitalitię, ac perpetuæ, vt Generalatus in Prædicatorum Ordine, & Abbates ſunt ſemper Abbates, & hæ dignitates, beneficia nuncupantur, de iure nouo

per

per multas Conſtitutiones Papales, & nouiſſimè, ex Conſtitutione Clement. VIII. de reform. Regular. nu. 35. vbi dicitur, *Quicunque ſecus fecerint, præter aliàs pœnas, & cenſuras hactenus contrà huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidat, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis à nemine poſſit diſpenſari, niſi à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur.*

Quam Conſtitutionem confirmauit Paulus V. & recenter Vrbanus VIII. de anno 1624. die 21. Septembris, & idem Clem. VIII. in Conſtit. de munerum largitione, §. 16. pœnas ampliauit contra eoſdem ſimoniacos, quam Conſtitutionem, ſimiliter idē Vrbanus VIII. confirmauit, & reinualid auit, de anno 1640. die 16. Octobris, incipit, *Nuper à Congregatione non nullorum Regularia, &c.*

DOCT. ALLEG.

6 *Auctores noſtræ concluſionis ſunt Caietan. in ſum. verb. excommunica. c. 75. Raynerius, in cathalogo cenſurarum, c. 9. excommunicatio, 12. Nauar. in ſum. c. 27. n. 116. Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 21. ſect. 5. n. 24. & diſp. 31. ſect. 4. n. 45. & to. 1. de Religione, lib. 4. c. 57. n. 47. Armilla, verb. excommun. ca. 59. Reginald in praxi, lib. 23. c. 12. n. 182. Filliuccius, to. 3. tract. 15. c. 4. q. 7. nu. 87. Leſsius in edit. Lugduni 1622. li. 2. c. 35. dub. 25. n. 137. Sanchez, to. 2. opuſculorum, c. 3. dub. 104. lib. 2. nu. 5. & 11. & dub. 107. n. 3. Peregrinus in 3 p. Conſtitution. Theatinar. c. 1. lit. A. §. 2. verſ. 7. Tamburinus, to. 2. de iure Abbatum, diſp. 10. q. 5. nu. 3. & 4. Gordanus, to. 2. ſum. lib. 7. q. 13. c. 4. n. 70. Sigiſm. tract. de elect. p. 2. cap. 1. dub. 58. Diana, p. 4. tract. 4. miſcell. reſol. 156. Rodriq. to. 1. qq. regul. q. 20. ar. 13. eius Nepos in qq. enucleatis, reſol. 129. n. 5.* & cæteri omnes nominales, de communi ſententia, & de iure nouo per multas Papales extrauagantes, vbi de ſimonia, & ambitione ex dignitatibus Eccleſiaſticis adpiſcendis, ac Regularibus, agitur, ac totaliter, iuxta iura antiqua, talis peſtis ſimoniæ & ambitionis, ſummopere vetatur.

CONCL. III.

7 In quacunque canonica electione ſimonia interueniente, nulla ſequitur electio, & irrita eſt ipſo iure.

8 Concluſio eſt de ſe certa, ex relatis extrauagantibus cum deteſtabile, quæ eſt ſecunda, de ſimonia, & Pauli II. inter cōmunes extrauagātes, & eſt 2. de ſimonia, Pij V. quæ eſt Cōſtitut. 5. de ſimonia, ſupra à nobis sūt relatæ, cum alijs vulgatis iuribus.

DOCT. ALLEG.

9 *Omnes habet concluſio Doctores, nu. 6. nuper allegatos, & alios allegandos.*

CONCL. IV.

10 Vicariatus officium Regularis localis, in illis Religionibus ſicut, & Subprioratus, à prælatis locorum, totaliter dependens ad libitum, ſimoniacè obtentum, licet non incurratur

tur in pænas ſimoniç, nec in excommunicationem per ſimoniam contractam; nihiloſecius, in pænas, ambitioſi, & in excommunicationem ipſo iure incidunt, à Clemente emanata, à Paulo V. & ab Vrbano VIII. reinualidata, vt n. 5. diximus.

11 Prima pars aſſertionis probatur; quia huiuſmodi officium Subprioratus, & Vicariatus Conuentus Regularis, non includitur, ſub nomine Beneficij, ad pænas ſimoniæ incurrendas. ergo.

Secunda vero, pars de ſe patet, ex verbis ipſius Clementis Conſtitut. de reform. regularium.

DOCT. ALLEG.

12 *Allegantur omnes Doctores, num. 3. relati, & alij allegandi Diana, n. 6. allegatus cum alijs.*

CONTROV. III.

An prælaturas Regulares, & alias Eccleſiaſticas dignitates, & honores obtinentes per ſimoniam in canonica electione, ſint pæna infamiæ nota, obnoxij.

1 *Concluſio eſt affirmatiua.*

2 Probatur, authoritate, cap. ſanè, is, q. 3. & cap. ſi quis præben. 1. q. 3. vbi ſic dicitur. *Emptor, atque venditor, & interuentor*, nota infamiç percellantur, ſed huiuſmodi pęna nõ incurritur ipſo facto, ſed per ſolam Iudicis ſententiam, ac condemnationem.

DOCT. ALLEG.

3 *Doctores ſunt huius noſtræ aſſertionis, Azor, tom. 3. lib. 12. cap. 21. q. 7. Suarez, tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 56. n. 25. Peyrinus, tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 9. verſ. dico 22. & cæteri alij nominandi.*

CONTR. IV.

An ad pænas incurrendas pro ſimonia, in canonica electione perpetrata, ſufficiat, pecuniam eſſe promiſsam, ac dignitatẽ nimirum, Prioratũ, Canonicatum, Abbatiatũ, & huiuſmodi.

CONCL. I.

1 Ad pænas incurrendas, in canonica electione ſimoniæ, neceſſariò

ſariò pecuniam acceptã eſſe, ac realiter datam, & Prioratum, ſeu Canonicatũ, vel aliam dignitatem regularem, ſeu ſęcularem Eccleſiaſticam, realiter receptam eſſe, aliàs, minimè in eas incurritur.

2 Ratio huius eſt aſſertionis, quia ſic ſtylus Romanæ Curiæ ſeruat, quod conformatur, ex prima extrauaganti de ſimonia, vbi huiuſmodi pœnæ non ſtatuuntur, niſi contra illos, *qui conuentione facta quomodolibet dando, vel recipiendo, ſimoniam commiſerunt.*

DOCT. ALLEG.

3 *Subſcribunt huic aſſertioni, Nauar. in ſumma, cap. 23. n. 104. Azor. lib. 12. to. 3. cap. 21. q. 10. Suarez, to. 1. de Religione, lib. 4. ca. 56. n. 33. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 35. dub. 27. num. 149. Reginald. in ſua praxi, lib. 23. n. 172. Armilla, verb. ſimonia, n. 4. Graffius, p. 1. deciſ. aur. lib. 2. cap. 96. n. 20. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. c. 2. nu. 428. Couarruuias, in regula peccatum, p. 2. ſumma, cap. 101. caſ. 13. verſ. emperò nota citans alios, Peyrin. verſ. dico 23. tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 9. & alij de communi nominales.*

CONCL. II.

4 Quando verò ex parte promittentis temporale, traditum eſſet conferenti ſpirituale, inſtrumentum debiti, ſeu ſchedula cambiorum, qua fateretur, beneficium, putà Canonicatus, ſeu Prioratus, Abbatiatus, & huiuſmodi, deſiderans, ſe debere collatori, vel electoribus, cẽtum, ſiue. qua poſſet collator, tali ſemper, vel elector recipere, in tali bancho Mercãtario, illa centum; in tali caſu ambo in cenſuras incidunt, quod idem dicendum eſt; ſi mihi collator, vel elector debeat centum ex alia cauſa, ac illi Chyrographum feci, quo fateor ea recepiſſe, ex hac cauſa, vt canonicatum, vel aliam dignitatem accipiam, vel ſim in Priorem, &c. electũ, quod omnia hæc ſpiritualia, ſint ſcilicet realiter acc epta, & acquiſita.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita aiunt, & docent Doctores relati, n. 3. cum alijs, & inter eos, ſpecialiter tenet Graffius, vbi ſupra, n. 22. Peyrinus, d. loco, verſ. quando autem, & cæteri recitandi.*

CONTR. V.

An mediatores ſimoniacę electionis realis, & cõpletæ in beneficijs, & in ordinibus, & in electione canonica, in excommunicationem, ipſo facto incurrant.

1 CONCL. I. Eſt aiens

2 Concluſio conſtat liquido, ex prima extrauaganti, de ſimonia, vt videri fas eſt.

DO-

DOCT. ALLEG.

3 *Docentes ſunt concluſionem, Nauarr. lib.5.conſil.98.de ſimonia,vbi ſic loquitur*. Vt quis dicatur mediator ſimoniæ, non eſt neceſſe, quod ipſe ob eã aliquid recipiat, ſed ſatis eſt,vt mediator fuerit,vt illa fiat. *Satis Nauar. Azorius,lib.12.cap.24.q.1.Peyrinus verſ.dico,24.tom.1.q.1.cap.31.§.9.et cæteri allegandi.*

CONCL. II.

4 Qui mediator fuit ad conſequendã aliquam dignitatem in Religione, putà Prioratus,Guardianatus, & huiuſmodi, vel Canonicatus, in ſeculo aut Archidiaconatus, & ſimilia; ſi res non eſt completa, vel eſt tractatus de ſimonia conuentionali in cõpleta,non incurritur in cenſuras,nec in pænas vllas ſimoniæ.

Quia nec ipſi principales in has pænas,& cenſuras incidunt.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita aſtruit,Nauar. d.loco,cum alijs allegatis,& allegandis.*

CONTR. VI.

An Regulares prælati, diſpenſare valeant cum ſibi ſubditis, qui ſcienter Prioratum, ſimoniacè obtinuerunt, vt illud de nouo obtinere valeant.

CONCL. I.

1 AD Summum Pontificem dũtaxat ſpectat cum talibus his Regularibus diſpenſare, vt de nouo ad Prioratum,& ſupra,eligi queant, qui ſcienter, huiuſmodi regularem dignitatem ſimoniacè obtinuerunt.

2 *Deſumitur clarè ex cap.ſi alicuius, de elect.& ex cap.ſi quis de ſimon.& ex alijs iuribus.*

3 Concluſio ampliatur, etiam reſpectu aliorum Eccleſiaſticorum, ſi canonicatum, & alia beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiuerũt, eorum Ordinarij locorũ non valent cum eis diſpenſare, vt in poſterum has dignitates, & beneficia adpiſci valeant.

DOCT. ALLEG.

4 *Auctores ſunt Graſſius.p.1.deciſ.aur. lib.2.cap.98.num.6.Suarez,tom.1. de Religio.lib.4.cap.vlt.num.10.Reginal. lib.23.nu.186.allegans alia iura,præter relata, Peyrin.tom.1.de ſubdito, q. 1.cap.31.§.9. verſ. dico 26. & alij nominales.*

CONCL. II.

5 Cum illis autem, quibus ignorantibus, ſimonia commiſſa eſt in ſuorũ beneficiorũ acquiſitione, poſt horũ liberã reſignationem, D. Epiſ. cũ eis diſpenſare valet,ſicut, & Regulares prælati cũ ſibi ſubditis, ſi ignoran-

ranter Prioratum, & alias dignitates in Religione adepti fuiſſent. Niſi videlicet, Epiſcopus ipſe ſit, cum quo ſimonia fuiſſet commiſſa, & beneficium ſit ſimplex, & Prouincialis ſit ipſe, cum quo in electione, ſimoniam commiſſerit, Prioratus.

6 Concluſio patet, & clarè habetur in cap. ſi alicuius de electione.

7 Sin autem beneficium curatum ſit; in tali euentu, diſtinguendum eſt, vel is, qui beneficium recipit, ſtatim, ac ſciuit fuiſſe ſimoniam commiſſam, illud renunciat, & in tali caſu Epiſc. diſpenſare valet, iuxtà cap. final. prima, q. 5. Si vero beneficium non reſignat, ſtatim, ac cognouit ſimoniã, ſed expectat Iudicis ſententiam, tunc ſolus Papa ſpenſat.

8 Sic enim habetur in cap. ſi alicuius, de elect. & pars prima intelligitur, quod non valeat Epiſcopus cum eo diſpenſare pro illa vice, quando, ſcilicet non ſtatim, ac fuit de ſimonia conſcius reſignauit, ſed expectauit Iudicis ſententiam, vt aſtruit Gloſſa, ibi ver. *Illa vice*.

DOCT. ALLEG.

9 *Aſſerunt ità Reginald. loco citato, Peyrinus, vbi ſupra, & cæteri allegati, & allegandi.*

CONCL. III.

10 Regularis ſcienter prælaturam aliquam, putà, Prioratum, Prouincialatum, Abbatiatum, & ſimile, ſimoniace recepit, ac electus eſt, non poteſt retinere, ſine Papæ diſpenſatione.

Sin vero ipſo ignorante, commiſſa eſt ſi ſtatim, ac cognouit ſimoniam renunciat Prioratum in manibus Prouincialis, vel Prouincialatum in manibus generalis, poteſt ipſe Generalis, cum eo diſpenſare (niſi ipſe ſit, cum quo commiſſa eſt ſimonia) ſi vero Iudicis ſententiã expectat, tunc dumtaxat Papa diſpenſat.

11 Concluſio deducitur ex ſuperioribus, & eiſdem iuribus cõprobatur.

DOCT. ALLEG.

11 *Sequuntur hanc noſtram aſſertionẽ omnes relati in ſuperioribus, & cæteri iuniores ſcriptores citandi.*

CONTROV. VII.

An in electionibus canonicis, ſi quis fictam, ac deceptoriam ſimoniam committat, ſit ne prædictis pœnis obnoxius.

1 *Concluſio prima eſt negans.*

2 PRobatur, nam ſi quis ficte temporale, pro ſpirituali obtinendo promittit, ſinè animo, videlicet, adimplendi promiſſum, non incurrit in pœnas vllas ſimoniæ, quoniam iſte vere non emit ſpirituale, ſed tantum fingit emere, quare, nec eſt etiã excommunicatus, nec renunciare tenetur.

CON-

DOCT. ALLEG.

3 *Ita aiunt Magiſter Sotus, de iuſt. & iure, lib. 9. q. 8 art. 1. Arragonius, in 2. 2. D. Thom. q. 100. art. 6. dub. 1 conclu. 3 Graffius, p. 1. deciſ. aur. lib. 2. cap. 97 n. 81. Reginal. in ſua praxi lib. 23. nu. 188. Pyrinus tom. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 9. verſ. dico, 27; & alij nominales.*

CONCL. II.

4 In multis Regularibus ordinibus contra ſimoniacos in canonica electione, ſunt multæ appoſitæ pænæ; præcipuè, quod contra eos procedatur, tamquam contra proditores, Reipublicæ, admittendo, videlicet, teſtes ſingulares, &c. & pænæ extenduntur quoque ad ſcientes, & minimè reuelantes.

Sic enim inter cæteros ordines Regulares, ſtatutum eſt in Capitulo Barchinonenſi 1. num. 14. in Religione Minimorum, & in alijs.

CONTR. VIII.

An regulares prælati, cum ſibi ſubditis diſpenſare valeant, ambitioſis, ad prelaturas ambientibus promoueri per ſubornationem, & ſimoniam, atque à cenſuris, ac pænis, ob id cōtractis incurſiſuè, abſoluere, & ad officia, & honores eos rehabilitare.

1 *Concluſio eſt negatiua.*

2 Probatur talis aſſertio negatiua cum eiſdem verbis Decreti Clementis Octaui, §. 22. confirmati nouiſſimè ab Vrbano Octauo, §. 35. vbi ſic habetur.

Ut omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quam pro alijs, tum in Capitulo locorum, tum in cæteris, præſertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicunque ſecus fecerint, præter alias pænas, & cenſuras hactenus contrà huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pænas priuationis officiorum, quæ obtinent eo ipſo incidant, & ad futura quæcunq. pariter inhabiles habeantur, ſuper quo
1 *cum eis diſpenſare à nemine poſſint, niſi à nobis, vel ū ſucceſſoribus noſtris,*
2 *& pro qualitate culparum grauius, etiam plectantur. Porrò ſupradictas pænas omnes ad complices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus.*

Satis Papa Vrbanus Octauus.

CONTR. IX.

An Regulares prælati, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, diſpenſare poſsint in foro externo, ſibi ſubditos à ſimonia in beneficio.

EXPLICATIONES.

1 Hvius tituli controuerſiæ nomine excitari poſſunt plures dubitationes, quarum prima eſt, ſi Papalis excommunicatio, qua innodantur ſimoniaci in beneficio, vt in ſuperiori, diximus controuerſia, tolli poſſit per prælatos Regulares, cui difficultati, ſit in ordine.

CONCL. I.

Regulares prælati abſoluere poſſunt à quibuſuis cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicę reſeruatis, virtute ſuorum priuilegiorum, licèt innodati ſint excómunicatione per ſimoniam contracta in beneficio.

Probatur, nam prædicta excommunicatio non habet aliquam ſingularé rationem, ob quá, ſub generali conceſſione non comprehendatur. ergo ab hac abſoluere poſſunt ſibi ſubditos, ſicut, & à cæteris alijs Papę reſeruatis, virtute ſuorum priuilegiorum.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſſertio habetur in compendio priuilegiorum Regularium, tit. abſolutio quo ad Fratres, num. 4. 7. & 10. & in alijs locis, Sorbus docet in reſolut. materiæ abſolutionis, quo ad Fratres, Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 20. ar. 1. 2. 3 4. & 10. Ioannes de la Crux, in compendio priuilegior. regular. lib. 1. dub. 15, cap. 6. concluſ. 3. 4. & 5. Sigiſmundus, dub. 59. num. 1. & dub. 69. num. 1. de electione, Suarez, tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 4. in calce, & alijs recentiores.*

3 Secúda difficultas, quæ moueri pòteſt in præſentiarum eſt, an ijdé prælati abolere poſſint infamiam, qua commaculatur ſimoniaci in beneficio poſt latam Iudicis ſententiam, iuxta dicta in ſuperiori contro. ſit,

CONCL. II.

Regulares prælati nequeunt diſpenſare ſuper infamiam ortam ex delicto grauiori adulterio, qualis eſt ſimonia, quæ adulterij grauitatem excedit.

Concluſio multò magis clarior fiet infra, quando ſuo loco de infamia agemus; & extenditur quoq; ad Epiſcopos propter eandem rationem, quia, ſimonia eſt grauior in tali facti contingentia adulterio.

DOCT. ALLEG.

4 *Eſt Panormitani aſſertio, cap. de ſimoniacè, num. 6. de ſimonia, quem ſequ. Felinus, ibid. Azor, p. 3. lib. 12. cap. 22*

Hh Si-

Sigiſm.n.2. dub. 59. de elect.& cæteri nominales recentiores.

5 Tertia difficultas, quę ſimiliter moueri poteſt, eſt, an electio ſimoniaca ipſo iurę nulla, fieri valida poſſit per diſpenſationem eorundem prælatorum, pro cuius reſolutione ſit.

CONCL. III.

Electio ſimoniaca, ipſo iure nulla, minimè conualidari poteſt per ſuperuenientem diſpenſationem, abſque nouo conſenſu eligentium.

Cuius eſt ratio, quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio nō ſubſiſtit, cap. non firmatur, de reg. iuris, in 6. ex quo enim electio, vel collatio eſt nulla à principio, illa nō poteſt conualidari etiam per ſuperuenientem diſpenſationem ſuperioris, ſine cōſenſu eorum, ad quos electio, ſeu collatio ſpectabat.

DOCT. ALLEG.

6 *Auctores ſunt huius concluſionis Panorm. in c. innotuit, n. 11. de elect. Decius, in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, nu. 157. de iudic. Suarez, de Religio. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 61. n. 9. Sigiſm. dub. 59. n. 3. & dub. 73. n. 4. de elect. Sanchez, lib. 8. to. 3. de matrimo. diſp. 7. nu. 12. circa medium. Alterus, to. 1. de cenſuris, lib. 2. diſp. 6. ca. 7. col. 3. §. ſed limitanda, & alij.*

7 Quarta difficultas, quæ item moueri poteſt eſt, an ijdem prælati Regulares habilitare poſſint ſibi ſubditos ad eadem beneficia, ſuper quæ verſata eſt ſimonia, pro cuius deciſione, ſit.

CONCL. IV.

Simonia ſi eſt comiſſa ſciente electo, nequeunt cum Regulares prælati diſpenſare, nec ſimiliter Epiſcopi.

Cuius eſt ratio, quoniam talis habilitatio eſt Papæ reſeruata, & eſt duplex declaratio Sacræ Congragationis ſuper hanc materiam, quarum vna eſt huiuſmodi.

Non poteſt Epiſcopus habilitare ad beneficia, in poſterum obtinenda, quæ per ſimoniam occultam, quis obtinuit. Altera eſt. Non tamen ad beneficia, quibus pro ſimonia priuatus fuiſſet, nec ad obtinenda.

DOCT. ALLEG.

8 *Docent Ioannes Calderinus, in cap. ſin. de elect. Toloſanus, in tit. de elect. cap. 9. nu. 7. Panorm. in d. cap. de ſimoniace, de ſimonia, Felinus, ibid. Azor. p. 3. lib. 12. cap. 22. Garceus, cap. 1. p. 8. de benefic. n. 71. vbi refert dictas S. Congregationis declarationes, Suarez, to. 1. de religio. lib. 4. c. 51. n. 6. Sigiſm. dub. 59. n. 4. de elect. & alij relati ſupra, & nominales.*

CONCL. V.

9 Simonia ſi commiſſa fuit ignorante electo, ſuper prælaturā, vel beneficiō curatum, prælati Regulares, nec Epiſcopi poſſunt ſuper eā diſpenſare, prò ea vice, at quando electus, ſponte, & non metu Iudicij tali prælaturæ, & beneficio curato renūciauerit, ante Iudicis ſententiam; tunc. n. ſi beneficium iam, curatum, ſeu prælatura

eſt

eſt alteri data, & poſtea iterum vacet; poterat, tam Epiſcopi, quam cæteri prælati regulares diſpenſare.

Sic enim habetur, 1. q. 5. cap. 1. penult. de elect. & cap. nobis, in fine, de ſimonia.

DOCT. ALLEG.

10 *Autumant concluſionem, Panorm. & Azor, ubi ſupra Felinus, in cap. inſinuatur, n. 5. in fine, de ſimo. Sigiſ. ubi ſupra cum aliis citatis.*

CONCL. VI.

11 Si beneficium fuerit ſimplex, & electus reſignauerit ei, ante Iudicis ſententiam, vel ſi renunciare diſtulerit, vſque ad Iudicis ſententiam, quò de ſimonia, certioraretur; tunc poteſt diſpenſari à dictis prælatis: ſecus vero eſt dicendum, ſi iam electus certior factus fuerit, & tamen noluerit reſignare, ſed expectare voluerit Iudicis ſententiam.

Probatur aſſertio ex cap. penult. de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

12 *Auctores habet concluſio, Felinum, Panormitanum, Azor, Sigiſmundũ, & alios, in allegatis locis, Suarez, tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 61. numero 10.*

Secũdo quæri poteſt, an integrum ſit præfatis prælatis diſpenſare ad alia beneficia obtinenda, ſuper qua ſimonia non fuit commiſſa, cui tali aſſertione reſpõdetur.

CONCL. VII.

13 Si ſcienter electus per ſimoniam, ſponte renunciauerit beneficio malè acquiſito, ante Iudicis ſententiam, dicti prælati Regulares, & Epiſcopi diſpenſare poſſunt illum ad alia beneficia obtinenda: ſed ſi non renunciauerit, ſed ſententiam condemnatoriam expectauerit, ſecus eſt dicendum.

DOCT. ALLEG.

14 *Pro hac aſſertione allegantur, Panormi. Felinus, Azor, & Sigiſmundus; n. 5. ubi ſupra Ugolinus, tabu. 4. cap. 6. §. 7. Rota, deciſ. 83. lib. 1. par. 3. diuerſ. dum colligit ex dictis à Ioan. Andreã, & Butrio, in d. cap. penul. col. 1. verſ. ad 2. de elect. Mil. in repert. verb. ſimoniacus in beneficio ſimoniacè receptus, inhabilis eſt ad aliud, & alii nominales.*

CONCL. VIII.

15 Si ignoranter, per ſimoniam electus fuerit, poteri promoueri ad alia beneficia ſupradicta, etiam abſque alia diſpenſatione; licet tutius crediderim, eam vtilem eſſe, ſaltẽ, ad præcidendam viam litibus.

DOCT. ALLEG.

16 *Placet aſſertio omnibus prahabitis Doctoribus, & cæteris allegandis nominalibus.*

CONTR. X.

An prelati regulares diſpenſare poſsint ſuper ſimoniam beneficialem, in foro conſcientiæ, virtute ſuorum priuilegiorum.

CONCL. I.

1 EX vi priuilegiorum Regulariũ, poſſunt prælati Regulares ſibi ſubditos diſpenſare ſuper ſimoniam beneficialem, in foro conſcientiæ, nulli eſt dubium, ac certum eſt.

Conſtat concluſio, inter cætera priuilegia, ex Indulto Sixti IV. circa litteras Clementis IV. vbi hæc dicuntur ad rem noſtram. *Sed in reliquis omnibus, etiam ſimoniæ prauitate irretitis, poſſe per illos, quibus ibi conceditur abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, iuxta caſuum exigentiam, impartiri.*

DOCT. ALLEG.

2 *Sic namque in compendio priuilegiorum, tit. abſolutio ordin. quo ad Fr. n. 4. dicitur, 7. & 10. & alijs in locis, Sorbus in reſolut. mater. abſolut. aſſerit, Rodr. to. 1. q. 20. fere per totam, & præſertim ar. 1. 2. 3. & 4. & 21. Io. de la Crux, de ſtatu Religio. lib. 1. c. 6. dub. 15. concl. 3. Sigiſm. dub. 60. num. 1. & 69. num. 1. & alij recentiores nominales.*

CONCL. II.

3 Regulares prelati virtute conceſſionis Pij V. diſpenſare poſſunt in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, & in quibuſcunq; caſibus occultis, etiam Sedi Apoſt. reſeruatis, excepta irregularitate, quę oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſũ.

Sic enim habetur in bulla Pij V. apud Confetium, 10. *Quia S. Concil. Trid. conceſsit Epiſc. vt abſoluere poſsint in foro conſcientiæ tamen ab omnibus peccatis, & diſpenſare ſuper irregularitate, vt habetur ſeſſ. 24. cap. 6. Ne Priores Conuentuales, & alij ſuperiores deterioris conditionis ſint, quam Laici, & Clerici, cõcedimus eis, vt ipſi per ſe ipſos, idẽ omninò poſsint in Fr. & moniales, ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi, in Clericos, & Laicos ſibi ſubiectos, quoad ſoluendum, & diſpenſandum, & alia ibidem conceſſa.*

DOCT. ALLEG.

4 *Noſtra concluſio admodum placet Henriquez, lib. 13. c. 36. n. 1. iuncta Gloſſa, lit. F quem ſequitur in præcept. decalogi, lib. 2. cap. 36. num. 18. Sanchez. ſuffragatur Sigiſmundus, dub. 60. num. 1. & alij nominales.*

CONCL. III.

5 Epiſcopus, licet à ſimonia occulta diſpenſare poſſit, nõ tamen ſimoniacum rehabilitare ad beneficia in poſterũ obtinenda, nec ad ea retinẽda quę per ſimoniam occultã obtinuit.

Hęc

Hæc ſunt verba Sacræ Congregationis Conc. Trid. ſuper cap. 6. ſeſſ. 24. teſte Garceo c. 1. nu. 71. p. 8. de beneficijs, & Sigiſmundo, n. 3. vbi ſupra.

An Epiſcopus in vim huius Decreti, vel capituli Trid. poterit abſoluere Sacerdotem ſuum ſubditũ in ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia, tam obtenta, quam obtinenda, Congregatio cenſuit potuiſſe abſoluere, & ordines rehabilitare, & ad beneficia, non tamen rehabilitare ad beneficia, quibus propter ſimoniam priuatus fuiſſet, nec ad obtinenda, teſtibus Garceo, & Siſigiſmũ. vbi ſupra, & in Bulla Pij IV. incipit, in ſublimi, in qua, §. 13. hæc habentur ad rem.

Caueat etiam pænitentiarius, ne in abſolutionibus à ſimonia reali, vel conuentionali, etiam occulta, vnquam concedat vt ipſi ſimoniaci beneficia, ſuper quibus ſimoniam commiſerunt, ſeu pecunias, vel alia, pro illis accepta, aut fructus ex inde, poſt commiſſam ſimoniam perceptos in toto, vel in parte retinere poſſit, quin imò, in abſolutionibus huiuſmodi, apponatur clauſula, quod vtrumq; ad beneficium, ſuper quo commiſſa fuit ſimonia perpetuo inhabilis exiſtat.

DISPVTATIO QVARTA.

De eligendorum indignitate.

CONTROVERSIA PRIMA.

An electi indignitas electionem vitiet, ac obnoxios pænæ electores reddat.

EXPLICATIONES.

Excitari poteſt Controuerſia, & quo ad hominum extimationem, & coram Deo; vel quò ad illud, quod iura ſanxerunt, ſi in prima ſignificatione loquamur, videlicet an indignitas electi electionẽ vitiet, quo ad hominum æſtimationem, & coram Deo ſit.

CONCL.

1 Electi indignitas ſic electionẽ vitiat, vt ipſe indigne promotus mereretur decapitari.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt aſſertio, Glo. in l. qui cum vno, verbo temporaliũ, ff. de re milit. Fel. in c. ſi quando, n. 7. de reſcript. docet Rebu. in praxi tit. panæ, contra collatores, indignis co-*

ferentes, nu. 16. Gonzalez, ad regul. 8. cancell. glo. 4. nu. 59. Sigiſmundus, dub. 61. de elect. & alij.

CONCL. II.

2 **Electio de indigno habita, habetur ac ſi fuiſſet celebrata de animali bruto.**

Hinc Hoſtien. in cap. graue, num. 3. de præbend. & poſt illum Ioannes Andr. & alij referunt de Canonicis Argentinis, qui cũ non poſſent concordari de creandis Canonicis, conuenerunt, quod quilibet canonicus, ſuum crearet, & cum vnuſquiſq; Nepotem crearet, vel indignum conſãguineum, Romanus quidã canonicus eiuſdem Eccleſię, nominauit ſuũ aſinum, quibus, vel his ſimilibus intentus Damaſcenus Patriarcha, cum audiſſet Eccleſias in Aſia, à quibuſdã indignis adminiſtrari viris, quod nõ nulli quidem gratia, non nulli pecunia Epiſcopatus redemptos obtinerent, Epheſum eſt profectus, & tredecim Epiſcopis dignitatẽ ademit: ita refert Nicephorus Calixtus, libr. 13. hiſt. Eccleſ. cap. 9.

CONCL. III.

3 **Electi indignitas, obnoxias pænæ electores corã Deo, reddit, vt ipſi teneantur ad omnia damna cõmunitati reſtituenda, ex tali electione.**

Probatur, nam illa ei contrà iuſtitiam commutatiuam intulerunt, & vt habetur in Conſtitutionibus Carthuſianis, p. 2. cap. x. nu. 8. electores, omnium peccatorum ab eo ſic indigne electo in prælatura illa, commiſſorum eſſe participaturos, & hoc etiã deſumitur ex Trid. Concil. cap. 1. ſeſſ. 24. de Reformat. vbi ſic dicitur ad rẽ noſtram,

Et in primis meminerint nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem ſalubrius facere poſſe, quam ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint.

DOCT. ALLEG.

4 *Affirmant aſſertionem Couaruuias, in regul. peccatum, p. 2. §. 7. n. 7. Sotus, lib. 4. de iuſt. & iure, q. 6. ar. 3. ad 6. Salon. 2. 2. D. Th. q. 63. controu. 6. in fine, Leſſius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 34. n. 74. Sigiſmundus, dub. 61. n. 3. de elect. Rodriq. to. 2. qq. regul. q. 52. ar. 5. verſ. aduertatur etiam, & alij.*

CONCL. IV.

5 **Electio habita de indigno, eſt ipſo iure nulla, & taliter eligentes ſcienter ſunt ipſo iure priuati, eligendi poteſtate, pro illa vice tantum.**

Hæc aſſertio eſt reſponſiua ad quæſtionem, quomodo ſcilicet indignitas electi vitiet electionem, & obnoxios pænæ electores reddat, quo ad illud, quod iura ſanxerunt, & probatur ex cap. cum cunctis, & nihil, de electione in 6.

DO-

DOCT. ALLEG.

6 *Ita aiunt Gloſſa, in cap. ſcriptum, & cap. cum cuncti, de elect. & in capi. Cumana, eod. tit. & in ca. quamquam verſ. ſecus, de elect. in 6. & in Clement. exiui, § caeterum, verſ. 6. nota, Panorm. in cap. dudum, 1. num. 1. de elect. Ancharan. in capit. 2. de poſtulat. praelat. Angelus, verb. electio, num. 8. Syluest. eod. verb. 1. q. 4. Tabiena, eod. tit. n. 6. Sigiſmund. dub. 61. num. 4. de elect. Cucchus, lib. 4. inſtit. maiorum, de elect. num. 157. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8. Miranda, tom. 2. q. 23. art. 8. in ſuo manuali praelat. & alij.*

CONCL. V.

7 Electores, ſi reuera, indignum eligant ignoranter, tunc minimè amittunt ius eligendi, ſed benè ad illos reuertitur eligendi poteſtas.

DOCT. ALLEG.

8 *Eſt concluſio omnium Doctorum relatorum nuper, num. 6. & in ſpecie Gloſſa in cap. dudum, verb. in ordinibus, de ele. in 6. & in cap. quamquam. verb. ſcienter, eod. tit. in 6. Sigiſm. num. 6. vbi ſupra, & caeterorum.*

CONCL. VI.

9 Electores, qui dignum, etſi eligunt, & nihilhominus indignum credunt: ipſo iure, bona eſt electio, & non priuatur pro ea vice, tamen iure eligẽdi. Cuius eſt ratio, quia conatus non habet effectum, & electio tenet.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt Doctores huius aſſertionis, Fel. in cap. ſi vero, 2. de ſententia excommu. ante finem, verſ. & ad 3. q. Gemin. in c. perpetuò, nu. 4. de elect. in 6. & pro hoc facit, quod notant communiter DD. de percuciente Laicum, quem credebat Clericum, vt nempè minimè irregularis fiat, & alij allegandi. Itaq. electio habita de indigno ſcienter ab electoribus, in elect. vtriq. Prouincial. Minorum, eſſe ipſo iure nullam, & priuatos eſſe ea vice iure eligendi, vt d. Sigiſ. n. 9. dub. 61. de elect. & Rodr. to. 2. qq. regul. q. 52. artic. 5. § notandum eſt etiam durumane cum caeteris recitandis.*

CONCL. VII.

11 Indigni electio, ſi non fuerit ſecuta, minimè electores ſſic eligendi iure priuantur, quamuis grauiter peccent. Conſtat aſſertio ex cap. perpetuò, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

12 *Docent Nauarr. in cap. paena, n. 12. de paena, diſ. 1. Sayrus, de cenſuris, libr. 4. cap. 15. n. 11. § quanto, vbi refert Paludanũ, & alios, Sigiſm. num. 10. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. VIII.

13 Electores poſſunt repetere, ac reiterare ſcrutinium, ac alium eligere, ſi ex publicatione ipſius met ſcrutinij appareat, maiorem electorum partẽ fuil-

fuiſſe indigno alicui, ſuffragatā, itaut electio, quæ communis ſubſequi debet, ſit de indigno celebranda. Cōſtat ex cap. perpetuò, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

14 *Aſſerunt ſic Ioannes Andreas, & Innocentius, in cap. Eccleſia veſtra, verſ. ſed quid dices, col. 4. de elect. Baldi Cōpoſtillator, col. 5. verſ. 2. quæro, Doctores, teſte Panormitano, num. 9. in cap. publicato, de elect. Hoſtienſis, in ſumma eod. tit. §. qualiter, verſ. nullo prorſus, Biax in director. elect. p. 3. cap. 3. Cucchus, lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. nu. 243. Sigiſmundus, dub. 30. num. 6. & dub. 61. num. 10. de elect. & alij nominales.*

CONCL. IX.

15 Electorum pœna, in eligendo indigno, non eſt extendenda vltra caſus expræſſos, in c. cum in cūctis, qui verſantur circa tria, in dignitatibus, citrà Epiſcopatum, dumtaxat, videlicet, circa ætatis maturitatem, litterarum ſcientiam, & morum grauitatem.

DOCT. ALLEG.

16 *Huius ſunt ſententiæ fautores, Ioan. Andreas, in regul. odia. Panorm. in d. cap. cum in cunctis, §. Clerici ſanè, n. 6. & in cap. cum inter 1. num. 15. de elect. Sigiſm. num. 11. dub. 61. de elect. Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 24. ſect. 2. n. 22. Auila, de cenſur. p. 2. cap. 6. diſp. 12. dub. 4. ad finem. Garceus, & alij.*

CONCL. X.

17 Electores, excommunicatum minori excommunicatione eligentes ſcienter, licèt mortaliter peccent, & etiam electus conſentiendo electioni de ſe factæ; nihilominus, tamen, minimè ſunt priuati voce, & nulla, licet ſit electio, iuxta probabiliorem ſententiā. videatur infra diſp. 5. cōtr. 1. Quod peccent mortaliter, patet, quia prohibitio de non eligendo minori excommunicatione innodato eſt in materia graui, ergo mortaliter peccant.

DOCT. ALLEG.

18 *Pro hac aſſertione allegantur omnes Doctores relati, num. 16. & Sigiſmundus, nu. 12. vbi ſupra, Auila, concluſ. 1. loco dicto, & cæteri nominales.*

CONCL. XI.

19 Electores minimè ſunt, eligendi poteſtate priuati, quando ipſi compromiſerūt abſolutè in aliquem, qui compromiſſarius elegit indignum; ſiue ſcienter, ſiue ignorāter, niſi enim & ipſi compromittentes talem electionem habuerint ratam, aliàs, liberè ad eoſdem electio reuertitur. Probatur, nam ſi ſcienter elegit compromiſſarius indignum, eius dolus haud imputari debet compromittentibus electoribus, qui in culpa nō ſunt: ſi verò ignoranter elegit, iam eſt ſuo officio functus, ergo.

DO-

DOCT. ALLEG.

20 *Concluſio eſt communis inter Canoniſtas,c.ſi compromiſſarius,de elect.in 6 Cucchus,lib.4.inſtit.maior.tit. de elect. n.38.Syluest.verb.elect.2.q.19.nu.26. Sigiſm,nu. 13.dub.61.de elect.& alij eam docent.*

CONTR. II.

An ætas aliqua determinata, in promouendis ad dignitates, & perſonatus Regulares exigatur.

CONCL. I.

1 IN promouendis ad Epiſcopatum licet,in iure caueatur,ætas requiri triginta annorum completorum, in aſſumendis vero,ad Generalatum Prouincialatum, & Cuſtodiatum gradum, & honorem, & ſi, iuriſdictione Epiſcopali huiuſmodi Regulares prælati gaudeant; attamen, nullo iure cauetur, de neceſſitate, vt ſint maiores ætatis triginta annis, itaut electio ſit aliàs,nulla, ac electores ſint priuati eligendi poteſtate, verum de honeſtate, admittimus maiorem ætatem Epiſcopali in eis exigi deberi,& non aliter, ac de congruitate.

2 Pars prima concluſionis conſtat *ex cap.quicunq. & c.Epiſ.diſt.77.& cap. cum in cunctis,de elect. in 6.ex Concil. Trid.ſeſſ.7.c.1.& ſeſſ.24.c.12.de reformat.& ex Conſtitut. Gregorij XIV. de forma faciendi proceſſus, ſuper promouendis ad Eccleſias Cathedrales,quæ incipit,onus Apoſtolicæ ſeruitutis.* Secunda autem pars,patet de ſe; quoniam nullo iure cauetur contrarium niſi fortaſſe apud Decreta,& conſtit. vniuſcuiuſque Religionis, in quibus ætas maior,Epiſcopali dignitate, requiratur in aſſumendis ad Generalatum, Prouincialatum, & Cuſtodiatum gradum, & honorem, ſicut dixerunt requiri, *Miranda in ſuo manuali prælatorum,to.2.q.3.art.1.concluſ.2.& Azor,p.2.lib.6.cap.5.q.1. & quidem in Ordine Prædicatorum, nulla præſcribitur ætas, niſi veriſimiles prælati ſint viri graues, & prudentia præditi.*

DOCT. ALLEG.

3 *Concluſio communiter traditur à Doctoribus omnibus, & in terminis à Sigiſm.dub.62.n.1.& Azor,ac Miranda,ſupra relati ſunt intelligendi, de honeſtate,ac congruitate,minime vero, de neceſſitate, ac iure, in quo nihil de hac re cauetur.*

CONCL. II.

4 Ad Prioratum, Abbatiatum, Præpoſituram,Guardianatum, Rectoratum, & alias dignitates, quibus animarum cura ſubeſt, non poteſt promoueri, niſi vigeſimumquintum annum,ſaltem inceperit.

Conſtat aſſertio ex cap.cum in cunctis,& inferiora, ex capitulo licet, canon.de elect.in 6. ex Concil.Trident.ſeſſ.24. cap.12.

DO-

DOCT. ALLEG.

5 Tuentur aſſertionem Panor. in c. ſuper inordinata, n. 9. de præbend. Nauarr. in manuali, cap. 25. n. 116. & lib. 1. conſ. 4. tit. de ætat. & qualit. Rodriquez, to. 1. qq. regul. q. 15. art. 2. Miranda, vbi ſupra concluſ. 1. Azor, q. 2. p. 2. cap. 5. lib. 6. Sigiſmundus, n. 2. dub. 62. de elt. Leſsius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 34. n. 107. Salonius, 2. 2. q. 63. art. 2. contrb. 1. concluſ. 2. Garceus, p. 7. de benefic. p. 7 cap. 4. n. 41. Homobonus de human. vitæ ſtatu, p. 1. c. 22. & alij.

CONCL. III.

6 In ordine Prędicatorum, cautum eſt, eligendum in pręlatum eſſe debere Sacerdotem, quia animarũ curam exercet, atq; habere duodecim annos completos à profeſſione.

Sic .n. Valentiæ, 1596. Capit. gener. & Neapoli 1600. ordinatũ, & Romæ 1601. cõfirmatum, nomine S. D. N. Clemẽtis Octaui, & in Capitulo Pariſienſi 1611. ſimiliter confirmatum quantum ad vocem paſſiuam, vt habetur in declarationibus conſtitut. diſt. 2. cap. 2. de electione Prioris, n. 6. litt. O.

CONCL. IV.

7 Ad Definitoriatum, ac cæteras dignitates, & perſonatus, quibus nulla animarum cura competit, non poſſe minores, viginti duobus annis, completis, ſuę ętatis, aſſumi.

Sic enim in Tridentino Concil. ſeſſ. 24, cap. 12, dicitur, *viginti duobus annis non minores aſsiſcantur*, ſuper quę verba talis eſt declaratio Sacræ Congregationis.

Sacra Congregatio Concilij cenſuit requiri ætatem viginti duorum annorum completam. A. Card. Carrafa.

Et Epiſcopo Abulenſi. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Domine, vt Fr. dubitationi, amplitudinis tuæ nomine propoſitæ ſuper ætate, quæ per Concil. Trid. cap. 12. §. ad cæteras autem, dignitates, &c. ſeſſ. 24. de reform. requiritur in ijs, qui dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura, nulla ſub eſt, obtinere volunt: Congregatio Illuſtriſsimorum Patrum, eiuſdem Concilij interpretum, ita reſpondendum duxit, nempe Decretum illud eſſe intelligendum de anno vigeſimo ſecundo completo, quod reliquum eſt, Deum amplitudini tuæ propoſitum in omnibus precamur. Romæ die 24. Septembris 1593. Amplitudinis tuæ Illuſtriſsimæ, & Reuerendiſsimæ, vti Frs ſtudioſiſsimus, Hyeronimus Cardinalis Matthæus.

DOCT. ALLEG.

8 *Aſſertio communiter docetur ab omnibus Doctoribus relatis, n. 5. quamuis, Henriquez, lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine, in gloſſa lit. X. Sà, in aphor. verb. beneficium, n. 31. & Azor, q. 3. §. cæterum, p. 2. lib. 6. cap. 5. aſſerant, prædictum 22. annum requiri inceptum non expletũ; attamen, Leſsius, lib. 4. n. 41. Sigiſm. dub. 61. num. 3. qui adducunt præfatas deciſiones Sacræ Congregationis, aiunt debere eſſe completos, & docent noſtram concluſionem cum alijs.*

CON-

CONCL. V.

9 Iure optimo, inter perſonatus, definitoratus officium connumeratur; cum proprie, perſonatum habere dicatur, qui præeminentia, cæteros ſui ordinis in choro, in proceſſionib. in vocibus præſtandis, ac in ſententiã dicendo, & huiuſmodi, licet careat iuriſdictione locum habet.

Nam hæc, quidem, omnia de definitoribus Religioſis regularibus, verificantur adamuſſim, votum deciſiuũ habentibus, cum loco, & præeminentia, cæteros ſui ordinis præcecellentibus, ac ſint coadiutores, & participes officij Generalis, & Prouinc. meritò, ergo inter pſonatus habetur.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt huius concluſionis aſſertores, Archid. in c. 1. n. 2. Anchar. n. 6. Gloſſa uè, de conſuet. in 6. Syneſt. verb. dignitas, n. 2. & 3. Card. in Clement. 2. §. illis vero, n. 2. de ætat. & qualit. Rebuffus, in praxi benefic. tit. benefic. ſæcular. quotuplex n. 8. Azor. p. 2. lib. 3. c. 1. §. 4. diuiditur, & c. 13. q. 5. Miranda, to. 2. q. 3. ar. 1. concl. 1. Tuſchus, lit. P. conclu. 321, lit. D. 421. Moneta, de conſer. indic. & de commut. vlt. volunt. c. 8. num. 116. Sigiſm. n. 4. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. VI.

11 Diffinitoratus officiũ, aliquo modo, dici poteſt, dignitas, cum ſcilicet nomina perſonatus, ac dignitatis in iure confundentur, ca. cum acceſſiſſent, de conſtit.

DOCT. ALLEG.

12 *Ita aiunt Gloſſa, & Innocent. in c. de multa, de præbend. & dignit. Azor, vbi ſup. c. 13. q. 2. & 5. referens, Io. Andr. Hoſtienſem, & Seluum, Monetam, de conſeruatoribus Iudicibus, q. 7. vbi ſup. & de commutat. vlt. volunt. vbi ſupra n. 122. & ſecundum locorum conſuetudinem, vnum pro alio ſumitur, & ſunt ſinonima, Pañor. in d. c. multã, Sigiſmũdus num. 5. & alij.*

CONCL. VII.

13 Electio, ſeu prouiſio facta de non habente ætatem, quæ neceſſario requiritur iuxtà præfatas aſſertiones præſcriptã, eſt nulla ipſo iure, etiam in foro poli, nec ſuper hoc diſpenſare poſſunt Epiſcopi, nec prælati Regulares, talem habent facultatem ex priuilegio aliquo: & hęc omnia procedunt, etiamſi ad dictam ætatem deſit quantumuis parum, & modicũ tempus, vt vnus dies.

Nam in his, quæ ſunt à iure determinata non licet arbitrari, l. nimbitioſa, n. 11. ff. de decur. ab ord. fac.

DOCT. ALLEG.

14 *Superiores omnes relati DD. concluſionem affirmant, & præſertim Garceus nu. 83. p. 7. ca. 4. de benefic. Ledeſma, in ſum. p. 2. tract. 7. ca. 2. concluſ. 7. difficult. 17. pag. 361. Sigiſmundus, in proprijs terminis, n. 6. dub. 62. de elect. Azor. p. 2. li. 3. c. 5. q. 9. Sanchez, li. 7. de matrimo. diſp. 16. num. 4. & cæteri communales.*

CON-

CONCL. VIII.

15 Præfata ætas à iure requiſita in prædictis prelatis, ac perſonatibus Regularibus, & Sæcularibus eſt connumeranda a die natiuitatis, minimè vero, à die conceptionis.

DOCT. ALLEG.

16 *Aſſerit Couaru. in epitom. 4. decretal. p. 2. c. 8. n. 3. Molina, de iuſt. & iure, tom. 2. diſp. 573. n. 2. Sigiſ. vbi ſup. n. 6. ad finem, Garcens, vbi ſupra num. 89. & alij.*

CONCL. IX.

17 Diffinitorum, ac perſonatuũ ętas licèt, de iure communi eſſe debeat, 22. annorum completorum; attamẽ de iure particulari vniuſcuiuſq; Religionis eſt attendenda, & praxi, ac conſuetudo obſeruanda; quare in ordine Prædicatorum, diffinitores eliguntur, qui ſint Sacerdotes, & duodecim annos à profeſſione habeant, & non aliter, completos videlicet. Ita habetur in declarationibus, diſt. 2. conſtitut. Ord. Prędicatorum, cap. 2. nu. 6. litt. O. iuxta dicta in ſuperiori n. 6. 3. aſſertionis.

CONTR. III.

An in promouendis ad Regulares prælaturas, ſcientia requiratur neceſſario, & qualis.

CONCL. I.

1 IN aſſumendis ad dignitates regulares, nimirum, Prioratus, Guardianatus, Abbatiatus, Prouincialatus, Generalatus, atque Diffinitoriatus, non deſideratur neceſſariò gradus ſcientiæ, vt in Epiſcopis, Concilium Tridentinum, ſeſſ. 22. cap. 2. de reformat. exigit; ſed competens ſciẽtia, ad ſuum munus benè gerendum, ſat eſt, ad hoc, vt ſine peccato, electio ſeu prouiſio, vel collatio fiat, atque valeat, & canonica ſit.

Probatur concluſio ex multis iuribus, & præſertim, ex cap. cum nobis, de elect. & cap. licet canon, de elect. in 6. & cap. cam te, de ætat. & qualit. ordin. & in his locis gloſſæ, & Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reform.

2 Et comprobatur ex declaratione, Sacrę Congregationis, à qua quæſitum fuit. *An principalis dignitas, in Collegiata Eccleſia exempta, cui ordinaria iuriſdictio cum omnibus iuribus, quaſi Epiſcopalibus competit, neceſſariò conferri debeat licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in Cathedrali. Congregatio, 12. Decembris 1585. cenſuit negatiuè: quia hoc nullibi caueatur eſſe neceſſarium, & Concilium, quando loquitur de dignitatibus, cap. 12. ſeſſ. 24. hortatur, vt conferantur Doctoribus, ſed non præcipit.*

DO-

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt aſſertio Panormitani, in cap. cum in cunctis, de elect. numer. 4. Sigiſmundi, dub. 63. num. 1. de elect. Homobom, de human. vitæ ſtatu, p. 1. cap. 22. ac cæterorum nominalium recentiorum.*

CONCL. II.

4 Nullus eligatur, aut confirmetur in Priorem, niſi ſciat gramaticè loqui abſque falſa latinitate, & ſit ità inſtructus, ſaltem in moralibus Sacræ Scripturæ, vt ſciant proponere competenter verbum Dei in ſuo Conuentu.

Sunt verba conſtitutionum D. Dominici, diſt. 2. cap. 2. de elect. Prioris Conuentualis, numer. 5. litt. P, ſuper quæ verba, huiuſmodi habetur declaratio.

Declaramus, quod ille, qui neſcit competentèr proponere Verbum Dei, nec eligi poteſt in Priorem, nec confirmari: quia ſecundum conſtitutiones videtur ineligibilis.

Quare, in Capitulo Venetijs. 1357. ſic dicitur: Volumus, & ordinamus, quod nullus de cætero confirmetur in Priorem niſi ſit ſufficiens, Prouincialis iudicio, ad proponendum Verbum Dei, mandantes ſtrictiſsimè Prioribus Prouincialibus, quod omnes Priores inſufficientes à ſuis officijs, indilatè abſoluant, & Romæ, 1571. admonentur Prouinciales, & vniuerſi Fratres, ad quos pertinet electio, vt in Conuentibus, vbi viget ſtudium generale, dent operam, vt viri graues, & quò magis fieri poterit in litteris periti, in Priores eligantur, vt ſcientiarum ſtudia, quæ maximè ordo noſter profitetur, in dies augeantur, hæc ibi.

CONCL. III.

5 Mortaliter peccat, qui prælaturæ munus acceptat, ac notabili defectu ſcientiæ neceſſariæ ad illud exequendum, laborat.

De ſui natura, eſt aſſertio clara, & conſtat ex cap. can. eſt putanda, in fine. 1. q. 1.

DOCT. ALLEG.

6 *Suffragantur concluſioni, poſt Innocentium, Panormitanus in cap. cum in cunctis, de electis, numer. 4. Biax, in ſuo directorio elect. par. 2. cap. 1. numer. 4. Nauarrus, in ſumma, cap. 25. numer. 12. Miranda prælat. quæſt. 4. art. 2. Sigiſmundus, dub. 63. numer. 2. de elect. Garceus, de benefic. par. 7. cap. 7. num. 25. & cæteri omnes allegandi.*

CONCL. IV.

7 In promouendis ad Prioratum, Guardianatum, Præpoſituram, Rectoratum, & huiuſmodi, quando ipſi, diuturno, vſu, ea norunt, quæ ad ſui muneris functione, neceſſaria ſunt, licèt, numquam didicerint Gramatices, ac Latini Idiomatis rudimenta eligi valent.

DOCT. ALLEG.

8 *Sunt huius ſententiæ Panormitanus relatus, & approbatus ab Azor, par. 2. lib. 6. cap. 6. q. 6. Rota, deciſ. 16. par. 2. diuerſ. teſte Marta in ſuo digeſto nouiſsimo tit. electio, cap. 58. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 3. & alij.*

CONCL. V.

9 In promouendis ad maiores dignitates præfatas, quando eſt ſpes certa, & firma, illos, breui tempore eſſe adepturos eam ſcientiam, qua ſuum officium licitè obire poterũt, vel ſaltem, Vicarium, ſeù Adiutorem, vel Collegam eſſe adſciſſuros, cuius opera, cõſilio, & doctrina vtentur in adminiſtranda Prouincia.

Quæ omnia ſunt efficienda diſpẽſatiuè, & graui cauſa vrgente.

Probatur concluſio, quoniam defectus ſcientiæ magis inhabilitat promouendum ad beneficium, quam defectus ordinem, ex quo ſufficit, quod promouendus, ſiuè præficiendus regimini Eccleſiæ Parochialis, attingat 25. annum; cap. licet, can. de elect. in 6. vbi, Geminin. num. 3. & Rota, deciſ. 677. nnm. 2. p. 4. diuerſorum.

DOCT. ALLEG.

10 *Suſtinent concluſionem poſt Hoſtienſem, Panorm. vbi ſup. Azor. q. 1. loco dict. num. 8. Sigiſmundus, num. 4. vbi ſupr. & alij relati, & nominales.*

CONCL. VI.

11 Qui benè legit, ac benè latinè loquitur, non poteſt ineruditus dici, & licèt, reſpondere ignoraret quibuſdam interrogatorijs, quæ ei fierent; adhùc non probaretur totalis ineruditio; cum eſſe poſſit, quod in libris veritatem eorum, quæ ſcire tenetur, ſciat quærere.

DOCT. ALLEG.

12 *Docent aſſertionem gloſſa, & Scribentes in clement. 1. de conceſſ. prabend. Creſcentius, deciſ. 12. de conceſs. prabend. Panorm. poſt Innocent. & Archid. in cap. cum in cunctis num. 4. verſ. religioſi verò de elect. Rota, deciſ. 234. nu. 9. p. 1. in recent. multos alios referens. Sigiſmundus, nu. 5. vbi ſupra.*

CONCL. VII.

13 Electio, Prouiſio, ſeù Collatio de omnibus præfatis dignitatibus, & prælaturis, exceptis ijs, de quibus in quarta aſſertione, facta prorsùs illiteratis, itaut nec legere ſciant, eſt ipſo Iure nulla: nec cum eis poteſt Epiſcopus diſpenſare, & multo minus, qui Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet.

Cuius eſt ratio, quia Epiſcopus, de Iure communi diſpenſare nequit niſi in adulterio, & alijs criminibus; quæ ſunt minora, §. de adulterijs. in homicidio Epiſcopus non diſpenſat, cum ſit maius adulterio, & eſt minùs illiterato. ergo nequit diſpenſare cum illiterato.

DOCT.

DOCT. ALLEG.

14 *Amplectuntur aſſertionem Nauarrus de oratione, Miſcell. 40. num. 8. Franchus in cap. fin. n. 2. de temp. ordin. in 6. Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellar. Gloſſa 4. n. 47. 48. Leſsius, de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 34. num. 129. Garceus, par. 7. de beneſ. cap. 7. num. 15. Felinus, in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs numer. 21. de Iudic. Socinas, conſ. 157. præſens, cõſultatio pulchra eſt, verſ. in 2. parte, fol. m hi 10. Innocent. in cap. cum noſtris, in principio, de conceſſ. præbend. vbi dicit electionem factam de homicida non eſſe nullam, ipſo Iure, de illiterato vero, ſic. Sigiſmundus, dub 63. num. 6. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

15 Electio, prouiſio, ſeù collatio, nominatio, & huiuſmodi, nõ eſt nulla ipſo Iure facta prorsùs illiterato, ſi eſt ſpes certa, de futura ſcientia, ac litteratura.

DOCT. ALLEG.

16 *Non diſplicet in ſimili, aſſertio Innocentio, in cap. cum in cunctis, de elect. fauet Dominicus, in cap. illiteratos, 26. diſt. Felinus, vbi ſupra, Sigiſmund. n. 7. d. loco.*

CONCL. IX.

17 Illiteratus, ſeu imperitus, & ignarus, iuxtà probabiliorem ſententiam, eſt irregularis, & incapax prælaturæ, dignitatum, ac nulla eſt ipſo iure electio, ſeù prouiſio, collatio, ac nominatio, de illo facta.

DOCT. ALLEG.

18 *Aſſertionis aſſertores ſunt Nauarrus cap. 27. num 205. in manu. Suarez, tom. 5. diſp. 51. ſect. 1. numer. 8. Aula, de cenſur. par. 7. diſp. 4. d. 1. Gonzalez, dict. gloſſa 4. num. 41. Marcheſ. par. 3. tit. de commiſſ. admiſ. ad bon. ceſſ. & altern §. 1. numer. 34. referens Innocent. & alij nominales.*

19 Quarè in præſentiarum, audiendi non ſunt Henriquez, lib. 14. cap. 8. §. 11. gloſſa litt. B. Sayrus, de cenſur. lib. 6. cap. 13. nu. 8. Garceus, vbi ſup. num. 19. & Sigiſmundus, num. 8. vbi ſupra exiſtimantes non eſſe propriè, & ſtrictè irregularem.

20 Vnde circa prælaturas regulares eſt obſeruanda praxis, & conſtitutio vniuſcuiuſque Religionis, quam obſeruat, & in foro conſcientiæ tenetur quilibet Elector Prouiſor, Confirmator, Collator, & huiuſmodi, in promouendis in pręfatis dignitatibus maioribus, & minoribus regularibus, viris dignis, & quoad ſcientiam, & bonos mores, habentibus conditiones à ſacris Canonibus requiſitas. obſeruare; cogitantes non eſſe amplius in primitiua Eccleſia, nec viros regulares deficere ad promouendos ad commemoratas prelaturas, in ſcientia ſufficientes, ac doctos, & literatos, vt decet, &c.

CONTROV. IV.

An in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, detur præſcriptio, perſonarum in eligibilium, ad prælaturas.

EXPLICATIONES.

QVæ perſonæ incapaces ſint præſcriptæ, & ineligibiles ad prælaturas, in Ordine Prædicatorum, placet, in medium adducere, tàm ex conſtitutionibus, quam ex earumdem declarationib. recitare, & afferuntur per concluſiones, quarum ſit.

CONCL. I.

1 Nullus debet excludi à quacumq; electione, prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus; quamuis ad electionem non debeat admitti ille, de quo manifeſtum ſit, incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ; etiam nulla alia declaratione ſubſecuta; cum ſufficiat apertè conſtare eum commiſiſſe aliquid, per quod re vera ipſo facto, in excommunicationem latæ ſententiæ inciderit.

Sic habetur in declarationibus, ad cap. 2. de elect. prioris, diſt. 2. numer. 5. litt. P. conſtitut. Ord. Prædicatorum.

CONCL. II.

2 Fratres noſtri Ordinis, cum fuerint ad aliquam Eccleſiam, vel dignitatem extra ordinem ad ſui inſtantiã, à Sede Apoſtolica pronunciati, ipſo facto ſint ab omni præſidentia, & officio, intra noſtrum ordinem ſibi commiſſo, abſoluti, à quibus eoſdem, tenore præſentium, abſolutos eſſe decernimus.

Alij vero, qui ſine ſui inſtantia, ſunt, ſimiliter pronunciati, niſi infra quatuor dies à notitia dictæ pronunciationis ſibi factæ, ipſi publicè renũciauerint, & per publicum inſtrumentum, ſimili modo, vt præfertur, abſoluti exiſtant. præcipientes omnibus, & ſingulis Fratribus præſentibus, & futuris, quatenus nullis prædictorũ obedire, preſumant, vel audeant quoquo modo.

3 Fratres noſtros Beneficiatos, *vel* etiam habilitatos, ſolummodo, *ad beneficia*, inhabiles reddimus ad prælationem, ſeù ſuperioritatem in ordine noſtro. Nec aliquis eorum, paſſiuam, vel actiuam vocem, quomodolibet in ordine habere poſſit, niſi ante beneficio, & habilitationi renunciauerit; Ita quod renunciatio ſit legitimè acceptata inſtrumento teſtante. Renunciatio autem, cum regreſſu, aut quacumque reſeruatione fructuum, niſi huiuſmodi fructus merè, & integraliter proueniant ad noſtrorum vtilitatem Conuentuum, & non tantum alicuius particularis perſonæ, non acceptetur, nec alicuius momenti habeatur. videatur num. 8. infra.

Digitized by Google

4 Ità dicitur in conſtitutionibus, cap. 13. de itinerantibus, diſt. 2. num. 7. ſuper quę verba huiuſmodi ſunt declationes.

Declaramus, quod non ſolum illi, qui ſiuè ad ſui, ſiue ad aliorum inſtantiā pronūciantur deſignati ad aliquā dignitatem extra ordinem, ſunt ipſo facto ab omni præſidentia, & officio ordinis abſoluti; verum etiam illi, qui per litteras Apoſtolicas, quodcūque Eccleſiaſticum beneficium, vel Cappellaniam aliquam obtinuerint, nec actiuam, vel paſſiuam vocem habere, nec in Conuentib. reſidere, nec in eis cameras obtinere poſſunt ſine licentia magiſtri ordinis. Et idem dicimus de alijs prouectis ad Eccleſias titulares, vel quaſcunq; Eccleſiaſ. dignitates, ſicut Sixtus Papa Quartus in Bulla Aurea declarauit. Et in alio Breui eiuſdem Papæ Sixti Quarti recepto in capitulo Peruſino 1478. ſic habetur. Nos, qui & ſcandala amputare, & quietem dicti ordinis Prædicatorum præſeruare deſideramus, declaramus, quod Fratres prædicti ordinis ad beneficia habilitati, donec beneficia ſint conſequuti, actiuam tantum vocē, in dicto ordine habent, quamprimum vero, aliquod beneficium obtinuerint, etiam actiuam vocem amittant, & neutra in dicto ordine vti poſſint, non obſtantibus quibuſcumque contrarijs. hæc ille. ità in dictis declarationibus.

CONCL. III.

5 Eligi non poſſunt in ſuperiores Fratres, qui morantur extra clauſtra, etiamſi Cathedrali Eccleſiæ inſeruiant.

Ità declaratum fuit Romæ 1601. & 1357. Venetijs, & Peruſiæ 1478. ſic determinatum fuit. Statuimus, & ordinamus, quod fratres, qui licentiā habent exercendi Diuina officia extra ordinem, quamdiù extra ordinem, ſic exercuerint, nec cellam, nec actiuam, vel paſſiuam vocem in Conuentibus eiuſdem ordinis habere poſſint: nec Conuentus ſit eis in aliqua re obligatus, niſi ſuffragijs in morte. Ex declarationibus cap. 2. de elect. prioris, diſt. 2. num. 5. & 6. litt. O. in calce, & cap. 13. de itinerantibus, diſt. 2. nu. 7. litt. I.

CONCL. IV.

6 Fratres manentes extrà ordinem, ſine ſuperiorum licentia, ſi poſteà ad eumdem ordinem, etiam ex ſuperiorum licentia redierint, nō poſſint habere infra decemnium aliquod prælationis, vel Vicariatus officium, ſine expræſſa licentia Reuerendiſs. Magiſtri ordinis in ſcriptis obtenta.

Sic dicitur, in declarationibus cap. 13. de itinerantibus, litt. L, num. 7. diſtinct. 2. ex cap. generali, Romæ celebrato 1525. fuiſſe ordinatum.

CONCL. V.

7 Fratres aliarum Prouinciarum, niſi per triēnium fuerint in prouincia, aut aliàs habeantur cogniti, Conuētibus, aut locis non præficiantur, nec Magiſtri Nouitiorum, nec Sacriſtæ ſiant. nec ſimiles adminiſtrationes eis committantur.

Sic ordinatum fuit in Capitulo Romano 1508. ex declarationibus, vbi ſuprà.

CONCL. VI.

8 Admonemus omnes, & ſingulos Fratres ordinis noſtri, præſertim Prælatos, eiſque in virtute ſanctę obediẽtiæ præcipimus, nè eos, qui curata, aut non curata beneficia acceperint, retineant ad manendum in domibus ordinis, nec ad vocem actiuam, vel paſſiuam, abſque magiſtri ordinis diſpenſatione admittant, niſi prius re ipſa, eadem beneficia renunciauerint.

Ex eiſdem declarationibus, ca. 13. de itinerantibus, ſic in capitulo Romano 1553. celebrato, fuit ordinatũ. videatur ſuprà n. 3. de hac aſſertione,

CONCL. VII.

9 Vicarius, à Priore Prouinciali inſtitutus in Electione Prioris Conuentualis, licèt vocem actiuam habeat in tali Electione Prioris, paſſiuam, tamẽ, nequaquam, aliàs, nulla eſt electio ipſo facto.

Sic enim dicitur, in declarationibus ſuper c. 2. de electio. Prioris Conuentualis, diſt. 2, num. 8. litt. V. ſuper illa textus, verba, *niſi Prior Prouincialis, aliter ordinauerit*. Declaramus, quod mortuo, vel amoto Priore, Prior Prouincialis poteſt Subpriorem à ſuo officio abſoluere, vel eius authoritatem limitare, etiam antequã Prior electus fuerit, vel cõfirmatus, vel præſens in domo extiterit. & poterit in eodem Conuentu Vicarium inſtituere Fratrem alterius Conuentus, qui habebit vocem in Electione, & in alijs negotijs, & tractatibus illius Conuẽtus, ſicut fuit declaratum Caturici 1319. Non poteſt tamen in illa electione vocem paſſiuam habere in eodem Conuentu, quod ſi ſecùs factum fuerit, totum ſit irritum, & inane; vt fuit ordinatum Romæ 1553. 1558. Auinionæ 1561. & Bononiæ 1564. hæc ibi.

CONCL. VIII.

10 Ineligibiles ſunt hi, qui per ſententiam condemnati ſunt ad pœnas grauioris culpæ, nè dum antequam diſpenſentur, ſed etiam poſt remiſſionem obtentam: nam Romæ 1589. auctoritate Apoſtolica fuit ordinatũ, vt in poſterũ ad pœnas grauioris culpæ ob delicta condemnabuntur, neq; ad prælaturas, neque ad gradus aſſumi poſſint, niſi fortè poſt multos annos mores in melius commutaſſe, ità clarè conſtiterit, vt meritò non indigni aliqua gratia cenſeri poſſint: ad prælaturam tamen, non ità facilè admittantur.

Ità in declarationibus, cap. 2. de electio. prioris, diſt. 2. num. 5. poſt medium.

CONCL. IX.

11 Ineligibiles ſunt illi, qui fuerunt Priores in eo Conuentu, in quo præfuerunt per quadriennium immediatum poſt abſolutionem. & qui fuerũt Prouinciales, per octo annos in illa Prouincia, quam rexerunt.

Ità ſtatuit Iulius Secundus, in ſuo Pri-

Priuilegio primo in quo præfigit tẽpus prælatis, his verbis. *Nos igitur, &c. auctoritate Apoſtolica, perpetuò ſtatuimus, vt in ordine Prædicatorum Prouinciales vltra quadriennium, Priores vero, & Priorissæ vltra triennium in huiuſmodi officijs perſeuerare non poſsint: et qui Prouincialis fuit, non poſsit infra octo annos, immediatè eius abſolutionem ſequẽtes, eligi in Prouincialem in illa Prouincia; & qui fuit Prior infra quadriennium &c. Vicarij vero, Congregationum per annos tres in officio durabunt, & infrà annos ſex immediatè ſequentes, iterum eligi non poterunt.* quæ conſtitutio intelligitur, vbi Prouincialis durant per quadriennium, Priores vero per triennium. vbi ſupra.

Et Bononiæ 1564. declaratur Prouinciales cum expleuerint ſuum officium, aut etiam aliàs, fuerint abſoluti, ad idem officium in ea Prouincia aſſumi non poſſunt, infra tantum tempus, quantò duorum Prouincialium officium integrum durare ſolet.

CONCL. X.

12 Ineligibiles ſunt quoque Viſitatores Prouinciarum, & Conuentuum quando diù illarum, vel illorum ſunt Viſitatores in Priores, ſeu Prouincialium, quod etiam dicitur de illorum ſocijs, irritum decernentes quidquid in contrarium factum fuerit.

Ità ordinatum fuit Neapoli 1600. & confirmatum Romæ 1601. & Valleolcti 1605.

CONCL. XI.

13 Duo etiam Fratres Germani non poſſunt ſibi immediatè ſuccedere in officio Prioratus, aut Prouincialatus; quod ſi ſecus factum fuerit, electio ſit irrita, & nulla, ſicut de facto irritam, & nullam decernimus, & declaramus.

Ità fuit Romæ ordinatum 1580. deindè 1608. Romæ confirmatum, & Pariſijs 1611. ex Declaratio. vbi ſupra, num. 5. cap. 2. de elect. Prioris.

CONCL. XII.

14 Qui per quatuor annos extra ordinem, quouis modo, ſine habitu, ſteterunt, non recipiantur, niſi de ſpeciali licentia magiſtri ordinis, addentes, quod huiuſmodi ſine habitu ad ordinem reuertentes, etiamſi non vt Apoſtatæ, ſed vt legitimè à Sede Apoſtolica diſpenſati, recipiantur, non tamen poſſint ante decem annos à ſua receptione promoueri ad vllam ordinis dignitatem.

Et diſt. prima cap. 20. de Apoſtatis num. 1. in declarationibus, litt. B, ſic fuit ordinatum in cap. Romano 1553. & 1558.

CONCL. XIII.

15 Ordinamus, quod Apoſtatæ, qui poſthac ad ordinem recepti fuerint, etiamſi, ad omnes gradus ordinis admittantur, nunquam tamen, ante vigeſimum annum ad prælaturæ officiũ aſſumi poſſint. & ſi ſecus factum fuerit, irritum omninò eſſe decernimus.

Ex ead. diſt. prima de Apoſtatis, cap. 20. in declarat. litt. K. num. 4. ità fuit Romæ 1569. ordinatum. & idẽ repetitur in declarat. ad ca. 2. de elect. prio-

prioris, diſt.2. numer.5. litt. P, ante finem.

CONCL. XIV.

16 Qui abiurauerint, tamquam vehementèr ſuſpecti, nõ poſſunt à quocumque, etiam à Magiſtro ordinis, reſtitui, aut promoueri ad quodcumque officium, ſiue dignitatem, toto tempore vitæ ſuæ, irritum decernentes quidquid, in oppoſitum factum fuerit.

Ità fuit ordinatum Auinionæ 1518. & confirmatum Bononiæ 1564. nulla facta mentione illorum verborum, *etiam à Magiſtro ordinis*, ex declarat. diſt.2.cap.2.de elect.prioris, numer.5. litt. P, in fine.

CONCL. XV.

17 Confirmamus declarationem ſæpè, aliàs factam, & Gloſſæ conſtitutionum noſtrarum, diſt.2. cap.2. inſertã, eos, videlicet, non poſſe eligi in Priores, qui Chorum, Dormitorium, Refectorium, & Communia, prout decet, ſequi non valent. Addentes inſuper, decretum fœlicis recordationis Clementis Papæ Octaui, in quo habetur, vt ad officia, gradus, & Prælaturas, illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueuerint Regulas ordinis, & conſtitutiones obſeruare, præſertim, quæ pertinent ad ſeruitiũ Chori, ac veſtitum, & victum communem.

Ità confirmatum fuit in cap. generali Vlyſſiponæ celebrato 1618. ſub Reuerendiſſimo Generali Magiſtro Fratre Seraphino Sicco.

CONCL. XVI.

18 Declaramus, quod Frater de illa Prouincia propriè dicitur, pro qua profeſſus eſt, vel ad quam à Generali Capitulo, vel à Magiſtro ordinis, non ſolùm aſſignatus, ſed ſimpliciter trãſlatus, ſeù incorporatus eſt, ſicut fuit declaratum Coloniæ 1428. & ideo quamuis frater, qui eſt ex aliena Prouincia, poſtquam ſteterit per vnum annum continuum, aſſignatus in aliquo Conuentu alicuius Prouinciæ, ſi habuerit ſex annos à profeſſione ſua, & fuerit Sacerdos ad electionẽ Prioris, & ſocij, atque ad electionem Prioris Prouincialis admitti poſſit, non tamen eligi poterit in Diffinitorẽ Generalis capituli, nec ſocius eius eſſe, nec Elector Magiſtri ordinis, niſi ſit illi Prouinciæ incorporatus, atque ad eam ſimpliciter translatus, Prouincijs Græciæ, & Terræ Sanctæ exceptis.

Ità dicitur, diſt.2. de elect.diffinit. cap.generalis, & prouinc.cap.5.nu.6. in declarat. litt. D.

CONCL. XVII.

19 Nolumus, quod qui in præcedenti capitulo electus fuerit Diffinitor, ad idem officium eligi valeat in anno Diffinitorum proximè ſequenti.

Sic dicitur, cap.5. de elect. diffinit. cap.general. & prouincialis, nu. 6. vbi litt. E. talis eſt declaratio, quod huiuſmodi conſtitutio fuit innouata apud Caſtras 1352. & Romæ 1546. declaratum fuit, quod qui in capitulo prouinciali fuerit electus capituli generalis diffinitor, poſſit in ſequenti capi-

capitulo reeligi, ſi non diffiniuit.

CONCL. XVIII.

20 Priores Prouinciales eligi non poſſunt in Diffinitores capituli generalis diffinitorum, tam primi, quā ſecundi, neque etiam deputari in ſocios eorum: poſſunt tamen eligi Priores actuales, & ſi quis Prior electus fuerit in diffinitorem, vel ſociū eius, propter eius aſſenſum à ſuo Conuētu non debet abſolui, etſi abſoluitur nulla eſt abſolutio, niſi alia ſubſit cauſa.

Sic ordinatum fuit in cap. generali Neapoli celebrato 1600.

CONCL. XIX.

21 Licet, Fratres, qui extra Conuētum quacumq; occaſione, & prætextu, ordinariè permanent, & in Conuentibus, vbi ſunt aſſignati, vocem actiuam non habeant, nihilhominus, quo ad paſſiuam retinent.

Probatur ex verbis declarationum diſt. 2. cap. 2. de elect. prioris, n. 6. litt. O. ante finem, vbi ſic dicitur; quod etiam Romæ 1589. confirmatum fuit cum declaratione, quod tantummodo vocem actiuam non habeant in electione, in Conuentibus, in quibus ſunt aſſignati. Sed exceptio firmat regulam in omnibus caſibus alijs, non exceptuatis, 32. q. 7. c. ſi dominus. ergo poterunt eligi in Priores, &c.

CONTROV. V.

An in Prædicatorum Ordine, de Iure textus conſtitutionum, Subprior Conuentus vbi de Priore eligendo electio inſtat, & ſunt ad minus cū ipſo, quinque Electores, in Priorem eligi ab eis valeat, ac in ſociū Prioris euntis ad Capitulum Prouinciale.

CONCLVSIO I.

1 DE Iure textus Conſtitutionum dicti Ordin. Subprior eligi valet in Priorem Canonicè, ac validè dum ſunt cum ipſo quinque Electores, inſtāte illius Conuentus de Priore, electione celebranda.

2 Primo probatur; nam nullo Iure, nec cōmunis, nec conſtitutionū textus, cauetur, Subpriorem non poſſe in Priorem eligi, in eo Conuentu vbi eſt Subprior, & de Priore electio inſtat. ergo vera concluſio.

3 Secundo nemo, enim, ſuo eſt priuandus Iure ſine culpa, *cap. ſatis peruerſum, diſt. 56. & cap. inuentum 16. q. vlt. & c. 1. de re iudic. & cap. deſcriptionem de eo, qui cogn. ideo.* ſed Subprior abſque ſua culpa, priuatur ſuo Iure dum

dum eligi minimè poteſt in Priorem in Conuentu vbi ſunt quinq; ad minus Vocales, & eligi debet prior Cõuentus; ſed hoc fieri non debet. ergo eligi poteſt.

4 Tertio probatur, nam caſus, de quo lex, ſeù conſtitutio non loquitur, cẽſetur omiſſus, ac iuris diſpoſitioni relictus, *l. commodiſſimi, ff. de lib. & poſthum. & l. præcip. mus, C. de appellat.* ſed in textu conſtitutionum, D. Dominici, à Summis Pontificibus confirmatarum, non habetur, non poſſe Subpriorem in Priorẽ eligi vbi Subprior manet, & per illarum diſpoſitionem tale ius paſſiuum ei non aufertur. ergo habet. ergo eligi poteſt.

5 Quarto probatur, nulla namque conſuetudo introduci poteſt, vbi ius tertij præiudicatur, ſed ſi e. g. in ord. Prædicat. huiuſmodi conſuetudo introducta eſſet contra Ius Subprioris non eligẽdi eum in Priorem, vbi manet, non valet, nec eſt alicuius momẽti, & potiùs dici debet abuſus, & corruptela, quia eſt in præiudicium tertij. ergo vera concluſio.

6 Quinto Religioſum voce paſſiua priuare ſiné demeritis, & ſine cauſa, eſt actus iniuſtitiæ commutatiuæ, & contrà charitatem, & fit cum maximo eius dedecore: nam in Iure Canonico eſt pœna nimis grauis, & maximæ iniuriæ, ſed nemo puniri debet, & grauari in ſimilibus pœnis, ſine culpa, ac demeritis, quod eſt contra omne humanum, & Diuinum Ius. ergo eligi poteſt.

7 Sexto, probatur, de iure Diuino humano eſt, vnicuique ſuum ius tribuere, ſed Subprior in tali officio manens Subprioratus, ſuum Ius non habet, ſed eo priuatur, quia eligi nequit in Priorem, ſed ergo neceſſariò illud habere debet; ergo eligi poteſt, &c.

8 Septimo, exceptio .n. firmat regulam in caſibus exceptuatis, niſi, aliàs, ſit alio iure, exceptus; nam quo ad illum exceptio non firmat regulam, *vt ex Clement. exiui, conſtat, de verb. ſignific. §. deinde, & ibi gloſſa, verb. deinde, & Cardin. eod. ver. §. Euerardus, loco ab exceptione, ad regulam, num. 5. Guttierez, lib. 1. q. 111. num. 1. & lib. 3. q. 11. n. 42.* ſed text. conſtitutio. non excipiunt Subpriorem non poſſe eligi in Priorem Conuentus, vbi actualiter Subprior exiſtit. ergo vera concluſio.

7 Octauo, Eccleſiaſtici omnes, & Regulares, Papa inferiores, in iura Canonica, ac Papales conſtitutiones nõ valent Decreta, aut legem condere: nec conſuetudinem aliquam contra ea, ſeù legem introducere, vt habetur, *c. quod ſuper his, de maiorit. & obed. & cap. ſignificaſti, de elect. & cap. inferior. 21. diſt.* ſed contrà Subpriorem, ſi quæ conſuetudo, aut conſtitutiones, extra textum conſtitutionum dicti ordinis. ſint, vt non eligatur in Priorem, non ſunt validæ: quia ſunt contra ius tertij, & hæc omnia, vt inualida, & nullius momẽti reicienda ſunt, & vt contra ſacros Canones, & Papales conſtitutiones. ergo.

CONCL. II.

10 Subprior valet quoque eligi in ſocium Prioris euntis ad Capitulum Prouinciale, non obſtantibus duabus declarationibus, ſeù ordinationibus capituli celebrati Bononiæ 1275. & Toloſæ 1304.

11 Pri-

Digitized by Google

11 Primo probatur, quia hoc, in cõtrarium in textu conſtitutionum huius ordinis, non cauetur, & eiſdem rationibus probatur, quibus prima eſt probata aſſertio.

12 Secundo probatur, nam hæc duo capitula generalia vim conſtitutionũ non habent, & ſunt condita contra Ius tertij, & vt inualida, & à lege cõmuni exorbitantia, & de facili cõtrauenire poteſt, ac debet, vt aduerſantia Papalibus conſtitutionibus, etiam ſunt.

13 Tertio, nam Romæ 1608. ordinatum fuit, Prædicatores generales cum voce ſi ſint Subpriores, poſſunt, ac debent ad Prouinciale Capitulum abire. ergo, & Subpriores habentes vocem actiuam, & paſſiuam eligi valent in ſocios Priorum euntium ad Prouinciale capitulum.

14 Conſequẽtia probatur, quia nõ eſt maior ratio de vno, quam de alio. Nã illa duo capitula priuantia Subpriores eligi non poſſe in ſocios Priorum ad capitulũ Prouinciale euntiũ, eſt; quia abſentia eſt valdè damnoſa Subpriorum. ergo eadem abſentia damnoſa erit ſi Subprior ſit Prędicator generalis, & tamen debet, ac poteſt proficiſci ad Prouinciale Capitulum.

15 Et ad pœnam taxatam in electores, luendam, non tenentur Vocales ſubiacere; quia non iuxtà Ius commune taxata eſt, nec rationabiliter, quod ideò Capitulum Romæ poſteà 1608. celebratum, ordinauit Prędicatores generales cũ voce, Subpriores exiſtentes, poſſunt, ac debent ad Prouinciale capitulum petere; & vt hęc omnia decretata valerent, oportebat Sedem Apoſtolicam conſulere, & ab illa confirmari, aliàs, ſunt ordinata contra Ius commune, & conſtitutiones D. Dominici, qui ſua Decreta conformia rationi, & Iuri communi condidit.

17 Verba autem pręfatorum Capitulorum ſunt hęc ſequentia, in Declarationibus, *diſtin. 2. de elect. Prioris Conuentualis, cap. 2. §. 8. verſ. item pag. 118.*

Cum abſentia Subprioris ſit conuentui valdè damnoſa, nullo modo debent Subpriores in ſocios priorũ eligi, qui autem oppoſitum fecerint, debent grauiter puniri, ac voce priuari, ſicut fuit ordinatum Bononiæ 1275. *& Toloſæ* 1304.

Si tamen Subpriores Conuentuum fuerint Prædicatores generales; qui habent vocem in capitulo prouinciali, poſſunt ire ad capitulum Prouinciale; vt fuit declaratum Romę 1608. *declaratione prima.*

18 Ex quibus omnibus verbis, veritas deſumitur præfatę noſtrę aſſertionis. Fateor, hanc noſtram Controuerſiam, cum ſequenti, à nemine Doctore Neoterico in hac materia ſcribente, & alijs antiquis, ſiue eiuſdem ordinis, ſiue non, minimè in dubium reuocatum fuiſſe, & eſt valdè curioſa, ac applauſu digna. Et Lector benè accuratè diſcutet, ac ratiocinetur, ſi, quę aſſerimus, *ſint cum ratione diſcuſſa, & reſoluta; & harum declarationum verba non irritant electio. ergo ſi eligeretur, electio valida eſſet; quia non eſſet contra ius commune, nec contra ius textus conſtitutionum talis ordinis.*

CON-

CONTROV. VI.

An in Prædicatorum Ordine, Regentes, Baccalaurei, Magiſtri ſtudentium, ac Lectores maiores Conuentuum, in Prioré eligi valeant, vbi actu legunt, & de Priore electio eſt celebranda.

1 PRIMA CONCLVSIO
eſt affirmatiua.

2 HViuſmodi aſſertio probatur eiſdem rationibus, quibus eſt 1. concluſio probata, ſuperioris Controuerſiæ, cum ſit eadem ratio de iſta, ac de illa; & in præſentiarum particularia Prouinciarum Decreta non obſtant, ſi quæ ſint, cum in iure Canonico fundata non fuerint, ſeù à Sede Apoſtolica confirmata, vel eius auctoritate ſtatuta, ſeù dict. officiales hic, & nũc, in Cõuentibus exiſtentibus, iuri eorum cedere velint, vel talibus ordinationibus ſe ſubmittunt, ſed benè facete tenentur, quod cum electi fuerint, & confirmati, & acceptauerint, dicta munia renunciare tenentur, cũ inter ſe incompatibilia ſint huiuſmodi officia, [& totum hominem vnum, quodque eorum exigant.

CONCL. II.

3 *Declaramus ordinationem vltimam capituli generalis Vliſipponæ* 1618. *qua cautum eſt, ne quis ratione nouæ aſſignationis, poſſit eodem anno, duos eligere priores, nec ſocios, pro capitulo prouinciali, exceptis Regentibus, Lectoribus, & Studentium magiſtris, qui ſtudiorum promouendorum inſtinctu, alijs Conuentibus aſsignati fuerint; ac etiam ſubprioribus de nouo inſtitutis; intelligendum nõ eſſe, de anno Eccleſiaſtico, ſed de anno naturali, à die lati voti, ſic declarat.* 17. *habetur in declarationib. capit. generalis Romæ* 1629. *celebrati, ſub Reuerendiſſimo Patre Generali Nicolao Rodulpho.*

CONTROV. VII.

An peccator, mortali crimine non occulto affectus, ſit ineligibilis.

CONCL. I.

1 PEccator omnis, notorio crimine affectus, ineligibilis eſt, ac inhabilis ad Regularem Prælaturam, ac de illo facta electio, nulla eſt, ac caſſanda eſt ipſo facto.

2 Probatur D. Thomæ auctoritate, quodlibet 8. art. 6. quæſt. 4. vbi docet, quod per quodlibet peccatum mortale, aliquis redditur indignus ad quodlibet ſpirituale exequendum. ergo multo magis, quando notorius eſt peccator, ergo ineligibilis eſt.

DOC-

DOCT. ALLEG.

3 *Docent idem D. Thom. loco relato, Sylueſt. verb. electio 1. q. 14. Tabiena, verb. electio. 1. num. 16. & 17. Angelus, verb. electio, num. 23. Magiſter Feſtus, in ſummario conſtitutionum Ord. Prædicat. cap. 6. ante finem, par. 3. Miranda, in Manuali prælat. tom. 2. q. 23. art. 11. concl. 5. Hoſtienſis, in cap. 1. de poſtulat. prælat. Archidiac. in cap. in ſcripturis, in fine, 8. q. 1. Panormit. in cap. ſi celebrat. numer. 6. de cleric. excommun. miniſt. Boichus, in cap. in noſtris, de conceſſ. præbend. Innocentius in cap ſi celebret, verb. irritanda, & in c. 1. num. 3. de poſtulat. prælat. Gloſſa, in c. perpetuò, verb. priuentur, de elect. in 6. vbi quoque Geminian. num. 6. Gloſſa, in cap. definitio. 22. qu. 4. Felinus, in cap. dilecte in Chriſto, num. 4. de except. Couarruuias, in cap. alma mater, p. 1. §. 8. num. 4. Azor. p. 2. cap. 14. q. 10. §. item peccat, Leſsius, lib. 2. cap. 34. de iuſt. & iure, numer. 126. Garceus, p. 7. de beneficijs, cap. 8. num. 48. Alterius, de cenſuris, tom. 1. diſp. 4. lib. 1. cap. 2. §. alia tamen, non, Sigiſmundus, dub. 64. de elect. numer. 2. & cæteri allegandi, de communi ſententia.*

CONCL. II.

4 Electioni conſentiens in ſtatu peccati mortalis, de ſe factæ, culpa non vacat lætali, ſicut & Electores mortaliter peccarunt, ſi ſcienter elegerunt.

DOCT. ALLEG.

5 *Eſt communis concluſio inter omnes Doctores, & docent omnes relati in ſuperiori numero, & cæteri nominales, nemine contradicente.*

DISPVTATIO V.

De Cenſuris in ordine ad Canonicam Electionem, ac de Electoribus Cenſuratis.

CONTROVERSIA PRIMA.

An excommunicati, minori excommunicatione, priuentur actiua, ac paſſiua poteſtate eligendi.

CONCLVSIO PRIMA

1 QVi eſt minori excommunicatione innodatus, eſt priuatus voce paſſiua, nempè, aſſumi non poteſt ad prælaturas Eccleſiaſticas, nec eligi; bene tamen eligere poteſt alios ad eaſdem dignitates regulares, & Eccleſiaſticas.

Probatur, ex cap. ſi celebrat, de cler. excommu. minor. vbi ratio huius concluſionis deſumitur; quia, cum huiuſmodi excommunicatus exiſtat priuatus omniũ Sacramentorum perceptione, conſequentèr prohibetur etiam exercitium, & occluditur additus ei, ad Eccleſiaſticos ordines, quos Dignitas putà, Prioratus, ex poſtulat, ad quam eligitur.

CONCL. II.

2 Excommunicatus excommunicatione minori eligi poteſt in *ſocium*, ſeù diſcretum ſuperioris *ſui ad* Capitulum Prouinclale euntis, ac in Diffinitorem eiuſdem Capituli, & ad alia officia huius generis.

Cuius eſt ratio, quoniam huiuſmodi officijs, Regimen animarum, minimè competit.

DOCT. ALLEG.

3 *Has duas concluſiones, omnes Doctores, infra allegandos, autumant, & præſertim in proprijs terminis Sigiſmundus, dub. 65. num. 1. cum alijs.*

CON-

CONCL. III.

4 Electio facta, de excommunicato, minori excommunicatione, iuxta probabiliorem ſententiam, non eſt ipſo Iure nulla, ſed annullanda, ac irritanda eſt.

Nam cùm verſemur in materia odioſa, pœnalia ſunt ſemper in mitiorem partem interpretanda, cap. odia, de regul. Iuris, in 6. & cap. pęnis, eod. tit. ex lib. 1. ſi præſes, & l. interpetratione ff. de pœnis.

DOCT. ALLEG.

5 *Amplectuntur concluſionem Felinus, in cap. dilecte, col. 3. num. 4. de except. Richard. in 4. diſt. 18. art. 7. q. 4. Sylu. ver. elect. 2. qu. 14. Miranda tom. 2. Manual. prælat. q. 23. art. 11. Suarez, tom. 5. diſp. 24. ſect. 2. num. 21. de cenſur. Sigiſmund. dub. 65. num. 2. de elec. Sayrus, de cenſur. lib. 2. cap. 22. numer. 23. Leſsius, de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 34. num. 116. Auila de cenſur. p. 2. cap. 6. diſp. 12. dub. 4. concl. 2. ad finem. Toletus, lib. 1. cap. 18. numer. 2. ſumm. Alterius tom. 1. de cenſur. lib. 1. diſp. 4. cap. 2. Filliucius, tract. 13. cap. 2. qu. 8. num. 31. Bonacina, de cenſ. diſp. 2. q. 3. nu. 7. & alij nominales, vt Præpoſitus, in 3. p. D. Thom. q. 2. de excommunicat. dub. 7. nu. 16. Diana, p. 5. tract. 9. reſol. 3. §. notandum eſt, alios citans, & alij allegandi.*

CONCL. IV.

6 Electionem factam, de minori excommunicatione, de excommunicato, eſſe ipſo Iure nullam, ac irritam, non eſt improbabile.

Nàm textus, dicens, *irritanda*, eſt intelligendus, quod huiuſmodi electio eſt irrita denuncianda, vt explicant Doctores mox allegandi pro hac aſſertione.

DOCT. ALLEG.

7 *Doctores ſunt huius concluſionis Hoſtienſis, Panormitanus, & Cardinal. in dict. cap. ſi celebrat. Couarruias in cap. alma mater, par. 1. §. 8. numer. 3. Vgolinus, de cenſur. tab. 3. cap. 6. Garceus, par. 7. de benefic. cap. 13. numer. 27. & alij recentiores.*

CONCL. V.

8 Quotieſcumque in electione facta, de excommunicato, minori excommunicatione, ignorantia interuenit, tam ex parte eligentium, quam electi, non eſt irritanda, ſed valida eſt, ac tenet, iuxtà probabiliorem, ac veriorem ſententiam; ſecus vero, eſt dicendum, ſi ſcientia interueniret ex parte electi, ac electorum ſimul.

Huius concluſionis fundamentum eſt, quia dictum cap. ſi celebrat, non diceret, irritandam prædictam electionem ſcientèr factam, niſi alitèr ſentiret de oppoſita, cum dicat text. *ſi tamen ſcientèr talis electus fuerit.*

DOCT. ALLEG.

9 *Amplectuntur concluſionem Gloſſa, in cap. Apoſtolicæ, verb. probabili, de Cleric. excommun. miniſt. Felin. in cap. ſicut 2.*

col,2.de ſimon. Nauarr,in cap.Fratres,n. 46.de penitent. diſt 5. Lopez,to.2.par.2. cap,17.& 18. Sà in aphoriſm. verb.excommunicatio, numer.33. Auila, vbi ſup. conc.4. Alter.loco d.ſupr. Vaſquez, tract. de excommun.dub.6.num.12.Sigiſmund, vbi ſup num.vlt.Toletus,loco allegato,ſup. Reginald. lib.32.tract.1.num.143. Bonacina,de cenſur.diſp,2,q.3. nu.7.& alij nomin.videatur ſup.diſp.4. contr.1.n.17. alias ſententias Auctorum, de hac aſſertione, vide apud Sigiſmundum, numer.3, dub.65.de electione,

CONTROV. II.

An excommunicati maiori excõmunicatione, eligi, ac eligere valeant.

EXPLICATIONES.

AD maiorem, controuerſiæ deciſionis,intelligentiã,priuſquã ad eius reſolutionem directam deueniamus, tamquam fundamentum dicendorum, iaciemus nonnullas concluſiones, quarum ſit.

CONCLVSIO PRIMA

1 Excõmunicati,in duplici differẽtia, ſe habent: Alij enim dicuntur ab Eccleſia tollerati,alij autem nõ tollerati,

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt communis ſententia Doctorum,& nouiſsimè tradunt Alter. de cenſur.tom.1. lib.2.diſp.5.cap.2.col.5.§.animaduertendum tamen. Bonacina,de cenſur. diſp.2.q. 2.puncto 1.n.2. Sigiſmundus, dub.66.n. 1.de elect.ac cæterorum recentiorum,*

CONCL. II.

3 Excommunicati non tollerati,primò, cenſentur illi, qui ſunt publicè, ac nominatim denunciati; ſecundo, non tollerati exiſtimantur illi, quos adeò notoriè conſtiterit incurriſſe ſententiam latam à Canone pro ſacrilega manuum iniectione in Clericum, vt nulla tergiuerſione celari poſſit.

CONCL. III.

4 Extrà hos duos caſus, excommunicati dicuntur tollerati ab Eccleſia, itaut non teneamur ab eorum Communione nos abſtinere, aut illos in Sacramentorum receptione vitare, vel adminiſtratione, vel alijs rebus externis,

Ità namque Concilium Conſtantienſe, ſub Martino Quinto celebratum, conceſſit, ac declarauit,& ſanciuit, pro Animarum fidelium, quiete, & tranquillitate, quod incipit,ad euitanda, &c. & à Concilio Lateranenſi innouatum fuit, ſub Leone Decimo, ſeſſ. 11. & nunc nobis Iure optimo ſtandum eſt,

DOCT. ALLEG.

5 *Auctores ſunt harum duarum aſſertionum, Sotus, in 4.diſt.22.qu.1.art.4. D. Antonin. 3.par.tit.26. cap.3. Nauarr.in ſumma, cap.27.num.35.& in cap.1.§. labore, de pænitent. diſt.6. Auila, de cenſur.par.2.cap.6. diſputat.2.dub.primo,*

Si-

Sigiſmundus, num. 1. vbi ſuprà Guttierez, qq. Canon. cap. 1. num. 1. & 7. citans alios, Caiet. Medinam, Aragon. Adrian. Turrecremat. & alij relati num. 2. ſupra, & nominales.

CONCL. IV.

6 Catholici in Anglia, & Germania ſecurè communicant cum ijs, qui ſunt notoriè Heretici, & conſequentèr notoriè excommunicati, ſed non nominatim denunciati.

DOCT. ALLEG.

7 *Pro hac concluſione allegantur ijdem Doctores ſuperiores, ac præſertim Nauarrus, Auila, & Sigiſmundus, vbi ſup. cum alijs recitandis.*

CONCLVSIO V.

8 Electio facta de excommunicatis, ſiue tolleratis, ſiue nō tolleratis, eſt ipſo Iure nulla, ac inualida.

Conſtat ex cap. conſtitutus, de appellat. & ibi Panorm. & cap. poſtulaſti, de cleric. excommun. miniſt. Cuius eſt ratio, quia Decretum *ad euitanda*, non intendit in aliquo releuare excommunicatos; ſed ſe ſe immiſcendo in electionem paſſiuam, proprium commodum quærunt, cap. *ſi electio*, per illud verb. *Iuri ſuo*, de elect. in 6. ergo quò ad ipſos, Iura antiqua remanent illæſa.

DOCT. ALLEG.

9 *Docent aſſertionem, Panormit. vbi ſuprà Rebuffus, in cap. poſtulaſti, de Cleric. excommun. miniſt. num. 85. Archidiac. in cap. nullus, num. 3. diſt. 63. Lambertinus, de Iure Patron. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 10. nu. 1. Couarruuias, in cap. Alma mater, par. 1. §. 7. numer. 1. Nauarr. in ſumma, cap. 27. num. 21. Sayrus, de cenſur. lib. 2. cap. 15. nu. 8. §. 2. Auila, de cenſur. p. 2. cap. 6. diſp. 5. dub. 2. Sigiſmundus, num. 2. dub. 66. de elect. de cenſuris, cap. 3. Váſquez, tract. de excommun. dub. 6. vbi plures alios allegat, cum antiqua deciſ. Rotæ 363. in qua fuit declaratum hoc procedere, tam de excommunicatione à Iure, quam ab homine. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſp. 6. ca. 3. in prin. & eſt cōmuniſſima ſententia omnium Doctorum, Felinus, in cap. ad probandum, n. 6. de re iudic. Suarez, de legibus, cap. 9. lib. 5. num. 7. & alii nominales.*

CONCL. VI.

10 Præfata hæc aſſertio intelligitur etiam, quamuis, excommunicatio inuincibiliter ignoretur, ab ipſo excommunicato, & ab eiſdem electoribus.

Cuius eſt ratio, quia licèt ignorantia inuincibilis excuſet à culpa, & quandoque à pœna vtique, non tamē validum facit actum, quem Eccleſia irritauit; nec capacem reddit, quem Eccleſia incapacem efficit, ac reddit.

DOCT. ALLEG.

11 *Habet pro ſe, eoſdem ferè omnes relatos, nuper, Scriptores, & in ſpecie, Auilam, loco d. diſp. 5. dub. 2. concl. 1. citans Couarruuiam, Nauarrumque al'egantem gloſſam, ac Panorm. cum communi. Sigiſmundum, num. 3. vbi ſup. & alios.*

CONCL. VII.

12 Si excommunicatus minimè ab electoribus ignoretur, ſcilicet non tolleratus, & nihilhominus, ab eis ſcientèr eligatnr; tunc electores mortaliter peccant, primo, deindè incurrunt pœnam irrogatam eligentibus indignum; tertio ſunt repellendi ab electione actiua, donec ſuper hoc, veniam conſequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerint.

DOCT. ALLEG.

13 Auctores ſunt huius aſſertionis Panormit. in cap. poſtulaſti de Cleric. excommunic. miniſtr. Sigiſmundus, num. 3. dub. 66. de elect. ca. 3. de cenſur. & alij ſupra allegati, ac nominal.

CONCL. VIII.

14 Excommunicati non tollerati, nec ſoli, nec cũ alijs eligere poſſunt, ſiuè ſint ſimplices electores, ſiue ſint Compromiſſarij, licet vnus etiam ſit, electio, ipſo facto eſt nulla, & inanis, ſi, nimirum, ſcienter admittantur ad electionem.

Concluſio conſtat ex cap. ad euitãda, & cap. conſtitutus, & cap. fin. de proc. & cap. ad probandum, de re iudic. & ex alijs Iuribus.

DOCT. ALLEG.

15 *Autumant Innocent. & Panorm. in cap. 2. de poſtulat. prælat. Franchus, in cap. conſtitutus Boichus, in cap. illa quotidiana, de elect. Angelus, verb. elect. num. 8. Sylueſt. verb. ele. 1. q. 4. Tabiena, eod. tit. 1. n. 6. Guttierez, qq. canon. lib. 1. cap. 28. n, 3. Suarez. tom. 5. de cenſur. diſp. 14. ſect. 2. num. 17. & 18. Sayr. cap. 6. num. 4. & 5. de cenſur. lib. 2. Auila, vbi ſup. dub. 1. concl. 3. Alter, de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſp. 5. ca. 2. col. 4. §. 3. dicunt Panorm. in cap. in cauſis, in fin. Sigiſmundus, num. 3. vbi ſupra alijuè nominandi.*

CONCL. IX.

16 Excommunicati non tollerati, in duplici caſu admitti poſſunt ad electionem cum non excommunicatis, ipſis inuitis: nempè per ignorantiam probabilem, ſeù inuincibilem; ſecundò, per ſufficientem violentiam ad producendum morale inuolũtarium, vtputà, ſi huiuſmodi excommunicati non tollerati expelli non poſſint ab electione abſque graui periculo, vel ſcandalo, vel ob aliam aliquam conſimilem cauſam.

DOCT. ALLEG.

17 *Ità aſſerunt Innocentius, in cap. illa, num. 5. de elect. Alter. vbi ſup. §. quares, 2. Sigiſmundus, num. 6. vbi ſup. & cæteri allegati ſupra, & nominales.*

CONCL. X.

18 Si ab electoribus ad electionem admittantur excommunicati, non tollerati per ſufficientem violentiam &c. ſecundo modo dictò, in ſuperiori aſſertione, eſſe id agendum cũ proteſtatione facta ab eis, ſe non intelligere illis communicare ius eligendi,

&

Digitized by Google

& velle eorundem voces nemini ſuffragari, aut nocere, quæ proteſtatio haberi poterit publicè, ſeù occultè ſi veriſimile quid prædictorũ timeatur.

DOCT. ALLEG.

19 *Docent Innoc. in cap. Camana, de elect. Compoſtil. Panor. & Boichus, in d. cap. illa quotidiana. Sylueſtr. ver. elect. 2. quæſt. 15. Biax in director. elect. par. 1. capit. 9. num. 5. Vgolinus de cenſuris tabul. 2. §. 2. nu. 12. Szyrus, dict. cap. 6. num. 6. & Doctores in dict. capit. Cumana, & maximè Panormit. & Butrius, de elect. Cuchas, lib. 4. Inſtitut. Maior. tit. de elect. num. 119. qui, etiam, aiunt, ſanum eſſe concilium, dictam proteſtationem fieri deberi ſemper, non ſolum contra dictos excommunicatos, ſed etiam in alijs euẽtibus, v delicet ſi non poteſt recipi commodè probatio ad ius eligendi competat aliquibus electoribus, de quibus probabiliter dubitatur; & hoc nè videantur ſcienter admitti, & huiuſmodi proteſtatio: fiat publicè coram teſtibus, pro maiori cautela, & negotij ſecuritate,*

CONCL. XI.

20 Si excommunicati nõ tollerati admittãtur priori modo non .ſ. ob ignorantiam probabilem, ſeù Inuincibilẽ, itaut, niſi poſt celebratam electionem id publicetur; tunc eſt conſiderandus in primis, an exceſſus ſuffragiorum ex parte electi, tantus ſit, vt quãuis ei adiungantur, qui ſunt excommunicati, & tanquam Inhabiles repellantur adhuc ſuperſit numerus ſufficiens ad electionem complendam; vel è contrario contingat: Nam ſi res priori modo accidit, electio eſt valida, non obſtante interuentu excommunicatorum; ſi vero res poſteriori modo eueniat, tunc eſt habenda fides teſtimonio eorum, ad quos ex officio pertinet ſupputare vota, id eſt, teſtimonio Compromiſſariorum, aut Scrutatorum: Ipſi enim ſunt tanquam Iudices in ea cauſa conſtituti; & ſi ipſi declarauerint, ſecluſo excommunicato, vel excommunicatis, tanquam nõ legitimis electoribus, adhuc ſupereſſe ſufficiẽtem numerum, vt talis electus ſit; tunc ea electio valet, ac tenet: & ſi aliqui, vel omnes illi excommunicati dicãt ſe non conſenſiſſe in eum, quẽ affirmant Scrutatores, non eſt eis credendũ, quia ſunt ſingulares; ſed Scripturæ, & Scrutatoribus eſt adhibenda plena fides, cap. cum dilectus, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

21 *Tenent hanc concluſionem ſic explicatam, Richardus, in 4. diſt. 18. art. 7. quæſt. 1. ad 3. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 14. ſect. 2. num. 11. & 12. Panorm. in cap. cum dilectus, & ibi Ancharan. num. 1. verſic. 6. nota, de elect. Hoſtienſ. in ſumma tit. de elect. §. qualiter facienda, col. 4. circa mediam. Menochius, conſil. 67. nu. 41. & d. Panorm. cap. quia propter num. 9. circa finem de elect. in 6. Sigiſmundus, dub. 66. num. 8. & 9. de elect. cap. 3. de cenſuris, & alij nominales.*

CONCL. XII.

22 Excommunicatus tolleratus eligere poteſt, ſiuè ſolus, ſiuè cum alijs, qui etiamſi ſcientem eum admittant ad electionem, non ſolùm erit valida electio, ſed etiam nihil in eo peccabunt, & hoc propter dict. extrauag. ad euitanda.

DOCT. ALLEG.

23 *In hac aſſertione omnes Doctores conueniunt, & autumant, ſolum ab eis diſcrepat Mil. in ſuo repertorio verb. excommunicatus poteſt aliquid agere q. 66. ſed ſane allucinatus eſt.*

Verum, in præſentiarũ, in dubium vocatur, an electio ſit valida, ſi ab aliquo electorum obijciatur talis exceptio excommunicationis prædicto electori excommunicato, qui hac exceptione non obſtante, admittatur.

CON-

CONCL. XIII.

24 Si exceptio habeatur ante electionem,vel poſtquam dictus excommunicatus ſuffragium tulerit,eſt reijciendus nihilominus ab electione.

Cuius eſt ratio, quia in his, quæ procedunt à priuata auctoritate:d.extrauag. ad euitãda nihil Iuris tribuit excommunicato. Immo Iura antiqua, quo ad eius poteſtatem manent illæſa,adhuc ante denunciationem, & id tantum ſtatuit,vt communicantes eidẽm excommunicato, ante denũciationem minimè afficiantur pœnis, à Iure ſtatutis, contra communicantes cum excommunicatis,vnde licet hęc extrauagans permiſerit hanc communicationem cum excommunicato neminem adhoc tamen deuinxit. ergo quilibet eũ poteſt repellere; quia in re cõmuni potior eſt conditio prohibentis cap.in re,de regul.Iuris in 6. quod ſi non poteſt eijci ob cauſam dictam,nu.20. concluſione 11.tunc admittatur cum proteſtatione, vt diximus.

CONCL. XIV.

25 Sin autem poſt electionem fiat dicta exceptio; tunc nihilominus dicimus,validam eſſe electionem,& illius ſuffragium computari innumero eligentium,tamquam,& ipſe non eſſet excommunicatus.

Ratio eſt, quoniam geſta excommunicati tollerati in his, quæ procedunt ratione publici officij ſuſtentantur,& Eccleſia ſupplet ad illum actum, iuriſdictionem. Immo,dicimus, ſi electo conſtet, aliquem ſibi ſuffragantẽ, eſſe excommunicatum, & ratione illius dignitatem obtinuiſſe, nihilominus tamen electionem eſſe validam.

DOCT. ALLEG.

26 *Auctores, harum duarum aſſertionum, ſunt.l.Barbarius, vbi, Doctores ff.de offic. prætor. & cap. nonnẽ, 8.quæſt.4.& cap. ad probandum, vbi Panormit.num. 3.& 14.in fine,cum ſeq.Felinus,num.3.6.8.de re Iudicat. & deſumuntur etiam,ex dict.extrauaganti, ad euitanda & permixtim ex Innocẽtio,in cap.veritatis num.1.& 2.vbi etiam Bellamerus,num.22.Panorm. num.42.& 47.& cæteri Doctores, de dolo,& contumacia.*

Item ex Felino,in cap. Rodulphus,nu.39. & 43.circa med. de reſcript. Lapus, allegat. 89.num.11.verſic. proterea num.12. & ibi Mandoſius de communi.verb. excommunicatus. Couarruuias,in cap. Alma Mater pa.§.7.num.9.verſ ideo de ſententiam excommunic. in 6.Tuteus,deciſ.3.num. 12.lib. 1.Surez,tom.5.diſput.14.ſect.2.num.18.& tract.de legibus,lib.5.cap. 9.num.5.Alter.de cenſur.tom.1.lib. 2. diſp.5.cap.2. column.5.§.ſed quæri poteſt. Sigiſmundus, part.2.de cenſuris,cap.3.dub.66.de elect.num. vltim.Rota,deciſ.602.num.8.& deciſ.534.num.3.& ſeq.part.1.in recent. vbi quoque refertur idem dictum fuiſſe in cauſa Iacen. Archidiaconatus.23. Iulij 1601. corã Cardinali Pamphilio, & in Placent.beneficij 1.Iul.1611. coram Lancellotto. & alij recentiores nominales.

27 Ratio, autem, quare ante electionem ſuffragium dicatur procedere ab Auctoritate priuata; poſt electionẽ cum dicatur prouidere ab auctoritate publica, & à publico officio; quia Ius eligendi conſiderari poteſt, & inchoatiue, ſcilicet quando nondum eſt ſcrutinium celebratum; & completiue, quando videlicet, Scrutinio celebrato, celebratur vtique in actu electionis.

Si inchoatiuè conſideratur, ipſa, eſt ius ſingulare, & priuatũ, ſi vero cõpletiue eſt Ius vniuerſale,&officium publicum;& hac de cauſa elector, cui obijciuntur excommunicationis defectus antequam completum, & publicatũ

ſit

ſit ſcrutinium, poteſt excludi ab electione; quia eius acta, rōe priuati muneris non ſuſtinentur ab Eccleſia; at poſt publicationem ſcrutinij, in quo conuenit maior pars electorũ excludi non poteſt, & eius ſuffragium eſt validum, quia ratione illius publici muneris acta eius ſuſtinentur ab Eccleſia.

CONTROV. III.

An ſuſpenſi, in Capitulo vocem habeant.

CONCL. I.

1 Suſpēſus ab officio abſolutè, ſiuè à Canone, ſiuè ab homine, nec eligi, nec eligere poteſt.

Pars prior, probatur, quia cum huiuſmodi ſuſpēſus prohibitus ſit, exercere officium, eligi nequit ad beneficium, quod exercere non valet. ergo.

Secunda pars probatur, quia ſub nomine officij comprehenditur omne clericale exercitium ſeu eccleſiaſticum, ſed vox eſt vnum ex eccleſiaſticis exercitijs. ergo ſuſpenſus ob officio, conſequenter eſt à voce ſuſpenſus.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſſertionem ſequuntur Panorm. cap. cum Dilectus numero 20. de conſuetud. & in cap. cum ſuper. num. 4. de confeſſ. Boicbus, in cap. illa, de elect. in 6. Biax, in ſuo tract. de elect. par. prim. cap. 5. num. 2. Tabiena, verb. ſuſpenſio, num. 4. Amilla, verb. ſuſpenſio, num. 6. Cuchus, lib. 4. Inſtitut. Maior. tit. de elect. numero 322. Sayrus de cenſur. lib. 4. cap. 5. num. 6. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 14. quaeſt. 8. Alter. de cenſur. tom. 2. diſp. 4. cap. 4. column. 4. §. ex dictis colligi. Sigiſmundus, num. 1. dub. 67. de elect. Garceus de benefic. part. 7. capit. 14. num. 2. Felinus, in cap. apoſtolicae, de except. verſ. dare vocem, & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Vox, ſi electori in electione competit, ratione beneficij, vtputa, ratione prioratus, Guardianatus, ſeu Abbatiatus, in tali caſu ſuſpenſus ab officio, in electione habet nihilominus vocem nimirum, prior, Guardianus, Abbas, ab officio ſuſpenſus, licet voce careat in electione Diſcreti Conuentualis, attamen; ea gaudet in capitulo prouinciali, vbi ratione beneficij prioratus, vel guardianatus ſuffragator exiſtit, & Abbas, eadem ratione, vocem habet ad ſuffragandum in Capitulo generali.

Ratio eſt, quoniam ſuſpenſus ab officio, nullo pacto eſt à beneficio ſuſpēſus, iuxtà communiorem, ac probabiliorem ſententiam.

DOCT. ALLEG.

4 *Concluſio eſt communis inter Doctores, & probabilior, quam amplectuntur ex recentioribus, Sigiſmundus, dub. 67. num. 2. de elect. Sanchez de matrim. libr. 3. diſp. 51. num. 12. Henriquez. de excommunic. cap. 32. §. 3. Sayrus, lib. 4. de cenſur. cap. 5. nu. 6. Garceus. num. 58. p. 7. cap. 14. de beneficijs. Alter. tom. 2. diſp. 4. cap. 3. verſ. 2. concluſ. & diſp. 17. cap. 1. §. quaeritur, & alij nominales.*

CONCL. III.

5 Suſpenſus ab officio, non abſolutè, quidem, ſed ab aliquo particulari officio, tunc in huiuſmodi facti contingentia, poterit eligi, & eligere fortaſſe, iuxtà limites ſuſpenſionis, eſt operandum.

Ratio eſt, quoniam ſuſpenſio non ope-

operatur vltra limites ſuſpenſionis; itaut, ſuſpenſus ab vno actu, non eſt ab alijs proterea ſuſpenſus, ſi non ſint cùm primo connexi. hęc enim eſt pœna, quæ ſtrictè eſt accipienda.

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſerunt aſſertionem Innocent. in cap. cum dilectus, num. 4. Panorm. in cap. Apoſtolicæ, num. 6. Armilla, num. 4. verb. ſuſpenſio. Sigiſmundus, vbi ſupr. num. 3. Nauarr. in ſumma cap. 27. nu. 160. & conſil. 41. num. 2. Lambertinus, de Iure patron. lib. 2. part. 1. q. 9. art. 2. Henriquez, vbi ſupra §. 1. Sayrus, lib. 4. capit. 5. num. 27. & cap. 3. num. 15. & 18. vbi alios multos allegat.*

CONCL. IV.

7 Suſpenſus à beneficio non poteſt eligi ad nouum beneficium, quando fertur ſuſpenſio à Iure pro crimine, vel offenſa non concernente certum beneficium vel particularem Eccleſiam, quia talis ſuſpenſio eſt vniuerſalis, & indiſtinte reſpicit omnem locum; Ius enim vbique obligat: Secus vero, dicendum, ſi crimen eſt ſpeciale, reſpectu particularis eccleſiæ, vel beneficij; nam tunc, in illa eccleſia nō poteſt obtinere aliud beneficium, in alijs vero Eccleſijs, non prohibetur.

DOCT. ALLEG.

8 *Ita autumant Henricus Boichus, in cap. cum dilectus, num. 23. Sigiſmundus, num. 4. dub. 67. de elect. Alter. de cenſur. tom. 2. diſp. 5. cap. 5. col. 4. §. quantũ ſpectat. Cuchus, vbi ſupra num. 134. & exemplum affert Panorm. in cap. cum in Cunctis. §. Clerici ſanè num. 1. de elect. & alij referendi.*

CONCL. V.

9 Clerici eligentes Indignum ſuſpēduntur per triennium à beneficijs ſimpliciter, cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. quæ pœna hodie, licèt locum non habeat in electionibus Regularibus, & alijs, quæ ſunt inferiores Epiſcopalibus, per cap. ſi compromiſſarius, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

10 *Sic aſſerunt Gloſſa in cap. quamquam ver. ſecus, eod. tit. de elect. in 6. Cuchus, lib. 4. Inſtitut. maiorum tit. de elect. 38. ad finem. Sigiſmundus dub. 67. num. 4. ante finem, & alij.*

CONCL. VI.

11 Suſpenſio quando ab homine fertur, vel generaliter quis ſuſpēditur ab omnibus beneficijs, ſub Iuriſdictione ſuſpendendi: tunc ſuſpenſus nequit beneficium adipiſci intra Diœceſim, durante ſuſpenſione, vel vniuerſaliter fertur ſuſpenſio à beneficijs ſine vlla explicatione; & tunc nec in territorio, neque extra, ſuſpenſus poterit aſſequi beneficium, maximè ſi non vigeat conſuetudo contraria interpretandi huiuſmodi ſententiam coarctatam ad beneficia Diœceſis, aliàs electio non tenet, ac nulla eſt.

DOCT. ALLEG.

12 *Pro hac concluſione allegantur Doctores omnes ſupra relati, num. 2. 4. & ſeqq. & Sigiſmundus, num. 4. ad finem, dub. 67. de elect. cum alijs nominalibus.*

CONCL. VII.

13 Suſpenſus à beneficio, minime impeditur, quo minus eligere poſſet, niſi Vox ei, ratione beneficij, à quo eſt ſuſpenſus, competat, in huiuſmodi

caſu

caſu (inquam) nequit eligere, ſed benè reſpectu vocis, ſeù electionis, quæ aliunde, illi competit.

DOCT. ALLEG.

14 *Ita volunt Gloſſa, in cap. Vuitouienſis, verb. admiſerant, de elect. vbi quoque Panorm. num. 10. & in d. cap. cum dilectus, num. 20. de conſuet. & in d. cap. Apoſtolicæ, num. 8. Brax. in tract. de elect. par. 1. cap. 7. num. 1. Tabiena verb. ſuſpenſio, num. 3. Armill. v. ibid. num. 5. Sigiſmundus, num. 5. dub. 67. de elect. Suarez, tom. 5. de cenſur. diſput. 25 num. 44. Alter. tom. 2. de cenſur. diſp. 5. cap. 2. colum. penult. §. reſponden. ſuſpenſum, & alij allegandi. Nauarr. cap. 27. nu. 163. verſ. ſexto. Henriquez de excommun. c. 32. §. 4.*

CONCL. VIII.

15 Suſpenſus ſimpliciter, ſiuè à Iure, ſiuè ab homine nullo pacto elegi ſeù eligere poteſt. ex cap. cum inter, §. fin. de elect. in 6.

Probatur, quia ſic ſuſpenſus, intelligitur, & ab officio, & à beneficio ſuſpéſus; ſi nec ex verbis, nec ex intentione Iudicis colligatur limitatio.

DOCT. ALLEG.

16 *Aiunt Innocent. in d. cap. cum dilectus num. 4. Panormit. num. 18. Gloſſa verb. à ſuſpenſis, & Baldus, num. 13. quos ſequitur Rota, deciſ. 860. num. 6. coram. Card. Seraphino, & deciſ. 870. n. 2. coram eodem. Multos alios recitans Doctores: Sigiſmundus, num. 6. dub. 67. de elect. Ioan. Andreas, & Imola, in d. cap. cum dilectus. Felinus, in d. cap. Apoſtolicæ, verſ. dare vocem, in fine, Sayrus lib. 4. de cenſur. cap. 4. num. 2. Henriquez loco d. §. 1. & cæteri nominales.*

CONCL. IX.

17 Suſpenſus ab ordine, eligere, quidem; poteſt, minimè vero, eligi poteſt.

Pars prima probatur, quia eligere ad Iuriſdictionem ſpectat; licèt enim non ſit propria Iuriſdictio, eſt tamen adminiſtratio quædam, quæ non competit ratione ordinis, ſed beneficij, vel dignitatis, aut ex alia huiuſmodi cauſa.

Secunda pars probatur, quia cum ſit prohibitus talis ſuſpenſus exercere officium ſuum eligi nequit ad beneficium quod exercere minimè valet.

DOCT. ALLEG.

18 *Suſtinent concluſionem Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 26. num. 5. Alter. tom. 2. diſp. 4. cap. 4 col. 4. §. etiā dictis colligi, Sigiſmundus num. 7. dub. 67. de elect. & cæteri allegati num. 2. & allegandi.*

CONCL. X.

19 Quilibet, minori ſuſpenſione tantummodò affectus, eligendi gaudet poteſtate actiua, minimè vero paſſiuâ.

DOCT. ALLEG.

20 *Eſt aſſertio Panorm. in d. cap. Apoſtolicæ, num. 2. & in d. cap. cum dilectus, num. 20. Azor. par. 2. lib. 6. c. 14. q. 8. Sigiſmundus, num. 8. vbi ſupra Lambertini, lib. 2. p. 1. de Iure Patr. qu. 9. art. 2. & hic eſt applicanda cum proportione, doctrina ſupra tradita de excommunicatis, minori excommunicatione, & alij nominales ſequuntur hanc concluſionem.*

CONCL. XI.

21 Acta, per ſuſpenſum, qui eſt nominatim denunciatus, valida non ſunt.

Cuius eſt, ratio, quoniam non eſt par ratio de excommunicato occulto, & non declarato, & de ſuſpenſo; quia ſuſpenſus, etiam occultus cēſetur prohibitus ab exercitio Iuriſdictionis, & conſequenter collationis beneficiorum, quæ eſt Iuriſdictionis, cap.

cap. noſti: & cap. transmiſſam, de electiõn. Lapus, allegat. 89. numero 12. & ſimiliter electionis per ſupradicta; excommunicatus vero, non priuatur exercitio ordinis, vel officij, donec fuerit declaratus; ſed tantum communione Sacramentorum. Nauarr. cap. 23. num. 152. item 3. dico, vnde geſta, ratione publici officij, non annullat excommunicatio occulta, & non declarata.

DOCT. ALLEG.

22 *Doctores ſunt huius aſſertionis, Sacra Rota, deciſ. 134. num. 5. par. 1. in recent. Nauar. cap. 27. num. 151. & conſil. 4. numero 3. de cleric. excommunic. Vgolinus, tabula quarta, cap. 10. Henriquez, de ſuſpenſione, cap. 31. §. 2. Sigiſmundus, num. nono, dub. 67. de elect. Sayrus, lib. 4. cap. 1. numero 13. Suarez. diſput. 25. ſect. 1. de cenſur. tom. 5. Valent. tom. 4. diſput. 7. quæſt. 18. puncto 1. Homobonus, de caſibus reſeru. p. 1. cap. 7. fol. mihi 141. Bonacin. de cenſur. diſput. 3. puncto. 1. num. primo, multos alios allegans, qui tamen puncto 4. in calce aſſerit, Acta per ſuſpenſum, non nominatim denunciatum, eſſe valida, cum huiuſmodi ab eccleſia tolleretur, ſed decipitur, vt diximus, quia non eſt eadem ratio de excommunicato, & ſuſpenſo, occulto, ſeu non nominato ſcilicet excommunicato.*

CONCL. XII.

23 Regularis ſuſpenſus à Diuinis eligere poteſt; quia in Regularibus electio non pendet ab ordine, ſed à regularitate.

Ita Sacr. Congregatio concilij declarauit in minimorum. 7. Septembr. 1628.

CONTROV. IV.

An Interdicti, & an celebrantes in loco Interdicto, procedere valeant ad Canonicam electionem.

CONCL. I.

1 INterdicti, nondum taxat eligere nequeunt, verùm etiam, nec eligi poſſunt, ita ut vtraque voce carent, Actiua ſcilicet, ac paſſiaua. argum. c. cum Inter, 1. de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Autumant conclusionem Hoſtienſ. in ſumma tit. de elect. §. quis poteſt eligere, verſ. ſed breuiter dico. Biax in ſuo directior. de elect. p. 1. cap. 19. Angelus, verb. electio, num. 8. & 12. Syluestr. eod. verb. 1. q. 4. & 14. Tabiena, ibid. 1. nu. 5. 6. & 7. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8. & 9. Sigiſmundus, dub. 68. nu. 1. de elect. Miranda, tom. 2. q. 23. art. 8. & art. 11. concl. 5. Toloſ. tit. de elect. cap. 9. n. 19. & alij nominales.*

CONCL. II.

2 Celebrantes in loco ſuppoſito Interdicto ſcienter, nec eligere, nec eligi poſſunt, niſi ſcilicet ſuper hoc priuilegiati fuerint, aut à Iure ſit eiſdem conceſſum.

DOCT. ALLEG.

4 *Pro hac noſtra concluſione allegantur omnes Doctores ſuperiori nu. relati, deindeeſt. c. is qui, §. is. vero vbi gloſſa, verb. cum alijs, & Anebaran. num. 3. de ſententia excomm. in 6. Panorm. in cap. poſtulaſti, nu. 5. de Cleric. excommun. miniſtr. Boicbus, in cap. final. num. 5. de exceſſ. prælat. Biax, in ſuo director. de elect. p. 1. c. 20. num. 1. & par. 2. cap. 31. num. 1. Nauarr in manu. cap. 27. num. 187. §. 19. Sotus, in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. concluſ. 5. Sigiſmundus, nu. 2. vbi ſupra Henriquez, lib. 13. de excommun. & Interd. cap. 146. §. 3. Sayrus, de cenſur. lib. 5. cap. 13. nu. 9. & alij.*

An autem huiuſmodi electio habita in loco Interdicto, valeat, videatur diſp. 2. contr. 13. n. 10. prim. trac.

CON-

CONTR. V.

An prelati Regulares poſſint, ſibi ſubditos, à quibuſuis cenſuris abſoluere.

CONCL. I.

1 Regulares prelati maiores, & eorum Vicarij, vel Subpriores, poſſunt virtute ſuorum priuilegiorum, ſibi ſubditos abſoluere, & alios eiuſdem ordinis interdum ad eos declinantes, à quibuſuis cenſuris, excommunicatione, ſcilicet etiam Sedi Apoſtolicę reſeruata, nec non à ſuſpentione, & interdicto latis ſiue à iure, ſeu ab homine, & eoſdem diſpenſare, ſi huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis interdicto, diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordines, notam irregularitatis, incurrint, & non ſolum, hæc agere poſſunt in foro pænitentiali, ſed vtique in foro contentioſo, quo ad abſolutionem ſpectat.

Ità conceſſit Clemens IV. Patribus Prædicatorũ, vt dicitur in mari magno, & habetur in compendio priuilegiorum, tit. abſolutio ordin. quo ad Fratres, num. 4. 7. & 10. & in alijs locis, & ſunt verba quędam in priuilegio id importantia.

DOCT. ALLEG.

2 *Ita aſſerunt, Sorbus in reſol. materia abſolut. Rodriquez, tom. 1. qq. regulãr. q. 20. art. 1. 2. 3. 4. & 21. Ioannes de la Crux in compend. priuilegiorum regul. lib. cap. 6. dub. 15. concluſ. 3. 4. & 5. & dub. 6. concluſ. 2. Sigiſmundus, dub. 69 numero 1. de electio, & alij omnes, Rota, panes Puteum, lib. 1. deciſ. 95.*

3 *Eſt hic, vero, ſciendum, non rectè à Rodriquez, art. 1. q. d. probari hanc noſtrã aſſertionem, per cap. nullam, 18. qu. 2. quia ex eo, quod in eo textu dicatur totam poteſtatem ad Abbatem pertinere; non rectè infertur, Abbatem habere omnimodam iuriſdictionem Pontificiã in ſubditos, quia ſi illud verbum, tota, non excludit Epiſcopum, vt Gloſſa, & Rota, infra citanda. ergo multo minus excludet Summum Pontificem. vult igitur textus ille, totam poteſtatem, ita ad Abbatem attinere, quod nullo modo ad Monachos ſpectet, ſic aiunt Gloſſa, ibid. verb.* tota, *quam eſt Rota, ſequuta, deciſ. 15. n. 11. p. 1. in recent. Sigiſm. n. 3. dub. 69. de elect. & alij.*

CONCL. II.

4 Præfatum priuilegium Clem. IV. à cenſuris abſoluendi, licèt ad Priores Conuẽtuales, & eorum Vicarios, aut Subpriores, in Ord. Pręd. extendatur; attamen non propter hoc extendi quoq; ad omnes prælatos Cõuentuales, qui aliter, quam per electionẽ inſtituuntur, & eorundum Vicarios, vt infrà dicetur, ſuis in locis.

CONCL. III.

5 *Sixtus Quartus, vt dicitur in compendio priuileg. verb. abſolutio ordinariã quo ad Fr. circa litteras Clementis IV.*

 Qui-

Quibus conceſſerat Miniſtris, Vicarijs, & Cuſtodibus Fratrum Minorum, facultatem abſoluendi, & diſpenſandi Fratres eiuſdem Ordinis, niſi talia perpetraſſent, per quæ meritò eſſent ad Sedē Apoſt. deſtinādi declarauit dūtaxat eſſe ad Sedē Aqoſt. deſtinandos hæreticos relaxas, ſchiſmaticos, & qui litteras Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infedeles prohibita detuliſſent: ſed in reliquis omnibus, etiam ſimoniæ prauitate irretitis, poſſe per illos, quibus ibi cōceditur abſolutionis, & diſpenſationis, beneficium, iuxta caſuum exigentiam impartiri. Et hęc certa ſunt.

DVBIVM SINGVLARE.

6 Sed modo, in dubium vertitur à Doctoribus, & iure optimo quidem an huiuſmodi conceſſio expirauerit per clauſulam derogatoriam appoſitam in fine proceſſus Bullæ Cænæ Domini, tenoris ſequentis.

Cæterum, à prædictis ſententijs, nullius, per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, &c. abſolui poſsit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, &c. in genere, & in ſpecie conceſſorum, *& innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expræſsi comprahendantur.*

Verum, hac noſtra tempeſtate, à Paulo Quinto, vſque nunc, ſunt ſublata hęc vltima verba, ſcilicet.

Niſi in eis etiam caſus, præſentibus literis ex, præſsi, compræhendantur.

7 Ad clariorem huius dubitationis intelligentiam, & deciſionem, videndum eſt, quid importent priuilegia in genere, in ſpecie, ac in indiuiduo.

Illa enim priuilegia dicuntur continere caſus Bullæ Cęnæ Domini in genere, in quibus datur facultas abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris, Papæ reſeruatis, & hoc procedit etiam ſi vnum caſum exprimat in particulari, & alios, de inde in genere. Nam hi alij non expręſſi continentur tantum in genere, ille vero, expræſſus, reuera eſt conceſſus in indiuiduo.

At illa priuilegia, continere dicuntur eoſdem caſus in ſpecie, quę tribuunt poteſtatem abſoluendi à caſibus cōtentis in die Cænæ Domini legi, cōſuetis, & hoc etiam procedit, etiam ſi vnus exprimatur in indiuiduo, & alios, ſic in ſpecie, vt proportionabiliter eſt explicatum.

8 Illa demum, priuilegia dicuntur continere caſus Bullę in indiuiduo, in quibus datur licētia ab hoc, vel illo caſu particulari, & nominatim, exempli graria à crimine hæreſis, appellationis ad futurum Cōciliū, depręedationis maritimę; & exprimēdo cæteros: vel ſaltem ſi dicat Papa in illis priuilegijs, ſe velle, vt dicti caſus habeantur pro expræſſis, ac ſi de verbo ad verbum eſſent inſerti.

Non obſtantibus quibuſcunque, &c. etiā ſi eſſent talia, quorum mentio facienda eſſet de verbo, ad verbum, quorum tenores volumus habere pro ex præſſis. Per hanc enim clauſulam tollitur neceſſitas inſerendi tenorem cōtrariorum, vt probant, multis allegatis, Nauarrus, in cap. ſi quando, except. 1. num. 1. de reſcript. & Coua-

uaruuſas, in rubrica de teſtament. p.2.num.58. Et multò magis id veritatem haberet, ſi clauſula eſſet huius tenoris. *Etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum eſſet facienda mentio, pro expreſſis habeatur. Latè Gonzalez, ſuper regul.8. Cancellar. gloſſa, 36. per totum, & in ſpecie, num.23. Tuſchus, litt. C. concluſ.350. num. 6. ſequens conſilium Butri.2. & 49. Rota, deciſ.109. in fine, coram Gregorio XV. vbi Beltram. in annot. num.14. his, ſic explicatis ſit in ordine.*

CONCL. IV.

9 Conceſſio præfata Clementis IV. facta Ordini Prædicatorum, & per Sixtum IV. declarata, quo ad facultatem abſoluendi à cenſuris Papalibus; expirauit per d. clauſulam derogatoriam appoſitam in Bulla Cœnæ Domini, derogando in genere, & in ſpecie, dicto priuilegio.

Cuius eſt ratio, quoniam dictum indultum, nullo modo continet caſus Bullæ in indiuiduo, & ea verba, ſcilicet. *Niſi in eis caſus, etiam præſentibus litteris, expreſſi comprehendantur, ſunt ſublata ad præcidendam viam omnibus litibus.*

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſerunt aſſertionem collector compendi priuilegio, vbi ſupra referens reſponſum Præpoſiti, Confect. in ſumma priuileg. tit. de regul. confeſs. cap. 3. Sorbus, verb. abſolutio ordin. quo ad Fr. fol. 29. in reſolut. materiæ abſolut. fol. 54. & 55. in 2. edit. Sayrus, de cenſur. lib. 3. cap. 25. Sigiſmundus, num. 13. dub. 69. de elect. Craſſius, in append. lib. 1. cap. 7. num. 22. & 23. de caſibus reſer. Crux, de priuileg. lib. 1. cap. 6. dub. 15. concluſ. 1. Alter. to. 1. de cenſur. libr. 5. diſp. 22. cap. 3. col. penult. §. reſpondeo quantum, Duardus, in Bullam Cœnæ Domini, lib. 3. §. 2. q. 1. num. 16. Coriolanus, in expoſit. eiuſdem Bullæ Cœnæ, in d. clauſulam derogatoriam, Sãchez, in præcept. decalogi, lib. 2. cap. 11. à n. 26. vſque ad finem, & alij recentiores, videatur Suarez, to. 4. de religio. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 1. vſque ad 9. Vgolinus, in explicatione Bullæ Cœnæ, ſuper d. clauſulam, niſi in eis, &c. & d. Sigiſmundus, vbi ſupra.*

DISPVTATIO VI.

De irregularitatibus in ordine ad elect. canon. atq; de Electoribus Irregular. voto in electio. carentibus.

CONTROVERS. I.

An Regul. Irregul. licitè, ac canonicè ad prælaturas regulares, vt Generalat. Abbatiat. Priorat. Guardian. & ſimiliũ, eligi valeãt, aliàs, ſit nulla elect. ſequta.

Prima concluſio eſt negatiua,

PRobatur, nam huiuſmodi prælaturæ, ſeu dignitates Regulares adiunctam in ſe habẽt adminiſtrationem cum fori iuriſdictione, & principaliter ab ordinis munere dependent, & ſicut vt irregulares exercere non valent, neque etiam eſt conueniẽs, vt eligi valeant ad dictas regulares dignitates, aliàs, electio nulla eſt penitus, ac inanis. Atque concluſio conſtat ex ea, in quibus, de pœnis.

DOCT. ALLEG.

7 *Communiſsima eſt aſſertio inter DD. omnes, nemine diſcordante, quam, inter cæteros docent Couarruuias in regula pec catum, p. 2. §. 8. n. 7. Nauarrus, in ſum. c. 27. n. 351. Bonac. q. 1. de irregularit. pun. 4. n. 6. in fine, Villalobos, to. 1. tra. 21. difficult. 2. n. 12. Leſsius, lib. 2. de iuſt. & iure, c. 34. dub. 22. n. 120. Auila, p. 7. de cenſuris, diſp. 2. dub. 6. concl. 3. Sayrus, de cenſur. lib. 6. c. 2. n. 2. Diana, p. 4. tract. 2. de irregular. reſolut. 37 Henriquez, lib. 4. c. 2. n. 7. in gloſſa, litt. C. Suarez, to. 4. de religio. lib. 2. c. 4. nu. 6. & 7. Bordonus, in conſil. regul. reſol. 11. nu. 2. poſt initium, Sigiſm. de elect. dub. 70. n. 2. ac cæteri nominales.*

CONCL. II.

4 Regulares illegitimi irregulares, non dũtaxat eligi nequeunt ad prælaturas regulares, verum etiam, nec ad diffinitoriatum Capituli generalis, ac prouincialis, nec ad electoratum vtroruque capitulorum in Prædicatorum Ordine, & in cæteris Regularium ordinibus, ſecundum communem ſententiam.

5 Primo aſſertio probatur verbis, *Conſtitut. Ord. Prædic. diſt. 1. c. 13. de recipiendis, §. 3. lit. N. vbi ita habetur. Si autem talis illegittimè natus ad ordinem receptus fuerit, & diſpenſatũ fuerit, cum eodem, quod poſsit fieri prior, non propter hoc, diffinitor fiat capituli generalis, aut prouincialis, nec prædicator generalis, nec elector Magiſtri ordinis, abſq. Magiſt. ord. licentia ſpeciali,* hæc ibi.

6 Pro-

6 Secundo probatur concluſio ratione,nam tam in electione Socij, quã diffinitorũ ordo ſacer neceſſariò requiritur,cum huiuſmodi officia honorifica Regularium,ſacrum exigat ordinem. ergo idem ius eſt de præfatis prælatis, ac de ſimilibus officijs honorificis ordinem requirentibus ſacrum.

DOCT. ALLEG.

7 *Inter cæteros ſcriptores iuniores,ſequitur noſtram aſſertio.Bordon.relatus, in allegato loco, cum alijs nominalibus.*

CONTR. II.

An Regularis irregularis, voce paſsiua, ac actiua priuatus ſit,itaut eligi minimè valeat, nec eligere, atq; electio indè ſequta ſit nulla ad dignitates,ac prælaturas regul.electus.

CONCL. I.

1 Regularis Irregularis voce paſſiua priuatus, ac proinde ſi electus ad dignitatem aliquã in Religione eſt, huiuſmodi electio nulla eſt.

2 Probatur,nam omnes Eccleſiaſticę prælaturæ in ſacro fundantur ordine Eccleſiaſtico,cuius ordinis ſacri, ſi irregularis incapax eſt tã quo ad promotionem, quam, quo ad exercitium,per conſequens, ſuã nequit fungi prælatura, ſeu ſuperioritate ab ordine pendente. ergo.

DOCT. ALLEG.

3 *Docent communiter noſtram aſſertionem DD.& in proprijs terminis Laurius,tit.4.de elect.c.16.n.96.multos cumulans teſtus iuris canonici,Sigiſm.de elect.dub.70.Bord.vbi ſup.relatus, nu. 57.reſol.11.& alij, in ſuperioribus citati,ac cæteri citandi,vt Suarez, to. 5. diſp.40.ſect.2.nu. 30.& ſeqq.& to.4. de religio.lib.2.c.4.Sayrus,de cenſuris, lib.6.c.2,nu. 21.Auila,de cenſur.p.7. diſp.2.dub.6.Turrian.de cenſur. lib.8 diſp.58.dub.2.Diana,to.4.tract.2. de irregular.reſol. 79.& reliqui nominales,de communi ſententia.*

CONCL. II.

4 Regularis Irregularis, *de iure nouo Trid.Conc.ſeſſ.22.c.4.* eſt quoq; priuatus voce actiua, itaut minimè eligere poteſt, ſecluſo ſpeciali priuilegio,poſt Triden.Concil. recepto,ac præſtito alicui Religioni; vt Ordini Capuccinorum, ac Reformatorum D.Franciſci, quorum Laici vocẽ habẽt actiuam in Diſcretorũ electione, quod etiã hac tempeſtate, eſt indiſſuetudinẽ miſſum ad ſe confirmandum Tridentino Concilio.

5 Conſtat prima concluſ.pars,ex loco relato d.Trid.Conc. vbi requirit perſonam Eccleſiaſticam eſſe conſtitutam, ſaltẽ in ordine Subdiaconatus, vt votũ ferat in Cathedral.vel Collegiatis,ẽt Regular.vt.ſ.votum feratur à perſona in altiori gradu cõſtituta.

Digitized by Google

DOCT. ALLEG.

6 *Doctores citantur pro hac noſtra aſſertione, quos ſupra retulimus, & alios referendos.*

CONTROV. III.

An Regularis prælatus, ſeu canonicus, & alius in aliqua conſtitutus eccleſiaſtica dignitate, & prælatura, irregularitate ſuperueniente, ſuæ ſuperioritatis, ac iuriſdictionis vſum perdat, atque canonicatum.

1 *Concluſio eſt negatiua.*

2 PRobatur, nã irregularitas eſt canonicum impedimentũ, prohibens, ad ordines, ac prælaturas, & Eccleſiaſt. ordines, promotionẽ, minimè vero, iuriſdictionem, ac adminiſtrationem, ſed dumtaxat ordinũ exercitium, ergo ſuperueniens irregularitas, non tollit ſuperioritatis actus, & iuriſdictionis.

DOCT. ALLEG.

3 *Ita aſtruunt Suarez, to. 5. de cenſur, diſp. 40. ſect. 2. n. 38. & to. 4. de relegio, lib. 2. c. 4. Lauorius, tit. 4. de elect. c. 15. n. 68. Sigiſ. dub. 70. n. 6. de elect. Bord. n. 58. reſol. 11. q. 18. & alij allegati, ſupra, & alegandi.*

CONTR. IV.

An regulares prælatus teneatur ſubditum diſpenſare, ad electionem petentẽ habilitari, eius ſuffragantibus meritis, atq; id ſuadentibus.

EXPLICATIONES.

1 HÆc noſtra controuerſia pendet ab illa difficultate nimirũ, an ſuperior, iuſta ſubſiſtẽte cauſa diſpenſare teneatur ſubditum petentem, ac diſpenſationis indigentem DD. hac in re quidem diuerſimodè loquti ſunt, quid dicendum ſit pro huius deciſione cõtrouerſiæ per ſubſequentes aſſertiones manifeſtabimus, quarum ſit.

CONCL. I.

2 Regularis prælatus, abſolutè loquẽdo, minimè tenetur ſubditum, vt ſic, diſpenſare.

3 Primo probatur, nam in iure diſpẽſatio vocatur indulgentia, *cap. 1. de ſtatu Monach. in 6.* Gratia, *cap. didici 19. 17. cap. licet, de elect. in 6.* Miſericordia, *ca. paſtoralis, de Cleric. excom. munic. min.* ſed hæc concedere nemo cogitur. ergo prælatus non tenetur diſpenſare.

4 Secundo, nam ſubditus nullum ius petendi habet, niſi deprecatiuè, & ſup-

ſupplicando, vt communiter docent Doctores, quos ſtatim recitabimus. ergo vera concluſio.

5 Tertio, nã priuilegia à ſummis præſulibus, prælatis cõceſſa non dicunt, vt tales prelati teneantur hoc agere, vel illos cogunt, ſed dumtaxat dicũt eos poſſe ſubditos diſpenſare, ergo.

6 Nam verbum, *poſſum*, ſimpliciter prolatum, ſolum importat libertatem, & honeſtatem, non debitũ iuſtitiæ, nec coactionem, *ex ca. de multa. 28. de prabend. in fine, vbi* ſic dicitur, *poterit diſpenſari, l. ſæpe, ff. de officio præſid.*

DOCT. ALLEG.

7 *DD. ſunt communiter aſſerentes hanc concluſionem, Syluest. verb. diſpenſatio n. 3. Miranda, to. 2. q. 30. ar. 6. concl. 2. Lauorius, tit. 4. de elect. c. 16. n. 34. ex Gloſſ. ver. detrahendũ, c. vt cõſtitueretur 22. diſt. 50. Bord. q. 15. n. 15. de conſil. regular. reſolut. 10. Megala 2. 2. lib. 2. c. 9. n. 127. & alij.*

CONCL. II.

8 Regularis prelatus ſubditum petentem ad electionem habilitari, quãdo aliàs, ſequeretur præiudicium boni communis, aut priuati ipſius ſubditi, & ratione ſcandali, & ſimilium.

9 Primo probatur, *ex c. vt conſtitueretur, in fine, & c. domino, 25. diſt. 50. & cap. 1. & 2. 19. q. 1.*

10 Secundo probatur ratione, nã ſuperiores hanc habent poteſtatem in ędificationem, ac ſuorum ſubditorũ vtilitatem, ergo data neceſſitate publica, vel priuata ſubditi, vel ſcandali ratione tenetur prælatus, diſpenſare ſubditum petentem.

11 Tertio probatur huiuſmodi poteſtas prelatis preſtita, eſt conceſſa in bonum, ac ſubditorum commodũ, minimè vero in damnum eorũ, ac deſtructionem, ſed in illorum indigẽtiã, & honeſtatẽ. ergo vera cõcluſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Aſſertores huius concluſ. ſunt Graff. p. 1. lib. 2. c. 31. n. 2. per totum vbi multa alia iura allegat, Sanch. to. 1. de matr. diſp. 10. n. 5. Gloſſ. c. d. vt conſtitueretur, verb detrahendum, Abbas, in c. as. ſi Clerici, §. de adulterijs, n. 20. & ibi Decius, n. 163. & ſeqq. Abulenſis in c. 22. Matthæi, q. 117. regul. 2. Bordonus vbi ſup. Bonac. pu. 3. de diſpenſat. num. 22. & cæteri alij de communi ſentẽtia.*

CONTR. V.

An Regulares prelati, diſpenſare teneantur cum Illegitimo ad prælaturas, ac ad alia Religionis officia.

CONCL. I.

1 Regulares prælati minimè tenentur cum inhabili ad prelaturas diſpenſare, quando videlicet adeſt aliorum copia, æquè bene meritorum, ac ipſe petens diſpenſationem.

2 Cuius ratio eſt, quoniam haud neceſſitas boni publici vrget, nec petẽtis animæ vtilitas, cum ſine peccato ſubditus remanere poſſit.

CON-

CONCL. II.

5 Regulares prelati, tenentur cum ſibi ſubditis diſpenſare, quádo ſcilicet petens ſubditus diſpenſationẽ, alios in meritis ſuperet, vel alius non ſit æque dignus ſuæ patriæ, & ob ſimiles cauſas, & rõnes alias conſiderandas.

4 Ratio eſt, quia neceſſitas publica vrget, ac quoq; priuata proprij honotis, cum ſit dignior in patria prę alijs ac de tali perſona facienda eſt de iure electió. argum. *Actu. c. 1. oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congre. eligere vnum, &c. & facit c. nullus, cap. obitum c. nec emeritis, diſt. 61. c. Metropolitano, diſt. 63. c. bonæ, 2. de poſtulat. prælat. ad finem, & c. ne pro defectu, de elect.* ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

5 *Duæ præfatæ concluſiones eoſdem habet Auctores, quos in ſuperiori controu. retulimus, & gratia breuitatis, hic omittimus denuo recitare.*

CONTRO. VI.

An Regularis prælatus diſpenſationem præſtitam reuocare valeat, putà, irregularem ſubditum ex natalium defectu ad electionem diſpẽſauit, vel voce priuatum, &c. an, in quam, hanc diſpenſationem, iam factam, auferre queat. 1

CONCL. I.

1 Regularis prælatus, abſolute loquẽdò, reuocare nequit præſtitam diſpẽſationẽ in lege ſui ſuperioris ſine legitima ſuperueniente cauſa, ac rõne.

2 Ratio eſt, quoniam quemadmodũ idẽ prælatus intuitu legitimæ cauſæ diſpenſauit ratione cuius diſpẽſatio perſeuerat, ac durat; ita ea minimè ſubſiſtente amplius, ſed noua ſuperueniente illam reuocandi, hoc modo prælatus reuocare poteſt. ſine vero iuſta cauſa reuocare haud poteſt de nouo inducendo obligationem; cũ ab eo minimè obligatio pẽdeat, ſed à Legislatoris voluntate, & hæc oĩa dicta procedunt, niſi diſpenſatio ſuũ habuerit effectum.

CONCL. II.

3 Regularis prælatus reuocare minimè valet diſpenſationẽ ſuper illegitimitatẽ factã, ſeq̃uta diſpenſati valida electione, aut ad vocem reſtituti. Ratio eſt, quia diſpenſatio, ſuum vltimum habuit effectum.

4 Ad hanc, autem reuocationem, eadem requiſita requirũtur, quę in ipſa mei diſpẽſatione, quoniam, *res per quas cauſus naſcitur*, per eaſdem diſſoluitur, de reg. iur. c. 1. quare prælatus ſolus, etiam in capitulo nõ valet, diſpẽſationem factam reuocare pro illegitimo, ſine capitulo ſuo, quia ſine illo neq; diſpenſare valuit.

CONCL. III.

5 Diſpenſatio vero, circa votum, nemo reuocare poteſt ex prælatis. Ratio huius eſt aſſertionis, quia ſicut nemo ſuperior illam obligationem induxit, ita neq; ad eſſe reuocare valet, licet extinguere queat.

DO-

DOCT. ALLEG.

6 *DD. harum præfatarum aſſertionum ſunt Sanchez tom. 3. de matrim. lib. 8. diſp. 33. Bonac. pun. 10. §. 11. propoſit. 2. Portel, de dub. regul, verb. diſpenſare n. 17. Bord. in conſil. regul. q. 16. n. 16. reſol. 10. cum cæteris de communi ſententia, recitandis.*

CONTRO. VII.

An Regularis ſubditus, à ſuo prelato diſpenſatus in Capit. in eodem contextu capituli, in prelatū ſimul eligi valeat.

CONCL. I.

1 DE iure, ac abſolute, & ſimpliciter loquendo, nulli dubiū eſt, ſtatim, quod diſpēſatus fuit talis ſubditus Regularis à ſuo prælato, eligi ſimul in priorem valeat.

2 Probatur, nulla ſiquidem ratio in contrarium aſſignari poteſt; immo id naturæ rei cōforme eſt; nam mox materia in naturalibus diſpoſita eſt, in illam forma introducitur, vnde minime male fit, ſi Regularis prædictus, poſtquam fuit diſpenſatus, in priorem, vel ad aliud officium eligatur; cum diſpenſatio enim vero, ad electionem via ſit.

CONCL. II.

3 Licet namque præfata aſſertio certiſſima, atq; ſit veriſſima, de iure; nihilo ſecius de congruo multo melius, optimumuè eſſet, ſic diſpenſatum, ad maiorem habilitatem, temporis alterius diuturnitate, aliàs, probaretur iuſtis de cauſis, antequam ad officia intromittatur. 4

CONTR. VIII.

An Regularis, in Religione ad Prioratum vna vice diſpenſatus, alia vice, ac in poſterum, in Priorem eligi valeat, abſque reiterata diſpenſatione, itaut noua indigeat diſpenſatione.

CONCL. I.

1 REgularis ille, qui à ſuo fuit prælatus, vna vice ſimpliciter, ac abſolutè diſpenſatus pro officio, ſeu prelatura Prioratus, alià, in poſterum, minimè diſpenſatione indiget pro Prioratus prelatura.

2 Primo probatur, nam huiuſmodi diſpenſatio facta à præliato, ſimpliciter cadit ſuper perſonam, & vt ſic officium non reſpicit, quamuis præſtiſtita ſit à ſuperiore, vt proſit, pro illius officij, electione; ergo ſicut perſone ſemper durat, ita & diſpenſatio ergo vera concluſio.

3 Secundo. ſemel enim diſpenſatus

ad

CONCL. II.

3 Regulares prelati, tenentur cum ſibi ſubditis diſpenſare, quãdo ſcilicet petens ſubditus diſpenſationẽ, alios in meritis ſuperet, vel alius non ſit æque dignus ſuæ patriæ, & ob ſimiles cauſas, & rõnes alias conſiderandas.

4 Ratio eſt, quia neceſſitas publica vrget, ac quoq; priuata proprij honoris, cum ſit dignior in patria pre alijs ac de tali perſona facienda eſt de iure electio. argum. *Actu, c. 1. oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congre. eligere vnum, &c. & facit c. nullus, cap. obitum c. nec emeritis, diſt. 61. c. Metropolitano, diſt. 63. c. bonæ, 2. de poſtulat. prælat. ad finem, & c. ne pro defectu, de elect.* ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

5 *Duæ præfatæ concluſiones eoſdem habet Auctores, quos in ſuperiori controu. retulimus, & gratia breuitatis, hic omittimus denuo recitare.*

CONTRO. VI.

An Regularis prælatus diſpenſationem præſtitam reuocare valeat, putà, irregularem ſubditum ex naualium defectu ad electionem diſpẽſauit, vel voce priuatum, &c. an, in quam, hanc diſpenſationem, iam factam, auferre queat. 1

CONCL. I.

1 **Regularis prælatus, abſolute loquẽdo, reuocare nequit preſtitam diſpẽ**ſationẽ in lege ſui ſuperioris ſine legitima ſuperueniente cauſa, ac rõne.

2 Ratio eſt, quoniam quemadmodũ idẽ prælatus intuitu legitimæ cauſæ diſpenſauit ratione cuius diſpẽſatio perſeuerat, ac durat; ita ea minimè ſubſiſtente amplius, ſed noua ſuperueniente illam reuocandi, hoc modo prælatus reuocare poteſt. ſine vero iuſta cauſa reuocare haud poteſt de nouo inducendo obligationem; cũ ab eo minimè obligatio pẽdeat, ſed à Legiſlatoris voluntate, & hæc oĩa dicta procedunt, niſi diſpenſatio ſuũ habuerit effectum.

CONCL. II.

3 Regularis prælatus reuocare minimè valet diſpenſationẽ ſuper illegitimitatẽ factã, ſequta diſpenſati valida electione, aut ad vocem reſtituti. Ratio eſt, quia diſpenſatio, ſuum vltimum habuit effectum.

4 Ad hanc, autem reuocationem, eadem requiſita requirũtur, quę in ipſa mei diſpẽſatione, quoniam, *res per quas cauſus naſcitur*, per eaſdem diſſoluitur, de reg. iur. c. 1. quare prælatus ſolus, etiam in capitulo nõ valet, diſpẽſationem factam reuocare pro illegitimo, ſine capitulo ſuo, quia ſine illo neq; diſpenſare valuit.

CONCL. III.

5 Diſpenſatio vero, circa votum, nemo reuocare poteſt ex prælatis. Ratio huius eſt aſſertionis, quia ſicut nemo ſuperior illam obligationem induxit, ita neq; ad eſſe reuocare valet, licet extinguere queat.

DO-

DOCT. ALLEG.

6 *DD. harum præfatarum aſſertionum ſunt Sanchez tom. 3. de matrim. lib. 8. diſp. 33. Bonac. pun. 10. §. 11. propoſit. 2. Portel. de dub. regul. verb. Diſpenſare n. 17. Bord. in conſil. regul. q. 16. n. 16. reſol. 10. cum cæteris de communi ſententia, recitandis.*

CONCL. II.

3 Licet namque præfata aſſertio certiſſima, atq; ſit veriſſima, de iure; nihiloſecius de congruo multo melius, optimumuè eſſet, ſic diſpenſatum, ad maiorem habilitatem, temporis alterius diuturnitate, aliàs, probaretur iuſtis de cauſis, antequam ad officia intromittatur.

CONTRO. VII.

An Regularis ſubditus, à ſuo prelato diſpenſatus in Capit. in eodem contextu capituli, in prelatũ ſimul eligi valeat.

CONCL. I.

1 DE iure, ac abſolute, & ſimpliciter loquendo, nulli dubiũ eſt, ſtatim, quod diſpẽſatus fuit talis ſubditus Regularis à ſuo prælato, eligi ſimul in priorem valeat.

2 Probatur, nulla ſiquidem ratio in contrarium aſſignari poteſt; immo id naturæ rei cõforme eſt; nam mox materia in naturalibus diſpoſita eſt, in illam forma introducitur, vnde minimè male fit, ſi Regularis prædictus, poſtquam fuit diſpenſatus, in priorem, vel ad aliud officium eligatur; cum diſpenſatio enim vero, ad electionem via ſit.

CONTR. VIII.

An Regularis, in Religione ad Prioratum vna vice diſpenſatus, alia vice, ac in poſterum, in Priorem eligi valeat, abſque reiterata diſpenſatione, itaut noua indigeat diſpenſatione.

CONCL. I.

1 REgularis ille, qui à ſuo fuit prælato, vſia vice ſimpliciter, ac abſolutè diſpenſatus pro officio, ſeu prelatura Prioratus, alia, in poſterum, minimè diſpenſatione indiget pro Prioratus prelatura.

2 Primo probatur, nam huiuſmodi diſpenſatio facta à prælato, ſimpliciter cadit ſuper perſonam, & vt ſic officium non reſpicit, quamuis præſtita ſit à ſuperiore, vt proſit, pro illius officij electione; ergo ſicut perſona ſemper durat, ita & diſpenſatio ergo vera concluſio.

3 Secundo, ſemel enim diſpenſatus ad

ad beneficium, diſpenſatus non pro illa vice tantum cẽſetur, ſed pro pluribus vicibus ſucceſſiue indefinitè. ergo vera aſſertio.

4 Tertio diſpenſatio, licet ſtrictè iuris ſit, & ſtrictè interpretanda ſit, nihilominus, noſtræ aſſertioni minimè obſtat: nã interpretatio iſta non eſt lata, cum non extendatur, de caſu ad caſum, id eſt, de officio Prioratus, ad officium Prouincialatus, exẽpli gratia, ſed dumtaxat de eodem officio Prioratus, pluries ſit, ſucceſſiue, numerice repetito, quod eſt, diſpenſationem, iuxtà verborum proprietatem interpretari. ergo.

5 Quarto, nec enim Regula illa obſtat, in præſentiarum, quæ eſt, *ſermo ſimpliciter prolatus, intelligitur de prima vice, l. Bones, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat.* locum enim habet, quando in primo actu cauſa deſinit, & ratio, vt bene aiunt, *Romanus conſil. 504. Felinus, in cap. 2. de tregua, fallẽtia, 4. Nauarrus, tom 2. reddit. Eccleſ. q. 3. monitor. 9.* ſed in caſu noſtro cauſa durat, videlicet, merita diſpenſati ad Prioratum. ergo.

6 Dici, ac exponi, d. Regula poteſt, ac fortaſſe completiuè, & totaliter adequate, ſi dicamus, eam fallere; quando nimirum per diſpenſationem, impedimentum abſolute tollitur, vt in noſtro euenit caſu, & ita intentum abſolute probat.

DOCT. ALLEG.

7 *Concluſionem aſtruunt cum ſuis rationibus, Ioan. Andr. in ca. 1. de filijs præsbyt. in 6. Syluest. verb. beneficium, 3. q. 11. num. 14. Tabiena, verb. eod. 2. q. 17 Armilla, ibid. num. 29. Angelus, eod. verb. num. 24. Bordonus, in conſil. Regu. q. 21. num. 21. reſolut. 10. Sanchez, to. 3. de matrimo. lib. 8. diſp. 31. num. 11. & 15. & cæteri de communi allegandi.*

CONCL. II.

8 Dicta, quæ hactenus ſunt, procedũt in diſpenſatione reſpectu impedimenti cuiuslibet irregularitatis, in ordine, tam ad Eccleſiaſticos ordines, quam ad dignitates, ſeu voces, vota, & huiuſmodi.

9 Probatur, nam in his caſibus, impedimentum, diſpenſatio ſimpliciter aufert, ac proinde, cum ex ſe reuiuiſcere non valeat, abſque noua retractatione, idcirco diſpenſatus pluries eligi poteſt, ac ſæpius ordinis actum reiterare.

DOCT. ALLEG.

10 *Amplectuntur hanc concluſionẽ omnes DD. num. 7. allegati, & alij nominales, de communi ſententia.*

CONTR. IX.

An Regulares prælati, in iuris communis pęnis, ac ſuorum maiorum, diſpenſare valeant, habilitando, videlicet, ad actiuam, ac paſsiuam vocẽ, &

& ad cætera Regularia munia.

CONCL. Sit.

1 Regulares prælati valent in pœnis iuris communis, ac ſuorum maiorum, diſpenſare, videlicet, habilitando ad vocem actiuam, ac paſſiuam, & ad Regularia cetera officia, quoties Legiſlator, pænam ſibi non expreſſe reſeruauit.

DOCT. ALLEG.

2 *Docent ita Gloſſa, verb. diſpenſatum, cap. 7. de Cleric. excommunicat. minor. Rodriquez, qq. regular. tom. 1. q. 22. ar. 8. eius Nepos, in qq. enucleat. reſolut. 52. num. 10. Syluest. verb. diſpenſatio, q. 4. & 9. Nauarr. in ſum. cap. 22. num. 8. & in prælud. 9. manual. n. 15. Medina, p. 2. q. 97. art. 4. num. 12. Miranda tom. 2. q. 30. art. 11. Portel. verb. diſpẽſare, num. 10. de dub. regul. Suarez, lib. 6 de legibus, cap. 19. num. 7. & tom. 2. de Religione, lib. 6. cap. 17. num. 3. Villalobos, p. 1. ſumma, tract. 2. difficult. 41. nu. 2. & alij in materia de diſpenſationibus, citandi.*

3 Qui omnes ſcriptores aſtruunt, Regulares prælatos poſſe diſpenſare ſuper pœnis ingredientium Monialiũ Monaſteria, contra Sigiſmundum, dub. 98. num. 6. de elect. negantem huiuſmodi diſpenſationem, quia, ſcilicet inferior nihil in ſuperioris lege poteſt quoad tollendam obligationem fatemur, quidẽ, minimè vero, quoad diſpenſandum cũ pæna.

CONTRO. X.

An prælatus Prouincialis vnius Prouinciæ, in ſuo capitulo, diſpenſare valeat, cum Religioſo nõ ſibi ſubdito, alterius Prouinciæ.

1 *Concluſio prima eſt negatiua.*

2 Primo probatur, nam ſicut extraneus, & non ſubditus in eligibilis eſt, *vt ex c. ad noſtram, & ca. officij, de elect. deducit Goffred. de poſtula. prælat. n. 3.* ita, neq; diſpẽſari poteſt: nam diſpenſationem eſt via ad electionem. ergo.

3 Secundo probatur, diſpenſatio, náque, eſt actus iuriſdictionis, iuxtà tradita à DD. *in c. tranſmiſſa, de elect.* ergo vera concluſio.

CONCL. II.

4 Si enim diſpenſationis actus à Generali expediatur, ſeu à Prouinciali ſubditi hoc poſtuletur, indigentis, diſpenſatione, tunc diſpenſatio tenet.

5 Ratio eſt, quoniam Generalis eſt, in toto ordine ſuperior ſupræmus, & Prouincialis vnius Prouinciæ, ſibi ſubditum, poteſt ad diſpenſandum ſubijcere, ab extraneo Prouinciali, cui etiam hæc facultas delegari valet.

DO-

DOCT. ALLEG.

6 *Doctores harum duarum aſſertionum, ſunt Rodriq. to. 1. q. 61. ar. 9. Sanch. to. 3. de matrim. lib. 8. diſp. 3. n. 4. Hyero. Rodriq. reſolut. 52. n. 13. Miranda, to. 2. q. 31. art. 7. Bordonus, in conſilijs regular. q. 26. n. 26. Barboſa, ad c. 6. ſeſſ. 25. Trid. & alij.*

CONTRO. XI.

An Religioſi irregulares, ineligibiles ſint.

EXPLICATIONES.

IN præſentiarum noſtrum inſtitutum eſt, maiorem tradere doctrinā de irregularitate in ordine ad electionem, ſi Religioſi irregulares, eligi valeant ad munia regularia, & honorifica officia.

CONCL. I.

1 Omnia ea officia, quæ ordinantur, vel ſunt annexa ad vſum ordinis, iure canonico, irregularibus vetantur, ac prohibentur quoad exercitium, ac eligendum.

Concluſio hæc, & ſequens, tamquam fundamenta, pro huius controuerſiæ deciſione, ſunt apud omnes Doctores certæ.

CONCL. II.

2 Minime vetatur, irregularem exercere actus iuriſdictionis, adminiſtrationis, & huiuſmodi, qui per ſe non requirunt influxum ordinis poteſtatis, vel non competunt ratione beneficij, etiam ſimplicis.

Et conſulto, dicimus, *ratione beneficij, etiam ſimplicis*, quia eius quoque eſt incapax irregularis, ex communi omnium ſententia, vt inferius ex Doctorum allegationibus videbitur: cuius eſt ratio, quoniam de iure Canonico, hæc beneficia, & præbendæ dantur Clericis, vt facilius inducantur ad ſacros ordines ſuſcipiendos: Clement. 2. de qualitat. & ætate, & conſequenter, niſi habilibus, ad eos obtinendos, vt habetur de ſtylo Curiæ: ſed irregulares ad eorundem vſum, & receptionem inhabiles ſunt. ergo, & ad dicta beneficia, quando quidem beneficium datur propter officium, capitulo finale, de reſcript. in 6.

3 Hæ duę aſſertiones ſunt intelligendæ, vt procedant, quando irregularitas eſt talis, vt licet impediat vſum vnius ordinis, non tamen impedimentum præbet vſui alterius ordinis, iam ſuſcepti ante irregularitatē, modo talis defectus ſine culpa ſit contractus. vnde in tali caſu poterit is adpiſci beneficium, ſine diſpenſatione, tale tamen, vt non expoſtulet vſum maioris ordinis, quā illius, quem exercere valet.

DO-

DOCT. ALLEG.

4 *Ita aiunt Nauarrus, in manu. cap. 27. n. 252. Suarez, to. 5. diſp. 40. ſect. 2. nu. 38. Sayrus, de cenſur. lib. 6. c. 2. n. 23. Sigiſm. dub. 70. n. 1. ad finem de elect. Leſsius, de cenſur. lib. 2. c. 34. nu. 120. Auila, de cenſ. par. 5. diſp. 2 dub. 6. concl. 3. verſ. ſed circa has duas. Garceus, de benefic. p. 7. c. 12. n. 19. & cæteri nominales.*

CONCL. III.

5 Electio, Collatio, ſeù Prouiſio de Religioſo habita irregulari, ad prælaturam regularem eſt ipſo iure nulla, ac inanis.

Probatur, quia dicta prælatura, putà, Prioratus, Abbatiatus, annexũ habet munus Paſtorale, in quo eſt principale ſpiritualiũ functionũ miniſteriũ, quod ſine vſu Ordinũ non cõpletur: ſed irregularis ab huiuſmodi vſu arcetur, vt eſt dictũ. ergo & à prælatura regulari: quia vno prohibito, cõſequenter, prohibetur, & aliud, quod connexum eſt cum illo. gloſſa in cap. ſtudeat, diſt. 50. ver. vt tale.

6 Et licèt, neq; ex hac ratione, neq; ex iuribus, rectè inferatur talẽ electionẽ eſſe irritam ipſo iure: Nihilominus eſt ita, cũ cõ nuni tenẽdum, ſaltẽ quo ad totalẽ irregularitatẽ; quia vſus ipſe interpretari potuit hũc eſſe ſenſũ iurium; veriſimilem eſt autem, vſum, & praxim eſſe iuxtà communem ſententiam, ſicut autumant cum cæteris, Suarez, de cenſur. diſp. 40. ſect. 2. nu. 36. & Leſſius lib. 2. c. 34. numer. 120. verſ. nihilominus in praxi.

DOCT. ALLEG.

7 *Tuentur hanc concluſionem Couarru. in regul. peccatum p. 2. §. 8. n. 6. & 7. & in c. alma mater, p. 1. §. 7. n. 1. & §. 8. n. 3. Nauarr. in manu. nu. 251. dicto 7. Azor, p. 2. lib. 6. c. 7. q. 2. Sigiſm. dub. 70. n. 2. de elec. Leſsius, in loco, nunc d. Suarez, in loco nuper d. n. 42. & tom. 4. de religio. lib. 2. c. 4. num. 26. & 27. Sayrus, lib. 6. de cenſur. n. 25. c. 2. Auila, p. 5. de cenſur. diſp. 2. dub. 6. concl. 3. Garceus, p. 7. de benefic. c. 11. n. 2. Rota, deciſ. 44. n. 2. & 5. p. 2. in recent. & multi alij ab ea relati, cum communi.*

CONCL. IV.

8 Irregulares Religioſi fieri poſſunt Diffinitores, ac ſocij, ſeù diſcreti, capituli Prouincialis, & huiuſmodi, quę meram habent iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationem, ab ordine, ſeu beneficio, non dependentem.

Probatur, quod fieri poſſint Diffinitores, quia hi tantummodo Iuriſdictione gaudent in foro contentioſo, & externo, in adiudicandis ſcilicet cauſis, conferendis Guardianatibus in Religione Franciſcana, & alijs huiuſmodi: ſed hæc, nec, à poteſtate ordinis manant, nec ordinantur ad illã, nec eis hęc competunt ratione beneficij etiam ſimplicis. ergo vera concl.

Quod, autem, nec etiã ratione beneficij ſimplicis prędicta competant dictis Definitoribus, liquet ex eo, quia quãuis Definitoràtus forsã, poſſet dici beneficiũ; attamen, nõ habet ſimilitudinẽ, aut proportionẽ cũ tali beneficio, quãtũ ad rẽ præſentẽ ſpectat per

dicta in duabus primis aſſertionibus.

Quantum ad diſcretatum, vero, per ſe conſtat aſſertio.

DOCT. ALLEG.

9 *Allegantur pro hac aſſertione, Doctores omnes, num. 4. & 7. & in terminis proprijs Suarez vbi ſupra. & Sigiſmundus, n.3. dub.70. de electione.*

CONCL. V.

10 Probabile eſt, irregularem Religioſum eſſe inhabilem ad ſuffragium ferendum in electione, & voce actiua in ea carere.

Concluſio conſtat ex verbis, cap. is, qui, num. 3. de ſententia excommuni. in 6. vbi ita dicitur. *Is vero, qui ſcienter in loco celebrat, ſuppoſito interdicto, &c. irregularitatem incurrit, & adeò efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum alijs debebit admitti.* Vbi, dictio, *Adeò*, importat hic talem ſenſum, ſcilicet non dumtaxat euaſit irregularis, qui celebrauit in loco interdicto, & effectus eſt impotens paſſiuè in electione, verum etiam, actiue, quod admitti ad eam non debet, ad ſuffragium præſtandum.

DOCT. ALLEG.

11 *Docent aſſertionem Ancharanus, in d. cap. is, qui, num. 3. de ſententia excomm. in 6. Syluester, ver. electio. 1. q. 4. & Tabiena, ibid. n. 5. Azor, p. 2. cap. 14. lib. 6. q. 9. & alij ſummiſtæ, ac Canon. in d. c. is, qui,*

CONCL. VI.

12 Probabilius eſt, irregularem minimè voce actiua priuari, niſi aliud, ſpeciali Iuri caueatur in aliqua ſpeciali irregularitate.

13 Probatur ratione; nam irregularis, vel eſt inhabilis, & priuatur voce actiua, quia vox ei competit ratione beneficij, ante irregularitatem contractam, acquiſiti, vel quia competit ratione ordinis.

Nō primo; quia licèt irregularis de nouo beneficiū recipere nequeat, vt in ſuperiorib. diximus, nō tamē eſt ipſo iure priuatus beneficijs ante irregularitatē contractā, adeptis; ſed dumtaxat eſt priuandus, vt aiunt Sayrus, vbi ſup. n. 14. Auila, cōcl. 4. d. loco, & alij; nec per conſequens, vt Suarez, n. 27. loco citato ſup. amittit iuriſdictionē, adminiſtrationē, & fructus beneficij. Sed vox ad Iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationē ſpectat, vt in ſuperiori diſp. contro. 3. diximus. Immò, inter fructus beneficij computari poteſt, ſicut inter fructus Epiſcopatus, connumerare decet collationem beneficiorum, ergo irregularis, cui competit eligendi poteſtas ratione beneficij, ea non priuatur ipſo iure.

14 Non ſecundo, quia, nō ex eo, quod irregulari ſit vetatus vſus ordinis, etiā vetetur ei ius eligendi: id enim nō eſt annexum illi, nec ab eo dependens: & probatur; quia licèt ius eligendi ad ſpiritualia munera attineat, & clericorū ſit propriū: cap. ſacroſancta, & c. moſcana, de elect. Panorm. in ca cum ſuper, numer. 4. de confeſ. id tamen euenit, quia pertinet ad ſpiritualem poteſtatem, quæ Laicis non tribuitur, vt in dict. cap. ſacroſancta, & cap. moſcana, ſed non, quia ſit actus ordinis. Quòd ſi Ius Eccleſiaſticum, vt dicta clementin. 2. & Concil. Tridentin,

ſeſſ.

ſeſſ.22.cap.4.de reform. requirit aliquem ſacrum ordinem in eo, cui cōferendus eſt actus eligendi, hoc non eſt, quoniā poteſtas ordinis ſit principium talis actus; ſed vt, vel fiat electio à perſona digniori qualitate inſignita, vel vt præbendati ordinem ſacrum ſuſcipere adſtringantur, vt in vtroque textu dicitur, aliàs Papa nequiret, aut conſuetudo ius eligendi alicui præſtare, nullum ordinem habenti, quod falſum eſt. ſi igitur eligēdi poteſtas ſtare poteſt, ſiue ordinis poteſtate, ergo non eſt eius actus. ergo vetato ordinis vſu nō vetatur ius eligendi. vtile enim per inutile non debet vitiari, de regul. iuris in 6. vbi Dynus.

15 In concluſione, conſulto diximus, *Niſi aliud ſpeciali iure caueatur in aliqua ſpeciali irregularitate*; quia tunc ſecus eſt dicendum, vt e.g. ſit exemplum de homicidijs notorijs, vel de infamatis, de homicidio, ſeu condemnatis: nam hi nequeunt eligere, quia infamia ſunt perpetuò notati, & ab omni actu legitimo ſunt à Pio Secundo ſuſpenſi, per ſuam conſtitutionē, *ad retinendas; æditam* 1461. 28. Ianuarij, quam Pius Quintus confirmauit per ſuam etiam conſtitutionem, *ex ſupernæ diſpoſitionis.* 1566. 3. Iulij, & demum, vtramque quo ad hoc, in ſuo robore ſtatuit permanere, Sixtus V. in ſua Bulla, *Hoc noſtri Pontificatus*, 1585. 1. Iulij: ſed eligere eſt actus legitimus. ergo, &c.

DOCT. ALLEG.

16 *Sunt Doctores huius aſſertionis Archidiac. in d. cap. is, qui, de ſententia excommunic. Nauarr in manu. cap. 27. num. 244. Suarez, num. 27. tom. 4. de relig. lib. 2. ca. 4. Filliuccius, cap. 3. q. 6. n. 75. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. q. 1. punct. 4. nu. 18. Sigiſmundus, dub. 70, numer. 8. de elect. & alij.*

17 Eſt autem in præſenti aduertendum, dictas pœnas nō ſimpliciter impoſitas fuiſſe pro homicidio, ſed cum qualitate notorietatis, infamationis, ſeù condemnationis, vnde ſequitur qualitatem notorietatis, vel infamationis, eſſe debere talem, quæ ſufficiat ad condemnandum.

Conſequentia patet ex alia qualitate condemnationis; cum enim inter iſtas qualitates, ponatur alternatiua, ſeù diſiunctiua, quamuis inter diuerſa ponatur, tamen arguit ſimilitudinem, & conformitatem. Bapt. in l. 1. n. 6. de offic. procurat. Cæſar citatus à Cephal. conſ. 126. n. 5. lib. 1. Roman. conſ. 31. n. 2. & dictio, ſeù, ſtare poteſt expoſitiuè, vt per Decium, conſ. 399. n. 5. Geminianum, conſ. 15. n. 7. ergo qualitas diffamationis, vel notorietatis, eſſe debet talis, quæ æqui polleat cōdemnationi ſcilicet ſit penitus ineſcuſabilis, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Nam ſi ſit dubiū an aliqua reo competat defenſio, tale notorium non facit, vt ſine citatione poſſit procedi ad condemnationem. Baldus, in l. ea quidem, numer. 43. C. de accuſat. Franc. in cap. ex inſinuatione, numer. 3. de appellation. eſt igitur cenſendum, Romanos Pontifices in prædictis bullis intellexiſſe de diffamatione, vel de notorietate tali, ex ſequi poſſit condemnatio; ſic Rota, deciſ. 393. numer. 11. 12. coram Card. Seraphin. vbi ſubdunt Domini,

quod ſi aliter interpretemur eaſdem Bullas,vtique reddi earum diſpoſitionem iniquam, & contra regulas iuris communis, ac forè tales, quæ merebuntur à ſapientibus reprehendi;maximè cum ſint nouæ pœnæ contra homicidas inductæ,neque per interpretationem agatur de tollenda pœna, & impunitate inducenda, quo caſu interpretatio rigoroſa fieri debet. Alexander in l. 1. de verb obligat.n.25. ſed tantum de interpretanda mente Papæ, circà nouas pœnas homicidis irrogandas,quo caſu,mitior interpretatio eſt eligenda; præſertim, cum ſit conformis diſpoſitioni iuris communis,& ideo nequit Iudex condemnare, vel declarare homicidam, vti notorium,niſi probata huiuſmodi qualitate, iuxtà doctrinam Baldi, in d. l.ea quidem,num.43.verſ.vnde aduerte, de accuſat.& idem dicendum ſi vellet condemnare vtì diffamatum vnde ſequitur quod etiamſi, concedamus nõ eſſe neceſſariam declaratoriam, tamẽ eſt ſaltem neceſſariũ, vt ſit articulata, ac probata prædicta qualitas notorietatis,vel diffamationis, ait ibi ſu.Rot.

CONTROV. XII.

An Prælati Regulares facultate polleãt, ſibi ſubditos, à quacunq; Irregularitate, diſpenſandi.

CONCLVSIO PRIMA

1 Multa extant priuilegia, Regularibus Prælatis conceſſa, virtute quorum,diſpenſare queunt,cum ſibi ſubditis, ſuper quamcumq; irregularitatem, ex quauis cauſa, prouenientẽ, illa excepta,quæ oritur ex homicidio voluntario, Bigamia vera, & interpretatiua, ac mutilatione membrorum: Immò, etiam ſuper homicidium, & mutilationem membrorum, diſpenſare poſſunt, dum tamen, aliquid horum, non ſit notorium, & hoc propter ſcandalum.

2 Concluſio, quo ad omnes eius partes, conſtat ex compendio priuilegio. verb.diſpenſatio,n. 12.& 13.& verb. abſolutio ordinaria, quò ad fratres, fol. 20 ædit. Brixiæ, & ex priuilegio Martini Quinti, relati in compend. verb.diſpenſatio, num.24. & alterius ſimilis relati in compend.Societ.Ieſu, verb.diſpenſatio.§.1.

DOCT. ALLEG.

3 *Aiunt ità Corduba in annot. ad compẽd. vbi ſup. verſ.quo ad* §.24.*Rodriquez,to.* 1. *qq.regular.q.*24.*art.*12.*Mirãda,tom.*2. *in manu.prælat.q.*8.*art.*10.*concl.*2.*Ioan. de la Crux de priuileg.regul.lib.*1.*c.*6.*dub.* 19.*Sigiſmundus,dub.*71.*nu.*1. *de elect. & cæteri omnes,*

CONCL. II.

4 Regulares prælati diſpenſare poſſunt ſibi ſubditos,ſuper Bigamiã ſimilitudinariã,ſuper quam etiã Epiſcopi diſpẽſare queunt de iure cõmuni,c.1. & 2. qui cleric. vel vo. ſuper bigamiã verã,vel interpretatiuã,nequeunt;licètaliquib.fortaſſe,eſſe probabile videatur;dicĩ prelatos poſſe diſpẽſare & ſuper has bigamiæ ſpectãtes ſibi ſubditos, quo ad ordines, ſaltẽ minores. Im-

Improbabile tamen, non erit extendere eorum auctoritatem ad diſpenſandum ſuper Bigamiam veram, vel interpetratiuã, quo ad dignitates. vt nos alibi dicemus.

DOCT. ALLEG.

5 *Suffragantur huic aſſertioni Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 49. in fine. Sigiſmund. num. 2. dub. 71. de elect. Paludanus, quem refert, ac ſequitur Sayrus, de cenſuris, lib. 6. cap. 6. in fine, & alij nominales.*

6 *Bigamia, autem, ſimilitudinaria contrahitur, quando quis poſt ſolemne votum conſtitutis emiſſum in profeſsione Religionis, vel in ſuſceptione ſacrorum ordinum, matrimonium cum aliqua virgine, vel corrupta, celebrat, & eam carnaliter cognoſcit, cap. quotquot 27. q. 1. & cap. nuper, de bigamia.*

Quando vero contrahatur bigamia, vera, vel interpetratiua, quia in præſentiarum, noſtrum non eſt inſtitutum de hac re tractare, videatur Suarez d. diſput. per totam, Sayrus, vbi ſup. cap. 4. per totum, Sanchez, de matrimon. lib. 7. diſp. 83. 84. 85. Rodriquez, tom. 1. qq. regul. q. 24. art. 7. Garceus, de benef. p. 7. c. 6. n. 15. Bonacin. de cẽſur. diſp. 7. q. 2. pun. 5. et nos alibi.

CONCL. III.

7 Priuilegio conceſſa, à Martino V. Prælatis Regularibus, diſpenſandi cũ ſibi ſubditis, ſuper irregularitatem contractam per homicidium, ac mutilationem membrorum, *dummodo aliquid horum non ſit notorium*, non ſunt abrogata per Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. huiuſmodi facultatem Epiſcopis negans.

Probatur aſſertio, quo ad membrorum mutilationem: Nam Epiſcopi hoc poſſunt virtute eiuſdem Decreti Concil. Trident. prout declarauit Sacra Congregatio, & referunt Auctores ſtatim allegandi: ſed Pius Quintus, hoc idem Decretum, ad Prælatos Regulares extendit, iuriſdictionem, quaſi, Epiſcopalem habentes. ergo, & ipſi regulares Prælati hoc poſſunt.

Probatur, quò ad homicidium voluntarium ſpectat; quoniam in d. priuilegio Martini V. dicitur, Dummodo tamen aliquid horum non ſit notorium, & hoc propter ſcandalum, quæ verba ſignificant, quod quando tale homicidium voluntarium eſt deductum ad forum contentioſum per accuſationem in tali caſu dicti Prælati, nequeunt diſpenſare.

DOCT. ALLEG.

8 *Concluſio cum ſuis probationibus defenditur à Suarez, to. 5. de cenſ. diſp. 44. ſect. 2. n. 4. Garceus de benef. p. 7. ca. 11. n. 32. Homobunus, de caſibus reſer. p. 2. ca. 3. fol. mihi 304. Henriquez, lib. 13. cap. 57. §. 1. iuncta gloſſa litt. H. Toletus, lib. 1. ca. 88. n. 6. & c. 89. nu. 3. Sigiſmund. dub. 71. de elect. Rodriquez, to. 1. qq. regul. q. 24. art. 10. Molina, de iuſt. & iure, tract. 3. diſp. 79. n. 8. Reginaldus, lib. 30. tract. 2. n. 91. Miranda tom. 2. Manuãl. prælat. q. 8. art. 11. Bonac. de cenſur. diſp. 7. quæſt. 4. punct. vlt. numer. 11. Ioannes de la Crux, de priuileg. lib. 1. cap. 6. dub. 19. Sorbus, in reſol. mater. abſol. in princip. d. Rodriquez, vbi ſupra, qu. 61. art. 9. in fine. & in ſumm. priuilegio, in Bullis Pij V. Bulla 13. Suarez tom. 4. de religio. diſp. 30. ſect. 2. nu. 7. & alij tenent.*

CONCL. IV.

9 Regulares Prœlati poſſunt ad omnia diſpenſare, cum ſibi ſubditis, in irregularitate homicidij iniuſti, aliàs occulti, non dumtaxat, quod ab omnibus ignoratur; ſed etiam quod ſit in iudicio probabile, ex cap. veſtra, de cohabitatione clericorum, dicitur occultum.

Concluſio eſt clarè liquida, ex verbis priuilegij Martini Quinti, dicentis, *Dummodo tamen aliquid horum non ſit notorium, & hoc propter ſcandalum.* Et idem indultum fuit conceſſum à Iulio Secundo Ordini Prędicatorum.

DOCT. ALLEG.

10 *Ità docent Corduba, Rodriquez, Miranda, Ioannes de la Crux, num.8. relati, fauet Nauarrus, in manu. cap.27. n.255. ſuffragantur Toletus, lib.1. cap.85. nu.6. Sigiſmundus, n.7. vbi ſuprà. Aui'a, de cenſur. par.2. cap.7. diſp.1. dub.12. concluſ.2. & p.7. diſp.10. dub.6. Suarez, to.4. diſp. 30. ſect.2. numer.2. & tom.5. de cenſur. diſp.41. ſect.2. num. 6. Sanchez, de matrim. lib.2. diſp.37. num.11. & lib.8. diſp.34. num.15. & in opere moral. lib.2. cap.11. num.79. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. q.5. punct.1. num.5. ante medium referens declarationem Sacræ Congregationis ſuper Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.6. & alij.*

CONCLVSIO V.

11 Homicidium ad hoc, vt publicũ dicatur, non ſatis eſt, vt actus mortis occiſi, qui eſt delictum, ſit publicus; ſed neceſſariò publicum eſſe debet mortuum ab aliquo, ſeù ab aliquibus occiſum, ac trucidatum fuiſſe.

DOCT. ALLEG.

12 *Sic enim aſſerunt Nauarrus, in manuali, cap.27. num.155. verſ. duodecimo, & à in aphoriſm. ver. Epiſ. num.35. Henriquez, lib.14. cap.20. num.4. Sigiſmundus, numer.8. dub.71. de elect. Sayrus, de cenſur. lib.7. cap.13. num.13. Rodriquez, in ſumma, p.1. cap.166. num.3. Sanchez, de matrim. lib.8. diſp.34. num.56. Reginaldus, lib.30. tract.2. num.30. & alij nominales.*

CONCL. VI.

13 Homicidium, in caſu noſtro, licèt publicum ſit, & adhùc nihilominus occiſor, vel occiſores ignorarentur, occultum diceretur, itaut beneficium diſpenſationis, vigore dictorum priuilegiorum Martini Quinti, & Iulij Secundi, reus in Religione obtinere valeret à Prælatis, ſuæ Religionis.

Diximus, in ſuperiori aſſertione, *Neceſſariò publicum eſſe debet mortuum ab aliquo, vel ab aliquibus, & in hoc, & adhùc, tamen occiſor, vel occiſores ignorarentur:* quia ſi noti eſſent occiſores, ac publici, omnes eſſent irregulares publicè, licèt non appareret, ex cuius illorum percuſſione occiſus fuiſſet, cap. fin. 23. q.8. Couarruuias, in clement. ſi furioſus, p.2. §.2. n.5.

DOCT. ALLEG.

14 *Doctores aſſertionis ſunt Paludanus in 4. diſt.19. q.4. quem referũt, & approbant Sylueſt. verb. correctio. q.8. Armilla, eod.*

eod.ver.n.8. Graffius,par.1.deciſ.aurea. lib.1.cap.13.num.43. Sigiſmundus, vbi ſup.num.8.& alij relati ſup.& allegandi.

CONCL. VII.

15 Si certo conſtaret ex cuius occiſorum vulnere occiſus fuiſſet, adhuc etiam Irregulares eſſent alij omnes, qui ſolum vulneraſſent.

Cuius eſt ratio, quoniam Inferens vulnus ei, qui propemodum erat moriturus, nihilominus Irregularis fit, ex capit. ſignificaſti 2. vbi communiter Canoniſtæ, de homicidio.

DOCT. ALLEG.

16 *Affirmant concluſionem Tabiena, verb. Irregularitas 3.num,6.Maiolus,lib.5.de Irregularit.c.48. §.4.num.6.Faſtolus,dub.34. Sigiſmundus, vbi ſupra & cæteri nominales, ac recitati Doctores.*

CONCL. VIII.

17 Irregularis fit ille, qui ex eo ſolus, quod armatus ſponte exiuit cùm alijs ad aliquem occidendum, qui occiſus fuit, licèt ipſe nihil commiſerit. Conſtat aſſertio ex cap. ſicut dignum, §. finale de homicidio.

DOCT. ALLEG.

18 *Defendunt ſpeculum, lib.1.tit.de diſpenſat.§.4.numero 5.& 6. Candelabrum aureum, verb. de Irregularit.num.273.Rota,deciſ.260.num.3.part.1.& deciſ.44.per totam,p.2.in recent.Sigiſmundus,vbi ſupra Bonacina,de cenſur.diſp.7.q.4.puncto,8.num.29.& ſeq.vbi pluribus,relatis hanc tractat materiam.*

CONCL. IX.

19 Clericus exercens militiam in bello iuſto, etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo, non efficitur Irregularis, niſi ipſe occidat, vel deformet.

DOCT. ALLEG.

20 *Eſt teſtus,cap.petitio,vbi Panorm.num.3.de homicidio.Nauarr.in manu.cap.27.nu.215. Sigiſmundus,dub.71.num.8.ad finem, de elect. Rota, deciſ.3. num.5.p.2.in recent.Bonac.de cenſur.diſp.7.quæſt.4. puncto 4.num.7.multos alios allegans.*

CONCL. X.

21 Regulares prælati minimè poſſunt diſpenſare in Irregularitate, quando homicidium, eſt deductum ad forum, contentioſum per accuſationem, aut denunciationem, & hoc intelligitur etiamſi delictum nequeat in eo plenè probari.

Ratio eſt, quoniam ſicut à Concilio Trident.ſeſſ.24.cap.6. de reform. in tali caſu delictum exiſtimatur ſufficienter publicum, vt eius diſpenſatio Epiſcopis negetur, vt ex eodem Concilio deſumitur.

DOCT. ALLEG.

22 *Ita namque docent Suarez,tom.5.diſp.41.ſect.2. num.6.Sanchez,tom.3.de matrim.lib.8.diſp.34.nu. 57.Sigiſmundus, num.9.vbi ſupra Bonac.d.loco,& alij nominales.*

CONCL. XI.

23 Aſſertio præfata eſt limitanda, vt ſupra poſt delationem delicti ad Iudicem ſit parti intimatum, quia ſæpe crimina multa deferuntur ad Iudicẽ, quę tamen per longum temporis ſpatium poſteà non intimãtur parti à iudice, vel propter defectum Teſtium,

vel

vel ob aliam cauſam, ideò dicimus ſequentem aſſertionem.

CONCL. XI.

24 Regulares prælati licèt, non debeant abſoluere ſibi ſubditum, cuius, crimē eſt ad forum contentioſum deductum, ſed expectare debeant, ſi fortè probetur; attamen ſi poſt tempus aliquod eiſdem conſtiterit, Actorem non progredi in probatione, poterūt in tali euentu eum diſpenſare.

DOCT. ALLEG.

25 *Ità Gloſſa, verb. obrepſit, in cap. tantis, diſt 81. & cap. omnipotens de accuſ. Sayrus, de cenſur. lib. 4. cap. 17. num. 22. & lib. 7. cap. 7. num. 11. Graſſius tom. 2. conſil. lib. 5. de homicid. conſil. 20. Sigiſmundus, dub. 71. num. 10. de elect. Sanchez, de matrim. lib. 8. diſp. 34. num. 58. Campan. in diuerſ. Iuris Canon. rubric. 7. cap. 5. num. 8. & rubric. 11. cap. 23. nu. 14. apud Barboſam, de poteſt. epiſc. p. 2. allegat. 39. num. 34. & alij nominales.*

CONCL. XII.

26 Idem eſt Iuris; ſi Reus à dicto foro contentioſo abſolutus fuiſſet quoniam eius delictum, minimè probatū fuiſſet, & falſis Teſtibus ſe fuiſſet tutatus.

Cuius eſt ratio, quia tunc homicidium remanet occultum, & redactum ad priſtinum ſtatum, quod etiam locum habet, licet Reus iniquè Teſtib. falſis adductis ſe tutatus fuiſſet.

DOCT. ALLEG.

27 *Sic enim præfatum Tridentinum Decretum ſuſtinent Viualdus in candelabro aureo, ver. excommunicatio, nu. 42. Graſſius, par. 1. deciſ. aur. lib. 1. capit. 15. nu. 44. & conſil. relato ſupra Sigiſmundus, numer. 11. vbi ſupra, Sayrus, lib. 4. de cenſur. cap. 17. num. 23. & lib. 7. cap. 7. num. 12. Suarez, de cenſur. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. nu. 6. Molina de Iuſt. & Iure, tract. 3. diſp. 29. num. 8. verſ. 2. & 3. Auila, de cenſur. part. 7. diſp. 1. dub. 11 colum. 3. Sanchez, lib. 8 de Matrim. diſp. 34. num. 57. lib. 1. diſp. 27. num. 12. Bonac. de cenſur. puncto 4. diſp. 7. quæſt. 4. num. 7. Henriquez, lib. 14. cap. 20. num. 4. Sà, verb. epiſc. num. 34. Rodriquez, in ſumma p. 1. c. 167. n. 4. & cęteri nominales.*

CONCL. XIII.

28 Regulares prælati diſpenſare poſſunt homicidium, cuius delictum fuit deductum ad forum contentioſum, & iam Iudicio finito, punitum.

Probatur, quia dicta priuilegia Martini quinti, & Iulij 2. excipiendo delictum notorium propter ſcandalum, primo intendunt, vt fori contētioſi auctoritas ſeruetur: Sed hæc in caſu noſtro, nulli, lediturſecundo, vt prouideatur; ſcandalo, ſed huic ſufficienter eſt prouiſum, quia ex delicto non generatur ſcandalum quando in Iudicio debita pœna multatur. ergo.

DOCT. ALLEG.

29 *Sic namque, in terminis, de ſupradicto decreto Tridentini defenduut Auila, de cenſur. p. 7. diſp. 10. dubio 7. Sanchez, lib. 2. operis moral. cap. 11. num. 21. Henriquez, lib. 14. cap. 7. num. 5. Sigiſmundus, nu. 13. dub. 71. de elect. Reginaldus, lib. 30. tract. 2. num. 29. verſ. 6. Rota multum fauet deciſ. 573. lib. 3. par. 3. diuerſ. in qua fuit deciſum, validè fuiſſe obtentam gratiam expectatiuam a quodam, & ſi antea fuiſset declaratus excommunicatus ex cauſa cuiuſdam fideiuſſionis, cū clarè ipſe oſtenderet ſe ſatisfeciſſe illi debito, & poſtea fuiſſe abſolutum à quodam Sacerdote, vigore bullæ Cruciatæ; nam in terminis dictorum, Indultorum, in quibus ratio finalis exprimitur: ſcilicet propter ſcandalum.*

30 *Contrariam ſententiam, nihilominus, non improbabiliter docent Suarez, tom. 5. de cenſuris, diſp. 41. ſect. 2. num. 5. Sayrus, lib. 4. de cenſur. cap. 17. nu. 23. Gutierez, lib. 1. qq. Canon. cap. 3. in fine, Garceus, de benefic. p. 7. c. 11. num. 50. Bonac. de cenſur. diſp. 7. qu. 4. punct. 4. num. 7. & Barboſ. vbi ſup. n. 35.*

CON-

Digitized by Google

CONCL. XIV.

31 Regulares prælati, tum vigore dictorum priuilegiorum, tum virtute Decreti Tridentini, facultate gaudẽt, diſpenſandi ſuper Irregularitatem, prouenientem ex homicidio Caſuali, nè dum occultum, ſed etiam publicum.

DOCT. ALLEG.

32 *Eſt omnium Doctorum allegatorum aſſertio, quam pluribus relatis, probat Sayrus lib.7.cap.7.de cenſur. num.24. Rodriquez, art.13.quæſt.24.qq. regul. to.1. Sigiſmundus, num.14.dub.71.de elect. Miranda, tom. 2.quæſt.8.art.11.in Manuali, Ioannes de la Crux de priuileg. lib.1.cap.6.dub.19.verſ.ſi obycias, & alij nominales.*

CONTROV. XIII.

An electi electionem dirimat Illegitimitas, ad Dignitates, & ordinis Officia.

CONCL. I.

1 Electio, de Illegitimo, etiã occulto, itaut, ab omnib. legitimus cẽſeatur, eſt ipſo Iure nulla, ac inualida, prorſus, ac Illegitimitas huiuſmodi electionem dirimit.

Conſtat ex capitul. 1. & fin. de fil. præsbiter. & cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. & cap. conſuluit, de ſeru. nõ ordin. & diſtint. 56. per multos Canones, à princip.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt aſſertio communis Canoniſtarum, & Summiſtarum, quam Sotus docet, diſt.25.quæſt.1.art.3.concl.1. Sylu. verb. Irregularitas, quæſt.20. Angelus. eodem verb. num.51. Nauarr. cap.27.nu.201. Toletus, libr. 1.cap.25. Sigiſmundus, num.1.dub.72. de elect. Sayr. lib.6.de cenſur.cap.10.nu.36. Azor. p.2. lib.6.cap.3. quæſt.23. Guttierez, lib.1.qq. Canon. cap.13.num.20. Suarez, tom.5.de cenſur.diſp.50.ſect.5.n.12. Ioann. de la Crux, lib.1.de priuileg.cap.6.dub.18. & Rodriquez, tom.1.qq.13.art.20.cum cæteris alijs nominalibus.*

CONCL. II.

3 Regulares Illegitimi licèt legitimentur per ſolennem profeſſionem, in Religione approbata, quò ad Sacras ordines minores, ac maiores, non tamen quo ad dignitates, & prælaturas.

Eſt liquida, ex cap. 1. diſt. 56. & cap. 1. de filijs præsbit.

DOCT. ALLEG.

4 *Sequuntur Gloſſa, & Panorm. in d. Iuribus, & in cap. minus, de fil. præsbit. & idem Panorm. in cap. 2. de Apoſt. Rebuffus, in praxi, tit. diſpenſatio, num.66. D. Antoninus 3.p.tit.28.cap.4.§.2. Lopez, p.1.libro 12.tit.6. Sotus, in 4. vbi ſupra, num.12. Paludan. in 4. diſp.41.quæſt.3.num.14. Nauar. num.201. loco dict. Paleothus, de nothis, & Spuris, cap.57.num.4. Maiolus, lib.1.de Irregularit.cap.10. Couarru. in Clemens. ſi furioſus, par.1.§.2.n.6. Graſſius, lib.4.cap.27.nu.54. deciſ. aur. Sigiſmundus, dub.72.n.2.de elect. Sayr. lib.6.de cenſur.cap.11.n.3. Tolet. lib.1.c.18.n.3. Additionator Thuſchi, lit. L. concluſ.134.num.7. & 8. & p.concluſ.883.num.7. & 8. & cæteri omnes. Canedus ad decretalia, collect.52.nu.2. Saleedas ad praxim, Diaz, cap.14.lit.B. verſ. ſi tamen. Azor. part.2.lib.6. cap.3.q.1. Riccius in deciſ. Neapol.p.1.deciſ.82.*

CONCL. III.

4 Sub nomine graduum, ac Dignitatum, à quibus Illegitimi pœnitus excluduntur, ſunt præpoſitatus, Abbatia-

tiatus, prioratus, Guardianatus, cuſtodiatus, prouincialium, ac Generalium ſuperiorum officia, & alia his ſimilia, cum honore, & ſuperioritate coniuncta.

Sic habetur in bullis Sixti Quinti, declaratis ſuam ante conſtitutionem emanatam contra illegitimos, Gregorij XIV. & Clementis VIII. maximè §.6. quę incipit in ſuprema, 1602 die 2. Aprilis, de Illegitimis, vbi declarat quid veniat. Sub nomine honoris gradus, & dignitatis ad effectum, de quo agimus, & ita reſpondit ibi.

Quoniam vero à multis quęſitum eſt, ſub nomine honorum, & graduum, & dignitatum, à quibus Illegitimi, penitus excluduntur, quid potiſſimum ſit intelligendum. Declaramus, hac in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatem, honorum, graduum, debere intelligi præpoſitatus &c. quę retulimus in aſſertione.

DOCT. ALLEG.

6 *Hoc idem docent Soſſa, in expoſitio. Motus proprij eiuſdem Clement. VIII. de Largitione munerum, vtens eiſdem ferè verbis, honoris ſcilicet, & dignitatis.*

Similiter idem docent in terminis. Motus proprij Pij quinti, & Gregorij XIII. Interdicentium ingreſſum fœminarum in monaſteria Virorum, ſub pœna priuationis officij in admittentes, Rodriquez, qq. regul. to. 1. quæſt 21. Sorbus in compend. tit. Ingreſſus monaſt. Monial. num. 8. & aiunt, quod in quodam capitulo Toletano fratrum de obſeruantia, declaratum fuiſſe, comprehendi quoque officia viſitatorum, commiſſariorum generalium, & Vicariorum, ſeu loci præſidētium, mortuis, vel amotis Superioribus localibus, non vero abſentium, iuxta doctrinam Syluestr. verb. prælatus, q. 3. & comprobatur à Sanchez lib. 6. operis moral. cap. 15. numero 66. & à Sigiſmundo, dub. 72. in fine de elect.

CONCL. IV.

7 *Quicumque Illegitimè natus ad ordinem non recipiatur, niſi de licentia ſpeciali prioris prouincialis: ſi autem talis Illegitimè natus ad ordinem receptus fuerit, & diſpenſatū fuerit cum eodē, quod poſſit fieri prior non propter hoc Diffinitor fiat capituli generalis, aut prouincialis, nec prædicator Generalis, nec elector magiſtri ordinis, abſque magiſtri ordinis licentia ſpeciali.*

Ita habentur in Conſtitut. ord. Prædicatorum, diſtin. 1. cap. 13. num. 4. lit. N. ſuper quæ verba talis eſt declaratio. Declaramus, quod nullus illegitimè natus poteſt recipi ad ordinem ſine ſpeciali licētia prouincialis, vel magiſtri ordinis; & ſi fuerit receptus, non poterit eſſe ſubprior, nec Vicarius prioris in aliquo Conuētu, etiam priore illius Conuentus, mortuo, vel amoto; niſi cum eo fuerit diſpenſatum. apud Podium 1344. et Perpiniani declaratum fuit, quod illegitimè natus non poteſt fieri prior, nec ſubprior, nec Viſitator, ſine diſpēſatione, & ſi diſpenſatum fuerit, quod poſſit eſſe prior, non poterit tamen propter hoc eſſe Vicarius prouincialis, aut prouinciæ, nec Deffinitor capituli generalis, niſi in diſpenſatione de prædictis facta fuerit expreſſa mentio.

CONCL. V.

8 Probabilius eſt, dubio procùl, Illegitimos arceri ab honore Diffinitoratus, licèt non diſcretatus, ſeu ſocij, Superioris euntis ad capitulum prouinciale.

Probatur pars prima aſſertionis, ex cap. final. de fil. præsbyt & deſumitur, etiam ex relatis verbis bullæ Clementis VIII. in 3. aſſertione appoſitis nimirum *& alia his ſimilia, cum honore, & ſuperioritate coniuncta*. Sed diffinitoriatus eſt honor cum ſuperioritate, & auctoritate coniuncta, vt inſuperioribus diximus: ergo ſub nomine honoris venit etiam Diffinitoriatus.

DOCT. ALLEG.

9 *Placet Syluestr. verb. prælatus, q. 3. Sanchez, vbi ſupr. in terminis vero, docet proprijs Rodriquez, tom. 1. q. 13. art. 18. qq. regul. & alij nominales.*

CONTROV. IV.

An Ille, qui, poſtquam eſt religionem profeſſus, legitimatur per ſubſequēs

Ma-

Matrimoniũ, indigeat Diſpenſatione ad dignitates, & officia Ordinis.

CONCLVSIO I.

1 Ille legitimari dicitur per ſubſequens Matrimonium, Iure Canonico, ac ciuili, qui natus eſt ex ſoluto, & ſoluta, videlicet, natus, ſeù generatus eſt, ex parentibus, inter quos, tempore generationis, ſeù natiuitatis, ritè Matrimonium conſtare poterat; tunc enim poſt illum contractum, legitimus habetur: cap. tanta, qui fil. ſint legitimi, & Sixtus Quintus, in bulla, poſtquam edita 1586. 3. Septembris §. 12. Quod locum habet etiamſi Alter, vel vterque parentum poſt conceptum filium contrahat Matrimonium cum alio, vel cum alia, quo, vel qua defuncta, inter ſe etiam tandem contrahant.

DOCT. ALLEG.

2 - *Docent concluſionem Panorm. in dict. cap. tanta, num. 14. qui fil. ſint legitimi & in cap. ad extirpandas, num. 11. de fil. presbyt. Hoſt. in ſumma, lib. 1. n. 6. tit. de filijs presbyter. Paludanus, in 4. diſt. 41. qu. 37, Couarr. in 4. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 1. Syluest. verb. Illegitimus, quaeſt. 3. & Legitimus, q. 1. late, Sayrus, lib. 6. de cenſur, cap. 10. num. 14. & 15. Suarez, tom. 5. diſp. 50 sect. 5. num. 10. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 3. qu. 21. Sigiſmundus, dub. 73 num. 1. de elect. Garcens, de beneficijs part. 7. cap. ſecundo, numero 28. & ſequent. & eſt communiſſima.*

CONCL. II.

3 Legitimatus per ſubſequens Matrimonium, nulla eget diſpenſatione: ſed quo ad conſequendos gradus, honores, ac dignitates, ſui ordinis, cenſendum eſſe, aequo Iure, cum eis, qui ex legitimo & conſtanti Matrimonio nati ſunt, vt authoritate Apoſtolica Sixtus Quintus, inhaerens Sacrorum Canonum diſpoſitioni, tenore ſuae bullae incipientis, ad Romanum, editam 1588. 21. Octobris, declarauit, §. 3.

CONCL. III.

4 Ille, qui ſine diſpenſatione beneficium Eccleſiaſticum eſt conſequutus, antequam eius parentes Matrimonium contraxiſſent, & retinuit; peccauit mortaliter, & retinere minimè poteſt abſque noua electione, vel collatione, quod ſi de nouo illi conferatur; non eget diſpenſatione de nouo.

Concluſio, quantum ad primam partem, quod peccauerit lethaliter de ſe cõſtat; quod non poſſit retinere dictum beneficium, conſtat, quoniam erat incapax obtinendi, & ex quo electio, vel collatio eſt nulla à principio non poteſt conualidari per diſpenſatione ſuperioris ſine conſenſu electorum, ad quos ſpectat electio, ſeù collatio.

Quod demum non egeat noua diſpenſatione, patet ex eo, quia Iure cõmuni; Iſte filius fit legitimus, vt diximus. ergo fit habilis iure communi ad retinendum beneficium ſine diſpenſatione, quod ei de nouo confertur, licèt conſequtus fuiſſet antequam eius parentes Matrimonium contraxiſſent.

DOC-

DOCT. ALLEG.

5 *Aſſertio ſic concordata, docent Mādoſius, in praxi Signat gratiæ. Gigas de penſio. 22. q. 19. num. 16. Maiolus, lib. 1. cap. 4. num. 16. Viualdus, de Irregularit. num. 119. Azor, vbi ſupra, verſ. 2. Sigiſmundus, num. 3. dub. 73. de elect. Sayrus, num. 30 vbi ſupra, & alij nominales.*

CONCL. IV.

6 Electio, vel Collatio, ex quo nulla eſt à principio, illa conualidari minimè poteſt per ſuperuenientem Diſpenſationem Superioris, ſine conſēſu eorum, ad quos electio, ſiuè Collatio ſpectat, ſi ipſi ignorabant vitium, propter quod fuit nulla ab initio.

Probatur, quia non firmatur tractu temporis, quod de Iure à principio non ſubſiſtit, cap. non firmatur, de regul. Iur. in 6. regul. 18.

Et confirmatur; nam ſicut in matrimonio Carnali, qui illud prohibiti contrahere, ſi contrahant, & poſteà diſpenſationem obtineant, opus eſt nouo conſenſu poſt ipſam diſpenſationem obtentam, vt infra, controuerſia 16. dicetur; ſic eſt dicendum in electione, quia quo ad hæc valet argumentum à matrimonio ad electionem, vt in ſuperioribus diximus.

DOCT. ALLEG.

7 *Eſt aſſertio Panormitani, in cap. inſtitut. num. 11. de elect. Decij, in cap. at ſi cleric. §. de Adulterijs, num. 157. de Iudic. Suar. z, tom. 1. de religione tract. 3. libro 4. cap. 61. num 9. Sanchez, lib. 8. de matrim. diſput. 7. numero 12. circa medium, Sigiſmundi, dub. 73. numero 4. Alteriy. tom. 1. de cenſur. lib. 2. diſput. 6. capit. 7. column. tertia, §. ſed limitanda, & aliorum nominalium.*

CONTROV. XV.

An Regularis, qui ſola fama conſtat eſſe Illegitimum, In priorem eſt electus, valida, & rata ſit huiuſmodi electio.

CONCL. I.

1 Abſolutè, & ſimplitior loquēdo, certū eſt, in Religio. Illegitimū nequaquam Dignitates, & gradus aſſequi poſſe, abſque Diſpenſatione.

Conſtat ex cap. fin. de filijs præsbiter. & ibi Gloſſa, & Doctores.

CONCL. II.

2 Certum eſt etiam, ſi ſcienter electores Illegitimum in ſuperiorem elegiſſent ſunt pro ea vice priuandi, poteſtate eligendi & nulla eſt electio.

Sic eſt textus in cap. innotuit, & capit. Vinctonienſis, de elect. in 6. & ibi Doctores.

CONCL. III.

3 Gregorius Quartusdecimus ſanciuit, talibus Illegitimis diſpenſationem præſtare poſſe, aut Capitulum generale, in comitijs generalibus, aut prouinciale, in prouincialibus Capitulis, aut inter medio Capitulo, ſcilicet in Congregationibus, & Dietib. annualibus quæ fieri ſolent à Regularibus.

Ità habetur in ſua conſtitutione,quę incipit, circumſpecta Romani, &c. Dat.Romæ idibus Martij 1590.

CONCL. IV.

4 Diſpenſatus ad minores dignitates, ſcilicet Prioratum, &c. non cenſetur eſſe diſpenſatum ad prouincialatum, & ſuprà.Patet ex d.c.innotuit de elec. in 6.quoniam talis diſpenſatio eſt ſtricti Iuris, vt omnes Doctores aiunt in d.cap.& Panormitanus cum gloſſa,& cæteris expoſitoribus.

CONCL. V.

5 Dubitandum minimè eſt,ad impediendum, nè quis illegitimus ad honores, & dignitates Religioſas ſinę diſpenſatione promoueatur, ſolam famam illegitimitatis ſatis eſſe,ac ſufficere.

Probatur ex textu in c.accedens, de purgat.canon. vbi dicitur, quod infamatus ſuper natalium defectu,non eſt promouendus, niſi priùs ſe purget de tali infamia;quod quidem intelligendum eſt,dummodo non conſtet,infamiam ab emulis, vel ex cōiecturis nō probabilib.ortā eſſe;quia in tali caſu, purgatione nō eget,vt in c.cū in iuuētute,de purgat. canon. & Panor. ibid. & in d.c accedens,n.2.aſſerit,cū alijs.

CONCL. VI.

6 Regularis illegitimus ad honores in ſua Religione ſic promotus, nō eſt deponendus,niſi improbatione deficiat,vel niſi infamia concurrat cū vno teſte,de veritate deponente.

Pars prima patet,quia Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.

Secunda vero, probatur,quia ſola fama per ſe non probat, ſola enim ipſa, incerta eſt;& incerta,ac dubia iudicari non poſſunt,c.nonne, 2.q.1. ſed ſecus eſt ſi concurrat cum vno teſte deponente de veritate,vt vult Dynus,l. excuſantur, §.1. ff.de excuſat. Tutor. & Bartol.in l.de minoribus,§ plurimū n.30.ff.de quæſt. Immò nec tunc ſufficit ad integrandam probationē niſi etiam alia adminicula concurrant, vt tradunt Gloſſa in c.veniēs,il 1.de teſt. Bartol.vbi ſup.Oldradus con.29.Maſcard.de probat.concl.754.n.3.multos alios allegans nu.4. Decius, conſ. 163.n.28. Felynis,in d. c. veniens,n. 13.quibus ceſſantibus,quoniam infamia non obſtante, caſus dubius eſſet, vt ex dictis patet,aliquis non eſſet ob ſolam notam infamiæ ab adepta dignitate deponendus, cum in dubijs potior eſſe debet conditio poſſidentis.l.in pari cauſa, ff.de regul.iuris.

CONTROV. XVI.

Quale tēpus ſit inſpiciendū,in quo Cōiugalis potuiſſet eſſe coitus, ad hoc vt per ſubſequens matrimonium, partus legitimetur, an ſcilicèt conceptionis, vel natiuitatis tempus.

EXPLICATIONES.

HVjuſmodi, namq; controuerſiā pro maiori declaratione præcedentis Controuerſiæ reſoluendam propoſuimus, quia grauis eſt, & inter Doctores non eſt vna, & eadem voluntas, ſed maxima varietas, pro cuius deciſione ſit.

CONCLVSIO PRIMA.

Ad hoc, vt quis legitimetur per ſubſequẽs matrimonium, opus eſt, vt parentes tempore conceptionis, aut natiuitatis, ſecundum quod vtilius fuerit proli, matrimonium contrahant, iuxtà probabiliorem, ac tutiorem sẽtentiam, & in praxi obſeruandam.

Probatur ex l. nuper C. de nat. lib. authe. quibus modis nat. effici. ſui. §. tribus ſeù, & §. ſi quis igitur prope finem, ſic dicitur,

2 *Et generaliter definimus, & quod ſuper huiuſmodi caſibus variabatur, definitione certa concludimus, vt ſemper in huiuſmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorũ, eſt dubitatio non conceptionis, ſed partus inſpiciatur, & hoc facimus fauore liberorum, vt additionis tempus ſtatuamus eſſe inſpectandum, exceptis ijs tantummodo caſibus, in quibus conceptionem magis, approbari infantium conditionis vtilitas expoſtulat. quid clarius?*

Sed Clerici tenentur in conſcientia ad obſeruandas leges ciuiles, quæ iuri Canonico non aduerſantur, at dicta lex nuper non dumtaxat, non aduerſatur iuri Canonico, immò eſt vniformis. ergo eſt obſeruanda, & in praxi ſequenda.

Minor, vero, probatur ex communi omnium Doctorum conſenſu, vt videre licet apud Suarez lib. 3. de legibus, cap. 34. n. 7. vbi plurimos Theologos, & Canoniſtas affert. ſicut etiã conſtat. d. l. nuper, non aduerſari iuri Canonico, ſed eſſe conformem, ex c. tanta, qui fil. ſint legit. nam ponderãdo eam copulam, & poſitam, inter conceptionem, & natiuitatem prolis. Manifeſtè enim patet textũ copulatiuè, requirere vtrumq; caſũ, ſcilicet, vt conceptio, ac natiuitas ſit ex perſonis non ſolutis; aliàs non obſcurè innuit filios non dici ſpurios. Nat. conſ. 403. & Rot. dec. 33. n. 6. p. 1. in recẽt. & deciſ. 19. in fi. corã Gregorio XV.

DOCT. ALLEG.

3 *Auctores habet aſſertio noſtra præfata, Ioan. Andr. in c. tanta, qui fil. ſint legitimi, col. penult. verſ. quod ſi concepit, vbi quoq; Cardin. & in c. quod nobis, poſt principiũ, eod. tit. & in c. ſine culpa: vbi Franchus, col. 2. verſ. circa 2. de regul. iuris in 6. Baldum in l. cùm quis, n. 5. verſ. quæro hic, C. de naturalib. lib. Molinam de iuſt. & iure, tract. 2. diſp. 172. Sigiſmun. dub. 74. n. 3. de elect. Henriquez in ſumma, lib. 11. cap. 20. n. 3. Sanchez, de matrim. lib. 8. diſp. 7. n. 19. Sayrum, lib. 6. de cẽſur. c. 10. n. 29. Bonacinam, de cenſur. diſp. 7. q. 2. p. 3. n. 6. & alios nominales, vt Couarruuiam infra allegandum.*

CONCL. II.

4 Probabile eſt, ad hoc, vt quis legitimetur per ſubſequens matrimonium, eſſe opus, parentes inter ſe poſſe matrimonium contrahere, tempore conceptionis, & non natiuitatis.

Primo ſuadetur aſſertio ex cap. tanta, qui fil. ſint legit. vbi dicitur. *Si autẽ vir viuente vxore ſua, aliam cognouerint, & ex ea prolem ſuſceperit, licèt poſt mortem vxoris eamdem duxerit, nihilominus, ſpurius eſt filius, & ſic ibi textus videtur ad principium reſpexiſſe.*

Secundo ex l. paulus, ff. de ſtat. hom. vbi dicitur. Eum, qui viuente patre, & ignorante de coniunctione filiæ, conceptus eſt, licèt poſt mortem Aui natus ſit, iſtũ filiũ, ei, ex quo conceptus eſt, non videri.

Ex quibus verbis textus, aperte probatur, legitimum filiũ non cenſeri il-

le

le, cuius parentum tempore conceptionis matrimonium non erat legitimum, licèt tempore natiuitatis cauſa ceſſaſſet impedimentum per quod reddebatur legitimum tempore conceptionis; ſuppoſito, quod impedimentum, de quo in hac lege habetur, ſit legitimum, & iuſtum impedimentum, quod conſultò dicimus, & addimus; quia de Iure Canonico, non cẽſetur iuſtum, & optimè aduertit Additionator ad gloſſam, ibid. & facit etiam pro d. aſſertione, lex, cum quis, C. de nat. lib.

DOCT. ALLEG.

5 *Pro hac aſſertione audiantur, quæ habet Couarr. in Epitome 4. decretal. p. 2. c. 8. nu. 2. ſic inquiens. Franciſcus Sarmẽtus, vir genere, iudicio, & eruditione, Illuſtris, tres ſelectarũ libros in publicũ emiſit, quorum, in primo, cap. 5. num. 10. ab hac opinione, quam ego communem dixi, (ſcilicet eſſe conſiderandum tempus natiuitatis) contrariam ſequutus, planè diſcedit, cuius, rationibus, ingenuè fateor, me dubium eſſe, an & hæc communis opinio, vera ſit: Atque ideo Lectorem admoneo, vt & in iudicando, & conſulendo, cautè, & cum iudicio quæſtionem iſtam, diffinire velit. hæc ille. Cùm Sarmento concordant Salycetus in l. filium, verſ. ſed attende: C. de ſuis, & legitim. Archidiaconus, in cap. oroſius, n. 2. ver. vbi etiam ſubdıtı diſt. 56. Henricus Boichus, in cap. ex tenore, num. 4. verſ. aut de concepta, qui fil. ſint legit. Butrius, in d. cap. tanta, num. 17. eod. tit. Zabarella, in cap. quod nobis, num. 3. vbi Panorm. eod. tit. Nicol. de Vbaldis, tract. de ſucceſſ. ab inteſta. par. 1. num. 44. verſ. ſecus ſi ab Amaſia, & num. 45. verſ. & etiam ibi, Decius, conſil. 155. num. 1. Menochius, conſ. 60. num. 12. Filluccius, tract. 19. nu. 131. & pluribus relatis, Garceus, par. 7. de benefic. cap. 2. num. 36. qui, huius concluſionis, potiſsimam rationem affirmat; quia hic agitur de qualitate, & macula, quæ ex vitiõ, & crimine in coitu, & conceptione commiſſa contrahitur.*

CONCL. III.

6 Filij naturales, & ſpurij ſunt incapaces Dignitatum, tam de Iure ciuili, quam Canonico.

Concluſio conſtat ex dictis Iuribus relatis controuerſia 3. ſup. num. 1. & ſeqq. & l. honor, § ſi de honoribus, ff. de muneribus, & honoribus.

DOCT. ALLEG.

7 *Ità aiunt Tiraquellus, multos alios allegans, tract. de nobilit. cap. 15. nume. 14. vbi de communi teſtatur Gigas, de penſio. q. 16. numer. 4. Mareſcottus, lib. 2. variar. reſolut. cap. 30. numer. 2. & 3. Sigiſmundus, num. 5. & alij Doctores recitati, dict. controu. 3.*

CONCL. IV.

8 Filijs ſpuris, de Iure ciuili, alimenta denegantur, quod de Iure Canonico admittitur, dictos filios ſpurios eſſe à patre alendos de æquitate.

Nam magis odio proſequitur coitum & maculam, ex qua contrahitur illegitimitas, Ius ciuile, quam Canonicum; cum de iure ciuili, ità à paterna ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſpurius filius arceatur, vt ab alimentorum petitione excludatur, Authe. quibus modis, nat. effici. ſui §. ſiquidẽ. Authen. licèt, C. de nat. lib. Æquitas, vero, Iuris Canonici admittit eundem ſpurium ad alimenta, & vult à patre eſſe alendum, vt diſponit cap. cum haberet, in fin. vbi Doctores, de eo, qui duxit in vxorem eam, quam polluit per adulter.

DOCT. ALLEG.

9 *Aſſertioni ſuffragantur Socinas Iun. conſil.191. numer.18.lib.4. Kuin.conſil. 183.num.17. Sayrus,lib.6.de cenſur.ca. 19.num.8.Couar. de ſponſal.par.2.cap.8. §.6. num. 1. Decius,conſil.312.num.4. Marſilius,ſingul.358. Bero.conſil. 165. num.23.lib.2.Menochius,conſil.60.n.6. & tract.de præſumpt. lib.1.q.35.nu.13. Mantic.de coniectur. lib.8.tit.5.num.12. Mareſcot.vbi ſup.cap.83.num.83.& ſeq. Sigiſmundus,dub.74.nu.6.de elect. Rota deciſ.347.p.4.diuerſ.& deciſ.224.per totam,par.2. in recent. & in Bonon. alimentorum 28.Martij 1594.coram Pennia: & item in Bonon. alimentorum; 24. Nouembris 1604. coram Iuſta.*

CONCL. V.

10 Qui prohibiti matrimonium contrahere, & illud contrahunt ſub futuræ diſpenſationis, conditione, ac deinde diſpenſationem obtinent, nouo opus eſt conſenſu nihilominus, aliàs legitimum non eſſet matrimonium.

Nàm contractum prius eo tempore, quo minimè licebat, non fuit nouo conſenſu, legitimo tempore confirmatum, nullum eſt matrimonium, & ſic contractum non diceretur legitimum, ſi non adſit nouus conſenſus coniugum poſt obtentam diſpenſationem.

DOCT. ALLEG.

11 *Noſtram docent aſſertionem Panormitan. & Zabarella, in cap. ſuper eo de cond.oppoſ. Boichus, in cap.fin.eod.tit.Aretinus, conſ.144. Loazzes tractat. de matrimon. dub.12. multis allegatis.Sanchez, de matrimon. lib.2. diſput.35. num. 2. & lib. 8. diſputat. 8. numer.25. Sigiſmundus, vbi ſupra, numer. 7. Rota deciſ. 838. numer. 12. coram Cardinal. Seraphino, & deciſ. 201. coram Cardinal. Mantic. & deciſ. 395. numer. 1. & deciſ.410.num.5. coram Gregorio XV. vbi in deciſione, & in annotationibus, multa alia cumulantur deciſiones.*

CONTROV. XVII.

An illegitimus filius diſpenſari poſsit, ad Dignitates, in eadem Religione, in qua illius pater fuit, aut inſignitus eſt eiſdem, vel diſsimilibus.

CONCLVSIO PRIMA.

1 Illegitimus filius, viuente patre, ad eam Religionem, in qua ſuus pater manet, ingredi minimè poteſt; nec ſecum diſpenſari poteſt, multò magis, ad dignitates, in eadem Religione, in qua eius pater fuit, vel eſt inſignitus eiſdem, ſeù diſſimilibus Dignitatibus.

2 Pars prima aſſertionis patet ex conſtitutione Gregorij XIV. qua moderauit illam Sixti Quinti, contra illegitimos, vbi dicitur. *Dũmodo tamen, in eadẽ Religione, filius, in qua pater profeſſus fuerit, viuente patre, non admittatur.*

Secunda pars conſtat ex cap. præſentiam; cap. cum decorem, & cap. ad ab olendam, de fil. præsbyter. & Clemens Septimus per ſuam conſtitutionem, quæ incipit, ad Canonum conditorem, æditam. 1530. die 3. Iunij, ſic ad rem noſtram, inquit.

Statuimus, & ordinamus, quod de cætero, filij præsbyterorum, ex for-

fornicatione nati, Eccleſias Cathedrales, etiam Metropolitanas, ac Monaſteria, quibus eorum, *Patres præfuerunt, ſi illa, & illas dignitates, etiam, maiores, & principales perſonatus, adminiſtrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quæcunque beneficia Eccleſiaſticacum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumuis ordinũ regularia, quæ Preſbyteri, & Clerici, ac Religioſi, eorum patres in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem ad tempus, ſeù imperpetuum, aliquando obtinuerunt, nullo vnquã tempore, quoquo modo obtinere p ſſint, nec cum eis ſuper hoc diſpenſare intendimus: & ſi quas diſpenſationes per Nos concedi contigerit, tamquam per præoccupationem, & contrà mentem noſtram conceſſas eis nullatenus ſuffragari, taleſque diſpenſationes, noſtris volumus exulare temporibus, & quòd nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus.*

Et videndum eſt Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat. circa quod Concilij Decretum, multa, dubia reſoluenda occurrunt.

Primo enim dubitari poteſt, an ſicut dicta conſtitutio Clementis, ità quoque Decretum Concilij, d. loco, vendicet ſibi locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum? pro cuius deciſione ſit in ordine.

CONCL. II.

3 Præfata concluſio extenditur quoque ad filios illegitimos, ante Clericatum procreatos. Deſumitur ex illis, Decreti, verbis, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio.

DOCT. ALLEG.

4 *Sunt docentes hanc concluſionem Bald. deciſ. 29. Sigiſmundus, dub. 75. nu. 2. de elect. Garceus, p. 7. de benefic. cap. 3. n. 15. referens ſic declaraſſe Sacram Congregationem his verbis. Hoc Decretum habet locum in filijs naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti Clerici. Quicquid ſentiant Rodriquez tom. 1. qq. regul. q. 13. art. 7. & Miranda, tom. 2. in manu. prælat. q. 1. art. 10. in contrarium, non eſt verior, ac tutior, & in praxi obſeruanda dicta aſſertio, quam multi alij nominales Doctores neoterici ſequuntur.*

5 Secundò dubitari poteſt, an ſub prohibitione, quæ habetur in Decreto Concil. Trident. quò ad filium illegitimum, etiam pater intelligatur prohibitus obtinere beneficium in Eccleſia, in qua huiuſmodi filius habuit idem, vel quodcumque aliud etiam diſſimile beneficium? ſit in ordine pro reſponſione.

CONCL. III.

6 Non eſt idem Iuris de patre reſpectu filij, quod eſt de filio illegitimo reſpectu patris; itaut pater non eſt prohibitus, ex vi. d. Decreti Concil. Tridentini beneficium obtinere in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus habuit idem, vel quodcumque aliud etiam diſſimile.

DOCT. ALLEG.

7 *Ità, multis Doctoribus, ac rationibus adductis aſſerit Rota, inquiens, ad rem facere*

cere, quod alias ſacra cenſuit Congregatio 23. Decembris 1594. patrem non comprehendi ſcilicet in prohibitione, nè filius immediatè ſuccedat in beneficio patris. Sigiſmundus, num. 3. vbi ſupra cum alijs nominalibus.

8 Tertio dubitatur, an d. conſtitutio Clementis, ac Decretum Concil. Tridentini comprehendant nepotes legitimos præsbyterorum, ex filio illegitimo nati, reſpectu Aui? ſit in ordini pro huius dubij deciſione.

CONCL. IV.

9 Iuxtà veriorem, ac tutiorem opinionem, & in praxi obſeruandam, dicimus, dictam Clementis conſtitutionem, ac Decretum Conciliare Tridentinum comprehendere nepotes legitimos præsbyterorum, & filios illegitimè natos, reſpectu Aui, ſicut etiã idem dicimus, de illegitimis, ex illegitimo filio, reſpectu eiuſdem Aui.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt huius aſſertionis Doctores Nauarr. lib. 1. conſ. 9. & 10. in 2. ædit. Sayrus lib. 6. de cenſur. cap. 10. nu. 46. Sigiſmund. n. 4. dub. 75. de elect. Azor, p. 2. lib. 6. ca. 4. qu. 17. Rota, in nullius legitimitatis, 12. Februarij 1574. coram Rubeo, quæ deciſio habetur apud Nauarram, dic. conſilio 10. quem ſequutus eſt eadem Rota, deciſ. 1442. num. 11. Garceus, par. 7. de beneſ. num. 25. cap. 3. referens, num. 27. ſic declaraſſe ſacram Congregationem 1. Martij 1589. & alij multi nominales; Licèt, immeritò, Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſat. ſuper defectum natalium, num. 27. Roias, de ſucceſſor. ab inteſtatu, cap. 20. numer. 112. contrarium aſſerat.*

11 Quarto dubitatur, an d. Trident. Concil. Decretum, ità, ſe extendat ad illegitimos Regulares filios Religioſorum, vt promoueri nequeant ad Dignitates in Religione, quas illorum patres obtinent, vel obtinuerũt? ſit pro huius reſolutione.

CONCL. V.

12 Probabilius eſt, Religioſos dictos, Religioſorum filios, diſpenſari poſſe ad Dignitates, ac officia, in Religione, vbi eorum patres ſunt, vel fuerunt profeſſi, minimè verò, in Monaſterio, vbi prælaturas adminiſtrarunt.

DOCT. ALLEG.

13 *Suſtinent aſſertionem Rodriquez, tom. primo qq. regular. quæſt. 13. artic. 7. Sigiſmundus, dub. 75. numer. 5. de elect. & fauent nonnullæ Declarationes Sacræ Congregationis, à Garceo relatæ numero 63. par. ſeptima de beneſic. cap. 3. ex quibus ipſe infert, illegitimum poſſe promoueri ad Eccleſiam filialem, cuius matrici pater præfuit, & ſi vna ſit alteri in aliquo ſubiecta, ſeù ab illa dependeat, tamquam membrum; modo vtraque ſit beneficium ſeparatum; tunc enim cum ſint beneficia diſtincta, & in diuerſis Eccleſijs, rectè poteſt filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, vel habeat matricem, ſeù è contra; niſi tamen habenti vnam, miniſtrandum ſit in alia. & alij nominales, quidquid in contrariũ aſſerat Miranda in manuali prælat. tom. 2. qu. 1. art. 19.*

14 Quin-

14 Quinto dubitatur, an prædictus Illegitimus prohibeatur miniſtrare, & beneficium adipiſci in Eccleſia, in qua pater miniſtrauit, & inſeruiuit. ſit pro huius deciſione.

CONCL. VI.

15 Præfatus Illegitimus minimè prohibitus eſt per D. Clementis Conſtitutionem, & Decretum Concil. Trid. miniſtrare, ac beneficia adpiſci in eccleſia, in qua eius pater miniſtrauit, & inſeruiuit.

Conſtat aſſertio, ex cap conſtitus, vbi Gloſſa, de filijs præsb & ſic declarauit Sacra Congregatio, his verbis.

Filius Clerici, ex hoc Decreto non prohibetur, quo minus tamquam Cappellanus amouibilis deſeruire poſſit atque obtineat beneficium in Eccleſia, in qua eius pater, nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licèt pro Capellano amouibili inſeruierit in eadem eccleſia.

DOCT. ALLEG.

16 *Sequuntur hanc aſſertionem Garceus, num. 17. p. 7. cap. 3. de benefic. vb refert dictam Sacræ Congregationis deciſionem. Sigiſmundus, vbi ſup. num. 6. & alij nominales.*

17 Sexto dubitatur, an pater, & filius Illegitimus interdicantur, rem diuinam facere in eadem eccleſia. cuius deciſio ſit in ordine.

CONCL. VII.

18 *Concilium Tridentinum non probibet, quin pater, & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab Altero deuotionis gratia ob Altero cauſa Legati quod relictum ſit: Miſſa celebrantibus. hæc Sacra Congregatio ita reſpondit.*

Alia, eiuſdem, Declaratio. Ad Epiſcopum. N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere Illegitimo præsbytero celebranti Miſsã, ob quoddam legatum in eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habet beneficium; quia hic Caſus non eſt probibitus à Concilio.

DOCT. ALLEG.

19 *Garceus, part. 7. cap. 3. de benefic. num. 73. refert, ac ſequitur dictas Sacræ Congregationis declarationes, & Sigiſmundus, num. 7. dub. 75. de elect. & cæteri nominales.*

20 Septimo dubitatur, an præfati Spurij, Genitor ſcilicet, ac Genitus à cohabitatione arceantur.

CONCL. VIII.

Filij Illegitimi Clericorum, non prohibentur à Concilio Tridentino, cùm patribus habitare, nec de Iure eſt talis prohibitio, quamuis aliqui Epiſcopi, ſeù Ordinarij, id prohibeant ſine cauſa.

Ità Sacra Congregatio reſpondit ad Epiſcopum Calaritanum, dictis verbis.

DOCT. ALLEG.

21 *Huius aſſertionis auctores ſunt Garceus, vbi ſup. numero 74. & Sigiſmundus, nu. 7. vbi ſupra cum alijs nominalibus.*

22 Octauo dubitatur, in quo differat hoc decretum Concilij à Iure Communi pro cuius deciſione ſit in ordine.

CONCL. IX.

23 Sacra Congregatio Concilij Tridentini reſpondit, differri in quinq; dictum Decretum Concilij à Iure Communi.

Primo, quod non ſolum ratione ſucceſſionis, prout de Iure communi. Sed eſt ob incontinentiæ paternæ, memoriam inualuit hæc prohibitio.

Secundo, quod talis, memoria longiſſimè arceatur, non ſolùm immediatè prout de Iure communi, ſed etiã mediatè, contra Panormitanum, in cap. dilectus, num. 2. de fil. præsbyt.

Tertio, quod non ſolùm prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocumque etiam diſſimile, dummodo ſint in eadem eccleſia, contra Ius commune,

ne, de quo per Panorm. in cap. ad abolendam, poſt principium.

Quarto, quod non ſolùm prohibetur filius obtinere beneficium in eadem eccleſia, in qua pater obtinet, ſed etiam miniſtrare, contra Ius commune, quo tantum pater miniſtrare prohibetur. Panormit. in cap. cum decorem.

Quinto, quod nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinuerũt, vel obtinent, habere poterunt filii.

DOCT. ALLEG.

24 *Ità namque refert Garceus num. 14. p. 7. de benefic. cap. 3. & Sigiſmundus dub. 75. num. vltim. & alii nominales.*

CONCL. X.

25 Regularis Illegitimus, & ad patris Inſtantiã legitimatus in Infantia, per ampliſſimam legitimationem, vigore facultatum Dominorum de Cãpegijs, eligi nequit generalis, in ſua Religione. Sacra Congregatio Concil. 12. Maij 1629. ſic declarauit.

CONTROV. XVIII.

An Regulares prælati, valeant, virtute ſuorum priuilegiorum, diſpenſare cum Illegitimis ſibi ſubditis, ad quaſcumq; Dignitates, & Officia Ordinis.

EXPLICATIONES.

1 NVlli eſt dubium, multa extare priuilegia, Regularibus conceſſa, ad effectum, de quo agimus, vt ſunt e. g. illa Alexandri. 3. & Ioannis 22. de quibus, D Antoninus, 3. p. tit. 29. de Irregularit. cap. 4. verſ. tertius modus.

Item Eugenij IV. ac Pauli III. de quibus Rodriquez tom. 1. quæſt. 13. art. 11. ac demum, Sixti Quarti, quæ referuntur, in compend. priuilegio: tit. diſpenſatio, num. 12. & 13. Sed eſt incertum, an prælati Regulares vti his priuilegijs valeant, & diſpenſare cum Illegitimis ſibi ſubditis, iuxtà facultatem in eis conceſſam. his præhabitis ſit pro deciſione cõtrouerſiæ.

CONCLVSIO I.

2 Regulares prælati, primo, vti poſſunt dictis priuilegijs, cum ſibi ſubditis, ad diſpenſandũ, cũ illegitimis, ad quaſcumque dignitates, & officia ordinis, ſecundum diſpoſitionem conſtitutionis Gregorij XIV. æditæ anno 1590. quæ incipit, circumſpecta Romani Pontificis; quam moderatione adhibuit, in hac parte, conſtitutionibus Sixti Quinti, contra Illegitimos, æditis, his verbis.

Volumus, atque Statuimus, licere Generali, aut prouinciali, ſingulorum ordinum, ac Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta Diſpenſatio ſpectat, iuxtà tenorem priuilegiorum, & Indultorũ Apoſtolicorum eis conceſſorum, (quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub illis reuocationibus comprehenſa ſunt, vt præfertur, in hac parte reualidamus) cum Illegitimis, quos alias dictus Generalis, aut prouincialis, cum generali, ſeù prouinciali, ſeù Inter medio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus, meritis, dignos iudicauerint, ad honores

gra-

gradus, dignitates obtinendas, diſpenſare, & diſpenſationes huiusmodi, pro tempore ita factas, & inde ſequuta quecumque, vt antea valere & tenere perinde, ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.

3 Ex his verbis, duplex dubiolum oritur; & primū eſt, an dicta Diſpenſatio cum illegitimis penès huius Cōſtitutionis diſpoſitionē fieri debeat, cum ſuffragijs Vocalium in Capitulo generali, ſeù prouinciali, cum Textus verba ſint, *quos alias, dictus Generalis, ſiuè prouincialis, cùm generali, ſeù prouinciali, ſeù inter medio capitulo &c. dignos iudicauerint*. An verò ſolùm cum ſuffragijs patrum in Definitorio.

CONCL. II.

4 Macula Natalium, arridet, vt ſolis Diffinitorum ſuffragijs abſtergatur, de quorum taciturnitate magis eſt fidendum, ex compromiſſo tamen in eos, tacitè facto ab omnibus Capituli ſuffragatoribus, in huiuſmodi negotijs, quæ ſæpè ſępiùs ſecreto ſunt pertractanda.

DOCT. ALLEG.

5 *In hac aſſertione conueniunt Rodriq. tom. 1. qq. regular. q. 13. art. 9. Miranda, tom. 2. Manual. prælat. q. 2. artic. 3. Theſaur. capit. 2. fol. 119. Sigiſmund. dub. 76. n. 4. & cæteri nominales.*

6 Alterum dubium eſt, an per illud verbum, Inter medio Capitulo, intelligatur ſolummodo Congregatio inter media, quæ Capituli inter medij vim habet in multis Religionibus; an verò Congregationes celebrātur, dumtaxat congregatis patribus, Generali, vel prouinciali cū ſuis Definitoribus ad eligendum aliquem in ſuperiorem, ſeù ad aliquid aliud peragendum.

CONCL. III.

7 Regulares ſuperiores prælati diſpenſare poſſunt cùm ſibi ſubditis Illegitimis ad dignitates, honores, & officia ordinis, non tantum in capitulis generalibus; ſeù prouincialibùs, aut Congregationibus inter medijs, quæ vim habent capituli; ſed etiam in Congregatione, ſeù Dieta, in qua, ſiuè Generalis, ſeù prouincialis cùm principalioribus patribus prouinciæ, aut Definitoribus ſimul conueniunt, ad aliquid pertractandum, pro Religione, ſeù prouincia.

8 Probatur concluſio, nam diſpenſatio ab irregularitate Natalium pēdet non ex loco, ſed ab habentibus poteſtatem, & difinitores cum, prouinciali, aut Generali, impartiri poſſunt huiuſmodi diſpenſationem. ergo negandum non eſt eiſdem hanc poteſtatem, quoties ſimùl conueniūt; neque hæc extenſio illorum verborū ſcilicet *Inter medio capitulo*, eſt violenta; nam exponuntur inter medio capitulo ſcilicet in tempore, quod eſt medium inter capitulum præteritum, & futurum.

DOCT. ALLEG.

9 *Auctores habet concluſio Rodriq. & Mirandā, in locis ſuprarelatis, & in ſpecie quo ad omnes eius partes, Sigiſmundum, nu. 5. dub. 76. de elect. & alios nominales.*

CON-

CONCL. IV.

10 Prælati Regulares locales ſuperiorum maiorum poſſunt, vti dictis priuilegijs ſm̃ eorum tenorem, prout iacet, & non ſecundum diſpoſitionẽ ſupradictæ conſtitutionis Gregorij, XIV. nempè; Generalis, vel prouincialis, ſeù eorum Vicarij, per ſe, abſq; conſenſu capituli, ſeù Definitorij; queunt diſpenſare cum ſibi ſubditis illegitimis ad quaſcumque Dignitates, & ordinis officia: & hac virtute confirmationum Apoſtolicarum de priuilegijs regularium, quæ æmanarunt poſt præfatam Gregorianã conſtitutionem.

11 Qualis eſt illa Clementis VIII. facta patribus de obſeruantia, quæ incipit Ratio paſtoralis, ædita ann. 1592. die 20. Decembris, & illa Pauli V. eiſdem patribus, quæ incipit, Iniuncti nobis 1609. ædita 1. Decemb. & alia eiuſdem Pauli V. facta Societati Ieſu, incipit, quantum Religio. 1606. ædita pridie nonas Sept. in quibus confirmationibus appoſitæ sũt clauſulæ, *ex certa ſcientia*, *& de plenitudine poteſtatis, &c. motu proprio, &c.* ſine vlla reſtrictione; ſed hæ clauſulæ operãtur, vt reſtituantur, & reinualidentur priuilegia reuocata, ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

12 *Itá autumant Baptiſta de Salis, in ſumma, tit. Abſolutio. fol. mihi 9. colum. 2. Laurentius portel, in dub. regul. verb. Illegitimus num. 10.*

Peyrinus de priuileg. minimorum, tom. 1. conſtitut. 2. Iulij II. §. 29. numero. 96. Panorm tan. & Lignanus, in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ. Gloſſa, in cap. cũ acceſſiſſent, de conſtit. Oldradus, conſil. 257. Gemmianus, conſil. 32. in fine. Rodriq. t. 1. q. 8. art. 3. & t. 2. q. 34. art. 4. poſt medium, §. quod probatur, qq. regul. Sigiſmund. dub. 76. n. 6. & 7. de elect. Tuſchus, lit. C. cõcluſ. 710. Marcheſ. p. 1. tit. de S. D. N. Papa, Referend. cap. 2. num. 15. & ſeqq. Suarez, de legibus, lib. 8. cap. 19. qui præ cæteris latiſſimè tractat hanc materiam circa valorem dictarum clauſularum, & alij nominales. Diana tractat. 2. de dub. regul. 102. Tamburinus, de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 14. num. 10.

13 Indictis confirmationibus, minimè obſtat ſemper apponi illam clauſulam, ſeù exceptionem ſcilicet, *Quatenus Decretis Concilij Trid. non aduerſentur*; quæ clauſula in confirmationibus priuilegiorum Ieſuitarum, non apponitur, ob ſpecialem viuendi rationem, non obſtat, inquam, quia extat declaratio Sacræ Congregationis, tenoris ſequentis, ſuper ſeſſ. 24. cap. 8. de reform.

Non tolluntur priuilegia conceſſa Religionibus de habilitandis Illegitimis ad dignitates, & gradus illarum. Cuius declarationis fundamentũ colligi poſſe exiſtimo, ex Doctrina quam tradunt Rodriquez, to. 1. q. 8. art. 7. & alij, quam ſequitur Suar. ſup. cap. 18. in fine.

CONCL. V.

14 Patres Societatis Ieſu minimè ad obſeruanriam, præfatæ *Conſtitutionis* Gregorij XIV. tenentur nõ dumtaxat ob memoratas confirmationes ſed etiam ob aliam eiuſdem Gregorij XIV. conſtitutionem, quæ incipit, *exponi nobis* nuper, æditam 1591. 30. Auguſti, per quam ſpecialibus rationibus, auctoritate Apoſtolica decreuit, & quatenus opus eſſet, etiam de nouo conceſſit, & indulſit ſocietati Ieſu, vt ex tunc deinceps, perpetuis futuris temporibus tam in Nouitijs etiam cuiuſuis generis Illegitimis admittendis, quam in Diſpoſitionibus ad quælibet officia, gradus & dignitates in Societate obtinẽda, ipſis veteranis Illegitimis cuiuſuis generis cõce-

cedendis formam, & rationem omnimodam in illius Apoſtolicis diplomatis, ac priuilegijs quibuſuis, necnõ & in Conſtitutionibus, Decretis, & Regulis, expreſſam, liberè & licitè proſequi, & retinere valeat, eamque perpetuò obſeruari voluit, & mandauit; non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædicta ab eodem Pontificè nuper ædita, quæ incipit, circumſpecta, & alia Sixti V. quę incipit, cum de omnib. hæ bullæ referuntur inter priuilegia Societatis Ieſu, tit. facultas admittendi nouitios, fol mihi 301. æditionis collegij Romani eiuſdem ſocietatis.

CONCL. VI.

15 Gregorius Quartuſdecimus eãdem gratiam, ac priuilegium conceſſit, approbando regulam Congregationis Clericorum Regularium, miniſtrantium Infirmis, per ſua bullam, quæ incipit. Illius, qui pro Gregis. æditam 1591. 24. Septẽb. in § 29. conceſſit generali, his verbi, dictam gratiam.

16 *Præfecto Generali, pro tempore exiſtenti, ſeù de illius licentia, præfectis Inferiorib. aliorum, ſeù prouincialibus, dictæ Congregationis pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicarijs, ac Locatenentibus, vt cùm eiſdem Congregationis perſonis defectum Natalium, etiam ex adulterio, Sacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato Coitu pronenientem patientibus, poſtquam, in dicta Congregatione vota emiſerint, vt defectu huiuſmodi non obſtante ad quoſcumque Sacros ordines etiam præsbyteratus, promoueri, & in illis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, nec non ad quaſcumque ad miniſtrationes, perſonatus, præeminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & aſſumi, illaque gerere, & exercere.*

17 Quas literas Gregorij, quoad hãc partem confirmauit Clemens Octauus, per ſuam bullam, incipientem, ſuperna diſpenſatione, æditam. 1600. 29. Decembr. in § 63. vnde, cum certum ſit huiuſmodi priuilegium extendi ad aliàs religiones, in priuilegijs communicantes, conſequenter, omnis ceſſat difficultas, in hac materia.

CONTROV. XIX.

An Regulares Superiores locales, per electionem non inſtituti, ac illorum Vicarij, diſpenſare poſſint, cum Illegitimis ſibi ſubditis, virtute priuilegij Sixti IV. facti, prioribus Cõuentualibus, eorumuè Vicarijs, ordinis Prædicatorum.

EXPLICATIONES.

1 Tota hæc Cõtrouerſia, ab ea depẽdet, quam ſumus, ſuo loco, tractaturi, quæ nam ſit auctoritas eorum prælatorum localium regulariũ, aliterquam per electionem, inſtituti contra Iuris communis diſpoſitionẽ; pro autem præſentis huius difficultatis deciſione ſit.

CONCL. I.

2 Regulares prælati locales, qui aliter, quam per electionem ſunt inſtituti,

ti, ſunt priuilegia benè inſpicienda, conſuetudines, ac ſtatuta cuiuſcumq; ordinis: & illi, qui facultate carent diſpenſandi, cum ſibi ſubditis Illegitimis, multo magis nequibunt eorum Vicarij diſpenſare in huiuſmodi Illegitimitate.

Probatur, quia maiori facultate gaudere non habent Vicarij ſuorum ſuperiorum; ſed ſi eorum maiores nõ gaudent dicta facultate diſpenſandi, nec ipſorum Vicarij.

Maior probatur, quoniam ſubrogatus, vti eſt Vicarius, abſentis, ſeù amoti, vel mortui prioris, nihil plus Iuris habere poteſt, quam ille, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum §. qui in Iniuriarum. ff. ſi quis cau. & ſi per ſe eam dicti prælati locales non habent. ergo, nec etiam alijs communicare poſſunt: quoniam nemo dat quod nõ habet, cap. quod autẽ, de Iure patron. & nemo poteſt plus Iuris in aliũ transferre, quam ſibi competere dignoſcatur, cap. nemo de regul. iur. in 6.

DOCT. ALLEG.

3 *Concluſio quoad omnes eius partes, & rationes, docetur à Syluestr. verb. confeſſor. 1. q. 8. verſ. 3. prælatus. Rota deciſ. 544. n. 38. coram Gregor. XV. Sigiſm. dub. 77. num. 1. Panorm. in c. 1. nu. 7. verſ. oppono contra tex. de elect. & alij nominales docent.*

CONCL. II.

4 Vicarij priorum Cõuentualium ordinis prædicatorum minimè poſſent hanc diſpenſationem ſibi ſubditis impartire, niſi Summus Pontifex eãdem auctoritatem ad eos extendiſſet.

Probatur, Nam Vicarius ex generali mandato numquã, cum inhabilibus diſpenſat: quia in generali mandato nõ veniunt niſi ea, quæ ſunt Iuris, cap. cauſam de reſcript. & cap. fin. de officio Vicarij, in 6. ſed diſpenſatio eſt Iuris relaxatio. ergo.

Et confirmatur, quia in generali cõceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter cõceſſurus, cap. in generali, de regul. iur. in 6. ſed diſpenſatio eſt de maioribus negotijs, cap. didici, in fin. 1. quæſt. 7. ergo.

DOCT. ALLEG.

5 *Defendunt concluſionem cum ſuis probationibus in terminis Suarez, tom. 4. de religio. tract. 8. lib. 2. c. 13. num. 16. Sigiſmund. num. 2. vbi ſup. Calderinus, conſil. 3. tit. de officio Vicarij, Felinus, in cap. atſi Clerici, §. de Adulterijs, num. 21. de Iudic. Rota, apud Gomez, deciſ. 26. lib. 1. alias deciſiones allegans, Decius, in ca. atſi Cleric. §. de Adulterijs, num. 146. de Iudic. & alij nominales.*

CONCL. III.

6 Licèt vtique eidem Vicario ſi ampliſſima facultas præſtaretur diſpenſandi; attamẽ minimè manum apponet ſuper ea, quæ eſſent *ſpecialiter*, commiſſa ipſi ordinario, cuius gerit vices.

Sequitur ex ſuperiori concluſione, & eiſdem probatur rationibus.

DOCT. ALLEG.

7 *Auctores habet eoſdem Doctores nu. 5. relatos, & inſuper, n. 4. dub. 77. de elect. Sigiſmund. Felin. vbi ſupra Rotam, in antiquis, deciſ. 3. tit. de officio Vicarii, & alios nominales.*

8 Sin autẽ contra dicta ſubijciatur, nimirũ, ſubrogatũ eſſe eiuſdẽ naturæ illius, in cuius locũ ſubrogatur in omnibus, in quib. expreſſe contrariũ nõ reperitur, l. ſi cum §. qui Iniuriarũ, ff. ſi quis cau. Dec. in ca. ex ratiõne, nu. 51.

de

de appellat. & in cap. prudentiam, §. ſi vero, nu. 18. de officio delegati, Rota, deciſ. 544. n. 16 coram Gregorio XV. ſed Vicarius dicitur ſubrogatus iuxtà dicta in prin. ergo.

Reſpondetur, dictum axioma de ſubrogato procedere in ſucceſſore, in quem tráſeunt etiam ea, quæ ſunt de iure ſpeciali, non autem, in alijs, vt ſe explicat idem *Decius, in c. quoniam Abbas, n. 21. de officio delegati, minus namq. ius habet in Eccleſia Vicarius, quam Rector. Rota, deciſ. 2. tit. de iniuri. & damno dato, in nouiſ. allegans c. extirpanda, de præbend. & alia iura.*

9 Verum, dubitatio erit, quis propriè veniat ſub nomine Vicarij, de quo hic agimus? circà hanc dubitationē, duo quidē certa ſunt, & vnū incertū.

CONCL. IV.

Primò certum eſt, Vicarium illius domus, ſeu Conuentus, qui non habet alium prælatum Conuentualem, vel quia mortuus eſt, vel tempus ſuum abſoluit, vel quia in tali domo non conſueuit alius prouideri prælatus, certum eſt, in quam hunc Vicarium gaudere præfatis priuilegijs.

Cuius eſt ratio, quia licet non nomine ſed re ipſa eſt prælatus Conuētualis.

CONCL. V.

10 Secundo eſt certū, etiam illos Vicarios, ſeu Subpriores illorum Conuentuum, in quibus eorum ſunt prælati præſentes, minimè his facultatibus gaudere

Ratio eſt, quoniam etſi in aliquibus Religionib. ſic vocentur, non tamē in eadē ſignificatione, quia tunc non gerunt vices proprijs muneris prælatorum, quod iuriſdictione cōſiſtit; ſed habent proprium miniſterium cuiuſdam domeſticę adminiſtrationis: in dictis, vero indultis, Vicarij nomē ſignificat eum, qui vices gerit in iuriſdictionem, ac prælatione.

CONCL. VI.

11 Tertio vero eſt incertū, an quando Monaſterium habet quidē propriū prælatum, ſed ille abeſt, an inquam, tūc Vicarius poſſit dictis priuilegijs potiri, dicimus, in tali euentu, licitè, ac validè poſſe eis vti.

Cuius ratio deſumitur ex illis, Bullæ, verbis, vbi dicitur, *eorūq; Vicarijs, &c.*

DOCT. ALLEG.

12 *Docent has præfatas Suarez, to. 4. de religio. tract. 8. lib. 2. c. 22. n. 5. & ſeqq. Rodriq. to. 1. q. 20. ar. 3. referens Veracrucem, contra Collectorem priuilegioṝ verb. abſolutio ordinaria quo ad Fr. .7 & 34. Sigiſm. vbi ſup. n. 6. & alij allegandi.*

CONCL. VII.

13 Abſentem reuera non dici prælatū Conuentualē, maximè, ad hunc finē, de quo agimus, qui in hortis, vel Ciuitate, moratur; quia præſens dicitur; Immò, ſi intrà terminos ſuæ iuriſdictionis degat, non dicetur abſens, in caſu, de quo agimus.

Et licet in ſuperioribus dixerimus, huiuſmodi Vicarios nō cōprædēdi ſub nomine gradus, honoris, & dignitatis

Oo à qui-

à quibus arcentur illegitimi; attamẽ illud procedit in materia odioſa, hic vero agimus de materia fauotibili.

DOCT. ALLEG.

14 *Sequuntur concluſionem Innocent. in cap. quia propter, de elect. Panormit. & Felinus, num. 22. in cap. cum omnes, de conſtit. Suppl. ver. electio 1. §. omnes electores, Ang. eod. tit. n. 17. Syluest. ibid. 1. q. 3. & verb. præla. q. 3. Tabiena, eod. verb. 1. n. 10. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. §. verum quid Sigiſm. vbi ſup. nu. 6. in calce, & alij nominales.*

CONTR. XXI.

An prælati Regulares valeant ſine cauſa diſpenſare Illegitimos ſibi ſubditos.

CONCL. I.

1 QVicunq; Summo Pontifici inferior, grauem, ſane culpam perpetrat, inanem, ac nullam diſpẽſationem reddit, qui ſine cauſa, eam condonare non formidat.

Cuius eſt ratio, quia dumtaxat apud Papam, plenitudo poteſtatis reſidet, ſupra ius commune, cap. cuncta, 9. q. 3. cap. nos ſi competenter, 2. q. 7. cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. Gloſſa, cap. 1, verb. ab omnibus, de conſtitut, D. Thom. quodlib. 4. artic. 14. Ioann. Andreas in cap. per venerabilẽ, ſuper Gloſſam, 2. qui filij ſint legitimi, Panorm. in cap. quem Eccleſiarum, prope finem, de conſtit. vbi etiam Felinus, num. 25. in fine. *Niſi illud ius haberent in ſe quandam rationem diuinam, vel naturalem*, Panorm. in rep. in cap. per tuas, de arb. & in d. cap. per venerabilem, & in c. de multa, de præbend. Felinus, in ca. 1. n. 23. fallent. 4. de conſtitut. ſed alij Papæ inferiores hac auctoritate minimè gaudent, vt patet ex communi & preſertim ex Nauarra, cap. 25. nu. 74. ſummæ, & Syluest. tit. diſpenſatio, nu. 1. & ſeqq. qui teſtimonio, D. Bernardi id comprobat. ergo.

DOCT. ALLEG.

2 *Præter relatos Doctores, concluſionem amplectuntur Innocent. & Panor. in ca. cum ad monaſteriũ, n. 17. de ſtatu Monach. ſimiliter, Panorm. in cap. cum in cunctis, §. inferiora, n. 8. Decius, n. 8. de elect. Speculum, de diſpenſat. §. qualiter n. 23. Lambertinus, de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 11. n. 12. Sigiſm. dub. 78 n. 1. de elect. Rodriquez, to. 1. qq. regul. q. 13. art. 14. 15. Garcens, p. 7. de benefic. c. 2. n. 49. Rota, in Romana penſionis 3. Iunij 1543. coram Cardin. Seraphino in fine, & alii.*

CONCL. II.

3 Diſpenſatus abſq; cauſa à quocunque Summo Pontifice, inferiore, vigore cuiuſuis conceſſionis, non eſt tutus in eo quo ad conſcientiam, vel quo ad Eccleſiam ſpectat.

Ratio huius eſt aſſertionis, quia numquam cẽſendus eſt Chriſti Vicarius illud alijs concedere, quod per ſe, ſine culpa exequi nequit.

DO-

DOCT. ALLEG.

4 *Sunt huius aſſertionis Doctores Couarruuias,4.decretal.2.p.cap.6.§.7.n.11. Nauar.in cap.fin.n.4.de ſim.Guttierez lib.1.qq.canon.cap.19.nu.1.Burgaſ. de irregul.p.7.cap.vlt.nu.21.Azor,p.1.lib.5.cap.15.ad finem Salas,p.2.diſp.20.ſect.4.n.31.& ſeqq. Sigiſmundus,n.2.dub.78.de elect.Suarez,tom.1 de religio.tract.3.lib.4.c.61.nu.13.& in tract.de legibus,lib.6.cap.19.nu.2. & alij allegandi.*

CONCL. III.

5 Summus Pontifex, ſi abſque cauſa, licèt diſpenſati, diſpenſatio teneat, nihilhominus, à culpa etiam ipſe minimè excuſatur.

DOCT. ALLEG.

6 *Eſt D.Thomæ aſſertio,p.2.q.97.art.4.Caiet.ibid.art.5.& in ſumma, verb. diſpenſatio à prin.Sotus,de iuſt.& iure,lib.1,q.7.art.3.ad finem corporis Innocent.in cap.cum ad monaſterium, de ſtatu Monach.Io.And.in cap.dudum, de elect.Panorm.in cap.non eſt voti,numero 9.de voto,Sigiſmundus,vbi ſupra numero 4.Sanchez,plurimis relatis,li.10.de matrimo.diſp.18.numero 3.& diffuſè Suarez,de legibus,lib.6 capitulo 18.numero 4.vbi de communi Theologorum.*

CONCL. IV.

7 Licèt,in præſentiarum,iuſtæ cauſæ regula tradi minimè poſſit, quę dicātur, vnde in hoc à boni viri arbitrio non eſt recedendum, & multæ, quidem,à iure deducũtur, maximeque, ex cap.innotuit,de elect.1.qu.7. per totam,cap. ſciendum, diſt.29. inter quas enumerantur, *Vtilitas,ſcandalum,litterarum ſententia,morum honeſtas,vitæ virtus,fama perſonæ*, & huiuſmodi.

DOCT. ALLEG.

8 *Placet hæc noſtra aſſertio Syluest. ver. diſpenſatio,num.1.& ſeqq. Suarez,c.17.n.15.& ſeqq.Sigiſmundo,nu.5.vbi ſupra Burgaſ.pár.2.§.3.verſ. quæ ſint cauſæ diſpenſationis,Rebuffo,in praxi verb. diſpenſatio ſuper defect. nat. nu.46.& alijs allegatis,ſup.& nominalib. ſcriptoribus.*

CONCL. V.

9 Tantò difficilius eſt diſpenſatio illegitimis regularibus, ac ſecularibus concedenda, quātò turpius procreati fuerunt.

DOCT. ALLEG.

10 *Eſt D.Thomæ concluſio,in additio. ad 3.p.q.19.art.5.Richardi, in 4.diſt.25.art.4.q.3.Soti,in 4.diſt.25.art.3. q.1.concluſ.1.Sayri,de cenſur.lib.6.& 11.num.8. Sigiſm.,vbi ſupra Auila, p.2.de cenſur.diſp.3.dub.6.concluſ.2. num.1.& aliorum.*

Digitized by Google

CONTR. XXII.

An in petenda, ſiue impetranda diſpenſatione, vt tuta ſit, ſufficiat vnicam qualitatẽ illegitimitatis exprimere, & alias ſpecificas ſupprimere.

CONCL. I.

1 IN primis, tamquam fundamentum dicendorũ, aſſerimus, vt illi, qui diſpenſationem eſt condonaturus, comperta ſint ea, quæ poſſent ipſum, à dicta condonatione retrahere, vel ad eam difficilius concedendam inducere, & non niſi prius re mature diſcuſſa, vt ſcilicet diſpenſatio teneat, ac tuta in foro poli ſit.

DOCT. ALLEG.

2 *Docent aſſertionem Felinus, in capitulo poſtulaſti, numero 2. verſ. 4. declaratio, de reſcript. & ex hoc ipſomet text. deſumitur concluſio, l. 1. ff. de nat. reſt. Panormitan. in capitulo peruenerabilem, numero 27. qui fil. ſint legit. Couarruuias, in epitom, 4. decretal. par. 2. capitulo 8. §. 9. numero 1. Sigiſmundus, dub. 79. numer. 1. de elect. & cæteri nominales.*

CONCL. II.

3 In petenda diſpẽſatione non ſolum ſunt aperiendæ, quæcunque illegitimitatis ſpecies, quæ conceptionem dehoneſtarunt, ad hoc vt valida ſit diſpenſatio, ſed etiam omnes qualitates, quæ odioſiorem reddunt concubitum ad hoc ne vitietur ipſamet diſpenſatio: ſecus verò, de qualitate, quæ ſolum modo vitium parentum aggrauat.

4 Sit exemplum de par. prima huius aſſert. Si quis ex geminato adulterio ortus ſit, nempè, ex patre vxorato, & ex item, ex matre coniugata, de hoc duplici vitio, neceſſe eſt in ĩpetratione mentionem facere, & ſi ſe tantum modo dicat ortũ ex patre matrimonij vinculo adſtricto, matre vero ſoluta, irrita eſt, ac inanis gratia.

Exemplum ſit de 2. p. ſi quis ſit filius Sacerdotis, & mulieris ſolutæ; ſufficit, ſi ſe talem exprimat in impetratione, abſque eo quod manifeſtet dictum Sacerdotem miniſtraſſe ſacramenta ipſi mulieri; quia id ſolũ aggrauat vitium parẽtum, Rota, deciſ. 2. tit. de filijs præsbyter. in antiquiſ. & deciſ. 4. n. 4. eod. tit. vbi refert ſtylũ pæniteutiariæ, & auctoritatem Cardin. de Florentia, tunc Pœnitentiarij maioris.

5 Excipiendum, tamen eſt, ab huiuſmodi exemplo, ſactam. Baptiſmatis quia ſi præfatus Sacerdos, illam mulierem baptiſmate abluiuiſſet, vel ex ipſo facto fonte ſuſcepiſſet, tũc filius genitus eſt ex concubito inceſto, ob gradũ affinitatis perpetuæ, & irreuocabilis, Rota, vbi ſupra.

Con-

Concluſio autem prædicta conſtat ex cap. ſin. de fil. præsbyt. in 6. & cap. 2. eodem tit.

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur hanc d. aſſertionem omnes Doctores, ſupra citati, & inſuper Oldradus, conſil. 247. Syluest. verb. legitimus, q. 3. Rebuffus, in praxi, tit. diſpenſat. ſuper defect. nat. nu. 43. & 61. Sigiſm. n. 2. vbi ſupra, Rodriquez, tom. 1. q. 13. ar. 17. qq. regul. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 3. q. 20. Miranda, manual prælat. to. 2. q. 2. art. 13. Rota, deciſ. 353. n. 14. coram Greg. XV. & alij.*

CONCL. IIII.

7 Effectus quando emanaret ex qualitate expreſſa, qui emanaret etiam non expreſſa, tunc nō noceret, illam qualitatem ſilentio inuoluere: vt exempli gratia, ſi quis ex patre nobili cōiugato, & matre illuſtri, ortum ducat; ſatis eſt, ſi ex adulterio prouenientem, ſignificet, tacitis prætermittens nobilitatem parentum.

Ita fuit dictum, in nullius, ſeu Capuitaque penſionis 18. Aprilis, 1616. coram Andrea, quam refert Beltraminus in annot. ad deciſ. 87. Gregorio XV.

DOCT. ALLEG.

8 *Amplectuntur omnes allegati Doctores hanc noſtram concluſionem, & Sigiſmundus, num. 3. dub. 79. de elect. & cæteri nominales.*

Et quamuis Hoſtienſ. Ioann. Andr. Butrius, in cap. fin. de filijs præsbyter. Panor. Fel. vbi ſup. verſ. cæterum, Ruin. cōſil. 88. n. 6. verſ. ad 13. lib. 3. Rolan. cōſil. 89. n. 45. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſil. 181. n. 3. & 4. lib. 2. Crau. conſ. 687. n. 3. verſ. ex de qualitate matris, lib. 4. Decianus, conſil. 90. n. 10. lib. 2. Puteus deciſ. 435. n. 1. lib. 1. Surdus, conſ. 526. n. 12. & Azor, vbi ſup. teſtentur, circūſtantiam maternæ nobilitatis eſſe neceſſario exprimendam, quia filius ſpurius non ſuccedit matri illuſtri exiſtentibus filijs legitimis, authent. ſi qua illuſtris, C. ad Sen. Conſul. orfician. attamen hoc dicitur, ob notabile detrimentum tertij in quod cadit: tunc diſpenſatio ad effectū ſuccedendi, vt elicitur ex dictis à Fel. vbi ſup. n. 11. caſ. 2. Alciato, alios referens, l. 2. in prin. n. 51. verſ. fallit. 4. ff. de verb. oblig. Ares. ibid. n. in fine, Coua. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 5. n. 21. Sanchez, de matr. lib. 8. diſp. 2. n. 3. & ob alijs nominales.

9 *Hoc, autem detrimentum, longè abeſt à dubio noſtro, vbi agimus de diſpēſatione ad ſolum effectum dignitatis, ſeu officij, in Religione, aſſequendi, qui effectus non lædit ius tertij, cum poſſit ſtare, vt quis ſit legitimatus, ſine ſuccedendi potentia, & in reliquis talis filius dicatur reſtitutus natalibus, ac ei ablata cenſeatur macula ſpurietatis, Bartol. in l. 1. ſ. poteſt. ff. de aqui. hær. Gonzal. conſil. 6. n. 64. Ruin. conſil. 75. n. 18. li. 3. Soc. iu. conſil. 93. 41. lib. 3. Tiraqu. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 217. C. de reuocat. donat. Gabriel. conſil. 21. n. 21. lib. 1. Surdus, conſil. 337. nu. 50. & 51. Roland. conſil. 67. n. 36. libr. 3. Rota, deciſ. 1121. num. 5. coram Cardin. Seraph. & alij.*

CONCL. IV.

10 Ignorantia, vel bona fides excuſare poteſt illos, qui aliquam illegitimatis ſpeciē ſubticuerunt, in diſpenſatione petenda, exēpli gratia ſi quis ſe filium viduæ exiſtimaſſet, & poſt diſpenſationem cognouit ſe natum ex coniugata: aut ſi natus ſit ex vxore, quæ virum ſuum ignorabat eſſe Sacerdotem; tunc illius bona fides excuſat, vt eius filius ſit legitimus, capitulo inhibitio, de cland. & capitulo ex tenore, qui filij ſint legit. & in tali caſu, nulla egebit diſpenſatione.

DOCT. ALLEG.

11 *Docent aſſertionem Aluarez Velaſc. à Rodriquez, relatus, to. 1. q. 13. ar. 13. qq. regular. & approbatus, Rebuffus, in praxi, tit. de diſpenſat. ſuper defect. nat. n. 43. Butrius, in cap. tanta, & in cap. quod nobis, qui fil. ſint legit. Mol. de diſpenſat. primogenit. lib. 3. cap. 1. n. 11. Menoch. de præſumpt. 81. lib. 4. n. 3. Garceus, p. 7. de benefic. c. 2. n. 80. Sigiſm. dub. 79. n. 4. de elect. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 3. q. 22. ac cæteri nominales.*

CONCL. V.

12 In diſpenſatione, ſeu legitimatione, vbi verba Principis, ſeu diſpenſantis, appoſita generaliter ſonarent, tunc etiam in huiuſmodi euentu eoſdem excuſare poſſunt, vt putà, *Qualitercunque, & ex quocunque nefario coitu, &c.*

DOCT. ALLEG.

13 *Ita namque aſſerunt Baldus, in l. eā, quam, num. 36. C. de fideicom. & in Authent. ſi qua illuſtris, num. 50. Capra, conſil. 157. num. 8. Pariſius, conſil. 15. n. 67. lib. 2. Crauettus, conſil. 687. nu. 6. Surd. conſil. 303. n. 10. Mareſc. lib. 2. variar. reſol. cap. 87. n. 5. Rota, deciſ. 1. tit. de fil. presbyt. in nouis, & fuit dictū in d. nullius, coram Andrea, & deciſ. 87. coram Greg. XV. Sigiſ. n. 5. vbi ſup. & cæteri nominales.*

CONCL. VI.

14 Præfata noſtra concluſio non procedit in prædicta generalitate verborum, quando defectus in conceptione coactus adeò atrox, & turpis extat, vt iure optimo, in generali conceſſione non veniant ea, quę ſuperior veriſimiliter non eſſet conceſſurus, exempli gratia coitus cū matre, moniali, Sorore, filia.

Conſtat aſſertio, ex regula iuris, in 6. ſcilicet in generali cōceſſione, & quia Princeps in ſua diſpenſatione non præſumitur velle promouere odioſos, & multipliciter criminoſos.

DOCT. ALLEG.

15 *Autumant concluſionem Fel. in cap. poſtulaſti, n. 11. caſ. 2. de reſcript. Garceus, p. 8. de benefic. c. 3. n. 51. Azor, p. 2. c. 14. q. 8. §. 2. Sigiſm. vbi ſup. nu. 6. Rodriquez, Miranda, & Couar. n. 4. referens Nicolaum de Vbuld. in locis ſupra relatis, & alij nominales, nam teſte Baldo, in l. 1. verb. vbi, ſcias etiam, C. de* fur-

furtis, vbi plura concurrunt obſtacula, non ſufficit generalis clauſula, & in l. Barbarius, ibi, & ſi dicatur, ff. de officio prætor.

CONCL. VII.

16 Prælati Regulares, cum illegitimis ſibi ſubditis, neceſſariò in diſpenſandis, ſcire debent omnes illegitimitatis ſpecies, ſeu qualitates ad hoc, vt tuta ſit, ac valeat in foro poli, ac fori.

Probatur, quia prælati Regulares non ex ſuprema auctoritate, vt Princeps, aut Papa, qui ad iuris ſolemnitatem obſeruantiam, non adſtringuntur, diſpenſant; ſed ex conceſſione, ac priuilegio: vnde ex illorum diſpenſationibus iuxtà exigentiam debet cōſtare eos cum iuſtæ cauſæ cognitione diſpenſaſſe; ſed hoc eſſe nequit, niſi exprimatur qualitas illegitimitatis, quoniam, ex ea colligenda, atque conſideranda eſt dicta cauſæ ſufficientia.

Et etiam ex dictis in ſuperioribus patet.

DOCT. ALLEG.

17 *Defendunt hanc concluſionem Sigiſmundus, dub. 79. n. 7. de elect. Mirāda, in manuali prælat. tom. 2. q. 2. art. 13. & alij recentiores, quicquid in contrarium aſſerat Rodriquez, non rectè, nec tutè, cum eius opinio repugnet communi doctrinæ in ſuperioribus relatæ.*

CONTR. XXIII.

An diſpenſatio illegitimis Regularibus impertita, aliquid operetur.

EXPLICATIONES.

Ad maiorem intelligentiã huius controuerſiæ, & concluſionem, nobis placet, nonnullas fundamentales aſſertiones præponere, quarum hæ.

CONCL. I.

1 Diſpenſatio, ac legitimatio longè inter ſe differūt, ac primò namque legitimatus omnia legitimorum iura acquirit, à quibus iure ſcripto, ciuili, aut canonico repellebatur, diſpenſatus autem non ad omnia, ſed ſolummodo ad quędam iura habilis fit.

DOCT. ALLEG.

2 *Aſſertionis DD. ſunt Decius, conſil. 258. col. fin. Caſtro, conſ. 34. ſuper 1. n. 1. in fine, verb. non dico, lib. 2. Couar. in 4. p. 2. c. 8. §. 8. n. 1. & 2. Sigiſ. de elect. dub. 80. n. 1. Tuſch. lit. L. concluſ. 220. Rodr to. 1. q. 13. ar. 10. qq. regul. Azor p. 2. lib. 2. c. 14. q. 1. Auila, p. 7. de cenſur. diſp. 3. dub. 6. 4. notādo, §. 2. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 50. ſect. 5. nu. 6. Bonac. de cenſur. diſp. 7. q. 2. p. 3. n. 14.*

Ro-

Rota, deciſ. 353. num. 13. & 14. coram Gregorio XV. & alij nominales.

CONCL. II.

3 Diſputatio, ac legitimatio ſecundo differunt, quia legitimatio eſt latè interpretanda, diſpenſatio vero, eſt ſtricti iuris, ac ſtrictè interpretanda; itaut argumentum minimè valeat à maiori ad minus.

ARGVMENTA.

4 Primo inſurges contra id, quod dicitur de diſpenſatione, quod vbi maius conceditur minus cõceſsũ eſſe videatur c. ex parte tua, de decimis, & c. per venerabilem, qui fil. ſint legit.

Reſpondetur primo, huiuſmodi textus loqui in conceſſionibus à lege, vel Canone, inductis, & non in his, quæ à ſuperiore fiunt priuatiuè, cap. cui de non Sacerdotali, de præbend. in ſexto, & capitulo final. de tranſlat. Epiſ.

Secundo reſpondetur, ad dictum capi. venerabilem, cum Panormitan. ibid. numero 6. & Felino, in capitulo fin. num. 5. de ſimonia, eſſe ſcilicet allegationem partis, ac proinde nihil probare.

Secũdo obijcitur, cui licet, quod eſt plus licet vtique quod eſt minus, cap. cui licet, de reg. iuris, in 6.

Reſpondetur, id nunc fallere per aliam regulam. Quæ à iure communi exorbitant non ſunt ad conſequentiam trahenda, capitulo quæ à iure, de reg. iuris, in 6.

DOCT. ALLEG.

5 *Allegantur Doctores omnes relati numero ſecundo pro hac concluſione, & alij omnes nominandi iuniores, & antiqui ſcriptores.*

CONCL. III.

6 Diſpenſãdi poteſtas, licet latè ſit interpretanda, tamquam Principis priuilegium, cuius effectus non in ipſum, cui fit poteſtas, ſed in alium deriuatur, attamen, ſemper remanet ſtrictè interpretanda, niſi illa poteſtas data eſſet pro certa perſona, vel pro certis perſonis.

Nam, ſicut in dubio, an poteſtas diſpenſandi extendatur, eſt interpretãdum affirmatiuè; Ita in dubio, an diſpenſatio extendatur, eſt negatiuè interpretandum; vt autumat Panorm. in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs, num. 8. de iudic. qui loquitur in terminis noſtris, Decius, ibid. nu. 96. quem ſequitur Sanchez, diſp. 2. lib. 8. n. 9. de matrim.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent aſſertionem Panor. & Fel. in d. c. fin. de ſimo. Syluest. ver. diſpenſatio q. 5. n. 9. Franch. in c. is, qui de fil. preſbyter. in 6. Nauar. comment. 4. de regu. n. 15. Auila, de cẽſur. p. 7. diſp. 3. du. 7 Sigiſ. vbi ſup. n. 3. Sanch. de matrimo. lib. 8. diſp. 2. per totam Couar. vbi ſupr. n. 6. Sayrus, de cenſur. lib. 6. c. 11. n. 8. ad finem, Garc. p. 1. de benefic. c. 6. nu. 73. Suarez, de legib. lib. 6. c. 14. n. 8. & cap. 17. n. 11. & alij.*

CON-

CONCL. IV.

11 Diſpenſatio itaque eſt ſtricti iuris, ac ſtrictè interpretanda, itaut nõ valeat argumentum à maiori ad minus vt in ſecunda diximus aſſertione, & eſt commnnis, ac receptiſſima ſententia, maximè ſi temperetur, vt dictum argum. à maiori ad minus nõ valeat in diſſimilibus cauſis.

DOCT. ALLEG.

9 *Ita aiunt, Panorm. in cap. ad aures, num. 7. & Ripa, num. 37. de reſcript. Felinus, in d. cap. final. de ſimon. numero 4. & in cap. poſtulaſti, num. 8. circa finem, verſ. regula eſt, de reſcript. Couarr. vbi ſupra num. 11. Sigiſmundus, num. 3. ad finem, dub. 80. de elect. Sayrus, de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 16. Sanchez de matrimo. lib. 8. diſp. 1. num. 32. Carceus, p. 1. de beneficijs, cap. 6. numer. 58. Beltram. in addict. ad deciſio. 87. Gregorij, XV. num. 17. & Rota firmauit coram Gregorio XV. & alij.*

CONCL. V.

10 In diſpenſatione tunc argumentum valet à maiori ad minus, vbi minus, ſcilicet eſt annexum, & quaſi incluſum in maiori, tamquam pars eius, vel ab eo in ſeparabile, tunc enim diſpenſatio in caſu maiori extenditur ad minorem.

Nam conceſſo toto, partes conceſſæ videntur, vt purà, diſpenſatio ad Sacerdotium, extenditur ad omnes ordines perambulos.

DOCT. ALLEG.

11 *Suffragantur huic concluſ. Io. And. quem refert, ac ſequitur, Rota, deciſ. 2. tit. de fil. presbyt. in nou. Hoſtienſ. in d. c. poſtulaſti, n. 12. Franchus, in d. ca. cui de non ſacerdotali, Felinus, in d. cap. fin. num. 5. de ſimon. & in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, num. 17. de iudic. Suarez, tom. 5. diſp. 41. ſect. 3. num. 3. Sayrus, de cenſur. lib. 7. cap. 14. nu. 17. Sigiſm. n. 4. vbi ſupra Sanchez, vbi ſupra & alij nominales.*

CONCL. VI.

12 Regularis illegitimus diſpenſatus verbi gratia, ad Prouincialatum, vel Generalatum, non cenſetur diſpenſatus ad Prioratum, vel Cuſtodiatũ, & è contra, diſpenſatus ad Prioratũ, vel Guardianatum, non cenſetur diſpenſatus ad Prouincialatum: ſi vero verba diſpenſationis ſonarent ad quęcunque beneficia, & officia, &c. tunc benè eſt diſpenſatus ad omnia, quia verba generalia integram diſpenſationem important iuxtà dictã in ſuperiori Controuerſia.

Ratio horum dictorum eſt, quoniam apud prælatos Regulares tantummodo reſidet diſpenſandi poteſtas ſuper defectum natalium ad prælaturas, dignitatis, & officia ordinis, non vero legitimandi.

DOCT. ALLEG.

13 *Sequuntur aſſertionem Fel. in d. cap. poſtulaſti, n. 8. in fine, de reſcript. Suarez, & Sanchez, vbi ſupra numer. 28.*

Car-

Carceus, alijs relatis, n. 65. loco allegato, Sayr. lib. 6. de cenſur. c. 11. n. 28. Sigiſ. n. 5. vbi ſup. & alij.

CONCL. VII.

14 Regularis illegitimus in Religione diſpenſatus, à ſuis prçlatis, à quib. poſtea extra Religionē eijciatur, nequit in ſæculo exiſtente ſine noua diſpenſatione ad Eccleſiaſtica beneficia promoueri, & hoc idem de eodem eſt afferēdum, atq; affirmādū, ſi ad alium tranſierit ordinem.

DOCT. ALLEG.

15 *Habent concluſio Auctores Sigiſm. dub. 80. n. 6. de elect. Rodriq. to. 1. q. 13. ar. 10. qq. regul. Miranda, to. 2. prælat. mān. q. 2. ar. 4. & alios nominales.*

CONCL. VIII.

16 Regularis illegitimus, qui in ſęculo fuit ad beneficium diſpenſatus, & deindè Religionem fuerit profeſſus, nequit ſine noua diſpēſatione in Religione, eſſe prælatum.

DOCT. ALLEG.

17 *Sic namq; autumant Rodr. & Mirāda, vbi ſup. aſſerentes ita eſſe accipiendū Nauar. in tali ſenſu, Sigiſm. nu. 7. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. IX.

18 Si præfatus illegitimus in ſæculo manens, à Nuncio Apoſtolico fuerit diſpenſatus ad quęcunque beneficia, officia, &c. & ad omnia, ad quæ, iure canonico erat inhabilis, tunc poſtea Religionem ingreſſus, poterit in ea conſequi etiam quaſcumque prælaturas, & dignitates.

Probatur, tum quoniam non eſt attendendum tempus diſpenſationis, ſed tēpus vocationis, cap. ei, cui de præbend. in 6. & ca. ſi eo tempore, de reſcript. eod. tit. tum etiam, quia cum quis redditur habilis ad ea, ad quę iure canonico erat inhabilis, cenſetur legitimatus.

DOCT. ALLEG.

19 *Doctores ſunt huius aſſertionis Reluſſus, in praxi, verb. diſpenſatio ſuper defectum nat. 74. & 75. Rodriq. vbi ſupra Miranda, in manu. prælat. loco d. Sigiſm. nu. 8. dub. 80. de elect. & cætri nominales.*

CONTR. XXIV.

An detur forma aliqua, quæ ſeruanda ſit à prælatis Regularibus in diſpēſationibus Illegitimorū.

CONCL. I.

1 Conſtans eſt omnium Theologorum, ac Canoniſtarum ſētentia, ad diſpenſandam irregularitatem, ſat eſſe, quęcunque ſiue *facta*, ſiue *verba*, ex quibus animus diſpenſandi ſufficienter deducatur in eo, qui diſpenſare poteſt.

DO-

DOCT. ALLEG.

2 *Huius concluſionis aſſertores ſunt D. Antoninus, 3. p. tit. 29. c. 6. in fine de irregular. Syluest. verb. irregularitas, q. 28. verſ. 3. Sayrus, lib. 7. de cenſur. c. 14. n. 18. Sigiſm. dub. 81. n. 1. de elect. Suarez, to. 5. de cenſur. diſput. 41. ſect. 3. & to. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. c. 61. n. 13. & de legibus, lib. 6. c. 13. n. 2. Auila, de cenſur. p. 7. diſp. 10. in princ. Bonacina, de cenſur. pun. vlt. diſp. 7. q. 5. n. 7. & communiter omnes.*

CONCL. II.

3 Regulares prælati, apud quos, poteſtas reſidet diſpenſandi certò ſciāt aliquem eſſe illegitimum, & nihilhominus, non obſtante huiuſmodi impedimento, per facta, eum promoueant, dicitur diſpenſatus non ſolum in foro conſcientię, ſed etiam in foro fori; Dummodo tamen pro foro externo probari poſſit, adfuiſſe legitimā cauſam diſpenſandi, vbi neceſſitas expoſceret, & pro foro conſcientię, qualitercunque illa conſtet, ſat eſt.

DOCT. ALLEG.

4 *Docentes ſunt hanc aſſertionem Bellamerus, in cap. veniens, n. 11. & 19. de fil. præsbyt. Roſella, verb. diſpenſatio n. 6. Sigiſm. n. 2. vbi ſupra Sanchez, lib. 8. de matrim. diſp. 4. n. 17. & 23. Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 41. ſect. 3. n. 4. & in calce ſect. & lib. 6. de legibus, c. 13. n. 23. & 24. & c. 19. n. 2. Maiol. lib. 3. de irregular. cap. 24. n. 14. & lib. 4. cap. 10. n. 3. & lib. 5. cap. 51. nu. 8. Salas, p. 2. diſp. 20. ſect. 2. & 9.*

Non nulli vero, vt Nauarrus, in man. cap. 23. n. 74. & lib. 4. conſil. 1. tit. qui filij ſint legit. Sayrus, lib. 7. de cenſur. c. 14. n. 12. & Auila, p. 7. de cenſur. diſp. 10 dub. 6. concluſ. 1. not. 3. aiunt, tantum ſuperiora procedere in foro conſcientiæ at meritò, vt diximus, concluſio eſt vera in vtroque foro iuxta ſententiam dictorum ſcriptorum, & aliorum nominaliū.

CONCL. III.

5 Verba ſufficienter indicantia animum diſpenſantis, cum iuſtæ cauſæ cognitione, dicere poſſumus, eſſe formulam ex conſi 1 ilibus verbis contextam.

Cum te Fr. N Religioſum probum, ac moribus ornatum nouerimus (aut alia cauſa, quæ animum diſpenſantis, mouere poſsit, affiratur) auctoritate Nobis conceſſa, diſpenſamus tecum ſuper irregularitate natalium, ex quouis nefaria coitu eam contraxeris; & habilitamus te ad quaſcunq; adminiſtrationes, officia, dignitates, gradus, & honores ordinis noſtri, vt ad ea eligi, ac aſſumi, gerere, & exercere licitè, libereq. valeas, quibuſcunque non obſtantibus, &c. in quorum fidem, &c.

6 Cui ſimili formulę in ſcriptis redactæ, propria ſubſcriptione, & ſigillo officij diſpenſantis munitæ, plena fides ad hibetur in iudicio, tamquā viri in dignitate Eccleſiaſt. conſtituti, ſeu Iudicis ordinarij; cū talis diſpēſatio ad eorum officium ſpectet, & nō cedat in prędiudiciū tertij, c. poſt ceſſionem, de prob. & c. 2. de fidei inſtrum. & c. nobiliſſimus, diſt. 97.

DO-

DOCT. ALLEG.

7 *Placet aſſertio Gloſſæ, verb. authent. in c. cum in Eccleſijs, de maior. & obed. & verb. authent. in cap. 1. de fid. inſtrum. Gabrieli, de probat. concluſ. 3. n. 13. Romæ, deciſ. 1349. nu. 1. & in terminis de prælatis Regularibus eadem Rota docet deciſ. 1361. nu. 6. coram Card. Seraph. Sigiſm. vbi ſup. n. 4. Gratia. multis allegatis, diſcept. forenſ. cap. 620. n. 10. 13. & alij nominales.*

CONCL. IV.

8 Prælatorum Regularium, ſeu ordinariorum litteris, plena fides eſt in iudicio quidem adhibenda in his, quæ ad eorum officium attinent, & non cædunt in præiudicium tertij, vt exempli gratia, ſi Prouincialis teſtaretur ſuis literis, Guardianũ, ſeu Priorem, libere, ac ſponte renunciaſſe in manibus Prioratus officium, in tali caſu, his literis non eſt fides præſtanda, ob fraudis præſumptionem.

DOCT. ALLEG.

9 *Docent concluſionem Maſcard. de probatio. concluſ. 990. & 1238. à n. 7. vſq. ad 12. Creſcentius, deciſ. 13. de probat. Puteus, deciſ. 384. Gratian. vbi ſupra. Rota, deciſ. 11. tit. de iure patron. & deciſ. 46. tit. de probat. in nouiſ. & alij relati, & nominales.*

CONCL. V.

10 Regulares Prælati diſpenſare poſſunt iuxta tenorem ſuorum priuilegiorum, ſibi ſubditum illegitimũ ab ſentem etiã eo inuito, vbi maximè huiuſmodi diſpenſatiõ in commodum Religionis cæderet.

Cuius eſt ratio, quia priuilegia, tùm Religioni conceſſa, ſunt extendenda tamquam fauorabilia, cũ ſint ratio, quæ pro Religione facit, l. ſunt perſonæ, in fine, ff. de Relig. & ſũpt. fun. aliàs, ſequeretur, melioris conditionis eſſe illegitimũ in Religione, quã legitimum, quod eſt abſurdum. Sequela patet, quia legitimus cogi poteſt ad acceptandam prælaturã, iuxta ſuperiora dicta, ſed illegitimus nequiret. ergo eſſet melioris conditionis hic, quam ille.

DOCT. ALLEG.

11 *Defendunt Suarez, de legib. lib. 8. ca. 27. n. 7. Sanch. lib. 8. de matr. diſp. 1. n. 15. Sigiſ. dub. 81. n. 5. ante finem, Rota, deciſ. 360. coram Coccino, & deducitur concluſio ex c. non dicatis, 12. q. 2. & ca. 2. de teſtam. in 6. cum Religioſus non ſit ſui iuris, nec habeat velle, nec nolle, & alij nominales.*

CONCL. VI.

12 Illegitimi diſpenſandi præſentia neceſſario requiritur ad effectũ legitimandi inuitum, non autem, vt abſens poſſit conſentiendo, ratã habere legitimationem de ſe factam.

DOCT. ALLEG.

13 *Sunt Auctores huius concl. Mareſc. lib. 2. var. reſol. c. 87. n. 9. & ſeqq. Rota, deciſ. 41. n. 5. corã Greg. XV. citans plures DD. & alias deciſ. eiuſdem Rotæ allegat. Sigiſ. vbi ſupra, & alij allegandi.*

CON-

CONCLVSIO VII.

14 Diſpenſandi facultas, ſiuè legitimandi abſentem, requirit ſpecialem mentionem ſuper hoc; aliàs legitimatio facta vigore facultatis, quæ hac clauſula careat, eſt nulla; nimirum in viri legitimatione inuiti.

DOCT. ALLEG.

15 *Ità namque aſſerunt Signorolus, conſ. 127. num. 3. & in vltimis verbis. Curtius Senenſ. conſ. 19. n. 15. Cephalus, cōſ. 186. num. 21. & alij nominales.*

CONCLVSIO VIII.

16 Illegitimi præſentia diſpenſandi, minimè requiritur; ſed vel ipſe diſpenſans impertire poteſt huiuſmodi beneficium diſpēſationis per reſcriptum, ſiue per Delegatum, & Diſpēſandus poterit eam impetrare per procuratorem, &c.

Quæ omnia liquidò conſtant ex cōmuni omnium Doctorum ſententia.

DOCT. ALLEG.

17 *Sequuntur concluſionem omnes relati hactenùs Doctores, & reſolutum fuit in Rota, deciſ. 41. n. 4. coram Gregorio XV.*

CONTROV. XXV.

An deſcendentes ex Hæreticis, ac eorum credentibus, receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus, ſint inhabiles ad beneficia, dignitates, ac officia.

CONCLVSIO PRIMA.

1 PRimus, ac ſecundus gradus per paternam lineam, arcentur à dictis muneribus, ac dignitatibus; per maternam autem, primus gradus, dūtaxat: itaut, ſi, e g. Marcus fuit hæreticus, & filium, ac filiam habuerit, vterq; inhabilis redditur. Quod ſi filius ſuſceperit filium, hic quoq; nepos ex filio eſt effectus inhabilis. Quod ſi filia genuerit filiū, hic nepos ex filia, nō eſt inhabilis factus: ita ſi fœmina hæreſim incurrerit, & filios genuerit, ſolum ſunt ipſi inhabiles.

Conſtat aſſertio ex c quicumq; §. hæretici, & c. vt commiſſi, verſ. vt priuādi, & c. ſtatutum 2. de hæreticis in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Docentes ſunt hanc aſſertionē Pegna, p. 3. q. 115. commentar. 104. in prin. verſ. quantum ad primum Molina, tract. 3. de iuſt. & iure, p. 1. diſp. 658. num. 19. verſ. filij tamen; Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. n. 1. Azor, p. 1. lib. 8. c. 13. q. 8. in octaua hæreticorum pœna, Sigiſmund. dub. 82. num. 1. de elect. Leſſius, de iuſt. et iure, lib. 2. c. 34. num. 121 Sanchez, lib. 2. decalogi, cap. 27. num. 2. & ſeqq. Farinac. de hæreſi, q. 191. n. 51. Duardus in bulla Cœnæ Domini, lib. 2. in can. 1. q. 27. num. 27. Bonacina, de cenſur. diſp. 7. q. 3. punct. 7. num. 9. & cæteri omnes.*

CONCL. II.

3 Præfata pœna extenditur non ſolũ ad filios legitimos, ſed vtique ad illegitimos, aliàs, maiori priuilegio gauderet luxuria, quam Caſtitas.

DOCT. ALLEG.

4 *Eſt omnium Doctorum ſententia, & allegantur pro hac concluſione, omnes citati, nuper Doctores.*

CONCLVSIO III.

5 Item prædicta pœna comprehendit etiam genitos, natoſuè filios, ante parentum hæreſi.

Cuius eſt ratio potiſſima, quoniã in d. c. ſtatutum, apertiſſimè cauetur, vt filij, ac nepotes illorum hereticorũ, in ſupradictis penis comprehendantur, quorum parentes tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probatur. ergo ſatis eſſe videtur parentes in ſua hæretica prauitate mortẽ appetijſſe. quare nõ obſcurè ſequitur conſtitutionem de filijs quoq; natis ante hæreſim loqui, cum poſt mortem patris, aut in mortis articulo, ab eo generari nequeant; quod à fortiori patet de ſemine infirmi, quod non præſumitur aptum generationi, ſed morboſum eſſe, vt dicunt Auicenna, *in 3. can. ſen. 21. trac. 1. c. 8. & Ariſtot. de generat. animal. lib. 1. c. 18. et apud Iuriſperitos, teſte Horatio Giouagnonio lib. 1. reſponſ. 6. n. 58. & eſt textus, in l. filium ibi, infirmitate interueniẽte, de his, qui ſunt ſui, vel alicui iuris, l. ſi pater, §. in arrogationibus, (ibi. niſi ſit morboſus,) §. de adopt. & in l. ſi quis poſthumos in princ. ff. de lib. & poſthum. ibi aut valetudo, &c.*

DOCT. ALLEG.

6 *Mordicus aſſertionem defendunt Pegna par. 3. q. 115. cõment. 163. verſ. illud præterea quæſitum, vbi dicit, ab hac ſentẽtia in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum. Farin. de hæreſi, q. 141. n. 51. qui teſtatur ſic reſoluiſſe Rot. coram d. Pegna in vna cochenſi penſionis 24. Octobr. 1594. & in eadem cauſa coram Peregr. 6. Martij 1598. quam de verbo ad verbũ refert, ac ſequitur Garcens, p. 11. de benef. c. 10. n. 79. & Mareſcot. lib. 2. var. reſol. c. 36. n. 10. Sigiſm. n. 3. dub. 82. de elect. Cuar. lib. 2. var. reſol. c. 8 §. 5. per totam. Rojas, in tract. de hæreticis, p. 2. aſſert. 4. nu. 354. & ſeqq. & ſing. 68. Azor, p. 2. lib. 6. c. 4. q. 3. verſ. dubiæ quæ ſcilicèt Suarez, to. 5. de cenſur. diſp. 43. nu. 2. Duard. nu. 2. in bullis Cœn. Dom. lib. 2. in can. 1. q. 27.*

7 *Licèt negatiuã partẽ, tamquã mitiorem, & benigniorem defendant Simanchas de cathol. inſtit. tit. 29. n. 54. & ſeqq. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. c. 27. n. 121. Bonac. n. 10. de cẽſ. diſ. 7. q. 3. punc. 7. & alij pauci, quorũ rationib. ſuperiores DD. reſpondent.*

CONCL. V.

8 Nec proterea, prænominata pena comprehendit deſcendentes ex hæreticis occultis, ſed requiri neceſſariò, vt ortum ducant ex ijs, quos tales eſſe conſtiterit, ſiuè per euidentiam facti, ſiuè per Iudicis ſententiam, ſiuè per propriam confeſſionem in iudicio, vel ſi tales eſſe, manifeſtum ſit in ijs locis, in quibus viuere, aut vixiſſe cõſtat, ſicut de deſcendẽtibus ex ſuſpectis de hereſi, de pena cõprehenditur.

DOCT.

DOCT. ALLEG.

9 *Autumant hanc noſtram aſſertionē Leſſius, nuper allegatus, Farinaccius, nu. 67. 69. vbi ſup. Duard. d. loco nu. 28. Sanchez, in opere moral. lib. 2. c. 27. nu. 29. Azor, p. 2. lib. 6. c. 4. q. 3. ver. ſi roges, addēs, ſed im meritò quidē, idē eſſe, ſcilicet iuris, de deſcendentib. ex ſuſpectis de hæreſi. nā text. cap. ſtatutū, de hæreſi, in 6. de ſolis ab hæreticis deſcendentib. facit verba; & cū res ſit pœnalis non eſt extendenda ad ſuſpe- ctos de hæreſi. Sigiſmund. vbi ſup. num. 4. cum cæteris nominalibus ſequuntur.*

CONCL. V.

10 Iuxtà probabiliorem, ac tutiorem ſententiam, relata pœna, etiam extenditur ad deſcendētes ex condemnatis in contumaciam de hæreſi.

Cuius eſt ratio, quoniam huiuſmodi contumax in crimine hæreſis æquiparatur pertinaci, & ob id, pro hæretico habetur; cum præſumptio vehemens tranſeat in uiolentiam.

DOCT. ALLEG.

11 *Doctores ſunt huius aſſertionis Pegna in locis ſup. allegatis, commenta. 164. Sanchez, n. 19. in fin. vbi ſupra, ac fauent Hoſtienſ. Ioan. Andreas, Geminia. & Franchus relati omnes, ac approbati à Rota corā Peregrino, quam ſup. diximus, Garceus, par. 11. cap. 10. num. 79. circa finem, verſ. nec obſtare dicebant, de benefic. Sigiſmun. n. 5. dub. 82. de elect.*

Quamuis Farinaccius vbi ſup. num. 56. & 68. authoritatibus, & rationibus negatiuæ ſententiæ adhæreat, licèt etiam ſtatua combuſta fuerit; ſed in praxi non eſt à noſtra aſſertione rededendum.

CONCL. VI.

12 Præfata cōcluſio, vtique eſt probabilior, ſi videlicèt is, qui dānatur contumax, verè, ac propriè contumax ſit, qualem ius dipingit, c. excōmunicamus, § qui autem, in fine, de hæret. & c. cum contumacia, eod. tit. in 6. Nam ſi de eius contumacia planè non conſtaret, aut elapſo Anno per morbum, aut per aliud legitimum impedimentum ad Iudices fidei accedere non valuiſſet, aut pro abſolutione inſtitiſſet, ſeù ſatisfactionem obtuliſſet, aut demū, ea præſtitiſſet, dixiſſet, aut feciſſet, quæ ipſum virū Catholicū oſtēderent; tunc dicimus eius filios, ac nepotes, nullo facto eſſe inhabiles cēſēdos.

CONCL. VII.

13 Deſcendentes ex Hæreticis, ſed ex illis, qui reſipiſcerunt, ac Eccleſiæ reincorporati ſunt, per eorum pœnitentiā, minimè priuantur, & inhabiles fiūt ad conſequēda Eccleſiſtica officia, dignitates, & honores: & idem eſt iuris quoque ſi ante peractam pœnitentiam obierint dummodo, eam recipere, ac exequi parati eſſent.

Conſtat aſſertio ex verbis, c. ſtatutum, 2. de hæret. in 6. vbi, ſic dicitur. Non autē illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, et reincorporatos Eccleſiæ vnitati.

DOCT. ALLEG.

14 *Ità aiūt Pegna, cōmen. 162. ver. iā tādem, vbi ſup. Tolet. lib. 1. ſumm. c. 69. verſ. 6. Farinacc. n. 64. de hæreſi q. 191. Sigiſ. nu. 6. vbi ſup. & alij relati, & nominales.*

CONCL. VIII.

15 Deſcendẽtes ab Hæreticis relapſis, licèt iterum pœnituerint, nihilominùs inhabiles fiunt ad eſſequendas dignitates, honores, ac munia Eccleſiaſtica, & exiſtunt.

Ratio eſt, quia Hęretici relapſi, quãuis per pœnitentiam reſipiſcant, attamen, non habentur pro reconciliatis, prout d. textus poſtulat, ſed Curiæ ſęculari traduntur. Nàm licèt relaxatus brachio ſæculari conuertatur; attamen Hæreticus præſumitur, & eius conuerſio ficta timore pœnæ, prætet illud, quod ad beneficium abſolutionis ſpectat, c. ſuper eo, de hæreti. in 6.

DOCT. ALLEG.

16 *Aſtruunt noſtram concluſionem Pegna, vbi ſupra commenta. 164. verſ. oppoſitam ſententiam. Rojas, in tract. de hæret. p. 2. aſſert. 42. n. 338. Azor, p. 1. & 2. vbi ſup. lib. 6. Suarez num. 4. tom. 5. diſp. 43. ſect. 3. de cenſur. Simanchas, vbi ſupra, nu. 7. Auila, de cenſur. p. 7. diſp. 4. dub. 3. Farinaccius, n. 63. Sigiſmundus, n. 7. vbi ſup. Duard. lib. d. quicquid Toletus ait, & cæteri nominales.*

CONCL. IX.

17 Penès ſecuriorem, ac reſolutionẽ factam in Conciſtorio tempore Clementis Octaui, nimirum, quemadmodũ memoratos deſcendentes, ipſo iure priuatos eſſe beneficijs, ac officijs, poſt paternam hęreſim obtentis, iuxtà communem ſententiam; Ità etiã priuantur obtentis ante dictam paternam hæreſim.

18 Nam, cũ huiuſmodi dubiũ occurriſſet tẽpore Clementis Octaui 1594. ab initio noluit quidquam decidere, ſed ordinauit, vt fieret relatio ſanctiſſimo, qui die 23. Decembris reſpondit ſacram Congrega. S. Inquiſitionis ſeruare negatiuam opinionẽ, tamquã æquiorẽ, & humaniorẽ, prout habetur apud Rotam, deciſ. 9. in fin. penes Farinac. n. 9. vbi ſup. ædit. Auguſt. Taurinorum, & teſtator etiam Mareſcot. lib. 2. var. reſol. cap. 35. num. 9.

At quoniam pars inſtabat pro reſolutione: Cauſa, de ordine eiuſdẽ Sanctiſſimi repoſita, & reſoluta fuit, articulo, maturè, excuſſo, ſecundũ affirmatiuã ſententiã, vt in aſſertione diximus, ſub die 6. Martij 1598. quę eſt deciſ. 123. per Farinacc. vbi ſup. & à Garceo, etiam, refertur, c. 10. n. 79. p. 11. de benef. ver. nec obſtare dicebãt.

DOCT. ALLEG.

19 *Tenent concluſionẽ Ioan. Andr. in c. vt cõmiſſi, §. priuandi, n. 4. Geminian. vẽ, n. 4. de hæret. in 6. Boichus, in c. vergent, n. 12. & Ananias, n. 13. de hæret. præpoſitus, in c. ſatis peruerſum, n. 4. diſt. 56. Imol. in l. in inſulam, n. 2. ff. ſolut. matrimo. Romanus ſingul. 693. Gigas, in tract. de crim. læſæ maieſt. lib. 3. q. 11. in fin. Garceus vbi ſup. Sigiſm. n. 8. dub. 82. de elect. & multi alij relati à Farinacc. n. 57. vbi ſup. & huic aſſertioni fauent conſtitutiones Papales, nẽpè Innoc. 4. 10. Nicolai. 3. 2. Alexan. 4. 10. & Pauli 4. 10. & alij Scriptores nominal.*

20 Doctores vero, contrariã ſententiã ſequentes ſunt Panormit. in d. cap. vergentis, num. 4. & Felinus, nu. 3. de hæret. Rebuffus, in praxi, tit. de modo amitt. benefic. n. 25. Gundis, de hęret. cap.

cap.23.num.2. Ludouicus Carrer. de hæret. num. 141. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 8. num 4. vbi tamen, affirmatiuam dicit eſſe communem. Simanchas, vbi ſup. num. 20. Pegna d. commentar. 163. verſ. ego vero. Menochius, conſ. 805. n. 33. lib. 9. Azor. vbi ſup. par. 1. Toletus, vbi ſup. verſ. 9. Sanchez, vbi ſup. cap. 28. num. 28. & ſeqq. Duard. in Bullam Cœnæ Domini, vbi ſup. & alij recentiores.

CONTR. XXVI.

An deſcendentes ex Hæreticis, ac eorum fautores, & eis credentes, &c. ſint infames.

CONCL. I.

1 Improbabile minimè eſt, deſcendentes ex Hæreticis, ac illorum fautores, credentes, & huiuſmodi infames ſint.

DOCT. ALLEG.

2 *Multi allegantur Doctores à Farinaccio pro hac concluſione, de hæreſi, qu. 191. & communem eſſe, aſſerente, quos apud eum videantur, & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Valdè probabilius, ac verius eſt, nominatos deſcendentes ex Hæreticis, & eorum fautores, vt & huiuſmodi, nequaquam infames eſſe.

Probatur, nàm licèt infamia irregularitatem inducat, non tamen ex hoc ſequitur à contrario ſenſu, omnes irregulares infamia laborare, vt ſuo loco dicetur infra; alias irregulares eſſent inhabiles ad ferendum teſtimonium, ad ſuffragandum in electionibus, & ad alios effectus, qui iure prohibentur infamibus: ſed nemo concedet hos effectus eſſe tribuendos irregularibus. ergo non ſunt infames.

Quare tenendum eſt, hanc noſtram aſſertionem eſſe tutiorem, cũ ſatis indecens ſit, in dubio exiſtimare aliquẽ infamem eſſe, cum & hoc iuris communis regulis repugnet. c. dudum, de præſumpt. & l. meritò, ff. pro ſocio. Paleottus, de noth. & ſpur. c. 20. n. 6.

DOCT. ALLEG.

4 *Amplectuntur concluſionem Menoch. conſ. 808. n. 44. & 45. lib. 9. Suarez, to. 5. de cenſ. diſp. 48. ſect. 3. n. 2. Sigiſmundus, n. 2. dub. 83. de elect. Sanchez lib. 2. operis moral. ca. 28. n. 5. Sayrus, de cenſur. lib. 6. c. 10. n. 40. ver. quod ſi dicas, & alij nom.*

5 Ad contrariam opinionem cõmunẽ, dicimus, vel illos Doctores videri cõfundiſſe infamiam cum irregularitate; ſeù etiam loquutos de infamia non ſimpliciter, ſed in iure expreſſa, & in ordine tantum ad beneficia, honores, dignitateſuè conſequendas.

CONTR. XXVII.

An Neophiti inhabiles ſint ad Dignitates, Honores, atque Officia obtinenda.

CONCLVSIO PRIMA.

1 NEophiti, in caſu, & ad effectum, de quo agimus, dicuntur illi, qui nuper ad fidem conuerſi, & Genus ab infidelibus deducunt, & poſt vſum rationis baptizati ſunt.

Sic namque autumant Doctores omnes, infrà allegandi, poſt ſequentem aſſertionem.

CONCL. II.

2 Neophiti huiuſmodi dicti, irregulares ſunt, ac ideo arceantur à memoratis honoribus, dignitatibus, officiiſque Eccleſiaſticis, quamdiù ad Epiſcopi iudicium, aut prælati Regularis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis, ità moribus, & Chriſtiana diſciplina inſtructi ſunt, vt veterani Chriſti milites cenſeri Iure poſſint: quo tempore elapſo, ceſſat huiuſmodi irregularitas, & conſequentèr abſque diſpenſatione poterunt promoueri.

Ex cap. 1. diſt. 57. & cap. eam te, de reſcript. & ex alijs Iuribus conſtat concluſio.

DOCT. ALLEG.

3 *Aſtruunt aſſertionem Felinus, in d. ca. eam te, de reſcript. num. 12. & in ca. cum ſit, in prin. de Iud.; Biax in Decretor. elec. p. 2. cap. 15. Toloſat. in tit. de elect. cap. 12. n. 2. Nauarr. in manu. cap. 27. num. 205. Couarr. in clement. ſi furioſus, p. 1. §. 2. art. 7. Sigiſmundus, num. 2. dub. 84. de elect. Suarez tom. 5. de cenſ. diſp. 43. ſect. 3. n. 7. Auila, de cenſ. p. 7. diſp. 4. dub. 4. concl. 3. & ſeqq. Sanchez, lib. 2. operis moral. cap. 28. nu. 11. Rodriquez, tom. 1. q. 24. art. 7. qq. regul. Miranda, tom. 2. man. prælat. q. 8. art. 7. & alij nominales.*

4 *Sed his dictis obijcetur textus, ca. conſtituit 17. q. 4. vbi ſic dicitur. Conſtituit Sactum Concilium, vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis ſunt, officia publica nullatenus appetant, &c.* ergo non tantum Neophiti, ſed etiam in Iudæis ſimpliciter nati, licèt baptizati ab ineunte ætate.

5 Primo reſpondetur, ibi *per publica officia*, iuxtà ſubiectam materiam, intelligi magiſtratus, & alia officia attinentia ad politicam, ac temporalem gubernationem Chriſtianorum, vt ſatis conſtat ex Toletano Concilio 4. can. 65. ex quo eſt deſumptus ille textus.

6 Secundo reſpondetur, quod per illos, *qui ex Iudæis ſunt*, intelligi, qui ex familia ſunt Iudæorum, & maximè, filij familias, vel dicatur, *ex Iudæis*, etiã vocari proſelytos, qui Iudaiſmũ profitebantur, licèt ex eorum origine minimè eſſent.

Eſt talis reſponſio ad mentẽ Gloſſæ, & Turrecremati, ibi, & aliorum Doctorum.

CONCL. III.

7 Idem eſt iuris de filijs Cathecumenorum, licet illorum parentes à fide receſſerint, quod de Neophitis eſt hactenus dictum.

Ratio eſt, quia parentes eorum, nõ ſunt verè, ac propriè Hæretici, quare ſunt cenſendi illorum nati non amplius, quam ex Iudæis, ſiuè alijs Infidelibus geniti.

DOCT.

DOCT. ALLEG.

8 *Docent Sanchez, vbi ſup. n. 13. Sigiſmundus, numer. 4. allegato loco, & cæteri dicti, ac dicendi.*

CONTR. XXVIII.

An ortum ducentes ex genere maculato circà fidem, arceantur ab officijs, ac dignitatibus Regularibus, ſpeciali, vel communi prohibitione.

CONCLVSIO PRIMA.

1 DEſcendentes ex genere maculato circa fidem, ſunt inhabiles ad dignitates, honores, & officia adipiſcenda, ſpeciali prohibitione apud Patres Minores de Obſeruantia.

Nam cum variæ exiſtant ſummorũ Pontificum Conſtitutiones, quibuſdam ſingularibus Religionibus, ſpecialiter factæ, extant, & præſertim ordini Patrum de Obſeruantia, Minorum D. Franciſci, quibus Bullis occluditur aditus ad quamcumque dignitatem, & munus, præfatis deſcendentibus.

CONCL. II.

2 Præfatæ Bullæ, ſeù Conſtitutiones Papales cum ſint pœnales, videlicèt innodantes excommunicationis vinculo, & alijs pœnis, ipſo facto incurrendis, prædictos Fratres de Obſeruantia promouentes, vel eligentes, ideo non extenduntnr ad alios ordines Regulares.

DOCT. ALLEG.

3 *Ità aiunt Gloſſa, in cap. decet, ver. proceſſus, de immunit. Eccleſ. in 6. Panormit. in cap. vnico num. 18. in fin. vt Eccleſ. benefic. Rodriquez, tom. 1. q. 67. art. 2. circa medium. Sigiſmund. dub. 56. n. 9. & dub. 85. n. 1. de elect. & alij nominales.*

CONCL. III.

4 Apud etiam Minimos Sancti Franciſci de Paula Bullæ, ac Papales Conſtitutiones extant, quibus, trahentes originem ex d. maculata generatione, aſcendere prohibentur ad prælaturas, ac officia ordinis, ac in ſpecie Gregorius Decimuſtertius ædidit Bullam, incipientem, muneris noſtri 1583.

Quæ, quidem, conſtitutio, cum partim pœnalis appareat, partim fauorabilis, ad alios Regulares extendi poſſet; ſed cùm hac limitatione, vt ſi parte fauorabili frui velint; parti quoque pœnali ſubiaceant: quia, qui ſentit commodum debet ſentire, & in commodum, cap. rationi, de regul. iuris in 6.

DOCT. ALLEG.

5 *Aiunt Rodriquez, tom. 3. qq. regul. q. 11. art. 4. Sigiſmundus, dub. 85. numer. 2. de elect. & cæteri Scriptores relati, ac nominandi.*

CON-

Digitized by Google

CONCL. IV.

5 De iure communi nulla extat prohibitio, quo ad præfatos Deſcendentes attinet, vt arceantur ob officijs, ac Dignitatibus Regularibus.

Probatur, nam primo conſtat per locum, à ſpeciali, qui teſte Nauarra, lib. 3. conſil. 5. nu. 5. de regular. in antiquis, valet, in hac formam. *Hoc eſt ſpeciale Iure particolari*. ergo contrariũ eſt dicendum iure communi, diſt. 25. cap qualis. Sed ſpeciale eſt, ne quis deſcendens ex Infideli hęretico aſſumatur ad Dignitates, & beneficia per Iura, in ſuperioribus, allegata. ergo contrarium eſt dicendum in deſcendentibus ex alijs Infidelibus.

7 Secundo patet aſſertio ex Regula generali, quam Felinus tradit in cap. eam te, colu. 8. de reſcript. communiter receptus, teſte Nauar. vbi ſupra, nimirum, Infidelitatem pręcedẽtem, etiam propriam minimè obeſſe alicui, quoad ordines, & beneficia eccleſiaſtica niſi ſit hæreſis. ergo à fortiori non nocebit aliena.

Immo Dicimus adeo eſſe verum, memoratos deſcendentes habiles eſſe ad officia, ac dignitates de iure cõmuni, vt inter Doctores controuertatur, an validum ſit ſtatutũ in aliqua Religione conditum, ſine ſpeciali authoritate, vel Papæ Confirmatione, per quod inhabilitentur ipſi Deſcendentes ad dicta officia, & Dignitates eiuſdem Religionis. Et quod magis eſt, videntur omnes in negotiuam partem inclinare, vt præſertim Nauar. loco d. & Rodriquez, to. 1. q. 10. art. 3. qq. regul.

8 Præcipuum fundamentum eſt, quia Nullus Inferior Papa, condere poteſt contra ius commune ſtatuta aliàs, nulla ſunt, vt infra ſuo loco, dicemus; ſed præfatum ſtatutum eſt huiuſmodi, ergo eſt nullum, &c. Minor probatur, nam, in cap. eam te, de reſcrip. Alex. III. dixit, quemdam non debuiſſe fieri inhabilem, eò quòd anteà fuiſſet Iudæus, his verbis: pro eo, vero, quòd Iudæus extiterit, dedignari non debes, &c.

DOCT. ALLEG.

9 *Sunt huius aſſertionis Doctores Nauarrus, & Rodriquez in locis ſupr. relatis, Sigiſmundus, num. 3. & 4. dub. 8 5. de elect. Sanchez, lib. 7. de Matrim. diſp. 37. num. 20. alijs allegatis, fauet Suarez. tom. 4. de relig. tractat.* 10. *lib. 2. cap. 2. num. 6. in calce, & alij nominales.*

CONTROV. XXIX.

An Infames eligi, aut eligere valeant.

EXPLICATIONES.

PRiuſquam ad controuerſię deciſionem veniamus, ſunt aliquæ Theſes fundamentales pręmittendę, quarum ſit.

CONCL. I.

1 Infamis quiſpiam bifariam dicitur; vel enim eſt quis Infamis infamia Iuris, vel Infamia facti. Infamis infamia Iuris eſt ille, qui delictum committit, cui eſt à Iure Ciuili infamia impoſita, ſiuè à iure Canonico: omnis enim infa-

famia, quæ per ius Canonicum non eſt reuocata, cenſetur Canonica. cap. omnes vero 6. q. 1.

DOCT. ALLEG.

2 *Sequuntur omnes Doctores, quorum multos cumulat Barboſa de offic. epiſcop. p. 2. allegat. 43. num. 1. Sigiſmundus, n. 1. & 2. dub. 86. de elect. & alii.*

CONCLVSIO II.

3 Ad hanc iuris infamiam incurrendam neceſſario exigitur Iudicis ſententia, aut Rei confeſſio in Iudicio legittimo.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic namque docent Innocent. Viu. Baldus, & Maſcard. relati, & approbati à Farinacio, de teſt. lib. 2. q. 56. num. 5. & 18. Sigiſmundus, vbi ſupra, num. 3. Suarez, tom. 5. diſp. 48. ſect. 1. num. 8. & 9. Sayrus, de cenſur. lib. 7. cap. 11. num. 3. Filliucius, tom. 1. tract. 19. & 11. cap. 8. n. 206. Bonac. de cenſur. diſp. 7. q. 3. puncto 1. num. 2. Barboſa, vbi ſupra, & aliis nominalis.*

CONCL. III.

5 Infamia Iuris incurritur ante Iudicis ſententiam quando delictũ, propter quod ipſa Infamia irrogatur ipſo facto, quamuis delictum occultum ſit, ſecundum communiorem, ac probabiliorem ſententiam.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent aſsertionem Bartol. in l. cunctos populos, num. 11. & 12. in 9. oppoſit. Paulus de Caſtro, num. 18. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol. & in l. Improbum fœnus, C. ex quibus, cau. infam. irrogat. in fin. pegna, indirector. Inquiſit p. 3. comment. 4. verſ. ex his poſted Gregor. Lopez, leg. 4. tit. 6. partica. 7. verb. vſurarios. Suarez, vbi ſupra, num. 16. Garceus, p. 7. de benefic. c. 8. num. 17. Filliucius, vbi ſup. num. 209. Sigiſmundus n. 3. vbi ſupra, Barb. n. 17. d. loco & alii.*

7 *Burſatius, conſil. 14. num. 18. & ſeqq. lib. 1. vero. Azor, p. 1. lib. 8. cap. 13. quæſt. 7. verſ. ſed verius, Sanchez, lib. 2. decalogi, cap. 26. num. 1. & Farinac. de hæreſi, q. 188. num. 56. negant, niſi accedat ſententia declaratoria.*

At vero, Tabiena, verb. Infamia, num. 2. Couar. lib. 3. variarum, reſolut. cap. 3. num. 2. cum Salyceto; Auila de cenſur. p. 7. diſp. 4. dub. 5. in fin. cum Henriq. & Bon. vbi ſup. aiunt, incurri hanc pœnam ante Iudicis ſententiam, modo delictum ſit notorium. non eſt tamen à noſtra aſſertione recedendum.

CONCL. IV.

8 Infamis, autem, infamia facti dicitur ille, qui committit delictum, quod infame cenſetur apud graues, & honeſtos viros, quod delictum eſſe debet publicum, ac notorium: & in hoc omnes Doctores conueniunt, ſed diſcrepant an hæc infamia facti ità deſcripta, inducat irregularitatem propriè, ſtrictè, & abſolutè loquendo.

CONCL. V.

9 Secundùm probabiliorem, ac veriorem ſententiam iuris, quàm facti non inducere irregularitatem, niſi aliquo iure foueatur.

Nam quemadmodum irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, cap. is qui de ſententia excommunic. in 6. ſic, nec poteſt infamia irregularitatem inducere propriè loquendo, niſi ſit expreſſa in iure.

DOCT. ALLEG.

10 *Ità volunt Suarez, loco d. num. 11. Garceus, vbi ſup. num. 64. p. 11. cap. 3. n. 118. Filiuc. num. 204. vbi ſupra Sigiſmund. nu. 4. loco dict. & multi alii apud Bonac. allegato, ſupra, & alii nominales, n. 5.*

Dynus autem, in regul. infamibus, de regul. iur. in 6. Farinac. vbi ſup. de teſt. n. 6. & Bonac. nu. 5. tenent partem aientem, quamdiù delinquens non fuerit emẽdatus. his prababitis, pro controuerſiæ reſolutione ſit in ordine.

CON-

CONCL. VI.

11 Infames quocumque modo ex ſupradictis non poſſunt eligi ad Dignitates, & honores, & ad alia officia eccleſiaſtica, aliàs, electio eſt ipſo Iure nulla.

Habetur, in cap. illi, qui, & cap. Infames, 6. q. 1. Canon. qui in aliquo, diſt. 51. & cap. infamibus, de regul. iuris in 6. non pateant portæ dignitatum, & c. cum in cunctis de elect. & ex alijs iuribus, conſtat concluſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Autumant aſſertionem Gloſſa in d. cap. infamib. de regul. iuris, in 6. Gemnian. conſil. 12. in princ. relatus à Tuſcho, lit. I. concluſ. 114. num. 6. Biax, in director. de elect. p. 2. cap. 16. Garceus, d. num. 64. vbi ſup. Sigiſmundus, num. 5. dub. 86. de elect. Marcheſius, p. 1. tit. de S.D.N. Papa Referend. cap. 2. num. 306. Peyrinus, tom. 2. de prælato q. 2. cap. 5. §. 4. nu. 54. Auila de cenſuris, p. 7. diſp. 4. dub. 7. concluſ. 4. Syluest. verb. infamia, q. 10. num. 15. & q. 3. n. 4. Angelus verb. infamia, num. 3. & 9. Tabiena, eod. verb. num. 11. Greg. de elect. cap. 19. num. 13. & tract. de benefic. cap. 37. num. 9. Archidiac. in cap. Teſtes, num. 8. 2 q. 7. Abb. in cap. querelam, de Iur. iurand. num. 3. vbi Felin. eod. num. Romanus, Syng. 510. Pegna, in l. infamia. colum. 2. Cod. de decur. lib. 10. Lambertinus, de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 16. num. 3. Suarez, tom. 2. de Relig. tract. 5. lib. 3. cap. 20. num. 17. Caſtellinus, de elect. c. 21. num. 38 Campanil. in diuerſ. Iur. rubric. 11. c. 18. nu. 2. Iac. A. S. Georg. in l. Teſtium fides, §. in lege Iulia, n. 25. ff. de teſt. Henriq. lib. 41. cap. 5. n. 3. & cæteri omnes, de communi conſenſu.*

CONCL. VII.

13 Infamis infamia meri facti ſi reuera fuerit emendatus, tunc benè poterit promoueri ad honores Dignitates & alia eccleſiaſtica officia.

Ratio eſt, quoniam huiuſmodi infamis infamia meri facti, ſcilicet cuius infamia non eſt expreſſa in iure, non eſt propriè, ſtrictè, & abſolutè irregularis, vt diximus, ſed ſecundum quid; quatenus, ſcilicet prohibetur promoueri ſtante tali infamia, cap. omnipotens, vbi Gloſſa de accuſat. ca. fin. vbi gloſſa, verb. infamia, de furt. & cap. cũ in cunctis, §. inferiora, de elect. Sed huiuſmodi prohibitio, ſeù impedimẽtum ceſſat, ceſſante, ſeù ſublata infamia per emendationem. ergo, benè poterit promoueri.

Habet eoſdem relatus Auctores aſſertio hæc.

CONCL. VIII.

14 Accuſatus, Denunciatus, vel Inquiſitus de aliquo crimine, pendente interim accuſatione, Denunciatione, vel inquiſitione non poteſt promoueri ad honores, & dignitates, & ad alia officia, quando, videlicèt per talem accuſationem, denunciationem, vel Inquiſitionem perſona eſt infamata apud graues, & bonos viros: Secùs verò eſt dicendum, ſi à vilibus, & infamibus perſonis, ſiuè à Maleuolis, vel inimicis ortum ducat huiuſmodi infamia, aut aliquis rumor ſit ſparſus, & etiam creditus apud aliquos.

Pars prima aſſertionis conſtat, ex l. reus, ff. de muneribus, & honoribus cap. 31. diſt. 8. & cap. fin. de teſtibus, & capitul. omnipotens, & cap. tantis. diſt. 81.

Secunda autem pars, ex cap. qualiter, & quando, 2. de accuſ. & ibi Gloſſa, verb. ad inquirendum.

DOCT. ALLEG.

15 *Docent Rota deciſ. 393. num. 2. coram Card. Seraphino, & deciſ. 677. num. 3. p. 4. diuerſ. penes Garceum*

ceum in additio. ad num. 7. p. 7. de beneſic. cap. 8. nu. 6. & 7. Hoſtienſ. & Ioann. Andreas, in cap. meminimus de accuſat. Felin. in d. cap. omnipotens. Biax, in direct. elect. p. 2. cap. 23. in fine, Nauarr. lib. 5. conſil. 2. in antiquis, & conſil. 6. in nouis, & de accuſat. Cuchus, lib. 4. inſtitut. maiorum. tit. de elect. num. 154. Azor. p. 2. lib. 6 cap. 7. quæſt. 4. §. cæterum. Sigiſmundus, num. 6. vbi ſupra Barboſa, de offic. epiſ. p. 2. allegat. 43. nu. 14. & alij.

CONCL. IX.

16 Infamis, infamia iuris, vel facti legalis, ideſt, quod fauetur à lege eligere minimè valet.

Cuius eſt ratio, quia infamibus sũt interdicti actus legitimi l. actus. ff. de regul. iuris. & gloſſa in cap. vt circa, verb. eligentium, & de elect. in 6. Sed eligere eſt actus legitimus, cap. ſolet, in fine, de ſententia excommunicat. in 6. ergo ab eo meritò arcetur infamis.

DOCT. ALLEG.

17 *Defenſores ſunt huius aſſertionis Suarez. tom. 5. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. num. 2. ad finem. Sigiſm. nu. 7. vbi ſupra, Gemmianus, in d. cap. vt circa, §. edicto, num. 10. de elect. in 6. Gloſ. vbi ſup. & in cap. actus legitimi, in ſig. caſus, de regul. iuris in 6. Toloſanus, in tit. de elect. cap. 16. num. 10. & alij nominales.*

CONCL. X.

18 Infamis infamia meri facti eligere valet, & ſuũ ſuffragium in electione præſtare poteſt.

Ratio eſt, quoniam ſi infamia meri facti eſt illa cui us delictum infame cẽſetur apud graues viros & hõneſtos. ergo pẽdet ex humana, & ſępè ex mũdana prudentia. ergo nulla talis opinio hominũ exiſtimatur, vera infamia in ordine ad aliquos actus & miniſteria Reipublicæ, niſi aliqua lege cõprobata ſit. Sequela patet, qã alioquin ſępè res tota penderet ex vulgi æſtimatione, & tot ferè eſſent opiniones, quod ingenia. Debet igitur eſſe certa, ac ideo in lege expreſſa ad hoc vt habeat certos effectus morales.

DOCT. ALLEG.

19 *Tutantur aſſertionem Simanchas, dum communi quem refert, & ſequitur Suar. vbi ſup. Sigiſmund. n. 8. vbi ſupra, & alii relati, ac nominales.*

CONCL. XI.

20 Electio celebrata per ſcrutatores, ſiuè per Commiſſarios, & electores infames infamia meri facti nõ vitiatur electio, ſi alioqui ritè, & rectè ſit celebrata.

Communius namque tenetur hoc non eſſe de ſubſtantia, ſed ſolũ de iuſtitia: quare collegiũ, quod in eos iam conſenſiſſe videtur, amplius reſilire non poteſt, vt de compromiſſarijs in ſuperibus iam eſt dictum præſertim.

DOCT. ALLEG.

21 *Aſtruunt aſſertionem Panormit. in cap. quia propter de elect. num. 16. poſt med. verſ. addunt etiam aliqui Miranda, tom. 2. quæſt. 23. art. 9. §. 18. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de elect. §. qualiter facienda, verb. de collegio, Biax. p. 3. cap. 24. in direct. de elect. Sigiſmundus, dub. 21. num. 11. & dub. 86. num. 9. de elect. Cuchus, lib. 4. num. 198. Inſtit. maior. tit. de elect. & alii.*

CONTROV. XXX.

An Regulares Prælati facultatẽ habeant diſpenſandi ſuper infamiam.

CON-

CONCL. I.

1 Regulares prælati nequeunt diſpēſare publicè cōmaculatos infamia iuris, in illis, nempè delictis, quæ ſunt adulterio atrociora, ac grauiora.

Nàm & ſi princeps, ſeù iudex valeat abolere infamiam ab eo, quem ipſe, vel lex ciuilis damnauit, per hoc tamen dictis prælatis minimè præſtatur Diſpenſatio, quoniam nec etiam princeps, ſiuè iudex directè diſpenſat; ſed indirectè, quatenus ſcilicet, aufert infamiam, qua ſublata tollitur irregularitas.

DOCT. ALLEG.

2 *Amplectuntur aſſertionem Syluest. verb. Infamia, q.11. Armilla, ibidem num.6. Sayrus lib. 7. de cenſur. cap. 11. num. 15. Aulia de cenſur. p.7. diſp.4. dub.5. citans Henriquez concluſ.3. Sigiſmundus, dub. 87. num. 1. de elect. Suarez, tom. 5. diſp. 48. sect. 1. nu. 9. Fillucius, relatus, ac approbatus à Bonacina, de cēſur. diſp.7. q.3. punct.1. n. 6. Vecchius in praxi nouit. diſp.9. dub. 22. n. 13. portel de dub. regul. verb. diſpenſ. n.6. Diana p.5. tract.14. reſolut.90.*

CONCL. II.

3 Summus Pontifex dūtaxat diſpenſat quamcumque iuris infamiam. capit. cum te, de ſententia, & re iudic.

DOCT. ALLEG.

4 *Ità Panormit. in cap. de ſimoniace, num.6. circa medium, de Simonia. Nauarr. in Manuali, cap. 22. num. 204. Valentia, tom.4. diſp.7. quæſt.19. punct.3. concl. 4. verſ. poſtremo. Henriquez, lib. 14. cap.5. §.3. Sayr. & Aula, ac Sigiſmundus vbi ſupra, n. 2. & alij.*

CONCL. III.

5 Regulares prǽlati haud diſpenſare queunt cū Religioſo iuridicè conuicto ac condemnato de nefando crimine, & idem eſt dicendum de alijs criminibus, qui in iure notantur infamia.

Cuius eſt ratio, quia ipſo iure eſt infamis, vt eſt textus in l. cum vir. C. de adulter. & l. 1. C. de ſecundis Nupt. & capit. infames 3. quæſt. 7. vbi gloſſa Apoſt. ad concil. 90. Decius. verb. initio.

DOCT. ALLEG.

6 *Suſtinent concluſionem Graſſius de caſibus reſeru. lib.1. cap.11. nu.19. Decius, & Apoſtillat. gloſſæ, vbi ſupra Rodriquez, tom.1. qq. regul. q. 26. artic.6. Sigiſmundus, dub.87. num.2. Miranda, in Manuali prælat. tom.2. quæſt.8. art.5. concluſ. 1. & alij multi, & omnes relati auctores ſupra num. 2. eſt enim irregularis, & diſpenſatio cum tali ſcandalum generaret.*

CONCL. IV.

7 Regulares prælati, ſicut & Domini Epiſcopi diſpenſare poſſunt cùm ſibi ſubditis in delictis adulterij, furti, Sacrilegij, falſi teſtimonij, & huiuſmodi criminum mediocrium, non grauiū dictorum, infamiam, ex his contrahentium.

DOCT. ALLEG.

8 *Sunt aſtruentes hanc aſſertionem Nauar. in ſumma cap.27. num.204. verſ. dico ſeptimo, Sayrus, lib.7. de cenſur. cap.11. num.15 Henriquez, lib.14. cap.5. §.3. Aula p.7. de cenſur. diſp.4. dub.6. Tolet. lib. 1. c.57. num.4. verſ. dico 4. Reginald. lib.30. tract.2. nu. 196. Sigiſmundus, dub.87. num.3. de elect. Vgolinus, capit. 60. §.5. num.10. Barboſ. de offic. epiſcop. p.2. allegat. 43. num.31 Bonacina cum alijs, de cenſur. diſp.7. q.3. punct.1. num.6. Rodriquez, tom.1. qq. regular. qu.24. art.17. Miranda, tom.2. quæſt. 31. art.11. Beia, par.4. cap.37. caſuum conſcie. in fine Ioannes de la Crux, de priuilegijs Regular. lib.1. cap.6. dub.5. concluſ.6. to.3. Peyrin. c. 2. ſuper conſtitut. Sixti IV. n.3. & cæteri nominales.*

CON-

CONCL. V.

9 Regulares prælati diſpenſare poſſunt infamem, infamia iuris, cuius delictum, ſeu factum eſt occultum.

Primo probatur, quoniam ſicuti Epiſcopi per Trid. Concilium gaudet facultate diſpenſandi in occultis delictis, excepto homicidio voluntario; ità pari indulto potiuntur Regulares prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, vt in ſuperioribus dimimus. ergo.

Secundo probatur, nam eſto, quod hæc infamia induci poſſit aliquando abſque delicto; poſſunt nihilominus dicti prælati diſpenſare ſuper ea: quia vigore priuilegiorum gaudent facultate diſpenſandi in irregularitatibus, exceptis illis, quæ ex bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione, procedunt.

DOCT. ALLEG.

10 *Hanc ſuſtinent concluſionem relati omnes Doctores num. 8. allegati, & n. 4. vbi ſup. Sigiſmundus, & alij omnes nominales Doctores.*

CONCL. VI.

11 Regulares prælati in infamia cõſurgente ex hæreſi, aut ex alijs caſibus Bullæ Cœnæ Domini, contentis nequeunt diſpenſare.

Concluſio conſtat ex dictis, diſp. 3. contro. 5. num. 9. concl. 4. & ibi videantur authores rulati pro hac aſſertione.

CONCL. VIII.

12 Regulares prælati diſpenſare poſſunt ſuper infamiam meri facti.

Nam quemadmodum Epiſcopus diſpenſat cum huiuſmodi infamibus; ita facultate eadem fruuntur Regulares prælati, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes. ergo.

DOCT. ALLEG.

13 *Tenent Nauar. Auila, vbi ſup. Tolet. n. dic. ver. dico 4. vbi ſup. Barb. n. 30. vbi ſup. Sigiſm. n. 6. vbi ſup. Rodriquez, to. 1. qq. regul. q. 24. art. 6. Miranda, tom. 2. manual. prælat. q. 8. Ioannes de la Crux de priuilegijs, lib. 1. 2. 6. dub. 17. concluſ. 2. & cæteri nominales, & ſupra allegati.*

CONCL. VIII.

14 Infamia meri facti per pœnitentiam abſorberi, ac aboleri poteſt.

Ratio eſt, quoniam res omnis per quaſcunque cauſas componitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de reg. iur. & cap. teſtamentum, de teſt. Gloſſa in cap. 1. diſt. 25. in fine, ſed infamia facti naſcitur per factum malum. ergo per factum bonum, vel per emendationẽ diſſoluitur, ſiue per purgationẽ.

DOCT. ALLEG.

15 *Ità volunt Panorm. in c. cum te, n. 9. de re iudic. Nauar. c. 27. n. 264. ver. 17. ſum. Suarez, n. 8. Fillhucc. n. 222. Reginald. nu. 196. Bonaci. n. 5. Barboſa, n. 21. Sigiſm. num. 7. in locis dictis. Tolet. lib. 1. cap. 57. num. 4. alijque.*

CONTR. XXXI.

An corpore vitiati, ad Dignitates, & officia eligi poſsint.

CONCL. I.

1 Qvi ità corpore inſignitèr deformati ſunt, vt ſine notabili horrore, & ſcandalo, miniſtri Eccleſiaſtici eſſe nequeunt, ſunt irregulares, non ſolùm quò ad ordines, ſed etiam quò ad beneficia, cap. non confidat. diſt. 50.

DOCT. ALLEG.

2 *Sequuntur aſſertionem Præpoſitus, Geminianus, & Turrecremata, dic. non confidat. Summiſtæ, verb. Irregularitas, Azor, p. 1. lib. 6. cap. 4. q. 14. Sigiſmund. dub. 88. num. 1. de elect. Garceus, de benef. p. 7. cap. 12. num. 3. Homobonus, de examine Eccleſ. p. 2. tract. 12. queſt. 17. Rota deciſ. 625. num. 1. coram Card. Seraphin. & alij.*

CONCL. II.

3 Sin autem non ſint ità deformes, ſed tantummodo, vitium, vel defectus corporis eſſet impedimentū executionis alicuius actus, vel officij ordinis propter aliquam impotentiam, debilitatem, vel inſignem deformitatem; tunc quò ad ordines ſuſcipiendos, & conſequentèr, ad omnia beneficia ſunt irregulares.

CONCL. III.

4 Quò autem ad ordines iam ſuſceptos, eſt diſtinguendum: Aut enim culpa propria, tale vitium, vel defectus corporis accidit, vt e.g. quia ſibi ſua ſponte ferrum iniecierunt, aſcindendo ſibi membrum, &c. Aut huiuſmodi corporis vitium, ſiuè defectus, accidit non propria culpa, nec ſua ſponte, ſed caſu, vt quia in incunabulis, aut per vim, ſiue per inſidias hominū, vel per ægritudinē fecti ſūt. Si primo modo, abſolutè, & ſimpliciter ſunt irregulares, cap. 1. cap. pœnitentes, cap. ſi quis, cap. hi, qui capite, cap. qui partem, cap. lator, cum alijs, diſt. 55. & cap. 1. cum ſeqq. de corpore vitiatis, quod etiam procedit, ſi illud vitium non impediat vſum ordinum.

Si vero ſecundo modo; tunc non ſunt irregulares ex toto; ſed tantum quo ad illum actum, ſeù officium ordinis, ad quem ſunt inhabiles propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut inſignem deformitatem, cap. 2 de cleric. ægrot. & ſic poterit eis dari beneficium non requirens maiorē ordinis, iam ſuſcepti, vſum, quam exercere poſſit.

DOCT. ALLEG.

5 *Docent aſſertionem quo ad omnes partes, multi DD in dicta iura, Garçeus, p. 7. de benef. c. 12. n. 4. 7. 18. & 19. citans Panor. Villadegū, Couarruiam, Salzedū, Nauarr. Vgolinum, Henriquez, Tolet. Suarez, & Rotam, in Tullens Canonicatus, & præbenda 1551. cū alijs penis eundē Nauar. c. 27.*

c.27.n.252. Sigiſm.dub.88.n.3.et 4. de elect. Valentia, tom.4.diſp.7.q.19.punct. 2. & dicendum. Sayrus, lib.6. de cenſur. cap.2.numer.23. Leſsius, lib.2.de iuſt.& iure, cap.34. num.121. & alij nomin.

CONCL. IV.

6 Si denique nullum præbeat impedimētum, tale vitium corporis, quod abſque culpa contractum eſt, per impotentiam aliquam, debilitatem, vel inſignem deformitatem; tunc nullo modo inducit irregularitatem ſimpliciter, & abſolutè.

Probatur, ex cap. ex parte 1. & 2. & cap.fin. de corp.vitiat. & cap. quia partem, cap. eunuchus, cap. ſi quis à medicis, cap. ſi quis pro ægritudine, & cap. præcepta, §.1. diſt.55.

DOCT. ALLEG.

7 *Omnes allegati, num.5. Doctores autumant aſſertionem, & cæteri alij nominales Scriptores.*

CONCL. V.

8 Quò ad diſpenſationē ab huiuſmodi corporis vitijs ſpectat, in dupplici differentia ſe habent hæc vitia. Nā alij corpore vitiati ab ordinibus excluduntur iure Diuino, vel naturali, vtputà, qui manibus carent, aut elingues, ac muti re vera ſunt. Alij autem tantum iure Canonico, & tàm primi, quàm ſecundi à beneficijs excluduntur; ſed cum hac diſtinctione, vt illi, qui iure Diuino, vel naturali ab ordinibus ſunt alieni, nequeunt à Papa diſpenſari, qui vero iure Canonico, etiam.

DOCT. ALLEG.

9 *Docent Azor p.2 lib.6.cap.4.q.13. Sigiſmund. vbi ſup.num.6.& cæteri allegati, ac referendi.*

CONCL. VI.

10 Qui dicunt, in nonnullis vitijs, ac deformitatibus, minimè requiri Papæ diſpenſationem, procedit in leuibus vitijs, ac debilitatibus; minimè verò in membrorum principalium mutilationibus; vel quando quis diſpenſatur, vt iam ſuſceptis ordinibus miniſtret, quod faciliùs permittitur.

Ità namque procedit textus, in c. 1. & 2. de corpore vitiato, & cap. quicumque diſt.50.

DOCT. ALLEG.

11 *Sic Rota concordat contrarias modernorum opiniones, diſt.625.num.5. coram Card. Seraphino, Sigiſmund. num.6. vbi ſup. cum alijs referendis.*

CONCL. VII.

12 Non ſolùm eſt Epiſcoporum, verum vtique Regularium prælatorum iudicio relinqui, an hæc, vel illa corporis deformitas impediat ordines ſuſcipiendos, quod eſt Epiſcoporū, & in ſuſceptis, quo ad eſequutiones ſpectat diſpenſare ad prælatos regulares ſibi ſubditos.

DOCT. ALLEG.

13 *Aſtruunt hanc noſtram aſſertionem Tabiena, verb. corpore vitiati, Maiol. de irregularitate, lib. 1. cap. 2. Sigiſmundus, num. 6. dub. 88. de elect. Azor, vbi ſupra, & alij.*

CONCL. VIII.

14 Supereſt memoriæ commendandum, Papæ diſpenſationem eſſe validam, licèt, ſi non diſpenſauerit cum cauſæ cognitione; ſecus vero eſt aſtruendum in Epiſcopis, ac Prælatis inferioribus Regularibus.

De hac materia an nobis tractatur in ſecundo tomo de priuilegijs Regularium in ſeptem Sacramentorum administratione habentium.

CONTR. XXXII.

An Religioſi Amentes, ebrij, vel Dæmoniaci, ſiuè alia infirmitate detẽti, eligi poſſint, vel eligere: & ſi eorũ Prę̃lati ſuper hoc diſpenſare poſſint.

CONCLVSIO I.

1 Amentes, ad effectum, & in caſu, de quo agimus, ſunt accipiendi illi, qui laborant amentia propria, quæ eſt per modum habitus, & habet propriam, ac permanẽtem cauſam, fundatam in propria læſione organorum, atque humorum.

Nã ſi contingat ex cauſa transeunte, vt ex vi morbi, vulneris, iræ, paſſionis breuis, & huiuſmodi, ſublata Amentia, ceſſat impedimentum, & irregularitas, vt patet tùm ex vſu communi, tum quia ceſſat periculum ſcandali, tum demum, quia tunc non præſumitur furorem permanere.

DOCT. ALLEG.

2 *Defenſores aſſertionis ſunt Maiolus, relatus, ac approbatus à Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 51. ſect. 1. num. 5. & nouiſſimè pluribus relatis, Bonacina, de cenſuris, diſp. 7. q. 2. puncto 2. num. 23. Couarru. 4. decretal. p. 2. cap. 2. num. 6. Menochius, de præſumpt. 45. num. 62. Ludouic. Lopez 2. p. inſtruct. mater, de matrim. cap. 39. Sigiſmundus, dub. 89. num. 1. de elect.*

CONCLVSIO II.

3 Nec etiam ad effectum de quo in præſentiarum agimus ſunt dicendi amentes, delirantes in aliqua materia ſpeciali, nihil ad electionem conferentes, iuxtà probabiliſſimam opinionem, vt e. g. ſi quis Religioſus ſe pedes ferreos habere, falſo, & ſtulte putaret; in reliquis vero bene appareret eſſe perfectè ſui compotem, liberumque rationis vſum habere.

DOCT. ALLEG.

4 *Mordicus tutatur hanc concluſionem Sanchez egregie, longa diſputatione, lib. 1. diſp. 8. de matrimo. n. 22. & ſeqq. Sigiſm. eum ſequitur vbi ſupra n. 1. & alij nomin.*

CON-

CONCL. III.

5 Sub nomine Amentium in præſenti, nos intelligimus etiam, tam furioſos, quã mente captos, furioſus enim eſt mente captus, cum ſæua dementia, & quadam veluti rabie: Mente captus vero eſt, cum quieta de mentia, qui rectè æquiparatur furioſo, l. 2. C. de curat. furio. & eſt tex. iuncta Gloſſa, ver. extra mentem, c. ſicut de reg.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent Baldus d. l. & in l. humanitatis, num. 15. verſ. venio ad 4. notabil. C. de impub. & alijs ſubſtit. Fulgoſ. conſil. 79. n. 1. verſ. nã elegantèr, Rot. deciſ. 484. n. 1. coram Coccino Decano, & numer. 2. & 3. Nauarr. in cap. ſi quando de reſcript. except. 10. num. 5. Henriquez, de matrimon. lib. 11. cap. 4. num. 3. Sigiſmundus, vbi ſupra num. 2. & alij allegandi.*

CONCL. IV.

7 Per mente captos hic intelligimus ſolummodo eos, qui omninò rationis vſu ſunt deſtituti, ad differentiam eorum, quos vulgò, dicimus, *Tondi*, vel *Leggierotti*.

Cuius eſt ratio, quia hi deliberationem ſufficientem habent ad mortaliter peccandum.

DOCT. ALLEG.

8 *Ità aſſerunt cum Socino, & Gregorio Lopez, Sanchez, lib. 1. de matrim. diſp. 8. n. 15. in fine. Sigiſmundus, n. 2. dub. 89. de lect. cum cæteris allegandis.*

CONCL. V.

9 Illi, qui ſunt furioſi, ac mente capti, ad dignitates Eccleſiaſticas, prælaturas, ac officia Eccleſiaſtica aſcendere, vetantur, licèt furioſus aliqua patiatur lucida interualla.

Ratio eſt, quia huiuſmodi ſunt Irregulares verè, quos conſtat eligi non poſſe, ex dictis, Controu. 1. huius diſputationis vnde quamdiu non probetur eos eſſe ſanæ mentis, ſemper ſunt Irregulares; quia furor ſemel accenſus, præſumitur adeſſe, niſi contrarium probetur. Gloſſa in cap. fin. verb. compotem, de ſucceſſor. ab inteſt. & alij mox allegandi Doctores.

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſertio conſtat etiam ex iuribus Canonicis, can. Petrus. diſt. 39. & can. quãuis 7. q. 1. & cap. conſtitutionem, vbi Gloſſa, verb. intellectus, de verb. ſignific. in 6. Gloſſa, in c. ex eo, ver. diſcretione, vbi quoq; Franchus de elect. in 6. Biax, in ſuo directorio elect. p. 1. cap. 15. Toloſanus, in tit. de elect. cap. 8. num. 2. & cap. 11. num. 9. Sigiſmundus, num. 4. vbi ſup. Azor, par. 2. cap. 4. quaſt. 14. in fine. Nauarr. in cap. ſi quando, except. 10. numer. 6. & 10. de reſcript. Rota multis allegatis, par. 2. deciſ. 190. numer. 3. in recent. & numer. 5. Couarr. vbi ſupra numer. 6. Menochius, multos alios allegans, dict. præſumpt. 45. num. 59. & conſil. 82. numer. 2220. lib. 1. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 54. art. 5. & alij nominales.*

CONCL. VI.

11 Præfati furioſi, & mente capti, ſi perpetuò laborent amentia minimè eligere poſſunt, c. ſicut tenor, de reg. & ex alijs iuribus conſtat.

Ratio eſt potiſſima, quia electio de ſui natura intrinſeca poſtulat liberum conſenſum, non ſolum electi, ſed etiã eligentis, cap. quia propter de elec. & cap. cum dilectus, de conſuet. & omnia iura clamant; aliàs, non eſſet electio: nam eligere eſt vnum ex plurib. capere, vt ipſum vocabulum ſonat; & electio eſt determinatio voluntatis: ſed perpetuò amentes, nullum habẽt conſenſum, l. emptionem, C. de contrahen. empt. & vẽdit. ergo nequeũt eligere, vt benè deducitur argumentum, ex cap infames eſſe; 6. q. 1. clement. ſi furioſus, de homic. & ex l. furioſum, C. qui teſta. fac. poſſ. ex quib. habetur, ab amente nihil fieri poſſe, quod conſenſum liberum exigat.

DOCT. ALLEG.

12 *Aſſertionem pluribus iuribus, ac multorũ Doctorum teſtimonio benè probat Biax p. 1. in ſuo director. elect. c. 15. Cucbus, lib. 4. inſtit. maiorum tit. de elect. n. 75. Barboſa de offic. epiſ. p. 1. tit. 1. c. 3. n. 21. Bal. in rubrica de elect. n. 1. & 2. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 5. & alij nominales.*

CONCL. VII.

13 Memorati furioſi, & mente capti ſi lucida interualla habẽt, tunc benè eligere poterũt, vt deducitur, ex c. quãuis 7. q. 1. & ex l. diuus ff. de off. preſid.

Nam cum argumentum valeat à matrimonio ad electionem, quo ad hæc, per dicta numer. 32. diſp. 1. lib. 2. Controuerſiã 3. conſequenter pro hoc facit eadem doctrina, quam in terminis de matrimo. tradunt Doctores, ſtatim allegandi.

DOCT. ALLEG.

14 *Egregiè in terminis ſuſtinet aſſertionem Biax loco dict. Sigiſmundus, nu. 6. vbi ſup. D. Ricard. Sotus, ac cæteri Theologi de matrimo. teſte Sanchez, lib. 1. de matrimonio diſp. 8. numer. 16. & eſt textus, cap. dilectus, de ſponſalibus, vbi Ioannes Andreas, numer. 5. Gloſſa, verb. furore, et in cap. neq; furioſus, in initio 32. q. 7. præpoſit. num. 1. in d. cap. dilectus, Couarr. vbi ſup. num. 5. & alij.*

CONCL. VIII.

15 Quæ, nam, Regula ſtatuatur, quãdo dubitatur, an actus furioſi, qui lucida habet interualla, geſtus ſit, tempore furoris, vel ſanæ mentis; Dicimus, in tali caſu, præſumi egiſſe tempore ſanæ mentis, quando actus ità benè geſtus eſt, vt oſtendat non eſſe factum à Demente, vel ſaltem ſtultitiam non ſapiat, ſed congruat homini ſanæ mentis: & eò magis hæc regula locum habet, quando longo interuallo, actus diſtat à tẽpore furoris,

DOCT. ALLEG.

16 *Docent aſſertionem Baldus, in l. furioſum, C. qui teſtam. fac. poſſ. & ibi Caſtr. Ripa, Fulgoſ. Iaſon, num. 3. Couar. vbi ſup. nu. 6. & 7. Menochius, præſumpt. 45. vbi*

ſuprà

ſupra 66. & num. 69. & latiſſimè Card. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 6. & 7. Lopez, relatus à Sanch. vbi ſupra, num. 17. in fine. Sigiſmundus, num. 7. vbi ſup. & alij nominandi.

CONCL. IX.

17 Quòd, hactenus, de furioſis eſt dictum, idem cum proportione aſſerimus, eſſe dicendum, de ebrijs, qui nô multum diſtant à furioſis: nam vbi ebrietas, ibi furor eſt. cap. venter, diſt. 35. vnde ſolitus inebriari non poterit promoueri, nec ſacris initiari, ſed benè poterit eligere extrà tempus ebrietatis, vt de furioſis eſt dictum.

DOCT. ALLEG.

18 *Ità autumat Farinaccius, fragment. criminal. p. 7. lit. C. num. 252. vbi allegat Rebuffum, Zalzedum, & Cenedum. placet Sigiſmundo, vbi ſupra, num. 8. & alij nominales aſtruunt aſſertionem.*

CONCL. X.

19 Quando iura pœnas irrogant patrantibus delictum tempore ebrietatis, quod non currit patrantibus delictum tempore furioſis; dicimus has pœnas fuiſſe impoſitas, non quia tempore ebrietatis commiſſum delictũ poſſit voluntarium dici, nec ob culpam, ex ipſo delicto proueniẽtem; ſed potius ob peccatum ebrietatis, ex quo malum fuit ſequutũ, maximè, ſi quis inebriari contingat, ſciens ſe ebrietatis tempore, ſolitum eſſe, delicta perpetrare quo caſu non erit Immunis à culpa, & pœna, ſaltem, extraordinaria homicidij, vel alterius mali, tempore ebrietatis perpetrati.

Prima pars aſſertionis conſtat ex l. reſpiciendum. §. delinquũt, verſ. impetum, ff. de pœn. & cap. inebriauerunt; 11. q. 1. & cap. à Crapula, de vita & honeſt. cleric.

DOCT. ALLEG.

20 *Defendunt concluſionem Couar. in clement. ſi furioſus, p. 3. à principio, num. 31. Gomes tom. 3. de delictis, cap. 1. num. 37. Tiraquellus, de pœnis temperan. can. 6. num. 9. cum ſeqq. Barboſa, de offic. epiſc. part. 2. allegat. 38. num. 5. Sigiſmundus, n. 8. vbi ſup. cum alijs referendis.*

CONCL. XI.

21 Maleficiatus in ſolis Genitalibus non eſt dicendus dæmoniacus, ad effectum de quo agimus; cùm ob eam cauſam, Caſtior efficiatur.

DOCT. ALLEG.

22 *Sic aiunt Maiolus, Henriquez, quos citat, & ſequitur, Sayrus de cenſur. lib 6. cap. 14. num. 14. in fine Sigiſmundus, nu. 9. dub. 89. de elect. Bonacina de cenſur. punct. 2. diſp. 7. q. 2. num. 23. & alij allegandi.*

CONCL. XII.

23 Dæmoniaci ſunt ineligibiles paſſiuè ad prælaturam, & ad alia officia Eccleſiaſtica. ex cap. maritum cõmuniter; & cap. Clerici, diſt. 33. & capit. vſque adeò, eadem diſt.

Nam ſi in tali munere poſitis, aliquid propriæ infirmitatis occurrat, quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexerit calamitate vexari?

CON-

CONCL. XIII.

24 Dœmoniaci eligere poſſunt non ſecùs,ac Amentes: vnde doctrina ſupra de Amentibus tradita, huic proportionabiliter eſt applicanda; cùm eadem prorſus militet ratio,& conſequenter militet eadem Iuris diſpoſitio.

CONCL. XIV.

25 Illi, qui notabilem Defectum viſus, ac Auditus patiuntur, inhabiles ſunt ad prælaturam,cap. conſtitutionem verb.ſignific. in 6.

Similiter,qui ità ſenio ſunt confecti, vt ad regiminis officium aſſurgere nequeant.cap.1.diſt 85.Item,qui ità ſunt ægroti, vt ad regimen ſint inhabiles.c.alius 16.q.6.& Demum, q̃ ità laborant aliquo morbo naturaliter durabili,& incurabili,vt afferat impedimētum perpetuum in adminiſtratione prælaturæ.

Diximus, qui laborant aliquo morbo naturaliter durabili, & incurabili; quia non quælibet infirmitas ſtatim facit hominem irregularem,quia hoc nullo iure fundatur; infirmitas enim quę curari poteſt ſimpliciter,non vocatur in iure, vitium corporis, vt explicatur in l.inter ſtuprum.ff.de verb. ſign. nec propter ægritudinem abſolutè fertur alicubi irregularitas, ſed propter perpetuum impedimentum.

26 Cæterum hi omnes minimè priuantur iure eligendi, cum reuera libere conſentire poſſint;nec irregulares prohibentur eligere, vt in ſuperioribus eſt probatum. Solum videntur Cęci & Surdi,tutiori Conſcientia acturi, ſi renuncient eidemmet voci actiuæ; cum ipſi videantur facillimè decipi poſſe.

DOCT. ALLEG.

27 *Edocent Franchus,in d.cap.conſtitutionem,num. 2.de verb.ſign.in 6.Leſſius de Iuſt.& iure, lib.2. cap. 34. num.130. Sigiſmundus, vbi ſupra,n.9.& 10. & ſeqq.Garcens,par.2 de beneſic.cap.12.num.21. Gloſ. in cap. 1. verb.inſufficientem, de renunciat. in 6. Suarez tom.5.diſp.11.ſect.3.nu.17. qui licèt ibi aſtruat, quod ſi ægritudo ſuperueneris poſt beneficium obtentum,eam nō inducere priuationem; ſed quicquid ſit de hoc in terminis de clericis ſæcularibus, in quibus ipſe loquitur, ſecus eſt dicendum de clericis Regularibus, & alij nominales.*

CONCL. XV.

28 Integrum minimè eſt *Prælatis* Regularibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habentibus diſpenſare ſuper hæc impedimenta hucuſque explicata, quæ omninò prælaturæ Reregulari pugnat ſicut etiam hæc integrū eſt Dominis Epiſcopis; valebunt tamen, tranſacto *anno* ab *Amentia*, ſeù ab alijs impedimentis, ſecundum iudicium prudentis diſpenſare, ſeù potiùs conſentire, vel declarare ſublatum eſſe impedimentum; ſicut epiſcopi reuera poſſunt, cap. communiter,diſt.33.

DOCT. ALLEG.

29 *Aſtruunt aſſertionem Suarez, multis allegatis, tom.5.de cenſur.diſp.51.ſect.3. nu.16. Filliuctus,Reginaldus,& Coninchus,relati à Bonac. vbi ſup.nu.23. Sigiſmundus,num. 14. vbi ſup.& cæteri ſcriptores, ac neoterici.*

DI-

DISPVTATIO VII.

De Inhabilitate ad Electionem.

CONTROVERSIA PRIMA.

An Laici, ſeù Clerici Seculares, aut Religioſi non profeſsi, ab electionibus Regularium arceantur.

CONCLVSIO PRIMA.

1 Æculares Laici, ac Clerici, ac Religioſi minimè profeſſi, ab electionibus Regulariũ arcentur, aliàs eſt nulla prorſus electio totaliter.

Probatur, quia non eſt ſeruata forma Canonica electionis. ergo eſt nulla totaliter. Antecedẽs conſtat ex cap. Meſſana, de lectione, vbi conſtituitur forma electionis, vt Laici Sæculares non interueniant nullo pacto in electionibus. ergo non eſt ſeruata forma. ergo totaliter, nulla eſt.

DOCT. ALLEG.

2 *Doctores ſunt aſſertionis Cardinalis & Imola, in d. cap. Meſſana. Cucbus lib. 4. Inſtitut. maiorum, titul. de elect. num. 99. Alciatus, in l. 1. §. Sed mihi, nu. 11. & 12. ff. de verb. obligat. quem refert, ac approbat Rota in Treuerenſi Abbatię Sanct. Maximini, Mercur. 20. Nouembris 1624. coram Coccino; §. & quamuis ſecundum aliquos, in fine, Sigiſmundus, dub. 90. de electiõ. num. 1. & cæteri omnes.*

CONCL. II.

3 Præfati Laici Sæculares, nulla Conſuetudine fieri poteſt, vt vocem habeant in electionibus Eccleſiaſticis.

Probatur, ex capit cum Terra, capit. quiſquis, & d. cap. Meſſana, de elect. & in his locis ſcriptores.

DOCT. ALLEG.

4 *Defendunt vltrà Doctores in dictis iuribus, Firmanus, de epiſcop. lib. 1. par. 3. cap. 60. & lib. 2. part. 1. quæſt. 31. Balb. de præſcript. part. 1. quinta. quæſt. 7. num. 17. & quæſt. 10. num. 4. Sigiſmundus, vbi ſupra num. 1. Selua, de benefic. p. 3. q. 23. num. 12. & 21. & cæteri allegandi.*

CONCL. III.

5 Non dumtaxat Clericis Sæcularibus interdicitur dare, vel recipere ſuffragium in Regularium electionibus; Sed actiua etiam, ac paſſiua voce carere ipſos Regulares, ſi tacitè, vel expræſsè, profeſſionem non emittãt,

Pars

Pars prima aſſertionis deſumitur, ex cap. cum ad noſtram, cap. officij, cap. cum in magiſtrum, cap. Sacroſancta, & c. Meſſana, de elect. cap. inter quatuor, de relig. dom.

Secunda verò pars, conſtat ex cap. ex eo, §. in eccleſijs, de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

6 *Defendunt aſſertionem Puteus, deciſ. 261. lib. 2. Rota, deciſ. 772. num. 5. parte 1. diuerſ. & deciſ. 229. num. 1. part. 1. in recent. Tolſan. in tit. de elect. cap. 10. n. 7. & 8. Archidiac. in cap. d. ex eo. §. in eccleſiis, de elect. in 6. & ibi Ancharanus, n. 3. Angelus, verb. electio, num. 6. Syluestr. eodem verb. 1. quæſt. 4. num. quinto, Cuchus, num. 98. vbi ſupra, Sigiſmundus, vbi ſupra, numero ſecundo, & alij nominales.*

CONCL. IV.

7 Regulares incurſi in profeſſione tacita poſſunt quidem, eligere, & habent in electione vocem actiuam ex vi Iuris Canonici, cap. nullus; & cap. cum in Magiſtrū de elect. in 6. Sed vt eligi poſſint; ſcilicet paſſiuè, neceſſe eſt, vt profeſſio ſit expreſſa, & ſit eiuſdem ordinis, & Congregationis, aliàs collatio, ſeù prouiſio, & electio, de ipſis facta, eo ipſo eſt nulla, ac totaliter inanis, & irrita, licèt etiam ſi Dignus non reperiretur: in ea Religione.

8 Concluſio, quòad ſuperiorem partem, iam manet probata ex. d. Iure; Secunda pars, conſtat etiam per capitula, eorundem Iurium, & inſuper, ex clem. 1. §. cæterum prioratus, verſ. ſanè, de ſtatu Monach. Tertia autem, patet, ex ca. quā ſit, verſ. defuncto verò, 18. qu. 2. & c. cum ſingula, §. prohibemus, de præbend. in 6. & Clem. 1. de elect. & Clement. 1. de ſupplen. negli. prælat. & ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 14 cap. 10. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 21. de regul. *Et Sacra Congregatio 12. Decembris 1585. cenſuit à Nemine, præter Summum Pontificem, poſſe conferri Abbatias, & beneficia, adminiſtrationem habentia, niſi profeſſis, iuxtà Canones.*

DOCT. ALLEG.

9 *Tenent aſſertionem Geminianus, in cap. d. nullus, num. 1. & 6. de elect. in 6. Francbus, in d. capit. ex eo. num. 1. Biax, in ſuo director. elect. p. 2. cap. 6. num. 1. Suarez, to. 4. tractat. 8. de religion. lib. 2. cap. 4. num. 2. & c. 3. n. 11. Rota, deciſ. 647. n. 1. coram Card. Seraph. Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſa 8. num. 78. vbi hanc materiam latè, & plenè tractat à num. 96. vſque ad 107. Rodriquez tom. 2. qq. regul. quæſt. 52. artic. 8. inquiens, Alumnos Alterius Religionis non poſſe ad prælaturas aſſumi illius Religionis, vbi non ſunt profeſſi, niſi id authoritate pontificia concedatur: Et Regula minorum regularium hæc habet, c. 8.*

Vniuerſi fratres, vnum de fratribus iſtius Religionis teneātur ſemper habere in Generalem miniſtrum. quæ verba ſunt intelligenda, non tantum de generali miniſtro, ſed de quocumque alio inferiori prælato ordinis, vt eſt communis ſententia expoſitorum omnium.

Et Clemens VI. in ſua Bulla, Regimini Vniuerſalis, ædita. 1346. 23. Martij pro reformatione ordinis ſeruorum Beatæ Mariæ, hæc habet, in § 6. *Nullus, tamen, niſi expreſsè profeſſus fuerit in priorem generalem eorundem fratrum eligi valeat & aſſumi.*

CONCL. V.

10 Illi, qui hactenus dictum eſt, arcen-

centur ab electionibus Eccleſiaſticis, & Regularium iure Canonico, nihilominus admitti poſſunt ſolùm ad effectum, vt electoribus, ac electioni vtilitatem afferant, nimirum, vt protegant, & electionis celebrationem foueant, ac tueantur, aut vt eos, qui ex Collegio ſunt minus fortè periti, inſtruant, ac formam electionis faciendæ edoceant, & electionem dirigant.

DOCT. ALLEG.

11 *Ità aſſerunt Gloſſa in cap. quia propter verb. redacta, de elect. in 6. vbi Panorm. de elect. & eius compoſtulat. Ioann. Andr. & Bald. in d. cap. Meſſana. Biax. p. 1. cap. 11. num. 2. in director elect. Archid. cap. 1. diſt. 63. Cuchus, lib. 4. vbi ſupra, num. 111. Sigiſmundus, vbi ſupra, & alij allegandi.*

CONTROV. II.

An Clerici nondum Subdiaconi, ac Regulares Conuerſi, ſeù Laici, voce actiua, in electionib. eorum ordinum, in quibus profeſsi ſunt, gaudeant.

CONCL. I.

1 De Iure communi Clerici nondũ ſubdiaconi, ac Laici Religioſi, ſeù Conuerſi, carent totaliter voce actiua, & nullo modo eligere poſſunt, aliàs electio nulla, & irrita eſſet.

Conſtat aſſertio ex cap. ex eo, §. in Eccleſijs, de elect. in 6. Clement. vt ij, de ætat. & qualit. & ex Trid. Concil. ſeſſ. 22. c. 4. de reform. vbi dicitur ſic.

Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel Regulari Eccleſia, diuinis mancipatus officijs, in ſubdiaconatus ordine, ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi eccleſijs, in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi liberè ab alijs conceſſum ſit.

CONCL. II.

2 In Conſtitutionibus ordinis Prędicat. ità dicitur, fratres, poſt quatuor annos à profeſſione ſua, ſi tamẽſint in Sacris conſtituti, ad electionem prioris, admittantur. diſt. 2. cap. 2. de elec. prioris, nu. 6. lit. O. At nouiſſimè propter iuſtas, ac legittimas cauſas, habito viuæ vocis oraculo à S. D. N. Paulo Quinto, de eiuſdem Apoſtolica auctoritate, non obſtante quacumque alia ordinatione, ſtatutum eſt, ac ordinatum, vt deinceps fratres noſtri in quacumq; electione Canonica habeant vocem actiuam, dummodo expleuerint ſex annos integros à ſua profeſſione, & fuerint Sacerdotes.

Sic habetur in Declarationibus dictorum verborum conſtitutionis.

CONCL. III.

3 Si aliquæ ſint Religiones, quæ ex priuilegio Apoſtolico, ſtatuto, fundatione, aut conſuetudine à Sede Apoſtolica permiſſa, indulta, ac tollerata, & conceſſa, vt Clerici nondum Subdiaconi, & Conuerſi, ſeù Laici ſæculares gaudeant voce actiua in electione ſecùs eſt dicendum, & ſtandum eſt iuxtà vniuſcuiuſque Religionis priuilegium, ſtatutum, conſuetudinem, & praxim.

DO-

DOCT. ALLEG.

4 Sunt Doctores huius aſſertionis, Innocentius, in capit. 2. de Inſtit. Federicus Senenſ. conſil. 18. Gloſſa, in d. §. in Eccleſiis, in fin. Vital. in d. Clement. vt ij Angel. verb. electio, num. 7. Syluest. ibid. quæſt. 3. Tabiens, n. 7. eodem verb. Toloſan. in tit. de elect. cap. 7. num. 4. Cucbus, num. 114. lib. 4. Inſtit. malorum, tit. de elect. Sigiſmundus, num. 2. dub. 91. de elect. Rodriquez, tom. 2. quæſt. 51. art. 5. in fine. Ioannes de la Crux, de priuileg. lib. 2. cap. 3. dub. 6. concluſione prima, ad finem, vbi affert declarationem ſacræ Congregationis factam Gaſpari paraſelo Generali minimorum. Sancti Franciſci de Paula, de anno 1573. nempè, Concilium Tridẽtinum, in loco citato, num. 1. non contrariatur Conſtitutionibus Regularium, ſi in aliquo ordine non ſubdiaconi, de conſuetudine, conſtitutione, vel priuilegio, ad actus capitulares admittantur. Nam d. Concilium non comprehendit Monaſteria, Regularium ſic fuit reſpõſum à S. Congreg. teſtè etiam Conſettio in ſuo ſummario priuileg. Regul. Canon. 3. cap. 1. de Sacris decretis Concil. Trident.

Et Conſtitutiones minorum. D. Frã ciſci Capucinorum referunt, idem declaraſſe Pium Quintum his verbis. *I Cherici quantũque nõ ſiano Suddiaconi; et anco i Laici poſſino hauere voce nell' elettioni, per dichiaratione è Cõceſſione di Pio Quinto di Santa memoria, non oſtante il Decreto del Concilio Tridentino, ſeſſ. 22. cap. 4. de reform.*

Pulchra Obſeruatio.

5 Fundamentum Prædictarum declarationum eſt doctrina, quam in ſuperioribus tradidimus ex Rodriquez, tom. primo, quæſtio. 8. arti. 6. quæſt. regul. & à Suarez approbata, lib. 8. de legibus, cap. 18. in fine, nempè, in dupplici differentia ſe habere decreta Tridentini Concilij, prout ad rem noſtram attinet.

In aliquibus enim Decretis ipſius Concilij derogatur: ex priuilegijs expreſsè, & conſuetudinibus etiam Regularium. In alijs, vero, licèt diſponatur contra eorundem Regularium priuilegia; nõ tamen ipſis derogatur. vnde optimè inferunt Ioann. de la Crux vbi ſup. dub. 6. per totum, & Rodriq. de mente doctiſſimorum Virorum, Regularium priuilegia aduerſantia Conc. Trid. decretis, in primo modo non ſubſiſtere, & de his eſt intelligẽda exceptio appoſita in confirmationibus Regularium priuilegiorũ, *Quatenus Decret. Conc. Trid. non aduerſentur.* Alia autem, priuilegia aduerſantia Conc. Decretis, in ſecundo modo, benè ſubſiſtunt, nec tollũtur per dictam clauſulam in memoratis confirmationibus, appoſitam. Modo in d. c. 4 ſeſſ. 22. de reform. duo habemus decreta. Primam eſt tenoris relati, in n. 1. ſupr. aliud, vero, ſic habet. *ij verò, qui dignitates, perſonatus, officia, prebendas &c. teneantur, iuſto impedimento ceſſante, infra annum ordines ſuſcipere requiſitos, alioquin, &c.*

6 Itaq; ex his dictis ſequitur, quod priuilegia Regularium, ſeù conſuetudines, non tolluntur per primum decretum; quia in ipſo non derogatur eis: & ità aiunt in terminis Rodriq. vbi ſupra §. 3. Inferatur, & Crux d. loco, & alij recentiores.

Item ſequitur, quod priuilegia, & conſuetudines Regularium tolluntur per poſterius decretum; quia in ipſo expreſsè eis derogatur.

Obiectio contra Prædicta.

7 Enim verò, eſt obijciendum, aduerſus hactenus prolata, cap Meſſana, de elect. vbi ità dicitur. Ædicto perpetuo prohibemus, nè per Laicos, cum Canonicis, Pontificis electio præſumatur: quæ ſi præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem: non obſtante contraria conſuetudine, quæ dici debet potius corruptela.

Ad

Ad quem iuris textum ſatisfaciendũ, & per conſequens obiectioni, eſt ſciẽdum, duplicem eſſe Laicorũ ſpeciẽ: Nam quidam ſunt laici profeſſione, & habitu, quidam vero, nec profeſſione, nec habitu, ſicut sũt Religioſi conuerſi, cap. duo, 12. q. 1. vnde appellatione laicorũ comptæhenduntur conuerſi in reſpectu ad clericos Regul. at in reſpectu ad alios laicos ſæculares minimè comprçhendũtur ſunt enim perſonæ Eccleſiaſticæ, *Gl. in cap. mulier, verb. Laicus, diſt. 23. Gemin. in c. quicunq. §. inhibemus, n. 1. & 2. vbi quoq. Franchus, n. 1. de hæreticis in 6. & idem Gemin. in d. §. in Eccleſijs Sãch. in opere mor. li. 2. c. 6. n. 6. & alij.*

8 Modo ad obiectionẽ dicimus, Textum ca. Meſſana procedere de laicis profeſſione, & habitu, non vero, de laicis, qui tales non ſunt, nec profeſſione, nec habitu. *Ita poſt Innocent. & Hoſt. in c. 2. de inſtit. Glo. docet in d. §. in Eccleſiis, in fine, quicquid autẽ ex ſe Suarez ratiocinetur, to. 4. de reli. tract. 8. lib. 2. c. 4. n. 4. 5. & 6.*

CONCL. IV.

9 Prò coronidæ huius contro. pronũciamus, omnia à nobis concluſa in hac materia, eſſe limitanda, ſicuti diximus concluſione 5. n. 10. ſuperioris contr. nimirum ad electoribus, ac electori vtilitatem afferendã, ac protegant, foueant, & tueantur electionis celebrationem, in tali caſu admitti poſſunt huiuſmodi perſonæ.

DOCT. ALLEG.

10 *Pro hac ẽt, aſſertione citantur ijdem Doctores allegati, numer. 11. ſuperioris controuerſiæ.*

CONTRO. III.

An Regulares non Sacerdotes, voce paſsiua gaudeant, in electionibus ſuarum Religionum.

CONCL. I.

1 Religioſis regularibus, ac ſæcularibus omnibus, Sacerdotali honore carentibus, minimè aditũ occludi ad officia quçcunque, ac dignitates, quç non ordinantur, nec vllam connexionem habent, cum ordinis poteſtate; ſecus vero, de alijs, quæ ſine vſu ordinis exerceri nequeunt, iuxta à nobis tradita in ſuperiori, 4. diſp. contr. 1.

CONCL. II.

2 Deficientibus Sacerdotibus, vt putà, ſi nullus reperiatur idoneus, poſſe præfici Clericos, etiam in minoribus Ordinibus, Conſtitutos, eiuſdem Ordinis, & Congregationis, ſi aliqui ſcilicet ipſi erunt idonei.

Aſſertio patet ex capitulo tuam, de ætat. & qualitat. & ex capitulo cenomanenſem, diſtinct. 56. Et licèt non ſint transferenda officia, & adminiſtrationes ordinis, ad alios regulares, vel Clericos ſæculares, iuxta dicta in ſuperiori controuerſia; Attamen ſicut poterit ſuppleri defectus omniũ, eiuſdem ordinis Religioſorum, per alterius ord. Religioſos, vel per cle-

ricos ſæculares gradatim, cap. inter quatuor, de relig. dom. in actis iuribus, in pręced. contr. allegat. ſic enim fieri poteſt in caſu noſtro, ad hoc enim facit regul. 4. de reg. iuris, in 6. quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum.

DOCT. ALLEG.

3 *Edocent aſſertionem Rebuffus, in praxi, tit. diſpenſatio cum regul. n. 40. Gozalez, ſuper regul. cancell. 8. gloſſa, 8. n. 43. Garcens, p. 7. de benefic. q. 10. n. 16. & fauet c. 2. in fine, de obſeru. ieiu. & c. quanto, de conſuet. Sigiſm. dub. 92. de elect. n. 12. alijque recentiores.*

CONCL. III.

4 Ad hoc, vt electio ad pręlaturã Regularem teneat, ac rita, & valida ſit, neceſſariò requiri, & ſufficere, ſi eligendus ſit in Sacris ordinibus conſtitutus, dummodo, debito tempore, præsbyter fiat.

Primo probatur, ex capitulo dudum, 1. vbi Bald. num. 6. de elect. ſtatuitur, vt nõ aſſumantur ad beneficiũ habẽs curam annexam animarum, niſi ille, qui eſt ſacris initiatus, & capit. 1. de ętat. & qualitat. & ord. præfic. decernitur, vt Abbates, Decani, & Propoſiti Pręsbyteri fiant, quod ſi iuſta aliqua cauſa prohibentur, non potuerint, pręlationem ammittant, & ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. capit. 12. de reformat. decernitur, vt nemo deinceps ad dignitates, quarumcunque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueantur, niſi, qui ſaltem 25. ſuæ ętatis annum attigerit, atque in clericali verſatus doctrina ad ſui munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur. ergo.

3 Secundo probatur, nam ſi daretur, pręfectos non Sacerdotes eſſe habiles ad dignitates, ac officia, quibus animarum cura ſubeſt, ſequeretur etiam minores 24. annorum, Bigamos, & alios irregulares, ac excommunicatos minori excommunicatione eſſe habiles ad dictas dignitates, contra doctrinam in ſuperioribus controuerſijs traditam: ſed nullus ambigẽdi locus relinquitur, quin hoc ſit graue abſurdum, & ideo minimè aſſerẽdum, l. nõ quod abſurdum, ff. de bonis lib. ergo.

Sequela patet; nam intrinſeca ratio, vt ita dicam, ob quam prædicti minores ætate, irregulares, ac excommunicati minore excommunicatione arceantur ab officijs, quibus eſt annexum Paſtorale munus, eſt eadem, quæ eſt in caſu noſtro, videlicet, quia ſunt inhabiles ad receptionem, & vſum ordinum, ac poteſtatem, præſertim, clauium ideſt peccata remittendi, quæ ordinantur ad illud Paſtorale munus, & ex illa ortum, atq; originem ducit, ergo ſi hæc ratio deſtitueretur, poſſent profectò dictas prælationes obtinere; quia ſublata ratione legis, bene ſublata eſt lex, gloſſa, in Bart, in l. p. in princ. in ver, prouidentia, ff. de leg. tu. latè, Salicetus, quem refert, & approbat Felin, in cap. 1. n. 16. limit. 9, verſ. conſidera, de reſcript.

DO-

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur concluſionem Butrius, in c. tuam, n. 4. & Panor. in 5. notabili, et ad finem de ætat. & qualit. Biax, in director. elect. p. 2. et 9. n. 2. Rota, deciſ. 647 n. 3. coram Card. Seraph. Sigiſ. vbi ſup. n. 13. & alij.*

CONCL. IV.

7 Licèt de iure ſufficiat, ſi tẽpore electionis eligendus, ſit in Sacris, modo debito tempore fiat Præsbyter, iuxtà allegata iura, ſupra nihilhominus ex decentia, & ex communi curſu rerũ, eligendus eſſe debet Sacerdos etiam tempore electionis.

Probatur, nam aliàs, multa ſçpiſſimè exorirentur grauiſſima inconueniẽtia, ac in commoda, quæ prudentes viros non latent, & ſcribunt viri Doctiſſimi mox infra citandi.

DOCT. ALLEG.

8 *Suſtinent concluſionem, S. Bonau. in regul. ca. 7. Cordub. ibid. q. 4. p. 3. polit. in fine, Rodriquez. tom. 1. q. 15. art. 2. Miranda, in manual. prælat. to. 2. q. 3. ar. 2. & omnes expoſitores regulæ Minoritæ. Sigiſm. vbi ſup. nu. 10. Suarez, vbi ſup. n. 21. to. 4. de religio. lib. 2. cap. 15. & n. 4. & 5. & alij.*

CONCL. V.

9 Eligendus in prælatum, in Ordine Prædicatorum, neceſſariò exigitur, vt ſit Sacerdos, ſicut, & in alijs ordinibus Regularibus, & hodie etiã in ordine omnium Minorum, qui militant, ſub Regula D. Franciſci.

Cuius eſt ratio potiſſima, quia huiuſmodi prælati Conuentuales, aut Prouinciales, ſeu Generales exercent curam animarum, cui neceſſariò requiritur eſſe Sacerdotẽ, quoniam tenẽtur in multis caſibus, ſubditorum confeſſiones audire, cum id ab eis petierint, ſicut de Parocho, reſpectu Parochianorũ, & quando Clemens Octauus, in ſuo decreto caſuum reſeruat: præcipit, non licere ſuperioribus Regularius, ſubditorum confeſſiones audire, non propterea abſoluit ſubditos à cura animarũ ſuarum penes ſuos prçlatos, ſed tantum eſt factum in fauorem ſubditorum, & exonerationem. ergo non eſt in odium prælatorum dictum decretũ retorquendum, l. quod fauores, C. de leg. & cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.

10 Deinde, in ord. Prædicat. dicitur, quod eligendus in prælatum eſſe debet Sacerdos, in conſt. diſt. 2. ca. 2 de elect. Prioris n. 6.

In Ordine D. Franciſci, licèt in eiſdem primordijs ob penuriam Sacerdotũ, & humilitatem Sancti, ex priuilegio Honorij III. ob confirmaiionẽ Regulæ, c. 2. ad prælaturas non Sacerdotes aſſumi poterant, & vt ibi inquit, in comment. Regulç, D. Bonau. ſequutus à reliquis expoſitoribus. *Ipſi vero Miniſtri, ſi Præsbyteri ſunt, quod regulariter eſt tenendum, cum habeant curam animarum, & per conſequẽs debeat vultum pecorum agnoſcere ſuorum, & fide, ac moribus ordinare.*

Iſtud aũt dictũ eſt, pro ordinis principio, in quo erat raritas Sacerdotũ, maximè

quia Sãctus P. Franciſcus ex humilitate legitur, Sacerdotium fugiſſe. hæc ille.

Et de anno 1638. in Conſtitutionib. Capuccinorum, ordinatũ eſt, in poſterum Guardianos eſſe debere Sacerdotes, ac oraculo Pij V. in hoc derogatum fuit.

DOCT. ALLEG.

11 *Noſtræ fauent concluſioni, D. Bonau. relato loco, Nauar. in cap. placuit, num. 152. & ſeqq. diſt. 6. Sigiſm. n. 7. vbi ſupra Suarez, to. 4. in D. Tho. diſput. 32 ſect. 1. n. 4. & cæteri omnes Canoniſtæ, Summiſtæ, ac Theologi.*

CONCL. VI.

12 Neceſſitate vrgente hic, & nunc, enim vero, Regularibus Clericis, etiã in minoribus ordinibus, ſolum conſtitutis, vel vtique Laicis, ſeu Cõuerſis, aditum patere ad præfatas dignitates curatas.

Concluſio conſtat ex c. tuam, de ætat. qualit. & ex dictis in 2. aſſert. n. 2. & quoniam etiam in electionibus multum conſuetudo attenditur, quæ & derogat iuri communi, vt diximus in ſuperioribus, à principio huius materiæ, ſed Religio, D. Franciſci ex antiqua praxi, & noua, non dumtaxat in electionibus ſuffragium tulerunt, ſed etiam receperunt, quia Guardianatus, & Prouincialatus, interdum, munera ſuſtinuerunt, quãuis potius, ex neceſſitate, quam ex iure canonico, ac decentia, & congruitatem.

13 Hinc Gregorius IX. in quodã Capitulo Generali Prędicatorũ de obſeruantia, cui ipſe præfuit, animaduertens, ac mature diſcutiens neceſſitati limites excedere prouiſionem, ſeu electionem factã de præfatis non Sacerdotibus, ipſo Summo Pontifice præſente inhabilitati ſunt Fr. Laici ad officia ordinis, qui vſque tunc dicta officia, vt Clerici exercebant, vt dicitur in compend. priuilegiorum, verb. Laici Fr. ac proprerea in argumentũ nequeunt trahi, quæ aliquando propter neceſſitatem ſunt cõceſſa, c. in argumentum, vbi gloſſa, in fig. caſus, de regul. iuris, in 6. & can. quod pio remedio 1. q. 3.

DOCT. ALLEG.

14 *Placet concluſio Magiſt. Soto, in 4. diſt. 20. q. 1. art. 4. concluſ. 3. verſ. & cõfirmatur hoc, & ſequuti ſunt omnes, Sigiſm. vbi ſup. 14. ſicut Epiſc. electi, non ordinati, confeſſores creare poſſunt, & caſus reſeruare, à quibus, niſi de ſua licentia nemo ſubditorum valeret abſolui ſpiritualia præcepta ponere, & ea ſub pæna excommunicationis, &c. de quib. ſatis ſupra eſt dictum, & alij recentiores aſtruunt.*

CONCL. VII.

15 Ad officia, ſolummodo, ac munia quæ nullatenus ordinantur ad ordinis vſum, nec ab eo dependent, vt ſũt Diſcretatus, ac Diffinitoratus, minimè aſcenſum vetari prædictis, non Sacerdotibus.

Patet ex prima aſſertione, num. 1. & ex alijs dictis ſupra.

CON-

CONTRO. IV.

An vocis priuatio, ipſo facto irrogata, incurratur, ante latam Iudicis ſententiam declaratoriam.

EXPLICATIONES.

1 PRæmittemus, ad facilitandam huius controuerſiæ deciſioné, non nullas Theſes fundamentales, quarum ſit.

CONCL. I.

2 Vocis priuatio, ſeu inhabilitas prędicta, duplex eſt, pœnalis, ſcilicet vna ac ſubſtantialis altera. Subſtantialis inhabilitas, ſeu priuatio vocis eſt carentia illarum condictionum, quæ per ſe eò tendunt, vt perſona habeat qualitates moraliter conuenientes, vt idonea ſit ad ferendum, ſeu ad ſuffragium recipiendum, & ſine quibus ei non datur tale ius, vt eſt, exempli gratia, eſſe eiuſdem profeſſionis, habitus, eſſe in ſacris initiatum, & huiuſmodi, de quibus, in ſuperioribus eſt ſatis dictum.

CONCL. II.

2 Iuhabilitas, ſeu priuatio pęnalis eſt, quãdo Religioſus, non obſtante idoneitate, & conditionibus ſubſtantialibus, inhabilitatur tamen propter actiones in congruas, & diſconuenientes rectæ electioni, vt verbi gratia, ſunt, qui eligunt ſcienter indignum, quia ſunt priuati, pro ea vice, eligendi poteſtate iuxtà latè dicta in ſuperioribus: pari modo, priuatio vocis actiuę, ac paſſiuę ipſo facto incurrenda per Decretum Sacræ Congregationis æditum 1590. inflicta ijs regularibus, qui accedunt ad Monaſteria Monialiũ, vel Sororum, cuiuſcunque Ordinis, ſine exprꝗſſa licentia eiuſdem Sacræ Congr. vel ſaltem per quater in anno, ſine expræſſa licẽtia Ordinarij locorum, iuxta moderationem alterius Decreti eiuſdẽmet Sacræ Congregationis ęditi 1623. 12. Decemb. & huiuſmodi.

CONCL. III.

3 In præſentiarum, eſt nobis tantum diſputatio de pœnali inhabilitate, minimè vero, de inhabilitate ſubſtantiali: quoties enim inhabilitas ex defectu cuiuſcumque condictionis ſubſtantialis, ſuffragium erit omninò nullum, licèt defectus ſit occultus; quia illa inhabilitas non eſt priuatio poteſtatis prius habitę, ſed perpetua carentia etiam numquam acceptæ poteſtatis: huiuſmodi enim poteſtas non eſt ab intrinſeco, vt ſic loquar, ſed eſt ex conceſſione Principis, aut Superioris, qui illam non vult concedere, niſi perſonæ habenti tales, ac tales qualitates, & ideo cõtrouertimur iure optimo, de vocis priuatione, & non de inhabilitate, cum non omnis inhabilitas ſit priuatio.

CONCL. IV.

4 Nec modo in dubiũ vocatur, ſi inhabilitas prędicta incurratur ante Iudicis latam ſententiam declaratoriã, quando lex, ſ. apertis verbis id exprimit, vt ſi lex, ex, g. dicat, *ipſo facto*, aut *ipſo iure*, vel *eo ipſo*, adiuncta clauſula *& abſq. alia declaratione*, vel *ante omnem declarationem*, ſiue *nulla etiam declaratione ſequuta*, & huiuſmodi; tũc enim eſt certum apud omnes, legem exequi pęnam ſtatim, & abſq; mora. At hic controuertitur dumtaxat, an ſimplex clauſula, *ipſo facto*, ſeu *ipſo iure*, aut *eo ipſo*, & ſimilia, &c. ſtatim priuationem inducat, ante omnem ſententiam, etiam declaratoriã criminis.

CONCL. V.

5 Vocis paſſiuæ priuatio, ſeu inhabilitas, mox incurritur, ante Iudicis ſententiam declaratoriam, quando lex, *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, &c. eam incurrendam delinquenti inſligit.

DOCT. ALLEG.

6 *Huius concluſionis Auctores ſunt Sayrus, in Claui Regia, lib. 3. capit. 9. num. 34. verſ. ex dictis ſequitur Suarez, lib. 5. de legibus, cap. 9. num. 3. in principio Sorbus, in annotat. ad compendium, tit. ingredi Monaſterium Monial. nu. 12. & Duard. in bullam Canæ Domini, lib. 3. §. 8. q. 2. n. 47. & alij.*

CONCL. VI.

7 Probabilius longe eſt, minimè priuationem vocis paſſiuæ, ipſo iure, ſeu ipſo facto, &c. irrogatam, incurri, ante Iudicis ſententiã declaratoriam etiam in foro conſcientiæ.

1 Probatur, nam lex pænalis, quę non poteſt executioni demandari, abſq; hominis actione, licet ſi ipſo iure, vel ipſo facto feratur, aut etiam dicatur, nulla expectata declaratione ante Iudicis condemnationẽ, minime obligat in foro conſcientiæ, quia vſu, & conſuetudine, quę eſt optima legum interpres, receptum eſt, vt nullus ſe priuet re ante obtenta, niſi declaratoria criminis ſententia à Iudice feratur. ergo,

2 Probatur, nam ſi huiuſmodi lex priuationis vocis obligaret ante Iudicis ſententiam, eſſet nimis acerba; nam cogeret homines delinquentes ad ſe prodendũ, & ad exequẽdum in ſe duriſſimam pænam, ad quod nulla lex obligat: leges enim humanę faciles, ac tolerabiles eſſe debẽt, & humanæ imbecillitati accomodatæ, de hac re alibi fuſius agemus, Dei fretu in alio tomo, 2. in ordine huius primi.

DOCT. ALLEG.

8 *Sunt DD. huius aſſertionis, Nauar. in extrauag. Greg. XIII. de datis prò iuſt. n. 44. Molina, to. 1. tract. 2. diſp. 95. n. 14. & 96. n. 6. citans decem DD. ac aſſerens, eſſe communem hanc ſententiam inter Theologos, & Iuriſperitos, Salas, de legib. diſp. 15. ſect. 2. nu. 38. citans, 43. DD. Sigiſm. dub. 93. de elect. nu. 6. San-*

Sanchez, lib. 9. de matrim. diſp. 30. nu. 2. & lib. 7. diſp. 46. n. 28. allegãs Graſſium, Vegam, & Rodriqu. & to. 2. lib. 6. decalogi, cap. 17. n. 39. & to. 1. lib. 2. ca. 22. n. 20. & 26. & cap. 39. nu. vlt. Villalobos, in ſumma, tract. 2. difficul. 26. n. 2. Molfeſius, in ſum. to. 1. tract. 9. ca. 9. nu. 35. Diana, p. 1. tract. 17. reſolut. 67. & p. 2. tract. 2. de dub. regul. reſolut. 66. & de legibus reſol. 23. & 24. Graſſius, p. 1. lib. 2. deciſ. aur. cap. 11. Lorca, in p. 2. D. Thom. to. 2. diſp. 24. de leg. Leſsius, lib. 2. cap. 29. dub. 8. nu. 63. de iuſt. & iure, Suarez, de legibus, lib. 5. ca. 5. & ſeq. Ioannes de la Crux, in director. conſci. par. 1. in princ. dub. 3. de legibus, Sayrus, de cenſur. lib. 7. cap. 12. nu. 24. Homobonus, de exam. Eccleſ. p. . tract. 11. cap. 12. q. 26. Auila, de cenſur. p. 7 diſp. 4. dub. 7. concluſ. 7. Henriquez, li. 14. cap. 5. n. 1. in Gloſſa, lit. F. Homobonus, de bonis in exam. Theol. p. 1. tr. 5. c. 8. qu. 15. Floronus, de caſibus reſer. p. 2. caſ. 7. §. 1. n. 8. Bonacina, de matrim. q. 4. punct. 11. n. 2. Finellus, de caſibus reſer. caſ. 9. n. 6. Azor, p. 3. lib. 3. cap. 19 q. 5. Zanard. in director. p. 2. præcept. 6 cap. 9. Suarez, de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. n. 22. Filliuccius, tom. 1. tract. 17. nu. 127. & alij, & eſt communis ſententia, D. Tho. p. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 62. ar. 6. & ibi Bannes, dub. 2. Syluestr. ver. pœna, n. 8. Ioannes de la Crux, lib. 1. de priuileg. cap. in explicat. Bullæ, de largitio. munerum, dub. 5. verſ. nota. 3. & cæteri nominales.

CONCL. VII.

9 Licet, ſtando in priori opinione, eum, qui incidit in priuationem vocis actiuæ, ac paſſiuæ, minimè teneri ſe priuare voce actiua, vel paſſiua, quoties hoc nequit facere, abſq; infamia, etiamſi, in lege habeatur delinquentem incurrere in talem pænam, non expectata vlla ſententia. Cuius eſt ratio, quia ius ad propriam famam conſeruandam, præpõderat iuri humano indicenti, exempli gratia, priuationem officij, beneficij, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & huiuſmodi. tamen tenetur delinquens diligenter inquirere diſpenſationem.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent multi ex allegatis, DD. & præſertim Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 7. num. 10. Diana, tract. 10. de legibus, reſolut. 24. in calce, & cæteri nominales.*

CONCL. VIII.

11 Quando in lege pænali, aut decreto, & huiuſmodi, apponitur clauſula *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, & *abſque alia declaratione*, ſeu *nulla etiam declaratoria ſequuta*, huiuſmodi clauſulæ operantur hos effectus, vt ſcilicet Iudex in declarando ſententiam in delinquentem, alias pænas non ei præbeat niſi à Legiſlatore taxatas, ac inflictas aut Iudex declaret, talem delinquentem ab illa die commiſſi criminis, omnia geſta male feciſſe, ac nullius fuiſſe valoris, vt cõtractus, & ſimilia, retrotrahendo ad omnia officia, & dignitates, quas habuit reus. Nam huiuſmodi effectus, ſine dictis clauſulis, non exiſterent, in ſolummodo pæna incurrenda.

DO-

DOCT. ALLEG.

12 *Concluſio placet admodum Sanchez, lib.2.decalogi,to.1.cap.22.nu.20.26. & c.39.n.vlt.Sigiſm.ſuffragatur,dub. 93.n.6.de elect.& alij recentiores ſauẽt Diana,tract.2. de dub.regul.reſol.66. cum alijs nominalibus.*

CONCL. IX.

13 Vocis actiuæ priuatio, ante latam ſententiam Iudicis declaratoriam à reo incurritur, quando lex eam irrogat per clauſulam, *ipſo facto, ipſo iure*,& huiuſmodi.

DOCT. ALLEG.

14 *Ità autumant Sorbus in annotat. ad compendium tit.ingredi Monaſt.monial.n.12.Duardus in bull.cæn.D.lib.3 §.8.q.2.n.46.Azor,p.1.lib.5.cap.7.q 4.§.quod igitur attinet. Medina, & Petrus de Arragon,quos allegat, & ſequitur Sayrus,in Claui Regia,lib.3.c.9 n.34.Suarez,lib.5.de legib.cap.9.n.3. Salas,p.2.de legib.diſp.15.ſect.2.nu. 29.§.verſ.de voce autem actiua, Sigiſ. vbi ſup.n.7.Vaſq.p.2.diſp.168.c.2.n. 12.Becanus,in ſum.Theol.p.2.tract.3 c 7.q.3.concl.1.n.5.Villalobos,in ſum. tract.2.to.1.dub.25.n.4.& alij.*

CONCL. X.

15 Multo probabilius eſt,ac in praxi & vſu exiſtit eum,qui per legem pœnalem,priuatur ipſo facto,voce actiua,minimè teneri etiam in foro poli, hanc pęnam ſubire, ante Iudicis condemnationem.

Probatur aſſertio eiſdem rationibus, quibus eſt,6.aſſertio,nu.7. probata, & fauent etiam huic concluſioni, 7. & 8.nam illa clauſula,*ipſo facto,abſque alia declaratione*,eſt intelligenda, de pænę declaratione, vt nempè Iudex reum declarans,pænas taxatas in ea lege, ei infligat, alia fundamenta pete apud Sanchez, nunc citandum.

DOCT. ALLEG.

16 *Aſſertionem defendit mordicus Doctiſſimus Magiſter Sotus,lib.1.de iuſt. & iure,qu.6.art.6.ad 4.& lib.4.qu.6. art.3.ad finem, quem ſunt ſequuti Molina,de iuſt.& iure, tom.1.tract.2.diſput.96.nu.8.vbi ſic inquit. Idem dicẽdum,eſt quando quis ipſo iure ob crimen aliquod priuatus eſt iure eligendi, aut iure ſuffragium ferendi, vt Scholaſtici, ob ambitum in Cathedris;niſi enim ſententia ſequatur, eligere poſſunt,ſuffragiumq.ferre,idque habet cõſuetudo vniuerſitatum,vt affirmat Sotus; ſic Molina.Malderus,in p.2.D.Thom.qu.96. art.4.Menſro.4.fol.mihi,401. co1. Diana,tract.10.de legibus reſolut.24. Granado,in p.2.D.Thom.controuer.7. tract.3.p.1.diſp.13.ſect.2.nu.15. Ledeſma,2.4.q.19.artic.2. Soſa in commentar.Bullæ cænæ,Clem.VIII: de largit.munerum, Caſtellinus, in tract.de elect.canon.prælat.cap.1.§.6.num.20. multos alios allegans, Sanchez,lib.9. de matrimon.diſp.30.n.2.& to.1.operis moral.cap.22.lib.2.n 20.Laymã in Theolog.moral.tract.4.cap.15.n.5. & videatur omninò Graffius,tom.1.deciſ.aur.lib.2.cap.23.& alij nominales. vnde toto cælo errauit Villalobos, ſõten-*

tentia Soti à nemine ſequutam eſſe, in cuius dictæ aſſertionis corroborationem ſit ſequens concluſio.

CONCL. XI.

17 *Ut igitur, vnitati, & paci totius ordinis prouideamus, volumus, & declaramus, vt Regula noſtra, & Conſtitutiones noſtræ, non obligent nos ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum. Pœnis, tamen abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuæ grauioris culpæ, & alijs maioribus, quamtuncunque, tam in Conſtitutionibus, quam extra,* ipſo facto, *ſint incurrendæ, niſi ſit pœna excommun. latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi ſuperueniat declaratio prælati in particulari reſpectu huius, quamtumcunque ètiam notorium facti, vel Iuris, aut vtriuſque interueniat.*

Sic dicitur in prologo Cõſtit. Ord. Prę cat. n. 4. ſuper quæ verba eſt huiuſmo di declaratio facta in Capitulo Gen. Valentiæ celebrato 1596. *Declaramus, pœnas, omnes priuationis, in noſtris Conſtit. contentas, quando ad eſt clauſula,* ipſo facto, *ſola facti declaratione incurri, ita ut non poſſit Iudex ipſas minuere in ſententia ferenda. & Roma, 1513. ſic declaratur, quod pœnæ exigant declarationem ſuperioris in particulari, niſi ipſe met reus ſe ipſum declaret, quod facere debet, humiliter cognoſcens errorem ſuum, ſi factum eſt publicum, vel notorium, ſi enim ipſe ſe declarauerit, alia non eſt opus declaratione, & 1518. Romæ, additum fuit, declarando, quod nullus præſidens poteſt ſe ipsũ declarare abſolutũ ob officio ſuo propter quãcunq. tranſgreſſionẽ cõmiſſam. Item Romæ 1589. declaratũ fuit, vt nullus excludi debeat à quacunq. electione, prætextu alicuius criminis, ſeu delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus, quamuis ad electionem nõ debeat admitti ille, de quo manifeſtum eſt, eum incidiſſe in excommunicationem, vel commiſſe delictũ per quod reuera in excommunicationẽ inciderit.*

CONCL. XII.

18 Abſolure, ac ſimpliciter loquẽdo, per ſe, & directè, qui incidit in priuationem vocis actiuæ, & paſſiuę, cuius crimen, ſeu delictum eſt occultũ, ac nulla de eo pręceſſit infamia, aut probatio, interrogatus huiuſmodi delinquens à Iudice competenti, an hoc, vel illud fecerit cõtra iura. vel ſtatura inhabilitantia *eo ipſo*, vel *ipſo facto* minimè tenetur ad mentem interrogantis reſpondere, ſub periurij pœna, quare negatiue reſpondens, eſt immunis à culpa mendacij, & periurij. Cuius eſt ratio, qm̃ tale delitũ eſt occultũ, & nulla probatio, ſeu infamia præceſſit contra illud, & nemo tenetur ſe prodere cum tanto dedecore, ac damno, quale eſt priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, cũ pœna ſit grauiſſima in iure Regularib. inflicta, & iuſtè recuſat veritatẽ dicere, eo qđ ſcit ſuũ delictũ, ita eſſe occultũ, vt ſciẽtia ad ſẽtẽtiã requiſita, aliter haberi nõ põt, quam per ſuã confeſſionẽ. Conſtat præterea aſſertio, ex c. ſi quis aliquando §. non dico tibi, de pœnit. & c. erubeſcant, diſt. 32. & c. ſi oĩa, c. ſi oues, c. ex merito, 6. q. 1. vbi dicitur, *occultorum iudicatur eſt Deus.* ergo.

DO-

DOCT. ALLEG.

19 *Eſt contra Suarez, de legibus, lib. 5. c.9.n.11.& Sigiſ.n.9.dub,93.de elect. licèt n.14. limitet ſuum dictum, & nobiſcum teneat, quod nempè per accidēs, electorem excuſari, veritatem Iudici occultare, cauſa magni ſcandali, vel infamiæ propriæ, aut alterius iactura, & dānis, & in proprijs terminis aſſertionem tenent D.Tho.2.2.q.69. art.1.& ibi Caiet.& q.33.ar.7.ad 5. Fagundez, in 2. præcep. lib. 8.ca.7.nu.4. Leſsius, de iuſt.& iure, lib.2. c.31.dub.3.n.18. Petrus Nauar. de reſtit. lib.2.c.4.nu.142. Rodriquez, to.2.q.19.ar.4. Salzedo in tract. crimi. Diaz, c.128. Diana, tract. 15.p.1.reſol.27. Malderus, in 2.2.D. Tho. tract.6.c.3.du.1. Octauius Spatarius, in praxi crimi. tract.9.c.7.8.& 9 Reginal. in praxi, to.2.lib.24.c.3.ſect. 3.n.3. Sancius in ſelect. diſp.46.n.19. & ſeqq. Portel. in dub. de regul. tit. correctio Fratrum, verb. reus, nu.43.& in addit.n.5.eod. verb. Hyer. Rodriquez, reſol.43.n.7. Peyrinus, de religioſ. ſubdit. to.1.q.1.c.16.§.1. Valerus in differentijs vtriuſque fori, verb. reſt. differentia,49. Villalobos, in ſum. to.2. tract.16.diffi.1.nu.10. Nauarr. diſt.1. de pænit.§. vero dico, n.25. Ioſeph à Sācta Maria, in tribun. Religioſ. tract.4.cap. 14.n.5. Filliuccius, to.2. tract.40.num. 266.& multi alij nominales.*

CONCL. XIII.

20 Prò coronide, & complemento totius huius controuerſię, ex hactenus dictis, deducitur huiuſmodi aſſertio, pro reſolutione ſequentium caſuum occurrentium in dies, & digni ſunt, quidem ſcitu.

Primo, nam intelligentia habetur pænarum appoſitarum in Bulla Sixti V contra Clericos non deferentes habitum, & in Bulla Clementis VIII. contra Regulares, munera largientes, in eā nullus enim incurrit, niſi poſt Iudicis ſententiam, ita Molfeſius, *tom.1. ſummæ, tract.9. cap.9. num. 35. Souſa, in eius explicat. num. 102. Diana, tract.17.p.1.reſol.67.& tract. 2. de dub. regul. reſol.66.p.2.*

Et in Bulla Gregorij XIII. quæ incipit Dubia, quæ emergunt contra prælatos ingrediētes Monaſteria Monialium. *Ita Suarez, tom. 4. de religio. lib.1.cap.7.num. 10. cum alijs Diana, reſolut.66.tract. 2. de dub. regul. p. 2. Et in Bulla Pauli Secundi, in extrauaganti, Ambitione, de rebus Eccleſ. non alien. ſic Henriquez, lib.13. c. 56. num.41. Craſſius, p.1. deciſ. aur. lib. 2. cap.11. num.41. & alij*, & ſic de alijs Bullis appoſitis huiuſmodi pænis, cum dictis clauſulis, ſcilicet *eo ipſo, ipſo facto*, &c.

Secundo, leges ponentes taxam tritico, & pænas contrauenientibus, non obligat ante Iudicis ſententiam condemnatoriam: tenentur quidē venditores reſtituere exceſſum pretij, non autem ad penam, niſi à Iudice cōdemnētur, *ſic Villalobos, in ſumma, tract.2. difficult.26.n.2.*

21 Tertio beneficiarius retinere poteſt beneficium, donec declaretur. delictum propter quod priuatus eſt ipſo facto beneficio, niſi forte in lege dicat, pęnam in foro cōſcientię, ſtatim ſubeūdam eſſe, *Surd. dec.247. per totum, Azor, p.1. lib.5.c.7.q.6.& alij.*

Quat-

Quarto Eccleſiarum Rectores alienãtes bona ſine ſolemnitatibus neceſſarijs, non tenentur abdicare beneficia per extrauag. ambitioſæ, ante Iudicis latam ſententiã, quia d. Bulla, ita fuit vſu recepta, *ſic Nauar. in manual. cap. 27. n. 110. & Sanchez, in ſumma, to. 1 lib. 2. c. 22. n. 20. cum alijs.*

Quinto, idem dicendum de Religioſis videtur, qui admittunt mulierem intra ſepta Monaſterij, ex motu proprio Pij Quinti, *ſic Rodriquez, in eius Bullæ explicat. n. 32. & alij.*

6 Superiorem alicuius Religionis incidentem in aliquem caſum abſolutionis, ſeu priuationis, ipſo facto, Prioratus, etiamſi palàm conſtet de crimine, dicendum eſt, non incurrere dictam pænã, donec per ſuperiorem declaretur, iuxta dicta in cõcluſione 11. n. 17. ſupra, & conſequenter tuta cõſcientia in eo manere poſſe, nec licere ſubdictis eum expellere à guberuatione. Ioannes Valerus, in differentijs vtriuſq; fori, verb. pæna, differentia 20. n. 4. & alij.

Septimo, hæretici, & alij, quorum bona, ipſo iure, publicantur, non tenentur, ante Iudicis ſententiam, dicta bona reſtituere fiſco. Sanchez, tom. 1. ſummæ, lib. 2. cap. 20. nu. 7. qui 33. Doctores citat hanc ſententententiam tenentes, & nuper Sanctarellus, tract. de hæreſi, cap. 21. dub. 1. n. 6.

Octauo, Clerici ſodomitæ minimè incurrunt in pænas inflictas à Pio V. ante Iudicis ſententiam, contra Clericos ſodomitas per ſuam extrauagantem æditam. Diana, d. reſolut. 66. tractat. 17. parte 1. cum alijs ſup. relatis.

Nono, Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium, abſque licentia & eis loquentes, minimè priuantur ſuis officijs, & voce actiua, & paſſiua, ante Iudicis ſententiam, per eaſdem rationes hucuſque relatas.

CON-

CONTRO. V.

An ſi in iure, vel aliquo cõciliari Decreto, ſeu Pontificio, pænas priuationis vocis inferatur, de actiua, ac paſsiua voce, an vero, ſolum de actiua intelligi debeat.

CONCL. I.

1 Abſolutè, & ſimpliciter loquendo, ac probabilius, & in praxi ſeruandum, & conſulendum, diximus, eſſe dumtaxat de voce actiua, minime vero de paſſiua intelligendum.

Primo probatur, nam cum verſemur circa materiã odioſam, & priuatiuam, iuxtà regul. iuris, odia ſunt, ac pænæ reſtringendę, & conſequenter, huiuſmodi pæna eſt ad actiuam vocem pęnalem reſtringendam, & non ad paſſiuam ſimul.

Secundo, probatur, nam quando loquitur de pæna vocis, nulli dubium eſt, de voce actiua dumtaxat intelligi deberi, quia vox actiua, & non paſſiua eſt quæ propriè, & abſolutè, vox dicitur. ergo vera concluſio. verba enim abſolutè priuata accipienda ſunt pro famoſiori ſignificato.

DOCT. ALLEG.

2 *Defenſores huius aſſertionis ſunt Carzias de benefic.p.3.cap.4.num.15. Caſtro Palens, tom. 2.tract.13.diſput. 6. puncto 6.num.15 Diana, p.5.tract.13 Miſcellan.1.reſolut, 91. & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Improbabile minimè eſt omninò, etiam intelligi poſſe de vtraque voce actiua ſcilicet, & paſſiua.

DOCT. ALLEG.

4 *Suſtinet concluſionem Leſsius, de iuſtit. & iure, lib.2.cap.34.dub.29.num. 105. vbi illuſtrat quemdam locum Trident. Concil. & alij allegandi.*

CONTR. VI.

Quid veniat, ſub pæna priuationis, electionis, & an pendente appellatione, à priuatione poſſit interim reus non eligi, vel eligere,

CON-

CONCL. I.

1 QVi prohibiti ſunt electionẽ celebrare, abſque ſuperioris licentia; hi enim reuera, minimè dicũtur priuati, argum. c. fin. de elect. in 6.

Probatur, nam qui poteſt facere, vt poſſit, iam dicitur poſſe, l. qui poteſt, ff. de regul. iuris.

DOCT. ALLEG.

2 *Ità aſſerunt Panormitanus in d. c. fin. de elect. Angelus, ver. electio, num. 8. Syluest. eod. ver. 1. q. 4. Tabiena, verb. elect. 5. num. 6. Azor, p. 2. lib. 6. cap. 14. qu. 8. Miranda, in manual. prælat. tom. 2. q. 23. art. 8. Sigiſm. dub. 94. num. 1. de elect. & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Sub priuatione electionis pœna, niſi aliud exprimatur, comprehẽdi actiuam, ac paſſiuam vocẽ, dicimus, ideoquè priuatus electione non poterit eligere, neq; eligi: Secùs verò, vbi non ità ſimpliciter per verbum electio diſponeretur: nàm ſi verba ſtatuti ſonarent, *Non poſsit eligere,* tunc huiuſmodi verba, deſumuntur tantum pro electione actiua: ſi autem ſonarent, *Non poſsit eligi, &c.* tunc pro electione paſſiua ſumenda ſunt dumtaxat.

Prima pars probatur aſſertionis, quia electio eſt nomen verbale, quod duplicem ſignificationem importat, actiuam, ſcilicet, & paſſiuam, vt Doctores aduertunt, in l. 2. ff. de duobus reis. aliæ partes de ſe conſtant.

DOCT. ALLEG.

4 *Aiunt ſic Geminianus, couſil. 99. n. 4. in fine, verſ. ſed appellatione electionis, quẽ refert, & ſequitur Tuſchus, litt. E. concluſ. 59. num. 2. Panormit. in rubric. de elect. in fine, & cap. cum dilectus, num. 15. de conſuet. Sigiſmund. dub. 94. num. 2. & 3. de elect. & alij nominales.*

CONCL. III.

5 Huiuſmodi ſic priuati electionis iure, licitè queunt Priorũ, aut Guardianorum, vel ſimilium prælatorum Regularium, vices ſuſtinere, ac alia huius generis officia exercere, quæ per collationem, ſeu delegationem, minimè verò, per viã electionis actiuæ, paſſiuæquè vocis obtinentur.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent concluſionem Nauarrus, lib. 1. conſil. 8. de appellat. Sayrus, lib. 1. deciſ. 8. tit. de elect. Sigiſm. vbi ſup. num. 4. & alij nominales.*

CONCL. IV.

7 Regulares, quorum ſtatuta, Ordinationes, ac vſus eſt, ſuperiores locales, ſeu Conuentuales inſtitui à Diffinitoribus capituli Prouincialis, ſeu Generalis, & non eligi in Conuentibus, à Patribus vocalibus, vt fit in ordine Prædicatorum, ſecundũ ius Canonicum, quando per bullas Pontificias, ſeù iura Canonica, aut Decreta S. Congr. priuantur propter delicta, ſub priuatione vocis actiuę, & paſſiuę

minimè poſſunt per collationem, ſeù delegationem munia dignitatum, ſeù prælationum localium, aut conuentualium exercere.

Probatur, quia lex pœnalis, licèt ſit interpretanda ſtrictè, nihilominùs, eſt vtique extendenda, atq; amplianda, nè inutilis, & ridicula reddatur, iuxtà mentem Legiſlatoris pœnantis Regulares ſub priuatione actiuæ, paſſiuæq; vocis, ſed ſiceſt, quod Regulares illi, qui non habent vocem in Conuentibus, aut domibus eligendi ſuperiorem; non erunt priuati voce actiua, & paſſiua, e. g. quia loquuti ſunt cum monialibus, & conſequenter eſſe poterunt Priores, Guardiani, & Abbates, per collationem, ſeu Delegationem, aut inſtitutionem, quod nullo modo eſt cōcedendum, ac multò magis faciendum. Mens enim Legiſlatorum eſt, pœnare huiuſmodi delinquentes Regulares in officijs, ſuperioritatum, & in alijs inferioribus etiam ne exerceant.

CONCL. V.

8 Reus per ſententiam inhabilitatus, poteſt, pendente legitima appellatione, eligi, ac eligere.

Cuius eſt ratio, quoniam regulariter appellatio ſententiam ſuſpendit, & eius effectum. cap. cum venientes, de iureiurando, & l. 1. ff. ad Turpil. etiamſi ſecum trahant executionem, l. furti, ff. de his, qui not. infam.

DOCT. ALLEG.

9 *Suſtinet aſſertionem Nauarrus, lib. 1. conſil. 8. per totum, de elect. in antiquis, Suarez, de religio. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 11. num. 6. Sigiſmundus, num. 5. vbi ſup. & alij allegandi.*

CONCL. VI.

10 Licèt veriſſima maneat aſſertio prædicta, vt videlicèt ſententia ſuſpendatur priuationis vocis per legitimam appellationē; nihilominùs, quantum ad vocem paſſiuam ſpectat, vt non procedat, limitatur, quando ſcilicet reus per crimen denunciatum ſuper quod fuit lata dicta ſententia, non fuiſſet factus infamis apud viros graues, & bonos: tunc enim reuera haud promoueri poſſet, non quia appellatio non ſuſpendat ſententiam, ſed quoniam taliter infamis non poteſt promoueri. Concluſio ſatis conſtat ex Controu. 16. diſputat. 4. ſuperioris.

Itaque omnis ſuſpēſio à voce actiua, & paſſiua per legitimā appellationē ſuſpenditur ſicut quoque interdictū ingreſſus poſſeſſionis agri, vel beneficij, aut collationis eius, aut aliorum actuum, qui non tangunt animam, ſuſpenduntur per appellationem, vt d. Nauarrus in c. ſicut, §. final. de ſententia excommun. & in c. ad hęc quoniam, de appellat. autumat cum alijs nominalibus.

CONTROV. VI.

An Superior excludere poſsit paſsiuè aliquem ſecretò, incitata, ac inaudita parte ab aliqua Digni-

gnitate, aut officio, de quo tunc eſt electio celebranda.

CONCL. I.

1 QVoniam per diuiſionem, res melius intelligitur, inſt. de leg. §. ſed non vſque not. ff. de do. except. l. 1. gloſ. 1. ideo, diſtinguimus triplicem ſenſum tituli Controuerſiæ, iuxta quem, tres Theſes tredemus, quarum in ordine ſit.

CONCL. II.

2 Tam Generalis, quàm ſcrutatores, crimen, æterna morte dignum committũt, excludentes paſſiuè aliquem ſecretò, incitata, & inaudita parte ab aliqua prælatura, ſeù officio, maiorē ſcilicet partem ſuffragiorum vni datam, alteri falſo referre, ac ipſum eligere; cum talis electio ſit prorsùs nulla, & inualida, in vtroque foro, videlicet, conſcientiæ, & foro fori.

3 Probatur aſſertio, quod ſit nulla in foro fori, quoniam nec Capitulum generale, cum ipſomet Generali infringere poteſt electionem validam, & validare nullam, contrà diſpoſitionem conciliarem cap. quia propter, de elect. ſed in caſu noſtro dictus Superior cum ſcrutatoribus validam fecit electionem ipſo iure, nullam, ex diſpoſitione, d. ca. quia propter ergo eſt nulla in foro fori.

Probatur, quod ſit etiam nulla in foro conſcientiæ: quoniam cum non interuenerit conſenſus maioris eligentium, electio non habet fundamentum naturale, & ideò, nec etiam valet in foro conſcientiæ, vt diximus, tract. 1. diſput. 1. controu. 5.

DOCT. ALLEG.

4 *Autumant Panorm. in d. cap. quia propter, de elect. in 6. nu. 12. Iodnn. Andreas ibid. argum. cap. inferior, diſt. 21. & cap. cum inferior, de maior. & obed. & clemēt. nè Romani, de elect. Nauarr. lib. 1. conſ. 4. tit. de elect. in 2. edit. Rodriquez tom. 2. qq. regul. q. 25. art. 11. Miranda, tom. 2. in manuali prælat. qu. 13. art. 26. Sigiſm. dub. 95. num. 5. de elect. & alij.*

CONCL. III.

5 Electores, tuta conſcientia, negare tenentur ſuffragium ei, quem ſolus eorum ſuperior teſtatur non eſſe idoneum, dummodo non conſtet electoribus, ſeù ſaltem in eos cadat probabilis, ac rationabilis ſuſpicio de aliqua ſuperioris fraude.

Probatur, quia electores ſemper tenentur in conſcientia præferre magis idoneum, minus idoneo, vt per totam diximus, controuerſiam primã, diſput. 1. tract. 1. ſed ſola ſimplex atteſtatio ſuperioris, de cuius fraude non conſtat, vel ſaltèm probabilitèr nequimus ſuſpicari, reddit magis idoneum vnum in concurſu alterius. ergo tenẽtur electores dimittere illum, quem teſtatur ſuperior eſſe minùs idoneum, & eligere alterum.

Probatur minor, quia in tali caſu, in quo ſolùm agitur de præferendo magis idoneum, minùs, idoneo, nè dum leuiores probationes ſufficiunt, ſed etiam ſufficit ſola ſuſpicio ad excludendum aliquem in concurſu alte-

alterius, qui nullam patitur ſuſpicionem: ſed dicta atteſtatio ſuperioris meritò inter leuiores probationes videtur connumeranda, aut ſaltem negari non poteſt, quin rationabilem ſuſpicionem debeat afferre electoribus, &c. ergo illum reddit minùs idoneum, itaut iure optimo ſit illi præferendus alius, qui nullam patitur ſuſpicionem.

DOCT. ALLEG.

6 *Edocent concluſionem cum ſuis probationibus Fabr. deciſ. 47. lib. 2. Rota, deciſ. 1029. num. 1. coram Card. Seraph. quam ſunt ſequuti Mareſcottus, lib. 2. var. reſol. cap. 35. numer. 19. & Beltraminus in annotat. ad deciſ. 238. Gregorij XV. nu. 13. & clariùs tradit eadem Rota, deciſ. 481. num. 3. & 9. p. 2. in recent. & Calderinus conſil. 9. de probat. & facit text. cap. omnipotens, de accuſat. Sigiſmundus in proprijs terminis, num. 6. cum alijs recitandis.*

CONCL. IV.

7 Quamuis hæc ità ſe habeant, vt ſcilicet Electores peccent non præferendo alium ei, de cuius minori idoneitate teſtatur ſuperior, vt explicatum eſt; attamen, ſi de facto non præferrent, ſed illum eligerent, valet nihilominus electio in foro externo; modo aliàs indignus non ſit.

Conſtat ex dictis in ſuperioribus primi tract. diſp. 5.

CONCL. V.

8 Superior incitata parte, ac inaudita, non poteſt aliquem priuare voce paſſiua, in actu celebrandæ electionis, ex cauſa, quam ipſe ſolus teſtatur, vnde grauiſſimè peccat, nec Electores tenẽtur ei obedire in tali caſu.

9 Probatur, nam ad effectum imponendi aliquam pœnam, putà priuationis, probationes eſſe debent plenè, & concludentes: ſed ſola atteſtatio ſuperioris non eſt vllo modo dicenda ſufficiens probatio. ergo non eſt qui priuandus ex ſola ſuperioris atteſtatione.

Maior firmata fuit in Rota d. deciſ. 481. in fine, p. 2. in recent. & in terminis noſtris, de depoſitione prȩlati Regularis, eadem Rota, deciſ. 234. n. 7. p. 1. in recent. & ſi crimen, quod opponitur ex eo, quod occultè committi ſoleat, probetur coniecturis, & prȩſumptionibus; cum lex, in occultis, de eo, quod habere poteſt, contenta ſit, Maſcardus, de probat. to. 3. concluſ. 1313. & Farinaccius, de delict. carn. q. 147. n. 66. Attamen ad dictum effectum imponendi aliquam pœnam, & maximè, priuationis, tales coniecturæ, ac præſumptiones eſſe debent adeò euidentes, & vrgentes, vt reum de tali crimine per neceſſe conuincant, vt in terminis de ſimonia tenuit Rota in firmana Cappellania 7. Maij 1582. corã Clem. Octa. quam allegat, & ſequitur d. deciſ. 1029. nu. 2. coram Card. Seraphino, Mareſcottus, & Beltraminus, vbi ſup. & ead. Rota, in Hiſpalenſ. prȩtenſæ ſimoniæ 7. Februar. 1596. coram Card. Blanchetto, quam approbat d. deciſ. 517. num. 1. coram Gregorio XV. & deciſ. 166. num. 8. par. 2. in recent.

10 Minor autem probatur; nam licèt Regulares faciliùs, & liberiùs pri-

priuentur, quam Clerici ſæculares, c. per tua 1. in ſine, de ſimonia, & cap. qualiter, & quando 2. de accuſ. & in puniendis eorum delictis, poſſit procedi de plano, & abſque ſtrepitu, & figura iudicij, poſpoſitis rimulis, & apicibus iuris, d. cap. qualiter, & quando 2. & cap. olim de accuſat. & minorib. conceſſit Bonifacius Octa. vt habetur in fundamento trium ordinum:

Nihilominus tamen, non per hoc, eorum prælati in cognoſcendis delictis grauibus, ſuorum ſubditorũ, quæ aliqua tergiuerſatione cælari poſſunt, nullo modo eximuntur ab eis, quæ ſunt de ſubſtantia, & eſſentia iudicij, & quæ conducunt ad veritatẽ inſpectandam, d. c. qualiter, & quãdo 2. vbi Panormit. de accuſat. & clement. ſæpè, de verb. ſignific. ſcilicet illa, quæ ſunt de iure Diuino, ſeu naturali, vel gentium. Panor. in c. dilecti, de iudic. Syluest. verb. iudex 1. qu. 5. Pegna, commentar. 404. verſ. fin. in 3. par. direct. Inquiſit. Nauar. lib. 2. conſ. 1. in fine, de ſententia, & re iudic. in antiquis.

Sed inter alia neceſſaria, de iure Diuino, non immeritò, ſibi locum vendicant citatio rei, ac eius interrogatio; ita ut nemo ſit condemnandus in audita parte Eccleſ. cap. 11. *Antequã interroges, ne vitupetes quemquam, & cum interrogaueris, corripè iuſtè. et Geneſi cap. 3. Adam vbi es? &c. & cap. 4. quid feciſti Caim? Matth. 18. cap. tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi ſerue nequam &c. Lucæ, cap. 18. & vocauit eum, et ait illi, quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ.*

11 Igitur ſola teſtatio ſuperioris nõ eſt ſufficiens probatio ad dictum effectum, & conſequentèr ex ſola cognitione, quam ipſe habet de delicto rei nequit eum priuare inaudita, & incitata parte; ſed neceſſario debet citari, atque audiri reus ad ſentiendum, ſi quam forte excuſationem, aut defenſionem afferre vellet. Clarus, lib. 5. §. fin. q. 8. ver. ſed numquid capto reo. Farinacc. quæſt. 39. num. 32. neque enim defenſiones, cum ſint de iure naturæ, clem. paſtoralis, §. cæterum, de ſententia, & re iudic. l. vt vim, ff. de iuſt. & iure. Farinaccius, num. 18. nemini ſunt denegandæ, nec etiam excommunicato, cap. cum inter, de except. atque adeò nec Diabolo, ipſi, ſi adeſſet in iudicio ſpecul. 3. p. tit. de Inquiſit. §. fin. verſ. ergo diſtinguo, Panormit. in cap. cum contingat, nu. 27. de for. compet. Farinacc. vbi ſup. iniquum enim eſſet iudicium, vbi audiretur impugnatio, & non defenſio.

DOCT. ALLEG.

12 *Præter tot iura, & DD. relatos in probationibus aſſertionis in proprijs terminis docent etiam Rodriquez, to. 2. quæſt. 51. art. 11. per totum. Nauar. lib. 2. conſil. 1. in fine, de ſententia, & re iudic. in ædit. antiqua, vbi in terminis de Fratribus Minoribus, & pleniùs, D. Antoninus, 3. par. tit. 9. cap. 15. §. 6. Sorbus in annotat. ad compend. tit. appellare, §. 2. Sigiſmundus, vbi ſuprà numer. 8. & ſequentibus, & alij.*

CONCL. VI.

13 *Nullus debet excludi à quacumque electione (ſcilicet actiua, & paſſiua,) prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit*

condemnatus, & per ſententiam, vel priuatus. ſic enim dicitur in declarationibus d. 2. cap. 2. de elect. prioris, ord. Prædicatorum n. 5. ſuper literam P.

CONCL. VII.

14 Electio ſic celebrata, cum iniuſta, ſcilicet priuatione alicuius, eſt quidẽ valida, quouſq; ad petitionem ipſius iniuſtè priuati anuulletur, cum ipſo iure, nulla, non ſit, ſed annullanda ad eius poſtulationem; & hic eſt applicãda doctrina tradita de non vocatis, vocandis, tradita contro. 2. diſput. 2. tract. 1.

DOCT. ALLEG.

15 *Tutatur aſſertionem Rodriquez, to. 2. q. 51. art. 11. Sigiſmund. num. 13. dub. 95. de elect. & alij nominales.*

CONCL. VIII.

16 Diximus, in præfata aſſertione, *cum iniuſta priuatione*; quia ſi vltrà iniuſtam priuationem, interueniant alia, alitèr etiam erit ſentiendum, vt dictum eſt in exemplo, de Generali præcipiente ſecretò ſcrutatoribus, vt nõ recipiant vota, &c.

Nam ibi, quia vltra iniuſtam priuationem, tollitur etiam eorum libertas electorum, qui fuerant ſuffragati, illi poſtmodum iniuſtè priuato impeditur conſenſus naturalis electionis, & denique contrà diſpoſitionem c. quia propter de elect. celebratur ſcrutiniũ, ideo huiuſmodi electio eſt ipſo iure nulla.

Quod vero tollatur libertas eorum electorum, &c. patet, quia non ſolum coarctantur ad eligendum aliquẽ certum, & determinatum, quo caſu, electio non dicitur libera, iuxta tradita in ſuperioribus, ſed quod magis eſt per fraudem circumueniuntur, & inuiti coguntur ad neminem eligendũ.

17 Quod autem impediatur conſenſus naturalis, ex eò maximè probatur, quia ſuppoſito, ſcrutatores, de mãdato generalis, inhabilitare eum, qui eſt iam à maiori parte capituli electus, conſequentèr electio, quæ poſtea, de alio celebratur, peccat in iure naturali. ſit exemplum. ex 30. Electoribus, quibus capitulum cõſtat, quindecim ſunt ſuffragati Fratri Ioanni, & altero ſuperueniente, qui velit ſuffragari eidem Fratri Ioanni, per quod votũ, iam electio habebat fundamẽtum naturale, ſcrutatores tunc temporis dicãt illi Electori nomine generalis, dictum Patrem Fratrem Ioannem eſſe priuatum voce paſſiua: nonnè hæc electio peccabit in iure naturali? ſicut & illa altera, de qua *eſt dictum, nu. 2.* concluſione 2.

18 Et quod tandem celebretur ſcrutinium non ſeruata forma, cap. quia propter de elect. in 6. liquidò conſtat. nam ſi quis ex præſentibus contemnatur, & inuitus ad ſuffragandum nõ admittatur, talis electio eſt contra intrinſecam formam electionis, & præſcriptam, in d. cap. quia propter, ibi, *Vota cunctorũ diligentèr exquirant.* ſpeculum, tit. de elect. §. 1. verſ. ſi ergo viam. Biax, in director. elect. p. 3. c. 27. num. 1. & 2. Suarez, tom. 4. de religio. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 14. de mente Panormitani. Sed in caſu noſtro, omnes illi electores, qui ſunt ſuffragati

gati Patri Ioanni, contempti ſunt, & inuiti non ſunt admiſſi ad ſuffragandum, dum per fraudem circumuenti ſunt, ad ſuffragandum inutiliter, argum. eorum, quæ ſunt dicta in ſuperioribus, de inutiliter ſuffragando. ergo contrà diſpoſitionem cap. quia propter de elect. fuit electio celebrata. ergo eſt ipſo iure nulla.

19. Quarè pro omnium dictorũ corroboratione, placet in medium afferre eundem penè caſum propoſitum, & reſolutum de anno 1625. à S. Congregatione, hoc pacto, quæſitũ fuit.

An in electione ſuperiorum Regularium, Præſidens Capituli, poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, & pœna excomm. latæ ſententiæ nè recipiant ſuffragia oretenùs tradi ſolita pro aliquibus, vltra certum numerum electionis inſufficientem; ſed eo completo dicant, electoribus ad aures, vt ſeruari, dicitur, vt dent alijs eorum vota. & an electio hoc modo celebrata ſit valida?

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Tride. interpretum, hanc eligendi rationẽ, quæ libertati electionis, ac naturali conſenſui aduerſatur omninò improbauit, cenſuitque electiones hactenùs celebratas, ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes, ſingulorum eligentium vota non receperint, prò canonicis non haberi.

Scipio Cardin. S. Suſannæ.

Locus † Sigilli.

Proſper Fagnanus Secr.

CONTROV. VII.

An ab Electione ſit ei abſtinendum, qui ipſo facto, priuationis pœnam incurrit.

CONCL. I.

1 Non eſt in præſentiarum dubitatio, de illo, qui inchoauit, ſed non conſummauit delictum, cui eſt à iure pœna impoſita priuationis, ipſo facto incurrenda; quia numquã eſt locus huiuſmodi pœnæ, niſi delictum fuerit conſummatum, quantũcumque fuerit inchoatum, licèt extraordinariè puniri poſſit.

DOCT. ALLEG.

2 *Ità ſentiunt Ioannes Andreas, in regul. odia, de regul. iuris, in 6. Bartholus in l. 1. ff. de ſicar. Panormit. in cap. 1. num. 13. de eo, qui mittit in poſſe. & in cap. cum in cunctis, §. clerici ſanè, num. 3. de elect. Gemimanus in cap. perpetuò, num. 1. de elect. in 6. & latè Menoch. de arbitr. Iudic. cent. 4. caſ. 360. n. 96. & ſeqq. & alij nominal. & aſſertio procedit ſi delictum non fuerit de atrocioribus.*

CONCLVSIO II.

3 In atrocioribus namque delictis, ſola attentatio, quæ ad actum proximum deuenit, punitur l. ſi quis, nõ dicam, vbi gloſſa C. de Epiſc & Cleric. & cap. ſi quis de pœn. diſtinct. 1.

DOCT.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic enim volunt Felinus,in tract.de punicu.conatu. num.4. Menochius, vbi ſupra num. 47. Farinaccius, p.2.q.22,num.31. & alij.*

CONCL. III.

5 Ille,qui ob aliquod delictum occultè perpetratum, & conſumatum,priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ,ipſo facto incurrit, & eſto incurratur ante latam Iudicis ſententiam declaratoriam, ab electione abſtinere debet dummodo per hoc delinquentis fama non patiatur graue detrimentum, id eſt eo modo, eſt ſibi abſtinendum ab electione, quo excommunicatus prohibetur euchariſtiam ſumere.

6 Nàm quemadmodum occulto excommunicato non licet quotidiè Sacrum facere ad placitum, ſed toties, tantummodo , quoties compètit propriam famam nimis imminui: ſic vtique,voce priuati abſtinere debent ab electione ſi aliter. e. g. vitare non poſſunt manifeſtationem ſui delicti, aut vehementem eius ſuſpicionem, vel ſimile incommodum graue, quòd nemo ſibi inferre cogitur,iuxtà communem omnium Theologorum doctrinam, de conſeruanda fama, & honore, quam latè explicat Alphonſus à Caſtro,lib. 2. de poteſtat.legis pœn. cap. 11. in argum.1.per totum,& capit. 15. circa medium. Immo huiuſmodi ſunt amplianda, vt in dubijs tutior pars ſit eligenda, dignitatis,nempè, propriç, incolumitas; quia melior eſt conditio poſſidentis, cap. quod autem, de iure patron. & c. in pari,de regul.in 6.

DOCT. ALLEG.

7 *Suſtinent hanc concluſionem Sorbus, titul. ingredi Monaſt.monial.fol.361.adict.Brixienſi.Suarez,to.5. de cenſur.diſp.48.ſect.1.num.17. Sayrus,in Claui regia,lib.3.cap.9.num.35.Sigiſmundus,num.3.dub.96. de elect.*

CONCL. IV.

8 Probabilius,& iuxtà praxim, ſecurius eſt tuta conſcientia, priuatus voce, per aliquod delictum occultum perpetratum,& conſumatum, actiuæ, & paſſiuæ vocis, ipſo facto, abſque alia declatione Iudicis, poſſit nihilominus ſua exercere munia eligendi, & eligi, & minimè abſtinere ab electione.

Cuius eſt ratio, quia vſu,& conſuetudine, quæ eſt optima legum Interpres,receptum eſt,vt nullus ſe priuet, re ante obtenta, niſi declaratoria criminis ſententia à Iudice feratur,& vt nuper, num. 6. diximus in calce, melior eſt conditio poſſidentis cum Iuribus ibi allatis. & in Religioſo delinquente occultè delicta perpetrata ob quæ, priuatio vocis actiuę & paſſiuæ, ipſo facto adeſt, ſemper dedecus, ac Infamia importat, cum talis pœna in Iure ſit grauiſſima, & conſequenter grauiſſima ſit vtique delinquenti religioſo,& hac de cauſa in ordine Prædic. cautum eſt, à D. Dominico, ſuos ſubditos Religioſos minimè incurrere in talem pœnam, licèt, dicatur ipſo facto;abſque Iudicis ſententia declaratoria.

Videantur aliæ rationes,& allegationes Doctorum, pro hac aſſertione, Controuerſia 4. ſuperiori, num. 15. & Ioan.de la Crux, de priuileg.lib.1. cap.

Digitized by Google

cap. 3. dub. 5. verſ. nota. 3. in explicatione Bullæ, de munerum largitione.

CONCL. V.

9 Inhabilis, qui ſe ſe in miſcet in electionibus, non obſtante Inhabilitate, nec vlla eum vrgeat per grauis cauſa, mortaliter peccat, in electione, præcipuè paſſiua, & in hoc omnes conueniunt: In electione actiua vero ſecundum probabiliorem ſententiam, etiã lethaliter peccat, nempè poſt Iudicis ſententiam declaratoriam, aliàs, minimè.

Quia huiuſmodi Inhabilis Iniuriam facit electoribus, vſurpando Iudiciũ vel electionem ad ſe non ſpectantem; quæ actio, dubio procul eſt per grauis, ac ſufficiens ad peccatum mortale. Quæ aſſertio eſt vera poſt delinquentis ſententiam declaratoriam. Nàm ante, vti poteſt Iure ſuo: quia eſt melior conditio poſſidentis.

DOCT. ALLEG.

10 *Placet Suarez, de legibus, lib. 3. cap. 9. num. 11. Fill.ucio, à Bonacina relato, de censur. disp. 2. quæſt. 2. puncto 6. § 1. num. 2. & punct. 7. num. 3. in fine. Sigiſmundo arrulet, dub. 96. nu. 5. in fine, de elect. Aulla de cenſur. p. 2. c. 6. diſp. 8. ad 3. concluſione, 2. Juſtinet venialem culpam non excedi, ex motiuis rationes, quia prædicti Inhabilis acta ſunt valida, niſi eſſent excommunicati non tollerati, vel huiuſmodi. Et multo magis ipſe Inhabilis eligere poteſt, quando ſcienter ad eligendum admittuntur ab electoribus, quando poſſunt admittere.*

CONTR. VIII.

An Inhabilitas ad electionem tollatur per diſpenſationem, an verò per Abſolutionem.

CONCL. I.

1 Moralis actio, quæ vinculum, ſeù obligationem diſrumpit, vel eſt Abſolutio, aut diſpẽſatio, inter quæ duo, ſcilicet Diſpenſationem, & Abſolutionem, longè diuerſa ratio moralis intercedit, & cap. cum illorum, de ſententia excommunicationis, vbi maior cenſetur eſſe facultas diſpenſandi quàm abſoluendi.

DOCT. ALLEG.

2 *Doctores ſunt aſſertionis. D. Thom. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 5. quæſtiuncula. 4. ad 3. Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 19. ſect. 1. num. 8. & diſp. 40. ſect. 3. num. 3. & diſp. 41. ſect. 1. num. 4. & lib. 6. de legibus, cap. 10. nu. 9. & cap. 14. num. 7. Salas, par. 2. D. Thom. diſput. 20. ſect. 3. num. 21. Nauarrus, in manu. cap. 27. num. 254. Candelabrum aureum, de diſpenſat. num. 331. Molina tract. 3. diſp. 80. per totam. Tolet. lib. 1. cap. 89. ad finem, vbi Victorellus in addit. num. 6. Sorbus in compend. priuileg. verb. confeſſiones, ad finem. fol. 156. in adit. Brixienſi. Sigiſmundus, vbi ſupra, num. 3. Sayrus, lib. 7. de cenſur. cap. 14. num. 2. & latiſſimè, multis allegatis. Gareeus de beneſic. par. 7. cap. 11. num. 56. & ſeqq. qui omnes allegantes communem canoniſtarum, ac ſtylum Curiæ, aſſumant poteſtatem quantumcunque ampliſſimam datam ad abſoluendum à cenſuris, minimè ad Irregularitates extendi. Cuius ratio eſt potiſſima, quia Irregularitas, diſpenſatione, & non abſolutione tollitur, teſte Rota, deciſ. 44. num. 5. p. 2. in recent. & Magiſtro ſacri Palatij, in Indice librorum expurgand. in expurgatione, pag. 16. num. 19. Emanuelis Sà.*

CONCL. II.

3 Abſolutio enim eſt actus iuſtitiæ, in quo cauſa aliqua, ſeù Iudicium terminatur; quia non datur contra ius, ſed ſecundum ius, vnde in ea, non fit Iuris relaxatio.

Di-

Diſpenſatio vero,eſt exceptio à cõmuni lege,ſeù prohibitione,quia datur contra,vel ſaltem præter ius,dum per eam ex parte tollitur.

4 Dicamus clariùs, Nàm abſolutio, ſiuè à peccatis,ſiuè à cenſuris,ſeù pœnis, non impertitur,niſi ſuppoſita diſpoſitione ex parte pœnitentis, & poteſtate ex parte abſoluentis, cap. plerumque,11.qu.3.& cap. peccati, de regul.iur.in 6.Rota,deciſ.13.de ſententia excommunicat. in antiquis,& tunc nulla lex per talem actum relaxatur; nam potius lex præcipit pœnitentem abſolui in eo Caſu, vt patet in abſolutione à peccatis.

5 Idē autē cū proportione eſt dicendū in Abſolutione à cenſura,cum illa,cui ſuffragatur vera cenſuræ ratio tollatur per ſolam abſolutionem, vt latè probat Suarez,tom.1.de cenſur. diſp. 7.ſect.1.num.3.quoniam cenſura de ſe non eſt perpetua pœna,vel ad definitum tempus, ſed donec à contumacia recedatur;& ideo de ſua intrinſeca ratione includit vt ablata contumacia, ipſa etiam tollatur, vt Iura diſponunt,cap. quo frõte, de appellat. & cap. ex literis, de conſti tutio. & cap.contingit, de officio Delegati cū ſimilibus. illa igitur ablatio non eſt diſpenſatio iń lege aliqua,ſed potiùs legis executio. itaque rectè in hoc diſtinguitur abſolutio à diſpenſatione, quod illa eſt ſententia quædam, per quam, ſi clauis non erret, non vulneratur lex,nec minuitur Ius,ſed potiùs executione demandatur.

6 Diſpenſatio,autem,non eſt ſentētia, ſed actus quidam Iurisdictionis voluntarius,quo vulneratur lex,dum ex parte tollitur: & hoc eſt, quod vult Geminianus,in cap qui vero,num.2. de elect. in 6. inquiens, diſpenſationem dependere à miſericordia,& ſic non videri etiam debitam de iure,de quo cap.minor.diſt.50.

CONCL. III.

7 Dicimus,Inhabilitatem prædictam, non quidem tolli per abſolutionem, ſed per Diſpenſationem dumtaxat.

DOCT. ALLEG.

8 *Aſtruunt ſic Suarez,tom.1.de religio. tract.3.lib.4.cap.61.num.3.in fine, & tom.4.tract.8.lib.2.cap.21.num.13.& 14.Sigiſmundus,dub.97.num.8.& alij citandi.*

9 Primo probatur,concluſio, ex Intrinſeca natura rei, q.a Inhabilitas habet vim cuiuſdam prohibitionis, vel perpetuæ ſimpliciter, vel pro tali tempore, vel durante tali ſtatu rerum, ac ideo quantumcumque hominem pœniteat ſui delicti, vel cauſam ſuam in Iudicium afferat, numquam poteſt ex vi alicuius ſententiæ liberari à tali onere. Sed non obſtante hac cõdictione Inhabilitatis, poteſt prælatus, ſeu ille, apud quem poteſtas reſidet, hominem eximere à tali prohibione.ergo tollitur,diſpenſatione, ſecundum tradita.

10 Secundo probatur ex communi vſu loquendi Sacrorum Canonum, priuilegiorum,& Iubileorum,de quibus nunc proximè dicemus, nec non & Authorum, qui ſub nomine diſpēſationis propriæ, loquuntur de habilitate.

Tertio probatur,ex nominis Appel la-

latione; Nam prædicta Inhabilitas dicitur propriè quædam irregularitas à Panormitano, in cap. quiſquis, n. 1. de elect. & Suar. to. 5. diſp. 31. ſect. 3. n. 1. quamuis ſententia contraria ſit multò tutior, & communior, vt diximus in ſuperioribus; & dicitur pœna à Card. in Clem. 1. in princip. de iur. patron. relatus à Bertachino, in ſuo repertorio, verb. electio non cadit, verſ. 10. Rodriquez in expoſit. Motus proprij Pij Quinti contra fœminas ingredientes monaſteria virorum, num. 35. fol. 366. à Sorbo, tit. ingredi Monaſteria monial. fol. 336. in addit. Brixienſi, verſ. dico 3. Suarez, tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. cap. 61. nu. 11. circa medium, quem ſequitur, Garceus, de benefic. p. 8. cap. 1. num. 71. Suarez, in ſumma, to. 2. lib. 6. cap. 15. in fin. à Sigiſmundo, num. 9. vbi ſupra, & ab alijs, & nullo modo dicitur cenſura, per c. quærenti, verb. Signific. vbi decidiuur, ſub nomine cenſurarum, comprehendi ſolummodo excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum.

11 Et quamuis Alterus, tom. 2. diſp. 13. de cenſur. cap. 5. colum. 1. S. ſed de prima probare contendat propriè dici ſuſpenſionem, & ſupponunt Nau. lib. 1. conſil. 8. tit. de elect. in antiquis, & Rodriquez, tom. 1. quæſt. 29. artic. vltim. ſed huiuſmodi opinio eſt noua, & benè refellitur per dicta ab eodem. Nauarr. cap. 27. in manu num. 151. in fine, de mente Iaſon & Panor. quem eſt ſequutus Sorbus vbi ſup. pœna ergo, & in primis irregularitas tollitur per diſpenſationem, & nunquam per abſolutionem, vt probatum eſt, ergo, & prædicta inhabilitas.

CONCL. IV.

12 Pœnarum genera, varia ſunt, quas Eccleſia imponit, cẽſurarum, ſcilicet ſpiritualium, temporaliũ, & non cenſurarum, & alia genera, quæ omnes pœnæ, modo per abſolutionem modo, per diſpenſationem tolluntur, ſecundum diuerſam earum ſpeciem.

DOCT. ALLEG.

13 *Ita aſſerit Gloſſa, in cap. ad reprimendam, verb. in Canonibus, de offic. Iudic. ordin. Panorm. in cap. Dilecti filij, num. 12. de arbit. Felinus, in cap. cum non ab homine, num. 7. verſ. reſpectu pœnæ exilij, de arbitr. Tuſchus, lit. P. concluſ. 205. 206. 210. & in primis, litt. E. concluſ. 17. Suarez, lib. 6. de legibus, capit. 11. num. 5. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 10. & alij.*

CONCL. V.

14 Quando in Bullis, ac priuilegijs facultas datur abſoluendi à quibuſcumque cenſuris, & pœnis; ad pœnas tantummodo, quæ ad ſui abrogationẽ requirunt abſolutionem, non autem diſpenſationem, intelligitur.

DOCT. ALLEG.

15 *Sic enim aſtruunt Doctores vndiq; & maximè Nauarr. in ſumma, cap. 27. num. 254. Rodriquez, to. 1. quæſt. 20. art. 17. Henriquez penes Auilam, de cenſur. p. 7. diſp. 10. dub. 4. circa finem, Victorellus, in additio. ad e. 8. 9. lib. 1. Toleti, num. 6. Sigiſmundus, vbi ſup. & alij allegandi.*

CONCL. VI.

16 In præfatis bullis, ac Iubileis, quę poſt Pium Quintum, à Summis Pontificibus expediuntur, eſt ablata clauſula, *& à pœnis*, vt videri liquet nouiſſimè emanatis, à Paulo Quinto, Gre-

gorio XV. & Vrbano VIII. in quibus nulla habetur mentio, de pœnis.

Cuius ratio videri eſſe poteſt, nè occaſio errandi detur, ob eius latam, ac genericam ſignificationem.

DOCT. ALLEG.

17 *Sunt huius aſſertionis aſſertores Auila, Victorellus, & Sigiſmundus, in locis nuper relatis, Suarez tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 11. num. 41. & ſeqq. qui eſt omninò videndus pro doctrina, quam tradit de tali clauſula, à pœnis, & alij allegandi.*

CONTROV. IX.

An Regulares Prælati iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habentes, habilitare poſſint ſibi ſubditos in foro fori.

CONCL. I.

1 NON agimus hìc de diſpenſatione in præiudicium tertij; quia non valet diſpenſatio electionis in præiudicium alterius coelecti.

Nam licèt Epiſcopus poſſit diſpẽſare cum electo crimino ſo; at id nequiret in præiudicium capacis, qui ſimul cum eo eſt electus. Aliud ſit exemplum de diſpenſatione facta cũ eo, qui erat priuandus; quia non præiudicat ei, qui ſequuta priuatione illud beneficium obtinuit, vel impetrauit.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt docentes concluſionem Butrius, & Io. Andr. in cap. dudum, 2. col. fin. de elect. Dec. in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs, num. 156. vbi etiam Felinus, num. 14. verſ. nunc dicunt, de iudic. Aret. cum Innocent. in d. cap. dudum, 2. num. 13. de elect. Archidiac. in cap. ſic quis de miniſterijs, in fin. dict. 50. Sanchez libr. 8. de Matrim, diſp. 2. num. 3. Calderin. conſil. 12, in fin. de reſcript. Oldradus conſil. 325. Thema queſt. col. fin. & alij.*

CONCL. II.

3 Præfati, Controuerſiæ, tituli intellectus eſt, de poteſtate diſpenſandi ab inhabilitate actiua, vel paſſiua, ſeù priuatione actiuæ, vel paſſiuæ vocis, quæ à iure, ſeu ab aliquo decreto, vel conſtitutione imponitur, nec in damnum tertij vertitur.

CONCL. III.

4 Regulares Prælati, Iuriſdictione quaſi Epiſcopali, gaudentes licitè, ac validè poſſunt diſpenſare in Adulterijs, ac cæteris criminibus, quæ minora ſunt Adulterio, peracta pœnitẽtia; niſi ea ſibi Papa ſpecialitèr reſeruaſſet; atque etiam in omnibus irregularitatibus, depoſitionibus verbalibus, priuationibus officij, aut beneficij, & inhabilitatibus ad ea diſpenſare valẽt; modò hæ pœnæ contractæ ſint ex perpetratione delictorum, Adulterio æqualium, vel minorum, non autem maiorum.

5 In aſſertione dictũ eſt, *peracta pœnitentia*, ad innuendum, inferiorem minimè diſpẽſare poſſe ſine eo in lege ſuperioris, ex dictis in ſuperioribus.

Probatur autem concluſio ex cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs, & deindè ratione; nam Prelati Regulares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, queunt in ſibi ſubditos, quicquid poſ-

poſſunt Epiſcopi in ſuos, eo modo, quæ plenè in ſuperioribus eſt explanatum: ſed Epiſcopi hanc diſpenſationem impertire poſſint, d. §. de Adulterijs. ergo, & Prælati Regulares.

DOCT. ALLEG.

6 *Tutantur aſſertionem Panorm. in d.c. at ſi clerici, §. de adulterijs, n. 13. in fine, & ibi Decius, n. 137. & Felinus, n. 11. de iudic. Rodriquez, tom. 1. q. 24. art. vlt. Sigiſm. dub. 98. n. 3. de elect. & alij recentiores nominales, Ioannes de la Crux, lib. 1. cap. 6. dub. 15. concluſ. 2. de priuileg.*

CONCL. IV.

7 Aſſertio prædicta extenditur etiã, vt procedat, etiam ſi dictæ pœnæ ſint perpetuæ, & ipſo facto incurrantur, & huiuſmodi.

DOCT. ALLEG.

8 *Aiunt ità Panormitanus loco d. num. 6. verſ. & hoc intelligo verum. Decius, n. 8. & clarius, num. 48. & ſeqq. quem Sanchez, lib. 8. de matrimo. diſp. 5. n. 2. Marſilius, in d. §. de Adulterijs, num. 63. et 68. Rodriquez, vbi ſup. 2. argum. Sigiſm. n. 3. vbi ſup. cum cæteris allegandis.*

CONCLVSIO V.

9 Vt autem præfatæ Aſſertiones, in ſuo permaneant robore, & clariores ſint; dicimus, Diſpenſationem aliam eſſe neceſſariam, quæ in publicam cædit vtilitatem, vt quia ſcandalum euitatur, vel Religioſus voce priuatus, eſt valdè religioni vtilis, & huiuſmodi, ac in ſimilibus caſibus ſuperior diſpenſare debet, ad diſpenſandumuè compelli poteſt, ob Religionis vtilitatem, & neceſſitatem.

Aliam, autẽ, eſſe arbitrariam, quãdo dumtaxat ſubiacet vtilitas perſonæ diſpenſandæ, vt quia, aliàs, eſt bonæ conditionis, quamuis, hoc admiſerit delictum, & ſatis cõtritus apparet, & in tali vtiquè caſu ſuperior poteſt.

At ſi nulla ſubeſt cauſa, nec in perſona patiente, nec reſpectu boni publici; tunc diſpenſatio fieri haud poteſt; & ſi fieret minimè valeret, aut irritaretur, & diſpenſans puniretur; quia diſpenſatio in lege ſuperioris ſine cauſa non valet, aut eſt retractanda.

DOCT. ALLEG.

10 *Concluſio quò ad omnes eius partes eſt communis inter Doctores omnes, et pro ea allegantur recitati Authores, et alij nominales, et quo ad tertiam partem eius defenditur, et docetur ab Innocent. in cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. regular. et fauent, quæ notantur à Gloſſa, in cap. requiſitus, §. niſi rigor, 1. q. 7. & à Sigiſm. num. 5. cum totis eius partibus, et ab alijs nominalibus.*

CONCL. VI.

11 Regulares Prælati quemadmodum diſpenſare nequeunt in lege ſui ſuperioris, vt in ſuperiori dictum eſt aſſertione, ſic nec quoque poſſunt in pręfatis pęnis eiuſdẽ legis, quæ ex de-

Tt licis

lictis grauioribus Adulterio proueniunt, niſi eis expreſsè concedatur, quod fit per clauſulam generalem, vt ſuprà diximus d. §. de Adulterijs, vel in aliquo caſu ſpeciali, quoties Papa addit, vt in eo poſſit diſpenſari, aut imperſonaliter de diſpenſatione loquitur, dicens, *Niſi in eo diſpenſetur*, nec explicat à quo ſit diſpenſandum; tunc enim cenſetur facultas circà illud conceſſa Epiſcopo, & conſequentèr prælato Regulari, quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem habenti, iuxta dicta in ſuperioribus.

Cuius eſt ratio, quia cum verba debeant aliquid operari, cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. nec dubium ſit Pontificem poſſe diſpenſare, illa verba ſuperflua eſſent, quæ omnia ex communi Theologorum, ac Canoniſtarum doctrina non obſcurè colliguntur, vt videre licet in præallegatis Doctoribus, & inſuper ex ſtatim citandis.

DOCT. ALLEG.

12 *Docent concluſionem Magiſter Sotus, de iuſt. & iure, lib. 1. qu. 7. art. 3. Syluest. verb. diſpenſatio q. 90. num. 14. Caiet. p. 2. q. 97. art. Medina, ibid. Valentia, par. 2. diſp. 7. quæſt. 5. puncto 9. Azor, par. 1. lib. 5. cap. 15. q. 7. Sigiſ. dub. 98. n. 6. de elect. Salas, p. 2. diſp. 20. ſect. 3. num. 20. Sanchez, lib. 8. de matrimo. diſp. 5. num. 1. & lib. 2. diſp. 40. num. 1. Suarez, lib. 6. de legibus, cap. 14. num. 8. & omnes communiter Doctores, teſte Bonacina, diſput. 10. de legibus, q. 2. puncto 7. num. 1. Ioannes de la Crux, vbi ſupra.*

CONCL. VII.

13 Regulares prælati poſſunt diſpenſationis beneficium impertire ex rationabili interpretatione voluntatis ſuperioris etiam in pœnis prouenientibus ex delictis Adulterio grauioribus, vel in æqualibus, ſeù, minoribus, nulla etiam peracta pœnitentia, vbi reuera neceſſitas magna vrget, & eſt periculum in mora, itaut ad ſuperiorem non pateat aditus.

Hæc concluſio accommodari etiã poteſt ſuperioribus dictis, atque adaptari, & communis eſt inter Doctores.

DOCT. ALLEG.

14 *Ità inquit Rota, quam referunt, atq; ſequuntur Panormitan. in dict. §. de Adulterijs, num. 9. Decius, num. 10. & Felinus, num. 3. & 21. in fine, de iudic. & in cap. 1. num. 49. verſ. & pro iſto dicto, de conſtitutio. Rebuffus, in praxi, tit. de diſpenſatione ad plura beneficia, numer. 30. & 31. Lambertinus, de iure patron. lib. 2. p. 1. quæſt. 7. art. 19. numer. 2. Nauarr. in manu. cap. 22. num. 85. Sigiſmundus, vbi ſup. num. 6. Guttierez, qq. Canon. lib. 1. cap. 23. num. 18. Sanchez, lib. 2. de matrimon. diſp. 40. num. 3. & lib. 8. diſp. 3. num. 22. Salas, vbi ſup. num. 22. verſ. tertius caſus eſt. Suarez, vbi ſup. num. 10. in fine, & cæteri omnes communiter.*

CONCL. VIII.

15 Regulares Prælati poſſunt, cum ſibi ſubditis diſpenſare in pœnis introducentium mulieres in Mo-

Monaſteria virorum, aut mulierum, & habilitare, pœnitentia per acta, vel non peracta.

Cuius eſt ratio, quoniam huiuſmodi delictum non eſt grauius Adulterio, cum hoc ſit prohibitum, quia eſt malum de ſui intrinſeca natura, ingreſſus autem virorum in Monaſteria Monialium, & mulierum in Monaſteria Regularium, ideo eſt malum quia prohibitum eſt, à Pio Quinto, & à Gregorio XIII. per ſuas extrauagãtes. Tum etiam, quoniam pœnæ à dictis Summis Pontificibus, in eorum extrauagantibus non ſibi ſunt reſeruatæ, & ideo à dictis prælatis poſſunt in eis cum ſibi ſubditis diſpenſare.

DOCT. ALLEG.

16 *Sic docent noſtram concluſionem Ioannes de la Crux, lib. 1. priuilegiorum, cap. 6. dub. 15. poſt 6. aſſertionem, verſ. ex dictis ſequitur Rodriquez, to. 1. qq. regular. quæſt. 24. art. 17. Sigiſmundus, dub. 98. de elec. num. 9. Diana, tract. 2. de dub. regul. reſolut. 66. quidquid in contrarium ſolus Graffius aſſerat, ſed immeritò quidem, lib. 4. par. 1. deciſ. aur. cap. 23. numer. 12. & ſequuntur omnes recentiores noſtram aſſertionem.*

CONCL. IX.

17 Regulares Prælati pari ratione, diſpenſare poſſunt, cum ſibi ſubditis, in inhabilitate, ſeù priuatione actiuæ, & paſſiuæ vocis contracta ex allocutione habita cum Monialibus, contrà Decretum Sacræ Congregationis.

Probatur concluſio eiſdem rationibus, quibus eſt ſuperior probata, & habet eoſdem Auctores.

CONCL. X.

18 Regulares prælati minimè poſſunt, cum ſibi ſubditis diſpenſare in pœnis ſubornantium, in electionibus, cuiuſmodi eſt priuatio vtriuſque vocis per ſex menſes.

Tùm quoniam huiuſmodi priuatio eſt Papæ reſeruata ſpecialiter: tum etiam, quia ſubornatio eſt Adulterio peior, ac grauior, cum immediatiùs bonum commune lædat.

19 Item, dicti Prælati, nequeunt diſpenſare in pœnis motus proprij, de munerum largitione, ob eamdem rationem; quia tranſgreſſio illius legis aliàs quoque prohibita, quia mala ſit Adulterio peior.

Nec vtique diſpenſare valent ſuper priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, quam ipſo facto incurrunt Regulares miniſtrantes in ordinibus per Simoniã ſuſceptis: iuxtà Sixti Quinti conſtitutionem, *contrà malè promotos*, à Clemente Octauo corroboratam, ſed quia poſteà confirmauit omnia Regularium priuilegia, poſſunt dicti Regulares Prælati, vt in 2. tomo diffuſius demonſtrauimus.

20 Conſtat enim præfatos Regulares minimè poſſe talem pœnam tollere; tum quia eſt ſpecialiter reſeruata Summo Pontifici, cum derogatione quorumcumq; priuilegiorum, &c. tùm etiam, quoniam, eſto, non eſſet reſeruata huiuſmodi pœna, adhùc tamen, non poſſet diſpenſari cum ſupradicta ſimonia, propter quam, hæc pœna irrogatur,

ſit delictum multò grauiùs Adulterio, cap.ſicut,& cap.licèt, de ſimonia, Panormit. in cap.de ſimoniacè, num.4. eod.tit.eſt enim ſimonia quędam ſpecies ſacrilegij, cap.audiuimus 1. q.3. & æquatur crimini læſæ maieſtatis, can. ſanè 15. q. 3. c. 1. vbi Gloſſa vlt. de teſtam. 6. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap.45.num.6. Mareſcottus,lib. 2.variar.reſolut.cap.35.num.11. Valentia,tom.3. diſp.6. q.16. punĉto 4. per totum. Azor par.3. lib.12. cap.1. q.3. Suarez,tom.1. de religio.tract.3. lib.4.cap.3. per totum,& alij nominales,apud quos comperies, quanta ſit grauitas huius peccati ſimoniæ.

DOCT. ALLEG.

21 *Concluſio docetur quantum ad primã, & 2. & tertiam partem à Ioanne de la Crux, vbi ſup. à Sigiſmundo, num.9. & 3.pars, à Rodriquez.tom.1.q.20.art.13. & à Sigiſmundo vbi ſup.& ab alijs nominalibus Scriptoribus.*

CONCL. XI.

22 Pro coronide Controuerſiæ, dicimus, tot requiri habilitates, quot ſunt obſtacula.

DOCT. ALLEG.

23 *Ità fuit dictum in Pharen penſionis, coram Clemente Octauo, & in Romana palatij 5. Iunij 1602. coram Cardinali Sacrato,& deciſ.119.num.6.coram Gregorio XV. Geminianus ſic conſuluit,conſil. 33.& alij hoc idem autumant.*

CONTROV. X.

An Regulares Prælati in foro Conſcientiæ, ſibi ſubditis vocem reſtituere valeant, ea priuatis.

CONCL. I.

1 Regulares Prælati nequeunt diſpenſare cum ſibi ſubditis in foro conſcientiæ ſuper priuationem vocis actiuæ, ac paſſiuæ, quam ipſo facto Regulares inciderunt, miniſtrãtes in ordinibus per ſimoniam ſuſceptis, penès Sixti Quinti conſtitutionem.contrà malè promotos,& à Clemente Octauo roboratam.

Cuius eſt ratio, quoniam contrariatur decretis Concilij Trident. vbi agitur de ſimoniacè ad ordines promotis.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius concluſionis aſſertores Rodriquez, tom.1.qq.regul. qu.20.art.13. Crux,de priuileg.lib.1.cap.6.dub.15.in calce, verſ. ad hoc reſpondetur, & lib.2.c. 3.dub.6.concl.3. et alij.*

CONCL. II.

3 Præfati Superiores valent in foro conſcientiæ ſibi ſubditis vocem reſtituere, ea priuatis.

Concluſio manifeſta manet ex varijs Summorũ Pontificum priuilegijs, vt ex illo Gregorij 14.conceſſo anno 1590.

1590. præfecto Generali miniſtrorũ infirmorum, quod refert Sorbus in compend. tit. abſolutio ordin. quo ad Fratres, fol. 20. in ædit. Brixiæ.

Similitèr illa duo Eugenij IV. prout refert Rodriquez, tom. 1. q. 20. art. 20. vnum generali præfecto Reformatorum Ciſtertij factum: alterum Fratribus Minorum, quod habetur in compendio, tit. abſolutio extraordinaria, quo ad Fratres, num. 3. & alia, quorum virtute poſſunt habilitare ad quaſcunque dignitates, & officia ordinis, ad quæ per aliquam conſtitutionem Apoſtolicam, ſeù Canonicam ſunt inhabiles.

DOCT. ALLEG.

4 *Ità autumant, Rodriquez, vbi ſupra Sigiſmundus, num. 1. dub. 99. de elect. & Ioannes de la Crux, in locis relatis, numer. 2. & cæteri nominales, Sorbus, nuper relatus. Et priuilegia omnia ſupradicta, cum alijs Regularibus conceſſis, fuere reinualidata, atque confirmata à Clemente Octauo Fratribus de Obſeruantia*, ex *certa ſcientia, de anno* 1597. 20. *Decembris, incipit, ratio paſtoralis, & illa Pauli Quinti, eiſdem Fratribus, quæ incipit Iniuncti nobis* 1609. *& alia eiuſdem Pauli Quinti Societati, quæ incipit, quantum religio* 1606. *ædita nonas Septembris, in quibus confirmationibus appoſitæ ſunt clauſulæ*, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & motu proprio, *& ſine vlla reſtrictione: ſed tales clauſulæ operantur, vt reſtituantur, & reinualidètur priuilegia reuocata, vt uidere eſt apud Crux lib. 2. de priuileg. cap. 3. dub. 5. verſ. tandem iſta concluſio efficacius, & ex Rota deciſ. 192. num. 3. par. 1. & deciſ. 339. num. 2. p. 2. in recent. & deciſ. 222. num. 1. coram Card. Mantica, & licèt id non fiat de verbo ad verbum, tamẽ idem portat illa generalis clauſula, in eiſdem confirmationibus appoſita*, Ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, & in his eſſent inſertę præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta authoritate Apoſtolica, &c. *& ita apertè colligitur ex Rota deciſ. 666. num. 2. p. 1. in recent. Maximè vero hæc poſteà procedunt adiecto Decreto irritanti in eiſdem confirmationibus, & ſub latas, quorum tenores, &c. Rota deciſ. 339. par. ſecunda in recent. & ſic firma mánent dicta priuilegia eſſe in ſuo robore priſtino, & valida eſſe, & conſequentèr veram eſſe concl.*

CONCL. III.

5 Religioſi voce priuati, ſeù cenſuris innodati, abſoluuntur, & diſpenſantur per generales abſolutiones, tã in Viſitationibus à ſuis ſuperioribus præſtitæ, quã à Præſidentibus, & Vicarijs electionis ab omni inhabilitate occulta in foro conſcientiæ, iuxtà tenorem priuilegiorum, factæ, atque diſpenſantur ab omnibus irregularitatibus, inhabilitatibus, pœnis, &c. vt de more ad omnem effectum meliorem dari ante electionem, & in viſitationibus eſt conſuetum.

6 Et hæc aſſertio extenditur ad Priores, & Guardianos Canonicè electós, iuxtà prædictorum priuilegiorum tenorem; minimè vero extẽditur de iure ordinario ad oẽs prælatos locales, ſeu Conuentuales, qui alitèr, quã per electionẽ inſtiruũtur, vt in ſuperioribus diximus, & infrà amplius dicemus.

Diximus de iure ordinario, quia

ſi de iure delegato hac facultate gauderent, tunc, iuxtà tenorem delegationis ſibi factæ abſoluant, ſeù diſpenſent.

DOCT. ALLEG.

7 *Placet aſſertio Syluest. verb. confeſſ. 1. q. 4. num. 7. Nauarro, in manu. cap. 26. n. 13. Suffragatur Sayrus, lib. 7. de cenſur. cap. 14. num. 9. verſ. 2. Coriolanus, par. 1. de caſibus reſeru. ſect. 1. art. 11. num. 2. in 3. edit. Sigiſmund. n. 3. vbi ſup. & alij.*

CONCL. IV.

8 Huiuſmodi Abſolutio, vel Diſpenſatio dari poteſt à Guardianis, qui aliter, quam per electionem inſtituũtur, virtute facultatis eis conceſſę diſpenſandi in omnibus, quæ poteſt eorum Generalis, prout vſus ſolum Sacramentorum neceſſariò poſtulat, & alijs Confeſſarijs eiuſdem Religionis, per quam facultatem in foro conſcientiæ tantum, poſſunt abſoluere à quibuſuis cenſuris, nec nõ diſpenſare in omnibus irregularitatibus, tam publicis, quàm ſecretis, in quibus omnibus diſpenſare poteſt, & abſoluere Generalis illius Religionis.

Concluſio cum dicta clauſula, *prout tantum vſus Sacramentorum neceſſariò poſtulat*, non poſita in dict. facultate eſt vera, quoniam dicta abſoluendi poteſtas in foro conſcientiæ tantum, nihil obſtat, quò minus dari poſſit extrà forum pœnitentiale, cum talis abſolutio, ſeù diſpenſatio nihil obſit foro contentioſo.

9 Secunda pars probatur, quia inhabilitas minimè vſui paſſiuo, vel actiuo Sacramentorum obſtat, neque eum impedit; ſed prædicta auctoritas abſoluendi, & diſpenſandi conceditur ſolummodo quo ad ea, quæ vſus prædictus neceſſariò poſtulat. ergo dicta auctoritas non ſe extendit ad tollendam inhabilitatem. tùm quia dictio ſolummodo, eſt excluſiua aliorum., Bald. conſil. 331. in quæſtione vertitur, num. 2. lib. 3. relatus à Tuſcho, lit. D. concl. 379. qui aſſerit, id nec etiã ignorare Gramaticæ magiſtros. Tum etiam, quia lex non includit illud, ad quod mens & ratio authoris non ſe extendit, cap. intelligentia, cap. proptereà, cap. in his, de verb. ſignific.

Vnde iure meritò auctoritas eſt regulanda ſecundum mentem diſponẽtis, Panormit. in cap. 1. de iure calum. Imola, in cap. poſt tranſlationem, de renunciat. & Felin. in cap. tua nos 1. num. 3. circa med. de iureiurand. Itaque certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem cap. certum, de regul. iuris, in 6. & l. non dubium C. de legibus.

DOCT. ALLEG.

10 *Aſſertio cum ſuis probationibus amplectitur à Nauar. conſil. 11. numer. 2. de priuileg. à Graſſio, lib. 1. cap. 13. num. 32. deciſ. aur. à Rodriqu. tom. 1. q. 20. art. 7. & q. 61. art. 10. ab Auila, p. 2. de cenſur. c. 7. diſp. 3. dub. 13. à Sanchez, lib. 8. de matrimon. diſp. 34. num. 29. & in ſumma, lib. 2. cap. 11. num. 13. & cap. 12. num. 4. ab Homobono, in exam. Eccleſ. trac. 5. cap. 6. q. 38. à Panorm. in cap. fin. n. 16. de Schiſmatic. à Marcheſio, p. 1. tit. de S. D. N. Papæ. Referend. cap. 2. num. 338. à Sigiſm. num. 4.*

num.4.& 5. dub. 99. de elect. à Suarez tom.5.de cenſur.diſput.7 ſect.5.num.25. ab Henriquez,lib.13.cap.27.n.5.à Duardo in Bullam Cœn.D.lib.3.§.2.q.1.n.10. à Filliuccio,tract.11.cap.9.num.292.à Bonact.de cenſur.diſp.1.q.3.punct.10.n.3.& ab alijs communiter Doctoribus.

CONTROV. XI.

An ſemèl ab electione reprobatus ineligibilis ſit.

CONCLVSIO I.

1 Electio, potiſſimum, ex duplici defectu caſſatur, perſonæ, videlicèt, & formæ ipſiuſmet electionis: ſit exemplum ex defectu perſonæ, putà: ſi opponatur contrà electum crimen, vel aliquis defectus, nempè, nataliũ, vel quod eſt corpore vitiatus, ſiuè debilitatus, aut quod eſt excommunicatus, ſeù inhabilis, aut huiuſmodi. Exẽplum ſit, ex defectu electionis, ipſius, formæ; quando ſcilicet in electione non fuit ſeruata forma Canonica, de qua habetur in cap. quia propter, de elect. vel electores erant excommunicati, aut ſuſpenſi, ſeù electio eſt celebrata contra priuilegia Eccleſiæ, aut poſt legitimam appellationem & prima non caſſata, & generaliter quomodocumq; electio irritetur, & quacumq; ex cauſa, excepto defectu perſonæ.

CONCLVSIO II.

2 Electio defectu formæ caſſatur, quando fuit celebrata poſt appellationem legitimam, & prima non caſſata; quia non tenet ſecunda electio, niſi caſſata prima, cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. niſi prima notoriè nulla eſſet; quia tunc ſecunda poteſt fieri, non caſſata prima.

DOCT. ALLEG.

3 *Ità inquiunt Gloſſa, & Doctores, in c. auditis de elect. & in cap. conſtitutus, de appellat. & in cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. Marc. q.784. num.2. & q.495. n. 32. & q.1197. in fin. p.1. Panorm. in c. conſideramus, verſ.4. not. de elect. Sigiſmundus, dub.100. nu.2. de elect. Cuchus, lib.4. inſtit. maiorum, tit. de elect. n.144. & alij.*

CONCL. III.

4 Ab electione repulſus vitio perſonæ, eſt vbique ineligibilis, itaut non ſolum in eadem, ſed in alia qualibet Eccleſia: Si vero non vitio perſonæ electio irritetur, eſt ſecùs dicendum; talis enim irritatio non poteſt impedire eius promotionem, etiam in eadem, nè dum in alia Eccleſia.

DOCT. ALLEG.

5 *Concluſio habetur expreſsè in cap. ſuper eo, de elect. in 6. vbi eam quoque docent Io: Andreas, Baldus, Innocent. & Panorm. Felinus, in cap. ſuper his, col.4. de accuſat. Syluest. ver. electio 1. q.14. Angelus, eod. tit. num.23. Toloſ. in tit. de elect. c.9. n.23. & latiùs, cap.11. num.10. Tabiena, ver. electio, num.17. Cuchus vbi ſup. num.141. Biax, in director. elect. p.2. cap.5. Sigiſm. vbi ſup. num.3. Miranda, tom.2. in manu. prælat.*

prælat. q.23. art. 11. concluſ.5. Peyrinus tom. 1. de ſubdito, cap.81. §.9. q.1. & cæteri omnes nominales.

6 Ratio autem diuerſitatis eſt, quoniam vitium concernens perſonam, ſigillat, ac notat eam, ac ſequitur, ſicut lepra leproſum, cap. citò turpem, 1. q. 1. vbi vero vitium propter quod caſſatur electio, niſi reſpicit perſonā electi, tunc ex eo non læditur eius fama, & opinio, cap. conſiderauimus, cum ibi notatis per Panormitanum, numer. 5. & Anton. Butrium, in d cap. ſuper eo. in fin. eod. tit. & eſt caſus expreſſus, in cap. ſuper eo, de elect. & p. 1. & aſſertionis conſtat ex regul. 8. iuris, ſemel malus ſemper eſt malus.

CONCL. IV.

7 Quando duo electi fuere in Eccleſia eadem, in diſcordia, atque electio vtraq; ex defectu aliquo, etiamſi perſonę minimè ſit, caſſata fuerit, neuter illorum aſſumi poſſet in vacatione eadem, & hoc ad euitandam diſcordiā; d. cap. conſiderauimus, vbi Doctores ſtatim allegandi: Niſi tamen poſt irritatam talem electionem, eligentes omnes in alterum eorumdem electorum vnanimiter conuenirent; tunc enim huiuſmodi electio ſic concorditer celebrata teneret, ac valeret, quia ceſſaret cauſa prohibitionis, & ita vtique ceſſare debet effectus, l. generaliter, C. de Sacroſ. Eccleſ. & cap. cum ceſſante de appellat. quod eſt intelligendum, quando non fuiſſet caſſata vitio perſonæ: quia tunc benè, nullo modo poſſet iterum eligi per ſupradicta.

DOCT. ALLEG.

8 *Docent Panorm. aſſertionem, in d. cap. conſideraumus, num. 1. Butrius, num. 8. & 9. qui idem aſſerit, in cap. ſuper eo, in fine, de elect. Biax, in direct or. elect. p. 2. cap. 3. Cuchus, vbi ſup. Sigiſmund. num. 4. dub. 100. de elect.*

TRA-

TRACTATVS TERTIVS.

In quo tractatur de Electione, ac Poteſtate cuiuſcunque Prælati, Officialiſque Regularis in ſpecie.

DISPVTATIO PRIMA.

De Electione, ac Poteſtate Generalis, & Procuratoris Ordinis.

CONTROVERSIA PRIMA.

Ad quem electio Generalis ſpectet, atque illius confirmatio: quantò tempore illius Officium duret: & ad quem attineat Capitulum congregare pro eadem Electione.

CONCLVSIO I.

1 ELectio Generalis, de iure communi ſpectat actiuè, ac paſſiuè ad totam Congregatiodem. cap.fin.16. q.7.cap. Abbatem 1.2.& 18.q.2.cap. cum dilectus, de conſuet. §. iubemus, Auth.de ſanctiſs. Epiſ.

DOCT. ALLEG.

2 *Sic enim tradunt Doctores, in d.cap. cum dilectus, maximè Butrius, in 1. lect. num.7.& in 2.elect.num.38.& n.45. et Cardin.numer.9.q.1.gloſſ.1.in cap.2. vbi Archidiac.& Turrecremata, num.1.diſt. 66.& Rota, deciſ.65.num.1.par.1.in recentibus.*

Etſi obijciatur, in d.cap. Abbatem 1.2.& 18.quæſt.2. & ſæpè alibi, in corpore iuris, non loqui de Abbate Generali, ſed de Abbatibus ſingulorum Monaſteriorum, & quod nomen *Congregatio* ibi ſignificat ſingularem cuiuſcunq; Monaſterij Conuentuum. Reſpondetur, cum ſequenti concluſione.

CON-

CONCL. II.

3 Electio; quemadmodum Abbatis particularis cuiuſcumque Monaſterij actiuè, ac paſſiuè pertinet ad Monachos, ſeù Congregationem huius Monaſterij, de cuius Prælati electione agitur, ita ex ratione eadem electionem Generalis, qui toti Congregationi præficitur, ſpectare actiuè & paſſiuè ad totam Congregationem ſeù ordinem.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita confirmatum fuit à Rota in Valleſoletana Præeminentiarum, 29. Martij 1604. coram Pamphilio, deciſ.65. num.2. p.1. in recent. Sigiſmundus idem aſſerit, dub.101. num.2. de elect. vbi inquit, Regulam Minoritam ſtatuere, electionem Miniſtri Generalis celebrari à Prouincialibus, & Cuſtodibus, videlicèt, totam Congregationem repræſentantibus, & in ordine Predicatorum, ſimiliter à Prioribus, Prouincialibus cum ſuis ſocijs, & ſic de reliquis ordinibus.*

CONCL. III.

In electione Magiſtri Ordinis Prædicatorum, ſi contigerit, aliquem ex Electoribus, inſtante electionis tempore infirmum lecto decumbere, licebit fratribus ſcrutatoribus, è conclaui exire, & ad huiuſmodi Infirmum, pro voto tantùm ab ipſo ſecretò accipiendo, accedere.

Ita declaratum fuit, in declaratione 14. verb. *declaramus*, in actibus capituli generalis celebrati Romæ 1629. ſub Reuererendiſſ. Generali Fratre Nicolao Rodulpho.

CONCL. IV.

5 Generalis Confirmatio attinet ad Summum Pontificem, aut ſtatim remanet confirmatus virtute priuilegiorum, vt in ſuperioribus liquidò, ac diſtinctè explicatum eſt, quibus dictis addi poteſt, vt etiam ex aliquo iure ſpeciali talis Confirmatio pertineat ad aliquem alium ſuperiorem, licèt aliàs non ſit ordinarius, vt eſt, e. gr. Electio Viſitatoris Generalis Fratrum 3. Ordinis D. Franciſci de Pœnitentia, quæ trahit Confirmationem à Generali Miniſtro fratrum D. Franciſci de Obſeruantia, ſecundùm quod diſpoſuit Sixtus V. in Bulla, quæ incipit, Romani Pontificis §. 5. de anno ædita 1586.

6 Et ſimiliter erat electio Generalis Miniſtri Ord. Minor. S. Franciſci Capuccinorum, quæ vigore Bullæ Pauli Tertij, incipiẽtis *exponi nobis*, æditæ 1536. erat præſentanda Generali Miniſtro fratrum Minorum Conuẽtualiũ ad effectum confirmationis.

Quę quidẽ diſpoſitiones omnes accipiendæ ſunt ſemper, vt intelligãtur, niſi aliter ordinatum fuerit ab ipſa Sancta Sede Apoſtolica, vt de facto ex conceſſione Pauli Quinti, incipiẽte, *Aliàs felicis recordationis Paulus Papa III.* data 1619. 28. Ianuarij. Ipſimet quoque fratres Capuccini liberantur, eximuntur, ac totaliter abſoluuntur ab onere petendi confirmationem dictæ Electionis à præfato Generali Conuẽtualium: nec ſuper hoc à quoquam, quauis authoritate, quomodolibet attentari poteſt aliquid in contrarium, vt in eadem Bul-

Digitized by Google

Bulla videre licet. quare ſtatim ac eſt electus, iſte quoque Generalis Capuccinorum remanet & ipſe confirmatus, virtute prædictorum priuilegiorum, ſicut alij Generales aliorum Ordinum, in priuilegijs communicantium.

CONCL. V.

7 Apud multos Regulares, officium Generalatus ad vitam electi datur, vt eſt in ordine, principaliter Patrum Prædicatorum, & apud Societatem Ieſu, ac ſimiliter apud Ordinem Minorum, quorum Generalis eſt quoque perpetuus, vt ex illorum Regula cap. 8. omnes Interpretes bene deducunt, & declarauit conſuetudo à primordijs d. Ordinis, vſque ad annum 1517. ſicut ex Chronicis conſtat; quamuis modò apud omnes familias eiuſdem illius ordinis ſit temporaneus ex diſpoſitione Summorum Pôtificum, & præſertim Leonis Decimi, in Bulla, *Ite & vos*, ædita 1517. qui ad hoc piè moti fuere, rationabilibus de cauſis.

8 Apud alios verò Ordines eorum Generales ad tempus durāt, ſic Clemens Octauus præſcripſit per vniuerſam Italiam fratribus Ioannis Dei nuncupatis, per Bullam *Romani Pontificis*, æditam 1596. & Sixtus Quintus Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris, Ordinis D. Auguſtini, per bullam *ex varietate*, æditā 1589. & Clemens VI. fratribus ordin. Seruorum B. M. per Bullam *Regimini vniuerſalis*, æditam 1346.

CONCL. VI.

9 Capitulum, pro celebratione electionis Generalis congregandum eſt ab illo, ad quem de Iure, vel de conſuetudine ſpectat ſecundum diſpoſitionem cuiuſcumque ordinis, vt in ſuperioribus ſatis diximus.

Quapropter in hoc, & alijs huiuſmodi caſibus, in quibus agitur de electione, ac poteſtate, ne dum generalium Ordinum, ſed & aliorum Officialium, ac Prælatorum cuiuſcumque ordinis, ac inſtituti Religioſi in ſpecie munus ſemper erit, candidi lectoris diligenter inſpicere Bullas ſpeciales, priuilegia, ac conſuetudines in facti contingentia illius talis Religionis, quoniam impoſſibile eſt, moraliter loquendo, nobis nota eſſe vniuſcuiuſque ordinis ſtatuta, decreta, & conſuetudines. veriſimilimum namque eſt, vnumquemque rerum ſuæ Religionis ſcientia, ac vſu magis valere, quàm quiuis alius.

CONTR. II.

An Generales Ordinum, eſſe perpetuos, expediat.

CONCLVSIO PRIMA.

1 Abſolutè, ac ſimpliciter loquēdo, dicimus, magis expedire, Religionum Generales eſſe perpetuos, ac vitalitios, quàm temporaneos, & ad tempus.

Interim multas rationes, quæ adduci poſ-

poſſunt pro hac aſſertione, ſat erit pro pręſenti, huiuſmodi, quoniam ex temporanea duratione fit, vt Generales certo modo à ſubditis dependeant, cùm ab eis deprimi, & erigi poſſint, & conſequenter fit, vt illorum authoritas multum diminuatur: aliæ rationes petantur à Doctoribus ſtatim allegandis.

DOCT. ALLEG.

2 *Hæc aſſertio mordicus defenditur à Nauarra, comment.3. de regular. num.3. & libr.3. de ſtat. Monach. conſil.7. num.8. Miranda tom.2. in Man. Prælat. q.7. art.6. Suarez tom.4. de religion. tract.8. libr.2. cap.7. num.5. ab Azorio, tom.1. libr.12. cap.20. quæſt.21. à Diana, reſol.124. trac.2. de dub. regulari, & ab alijs nominalibus.*

CONCL. II.

3 Secundùm quid autem, propter aliqua accidentia, aut incõmoda euitãda, & alia huiuſmodi damna, dicimus, in aliquibus Religionibus fortaſsè magis expedire, earum Generales eſſe temporales, & tempore determinato .i. trium annorũ, aut ſex, ad plus, nõ tranſire tale generalatus officium.

DOCT. ALLEG.

4 *Minimè diſplicet hęc Concluſio Ioanni Baptiſtæ Antonucio, dicenti, in Catecheſi Neapolitana, libr.5. de Simonia priuat. cap.6. fol. mihi 184. Ego licèt Nauarri opinionem de perpetuitate Generalium aliquando probauerim, hodie tamen in hac re anceps ſum, cùm valdè probabiles rationes ſint pro vtraque parte, tum propter iuſtitiam diſtributiuam, tum propter incautam electionem ab initio factam, & præſertim, quoad capita ordinũ. Tamburin. ſuffragatur tom.1. de iure Abb. diſ.23. q.3. v.4. exiſtimãs, quòd res hęc arbitraria ſit, & alterutrã partẽ fas ſit eligere, dũmodo incõmoda, quę in vnaquaq; earũ cõtingere poſsũt, quãtum fieri poteſt, euitentur. Layman in qq. can. cap.17. q.235. Ieſuita inquit, Non deſunt, qui expedire magis exiſtimant, vt ordinum Prælati in perpetuum inſtituantur; ſed hanc rem difficilem eſſe diffinire, cùm ex vtraque parte tam commoda, quàm incommoda exiſtant.*

CONTR. III.

An Generalis, ſi infrà ſui officij tẽpus inſufficiens appareret, famulatui, ac commumi vtilitati ſubditorum, abſolui poſſet.

CONCL. I.

1 Quando Generalis infra ſui officij tempus, inſufficiens famulatui, & communi vtilitati apparet, eſt deponendus, ac amouendus ab officio, ad quod tanquam idoneus eſt electus, licèt ab initio reuera fuerit habilis, ac ſufficiens, & ſolùm ex poſtfacto repertus ſit inſufficiens.

DOCT. ALLEG.

2 *Eſt concluſio liquida ex l. ſi quis Iudices, C. de offic. Præf. & Pretor. Orien. vel. Illyric. & ibi Alba de Roſa, & Sal. & per ea, quæ notant recentiores, in cap. ſi pro debilitate, de offic. Delegat. & in leg. 1. ff. de offic. eius, cui, & in leg. ſi longius, ff. de Iudic. teſte Maſcard. conſil.593. electus ad aliquod officium, num. 11.*

CONCL. II.

3 Generalis depoſitio, quia non poteſt haberi, niſi collegialiter, ſic in huiuſmodi facti contingentia ipſe Generalis renueret Capitulum congregare, tunc eis, ad quos de iure, aut de conſuetudine ſpectat, eſſet cõfugiendum ad ſedem Apoſtolicam, vt ab ea illius ſaltem inſufficientia declararetur, ne fruſtra congregaretur capitulum: Nam ſi poſtea, capitulo congregato, & cauſa cognita, non conſtaret per concludentes, & plenas probationes, de Generalis inſufficientia, ſanè deponi non poſſet.

DOC.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita pulchrè ſuſtinent in terminis de prælato Regulari,* Rota, *deciſ.*234.*n.*7. *p.*1.*in recent.* & *in ſuperioribus, alios multos DD. retulimus, Sigiſm. du.*102 *n.*2.*de elect.* & *alij relati contro.*6.*diſp.* 7.& *contr.*6.*diſp.*5.*in ſuperibus tract.*

CONCL. III.

5 Generalatus officij, priuationis, ſeu abſolutionis, inſufficientia ex multis
1 inſurgit cauſis, vt ex. gr. ſit notorius ſuæ Regulę tranſgreſſor. cap. cum ad Monaſt. verſ. quod ſi præuaricator, de ſtatu Monachorum.
2 Si ſit notoriæ criminoſus, ac ſcandoloſus, cap. ſi quis Abbas, 18. q. 2.
3 Si notabiliter negligens in officio ſuo exiſtat, capitulo dictum, diſt. 81. cap. 1. diſt. 86. capit. quoniam, in fine, diſt. 100. cap. ſi qui Epiſcopi, §. ecce, cum honoris, 1. q. 1. ca. placuit, 11. q. 3. Panorm. in cap. Monach. n. 5. de ſtatu Monach.
4 Pręcipua autem inſufficientia, ad effectum de quo agimus inſurgit, ex his narratis defectibus, quando non eſt ſpes melioris frugis, ſcilicet quando talis criminoſus cenſetur incorrigibilis, ſic Rota, d. deciſ. 234. nu. 12. cum alijs.
6 Cuius ratio eſt, quia iſta qualitas incorrigibilitatis, videtur principaliter conſideranda ad effectum, de quo agimus, tũ de ſui natura, quia eſt grauior cæteris, & ea ſtante non poteſt aliter prouideri indẽnitati Eccleſiæ, tum etiam, ex natura negotij priuationis, in quo ratio haberi ſolet omnium narratorũ, prò priuatione, Sarnen. in reg. de ſubrogatione, qu. 7. §. item ſciendum, Rota; vbi ſup. nu. 13. Incorrigibilitas autem huiuſmodi cõſiſtit in hoc, vel quod præfatus Generalis, non obſtantibus monitionibus, fuerit ſolitus ad eoſdem defectus reuerti, Panorm. in capit. non ab homine, num. 30. verſ. quęro qualiter, & ibi Butrius, num. 22. Decius, n. 78 de iud. Rota, vbi ſup. Vel quod pertinaciter conetur ſuſtinere culpam, verè non eſſe culpam, Card. Iacob. de concil. lib. 4. cap. 4. num. 8. & Rota, vbi ſupra.
7 Inſufficientia, etiam ad d. effectum conſurgit, ſi ſit Senio Cõfectus, vt ad regiminis officium non poſſit aſſurgere, cap. 1. diſt. 85. gloſſa, in cap. 1. verb. inſufficientem, de renunc. in 6. Aut ſi ſit ita ęgrotus, vt ad regimen ſit inhabilis, cap. alius, 15. q. 6. & d. glo. in verb. inſufficientem, & huiuſmodi, &c. de quibus eſt dictum.

CONCL. IV.

8 Regulares prelati ex leuioribus cauſis, quam prælati ſæculares, vt iam ſi ſuperioribus eſt concluſum, quod, & in hoc caſu præcipuè locum habet apud minores, qui ex ſpeciali præcepto Regulæ deuinciuntur, ad depoſitionem inſufficientis Generalis.
9 Et in conſtitutionibus ord. Prædic. diſt. 2. cap. 8. de capitulo generali, n. 6. cautum eſt. *Diffinitores, quando eis videbitur expedire, exceſſum Magiſtri ordinis, ſeorſum corrigant, & emendẽt, qui coram ipſis humiliter ſe proſternens*

veniam faciat, & ſtans, de ſuis exceſſibus ſe accuſet, & Diffinitores audiant accuſantem. Auditis vero accuſationibus, ſecedat, & eo abſente, Diffinitores de eius correctione conferãt, & diſſponant, quod ſi prauaricator ordinis fuerit, aut contemptor, aut adeò negligens, & remiſſus, quod ordinis diſſolutionem, & deſtructionem inducat, moneatur à Diffinitoribus, vt Magiſtratui cedat, & aliquem locum ad manendum ſibi eligat, vt poſſit honeſtè conuerſari, alioquin amouendi eum ab officio Magiſtratus, liberam habeant facultatem.

10 Super quæ, Textus, verba, ſunt huiuſmodi, declarationes. Declaramus, quod Diffinitores, Capituli generalis, non habent poteſtatem remouendi Magiſtrum à ſuo officio, niſi in caſibus expræſſis in Conſtitutionibus, videlicet, ſi fuerit contemptor, hoc eſt, ſi ita ſpernit, & nihil curat de Regula, & conſtitutionibus, vt pro nihilo reputet tranſgredi illas, & eius voluntas renuat ſubijci Regulæ, & Conſtitutionibus, imò, nulla ſubſiſtente cauſa, eas continuè tranſgrediatur, & habet firmum propoſitum in huiuſmodi traſgreſſione perſeuerandi, vel ſi fuerit præuaricator, hoc eſt, ſi frequenter, & quaſi ex habitu, Regulam, & conſtitutiones tranſgrediatur, Nam præuaricator dicitur ille, qui præ alijs, pluſquam debeat legem tranſgreditur. Similiter ſi ſit adeò negligens, & remiſſus, vt ordinis diſſolutionem, & deſtructionem inducat, quando videlicèt, non hortatur Fratres, verbis, literis, ordinationibus, & exemplis, ad honeſtè, religioſè viuendum, ſi defectus nõ corrigeret, & nullo modo poneret, ſi nunquam celebraret, & neque ad Chorum, neque ad Refectorium accederet, ſi autem nihil horum haberet, quamuis quando conſtitutiones tranſgrederetur non tamen ex contemptu, neque pluſquam alij, & eſſet aliquantulu negligens circà diuina, & ea, quæ ad communitatẽ pertinent, non poſſet ab ipſis Diffinitoribus deponi.

11 Et n. 7. textus dicitur ſic. *Ceſſio autẽ Magiſtri à Diffinitoribus non admittatur, niſi propter aliquod prædictorum aut defectum, aut impotentiam, quæ ipſum ab executione officij Magiſtratus perpetuò impediret, perpetuum autem dicimus, quod diffinitores de prudentũ conſilio perpetuum iudicabunt.*

12 Benè verum eſt, dictam inſufficientiam Generalis probandam eſſe concludenter, vt ſupra diximus, vnde ſi, exempli gratia, aliquando, aliquo morbo laboraſſet, qui eum inhabilem reddiſſet, & ei opponeretur de eiuſdem morbi continuatione, nullo modo eſſet deponendus, vbi talis præſumptio morbi per probationem contrariam tolleretur, l. cum de indebito, ff. de probat. Pariſ. conſil. 29. nu. 76. lib. 2. Rota, deciſ. 125. n. 14. coram Gregorio XV. vt exempli gratia, ſi contrarium appareret ex fide Medicorum, qui ipſum iuraſſent, quia Medici iudicio, in arte ſua ſtandum eſt, l. ſeptimo menſe, vbi Bald., in vlt. additio. ff. de ſtat. hom. Socin. Iun. conſil. 183. numero 11. lib. 2. Boerius, deciſ. 227. num. 21. & fuit dictum in Romana hæreditatis, de Picchis, 15. Iunij 1580. coram Vicecomite.

12 Et eò magis hæc procederent, quo dicta fides Medicorum coadiuuaretur ex depoſitione plurium teſtium, qui cum ipſo Generali, ità fuiſſent, vt talis infirmitas non potuiſſet ei euenire ipſis ignorantibus, & tamen deponeret ex longo interuallo temporis, eundem Generalem non fuiſſe tale aliquid paſſum, Angel. in §. hinc nobis, circa finem, authent. de hęred. & falcid. Alex. conſil. 167. nu. 10. lib. 2. Decius conſil. 101. num. 2. ante medium, verſ. nec etiam in iſto teſte, Pariſ. conſil. 13. numer. 17. verſiculo tamen aduertendum, lib. 3 14. & Rota, deciſ. 125. numero 13. corã Gregorio XV.

CONCL. V.

13 Generali ſi opponeretur ſimiliter de imperitia gubernãdi, vel de notabili negligentia, vt ſcilicet explicatum eſt, opponentibus, incumbet onus probandi, & cauſam reddendi ſcientiæ, licèt ipſi opponentes non interrogarentur.

Cuius eſt ratio, quoniam hæc ſunt de illis, quæ non cadunt ſub ſenſu corporis.

DOCT. ALLEG.

14 *Ita Bartol. in l. ſolum, num. 3. Salycetus, num. 2. C. de teſt. Panorm. in capit. conſuluit, num. 2. de appellat. Card. conſil. 25. num. 4. Felinus, qui de communi, in cap. cum cauſam, num. 3. verſ. fallit. 2. de teſt. Rom. conſil. 3. num. 52. libr. 1. Rota, deciſ. 234. nu. 10. p. 1. in recent. & alij.*

CONTR. IV.

An Generalis tẽporaneus ſuum poſsit prorogare officium, ac comitiorũ celebrationem generalium: & an expleto codẽ officio, immediatè rafirmari poſsit, atque ſit ne capitulo generali inferior.

CONCL. I.

1 Generalis Regularis temporaneus minimè valet, ſuũ prorogare officium, vltrà terminum ei præfixum.

Cuius eſt ratio, quia dicto termino illi pręfixo, explecto, authoritas ceſſat, tum vigore iuris communis, in *§. final. verſ. ſi vero nondum, authent. de defenſ. Ciuit. & per ea, quæ dicit Bald. lib. 3. conſil. 318. in principio Panorm. in cap. final. num. 8. & 9. de iud. & alij infra recitandi.* Tum, quia in ordinè Fratrum Minorum, de obſeruantia, vigore Bullæ, *Ite, & vos*, Leonis Decimi 1517. 4. Kalend. Iunij æditæ, hæc habentur. *Quibus, vt præfertur, expletis, ipſo facto ſit abſolutus à Generalatus officio, & pro tali, ab omnibus habeatur.*

CONCL. II.

2 Licèt quidem, pro graui vrgente neceſſitate protrahi poſſit Generale capitulum, & conſequenter, officiũ Generalatus prorogari poſſit; nihilhominus, vt tutius procedatur, eſt conſulendus de re hac, Summus Põtifex, ſicut etiam de prorogatione capituli prouincialis, quæ habetur de licentia Generalis, vel Commiſſarij generalis.

DOCT. ALLEG.

3 *Huius ſententiæ Doctores ſunt Sorbus, tit. electio, Rodriquez, to. 2. qu. 52. art. 2. qq. regul. Sigiſm. dub. 103. nu. 1. de elect. & alij.*

CONCL. III.

4 Electio celebrata, tum Generalis, tum Prouincialis, temporanei, vltra tempus à ſtatuto præfixum eſt nulla, exempli gratia, ſi ſtatuti verba ſonarent.

Electio fiat ad annum, & non vltra, et ſi contra fiat, eſt nulla, tunc enim electio facta, contra dictam formam, ſcilicet prorogata, erit nulla in totum.

Cuius eſt ratio, quoniam verba illa, *etſi contra fiat, electio ſit nulla*, dant formam electioni. ergo ea non ſeruata forma ad vnguem, actus electionis eſt nullus in totum, cum forma ſit indiuidua.

DOCT. ALLEG.

5 *Ita aiunt Romanus, conſil. 66. n. 2. Rota in Treuerenſi Abbatia, S. Maxim. 20. Nouemb. 1624. §. & quamuis, corã Coccino, addit. ad Romanum, vbi ſup. in lit. C. Alciatus, in l. 1. §. ſed ſi mihi, nu. 13. de ver. oblig. Carcens, de benefic. p. 2. c. 1. n. 59. Sigiſm. nu. 3. vbi ſup. & alij nominales.*

CONCL. IV.

6 Generalis temporaneus, ſuo expleto officio, minimè rafirmari poteſt abſolutè, ac ſimpliciter loquendo in eodem officio; niſi in duobus caſib. quorum eſt primus, vbi nimirum, alius non reperiretur idoneus, l. honor. §. gerundorum, ff. de mun. & honore. Secundus, vbi omnes electores, nemine reluctante, ei ſuffragatẽtur, & rafirmarent, vt apertè habetur in authent. de defenſ. ciuit. §. fin. verſ. ſi vero nondum.

DOCT. ALLEG.

7 *Docent aſſertionem, Baldus, lib. 3. conſil. 318. à prin. Tuſch. lit. E. conclu. 73. num. 4. Barthol. in d. authent. Panorm. in cap. fin. num. 8. & 9. de Iudic. Roma. ſingul. 66. heri fui, Felinus, in cap. cum omnes, num. 18. verſ. 4. fallit. & Decius num. 34. de conſtitu. Roſel. de edictis, lib. 1. cap. 12. numer. 50 Coſta, de fact. ſcien. & ignorant. cent. 1. inſpect. 30. num. 9. & 10. Sigiſmundus, n. 4. vbi ſupra, & alij.*

CON-

CONCL. V.

8 Præfatus caſus ſecundus in electionibus Regulariũ fallit, & hodie magis videtur ſpeculatiuè, quam practicè dari poſſe huiuſmodi caſum, licèt ſic ſe habeat de iure, ne dum in electionibus ſæcularium, ſed etiam eũ ſuſtinet in terminis de prælatis, Romanus ſingul. 669. ad eligendum.

Cuius eſt ratio, quoniam cum Concil. Trid. diſtrictè præcipiat, vt electiones Regularium ita peragantur per vota ſecreta, vt nomina eligentiũ, vnquam publicentur, vt à principio huius materiæ diximus, nullus videtur poſſe ex cogitari modus rationabiliter quo, & ſeruetur Concilium, & omnes, nemine diſentiente ſuffragẽtur ſuperiori, qui tunc ab officio ceſſat.

CONCL. VI.

9 Generalis, in actu capituli generalis eſt dubioprocul, illo inferior.

Nam, diſt. 2. de capitulo generali cap. 18. n. 3. in conſt. ord. Præd. ſic dicitur *Iſti autem diffinitores, habebunt plenariã poteſtatem ſuper exceſſu Magiſtri ordinis, corrigendo, vel de eo penitus remouendo, &c.*

Et idem cauetur in conſtitutionibus Minorũ, ex B. Hug. Card. q. 3. polic. n. 17. Theſau. fol. mihi 337. & communiter expoſitores Regulæ, D. Frãciſci, in cap. 8. & rationibus, etiã ſuadetur concluſio.

Primo, quia ex Regula, D. Franciſci, capitulum generale gaudet authoritate abſoluendi eundem Miniſtrum generalem ab officio, ſicut diximus, de Generali ord. Prędicatorũ, cum ptimum illum inſufficientem noueuerit. ergo, & eodem eſt maius.

Secundo, quia ſicut ab Archiepiſcopo ad Synodum Prouincialem appellatur, tamquam ab inferiori ad ſuperiorem, licèt in ea, ſit caput. ergo pari ratione, Generalis eſt inferior capitulo generali.

DOCT. ALLEG.

10 *Concluſio eſt Hoſtien. in c. graue, in fine, de præbend. Card. in cleme. 1. §. quod etiam interdictis, n. 1. not. 1. de ſententia excommu. Anchar. ibid. n. 5. not. 5. Nauarri, lib. 1. conſil. 6. tit. de maior. & obed. latè Sanchez, lib. 8. de matr. diſp. 18. n. 36. & aliorum nominalium.*

CONTR. V.

Quandò Procuratoris ordinis officium, in Romana curia inſtitutũ fuerit? á quibus eligendus? & quę eius authoritas.

CONCL. I.

1 EQuidẽ, vt verum fatear, nihil mihi exploratum eſſe, de huiuſce Procuratoris, in Romana curia primæua inſtitutione, ſolum reperio, in libro de Inſtructione officialium ordinis Fratrum Prędicatorum, à Beato Patre Vmberto, Magiſtro Generali, eiuſdem ordinis, ædito, capitul. 1. de officio Magiſtri ordinis, §. circa curiam Romanam, hæc haberi, ad rem noſtram.

Conſtituẽdus eſt ſemper ab ipſo,ſcilicet à Magiſtro Ordinis, aliquis Frater, in curia literatus, diſcretus,& zelator ordinis,&c.qui ſit ibidem Generalis ordinis Procurator,quare, eius inſtitutio eſt ab initio ordinis.

Et in ordine Minorum, in principio ſupplementi, fit mentio de quodam Patre Fratre Martino Garibay ord. Minor. Commiſſario, ſeu Procuratore in Romana Curia, cuius officiũ in tali ordine, deducitur iam diù inſtitutum fuiſſe, licet de vtrorumque initio non conſtet.

CONCL. II.

2 In ordine Minorum, olim, munus Procuratoris,& Commiſſarij, in Romana Curia, fuit in vnica perſona, ſicut nunc etiam de more ſeruatur, apud Capuccinos: licèt contrariũ, modo conſueſcat in ordine Patrum Minorum de obſeruantia,vt conſtat ex Pij V. Conſtitutione incipiente, *Paſtoralis officij*, ædita, 1571. 28. Maij, & declarata à Gregorio XIII. per Bullam,*Conſueuit*,1573.& iterũ, 1579.

3 Et ſimiliter, apud alias Religiones, duo officia concurrunt in vna, & eadem perſona,vt eſt apud Canonicos Regulares Lateranenſes, Procurator Generalis, qui in Romana Curia reſidere ſolet, eſt ſimul, & Abbas Monaſterij B.Mariæ de Pace, in Vrbe, ſicut conſtat ex bulla, Paſtoralis noſtri, Pauli V. ædita 1605. 30. Decembris apud alias vero Religiones, ſeparantur, & diſtinguuntur, vt euenit in ord. Prædic.

DOCT. ALLEG.

4 *Doctores harum aſſertionum ſunt Rodriquez,to.2.qq.regul.q.13.art.1. Sigiſm.dub.*104.*nu.*1.2. *&* 3. *& alij nominales.*

CONCL. III.

5 In ordine Prædicatorũ, vt in prima diximus aſſertione, Procuratoris ordinis in Romana curia inſtitutio ad Magiſtrum ordinis ſpectat de iure particulari, quod vtique fuit à Martino V. induktũ,& confirmatum per eius 3. priuilegium, in quo ſic dicitur.

Vt etiam aliquem, ex Fratribus, tui ordinis Procuratorem deputare, & inſtituere, & inſtitutum ab officio amouere, & alium loco eius ponere, ſemel, & pluries,toties,& quoties,placebit, qui ipſo facto, omnium Prouinciarum Conuentuum, & aliorum ordinis, & perſonarũ cenſeatur Procurator, & ſit,nec decente Magiſt. ordinis expiret, donec per ſuccedentem Magiſtrum aliter ordinetur dictuſq; Procurator poſſit cauſas quaſcunque, tam ciuiles, quam criminales, Eccleſiaſt.& mundanas, &c. per ſe, & per alium,ſeu alios,tam in Romana Curia,quam extra, contra quaſcunq; perſonas, Collegia, & Vniuerſitates mouere,& proſequi valeat,&c.valeatis.

Et ante eum Bonifacius IX. ſua ſecunda Conſtitutione conceſſit Generali Fratri Thomæ Firmano anno 1404. quod priuilegium fuit conceſſum Magiſtro Generali Bartholomæo Zexerij,26. ord. Magiſter.

CON-

CONCL. IV.

6 Electio Procuratoris Generalis, de iure communi ſpectat ad totam Cõgregationem, cum enim habeat eſſe Procurator, ne dum pro ordine, & pro ſingulis eius perſonis; ſed etiam pro omnibus, & ſingulis eius Prouincijs, Conuentibus, &c. æquum, & rationi congruum eſt, vt illius electio ad totam Cõgregationem pertineat. Nam quod omnes tãgit, ab omnibus debet approbari, cap. quod omnes, de regul. iuris, in 6.

CONCL. V.

7 Electio Procuratoris Generalis in curia Romana, in omnibus fere Religionibus à vocalibus in Capitulo generali haberi ſolet, vt eſt vſus, in Religione Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris ordinis D. Auguſtini, vigore bullæ, *Inter cæteras*, editę 1571. 6. Decembris, Pij Quinti, §. 7. & 11. in fin. & confirmatæ à Sixto Quinto per ſuam Conſtitutionem, *ex varietate*, datam 1589. 24. Auguſti.

CONCL. VI.

8 Procurator Ordinis, Romę reſidet, & immediatè ſubeſt Vicario generali, quando eſt in curia Romana, & eſt ſuper cæteros Prouinciales, in ordine Prædicatorum, & iuxtà diuerſam diſpoſitionem ſtatutorum variarum Religionum, ac authoritate gaudet, pertractandi omnia negotia Religionis, quę in Romana curia occurrerint, iuxta ſuperius priuilegium relatum Martini V. Generali lib. ordinis Prędic. conceſſum.

CONCL. VII.

9 Licèt de iure communi minimè cẽſeatur legitimus Procurator pro ſingulis cõuentibus, cum data ſit ei pro ordine poteſtas, & pro ſingulis perſonis de ordine; Attamen ex conceſſione diuerſorum Summorum Pontificum facta diuerſis ordinibus, agere poteſt procurator Generalis quaſuis cauſas, etiam ſpeciale mandatum requirentes omnium Prouinciarum, Conuentuum, & perſonarum ordinis, ac ſi plenum, liberum, & ſpeciale mandatum ad huiuſmodi cauſas accepiſſet, iuxtà tamen poteſtatem ei à Generali traditam, maximè in grauiſſimis negotijs.

DOCT. ALLEG.

10 *Concluſionis pars prima docetur à Felino, in capitulo eam te, numer. 4. ver., per iſtam differentiam, & in capitulo cum dilecta, numero 6. ante verſ. amplia primo, de reſcript. Rota, in Calaguritana beneficij 16. Maij 1601. coram Lãcellotto, in Militen. beneficij, 6. Iunij, 1617. coram Marcomontio, & dec. 410 num. 2. p. 1.*

Secunda pars amplectitur à Rota, *deciſ. 201. n. 2. p. 2. in recent. & deciſ. 169. n. 8. coram Decano Coccino, à Sorbo, in annot. ad compendium, tit. procuratores Fratrum, fol. mihi, 494. edit. Brixiæ, & ab alijs recentioribus.*

CON-

CONCL. VIII.

11 Procurator Generalis, in ordine, præcipuè Prædicatorum, cum totaliter, illius poteſtas à Magiſtro ordinis dependeat, & omnium tribunal vnum ſit, conſequens eſt, non poſſit agere per graues cauſas alicuius Prouinciæ, aut Conuentus, in conſultò Generali, ex quibus pendet, vel coarctatio authoritatis ordinis, vel relaxatio obſeruantiæ Regularis.

Nam, in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus, cap. in generali, de regul. iuris, in 6.

CONCL. IX.

12 Procuratores Generales Regulares, præeminentia loci in Capella, S. D. Papę, decorantur, non tamen omnes habent in ea orare, ſed id muneris dumtaxat, modo ſubeunt Procuratores, ord. Prædicatorum, Minorũ de obſeruantia, Heremitani, Carmelitani, & Seruorum, B. M. & aliorum ordinum, iuxtà Kalend. Rom. diſpoſitionem.

CONTR. VI.

An Vicarij Generales, in ordine Prædicatorum, habeant aliquam authoritatem, & qualem.

CONCL. I.

1 Generales Vicarij totius ordinis in Religione Dominicana, tribus occaſionibus inſtituũtur; prima quando Magiſter ordinis, aliquem talem inſtituit, in ſui adiutorium, ſiue ſit pręſens, ſiue abſens ab Vrbe Romæ: hunc autem inſtituere, & deſtituere poteſt Magiſter ordinis prout ſibi videtur, iuxta beneplacitum ſuum, ac ei conferre poteſt illam facultatem, quam idoneam iudicabit.

CONCL. II.

2 Alia occaſione, Vicarius generalis inſtituitur, quando nimirum, celebratur capitulum generale, & aliquo caſu interueniente, Magiſter ordinis à capitulo abeſt, de quo Vicario, ita diſponit conſtitutio, diſt. 2. capit. 8. num. 2. litera B. de capitulo Generali.

Si vero, dum celebratur Capitulum Generale, Magiſtrum, aliqua occaſione abeſſe contigerit, vnus de Diffinitoribus, prædicti Capituli, ab ipſis Diffinitoribus, vel à maiori parte illorum aſſumatur in Magiſtri Ordinis Vicarium, qui durante Capitulo, vices Magiſtri Ordinis obtinebit, in omnibus dumtaxat, quæ ad tractatus, & acta Capituli pertinebunt, qui etiam locum Magiſtri vbique tenebit, fidelium dicat, licentiam loquendi tribuat, & poteſt concedere literas de beneficijs ordinis, vt Magiſter. In diffinitionibus tamen, vnam vocem tantum habeat, quod ſi in eius aſſumptione in partes æquales ſe diuiſerint, vnus de præſentibus Fratribus eligatur ab

ab ipſis, & in quorum ſententiam declinauerit, ille ſit Vicarius, cum quo Vicario, Diffinitores in Diffinitione procedant, quod ſi indiffiniendo in partes æquales ſe diuiſerint forma ſupradicta teneatur.

CONCL. III.

3 Vicarium generalem, tertia occaſio inſtituendi eſt mors, ſiue amotio Magiſtri ord. de qua, cap. 4. de elect. Magiſtri ord. diſt. 2. n. 2. ſic dicitur. *Mortuo, ſiue amoto à Magiſterio, Magiſtro ordinis, Prouincialis huius Prouinciæ, in qua ſequens Capitulum fuerit celebrandum, vices Magiſtri ordinis obtineat, quouſque Magiſter ordinis ſit electus, exceptis abſolutionibus Priorum, tum Prouincialium aliarum Prouinciarum, & translationibus Fratrum, de vna Prouinciam ad aliam, de quibus ſe nullatenus intromittat, niſi fortè aliquis Frater non Prouincialis exiſtens, pro Prouincialatus officio peteretur.*

Si autem Prouincia, in qua futurum Capitulum generale eſt celebrandum, Prouincialem non habuerit, vel infra tempus ſuæ Vicariæ mori, vel amoueri contigerit, Prouincialis illius Prouinciæ, in qua præcedens Capitulum fuerit celebratum, vices prædictas obtineat, & ſic deinceps retrocedendo, donec in aliqua Prouinciarum, iſto modo, valeat vicarius inueniri. Poſtquam vero illa Prouincia, in qua fuerit Capitulum generale celebrandum, Prouincialem habuerit confirmatum ipſe Prouincialis, vices prædictas obtineat.

Et in cap. 3. de elect. Prouincialis, nu. 2. diſt. 2. dicitur. Si contingat, mortuo, vel amoto Magiſtro ordinis Capitulum generale aſsignatum in vna Prouincia transferri ad aliam, authoritas etiam Vicarij transferatur, ad Prouiciale ad cuius Prouinciã, Capit. translatũ fuit.

CONCL. IV.

4 Licèt de iure conſtitutionum omnia prædicta, vera ſint; attamen, vt plurimum, Summum Pontificẽ, tali occaſione, authoritate Apoſtolica, Vicarium eum inſtituere, quem ipſe idoneum iudicauerit. Si vero, loco defuncti Magiſtri ordinis ſuccedit in Vicariatu Prouincialis ille, ſecundum conſtitutiones relatas, in cuius Prouincia eſt Capitulum generale celebrandum, clarum eſt, cũ ſit Prouincialis, eum vocem habere in electione Generalis: ſi autem ſit inſtitutus à Papa, caret voce in d. electione, quoniam, etſi Alexander VI. vt dicitur in cap. 18. fin. conſtitutionũ ei contulerit primam vocem in d. electione tamen, vt in declarationibus eiuſdem cap. Paulus III. hãc gratam reuocauit, poſtquam reuocationem, numquam fuit admiſſa, aut ſeruata.

CONCL. V.

5 Iulius Papa Secundus per ſuas litteras in forma Breuis, Fratri Thomæ de Vio Caietano, tunc Vicario ordinis, & omnibus Vicarijs, pro tempore, ordinis, Prouinciarum, ac conuẽtuum, eius mortuis, vel amotis, Magiſtro ordinis, Prioribus Prouincialibus, vel conuentualibus omnem poteſtatem, ac facultatem, tam Apo-

ſto-

ſtolica authoritate, quam quomodolibet, aliter conceſſam, & in poſterum concedendam, Magiſtro, Prioribus, Prouincialibus, vel Conuentualibus, præfati ordinis (exceptis illis, quę in conſtitutionibus, dicti ordinis, ſpecialiter illis inhibentur) reſpectiue conceſſit, de gratia ſpeciali, die 7. Nouemb. 1507.

DISPVTATIO SECVNDA.

De poteſtate, & electione Prouincialium, & cuſtodum aliorumue ſuperiorum.

CONTRO. I.

A quibus, & quando eligendus ſit Prouincialis,

CONCL. I.

Electio Prouincialis, ad totam Prouincię congregationē ſpectat, ſicut Clemens Quintus, pro Minorum ordine ſanciuit in cōcilio Viennenſi, Clement. cxiui, de verborum ſignificat. §. demum, vt, ſcilicet.

Cum fuerit prouidendum alicui Prouinciæ de Miniſtro, ipſius Miniſtri electio penes Capitulum Prouinciale reſideat, quam idem Capitulum, die ſequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur, & §. cæterum, addit. idem Pontifex. Cæterum ſi Capitulum memoratum, die prædicta, Miniſtrum eligere prætermittat, ex tunc Miniſtri Prouincialis prouiſio ad Generalem Miniſtrum, liberè deuoluatur.

DOCT. ALLEG.

2 *Docent concluſionem Moſcouius, de maieſt. Eccleſ. lib. 1. parte 1. capitulo 9. fol. mihi 257. Rota, deciſ. 65. numer. 5. p. 1. in recent. Sigiſmundus, dub. 105. de elect. num. 1. & alÿ recenciores nominalts.*

CONCL. II.

3 Præfata aſſertio ampliatur, etiamſi ipſi electores, ſuam poteſtatem eligendi tranſtuliſſent abſolutè in viros

tos aliquos; nam ſi compromiſſarij negligenter intrà tempus à iure ſtatutum eligere prætermittant, ad Generalem eligendi poteſtas, nihilhominus deuolueretur, ac ſe tātum accuſent compromittentes, quod in tā ſegnes homines eam poteſtatē tranſtulerint.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita eſt Textus fauorabilis, expreſſus, capitulo ſi compromiſſarius, de elect. in 6. docent etiam Cucchus, lib. 4. institut. maiorum, tit. de elect. numero 38. Sigiſmundus, numero 2. vbi ſupra, & omnes Doctores. nam conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur denegatum, l. ſi vnus, §. 1, vbi Bald. ff. de pactis, l. Imperator. ff. de poſtulan. Rota, deciſ. 348. & 517. coram Gregorio XV. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 2. & alij.*

CONCL. III.

5 Electionis tempus inchoat ab vltimo ſigno, eligendi Prouincialem facto, vt ſcilicet ſenſus ſit, *quam idem Capitulum, die ſequenti, qua fuerit congregatum, (nempe ad electionem Prouincialis celebrandam) facere teneatur, quod ſi ea die, &c. iam ſunt ſupra relata cætera verba.*

Nam aliàs ſequeretur idem eſſe iuris, ſi debita diſcuſſione non potuiſſent examinari intra dictum biduum, exceptiones, ſeu accuſationes, quæ tempore ſindacatus ſunt receptæ in diffinitorio, iuxta diſpotionem conſtitutionis *conſueuit*, §. 4. Gregorij XIII. datæ 1573. contra dict. Prouinciales, ad effectum, vt infra triennium ſui officij, poſſit à ſuis Capitulis Prouincialibus, quæ ſecundum regulam eorum, & conſuetudinem, quot annis celebrantur, abſolui ab eiſdem ſuis officijs, vel in eis rafirmari, ſecundū quod vtiles, vel minus vtiles, in eis inuentus fuerit, ſicut declarauit Leo X. in Bulla, *Ite, & vos*, §. 11. edita 1517. 29. Maij. ſed hoc eſt abſurdum, & alienum, à ſancta, & iuſta mente Pontificis. ergo.

DOCT. ALLEG.

6 *Sic enim ſuſtinent aſſertionem multi viri docti, vt Tura, in ſuo manuſcripto, Sigiſm. vbi ſup. n. 3. & alij Doctores in d. Clementina.*

CONCL. IV.

7 Electio haud deuoluitur ad ſuperiorem, ſi tempus ad eam celebrandam ſit elapſum non ex eo, quod vota inter ſe diſentiant, ſed ex eo, quod inter electores emerſerit quæſtio ſuper poteſtatem eligendi, vt exempli gratia, quibus competat, nec deciſum fuerit antequam labatur tempus.

Cuius rei ratio potiſſima eſt, quia non eſt, quod imputetur habentibus ius eligendi, cum per eos nō ſtetur quin eligant, ſed per litem ſibi obiectam, pro hoc facit etiam textus in cap. 2. de in integr. reſtitut. vbi longo tempore fuit decertatum ſuper iure eligendi, nec poteſtas fuit deuoluta, & facit ca. fin. de elect. etiam, quia electo-

ctoribus, ſimpliciter impeditis non currit tempus ad eligendum.

DOCT. ALLEG.

8 *Suſtinent aſſertionem Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Panirmita. in cap. quoniam quibuſdam, num. 6. de iur. patron. Biax in ſuo director. de elect. p. 1. cap. 23. nu. 1. & idem Panormitan. cap. fin. de elect. Creſcent. deciſ. 5. tit. de reſignat. Rota, deciſ. 220. num. 4. & deciſ. 852. num. 9 coram Cardin. Seraphino, & eſt textus expraſſus, capitul. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabend. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 4. & alij.*

Diximus, ſimpliciter, impeditis electoribus, &c. *quia electores, qui ſunt prohibiti celebrare electionem, abſq; licentia, non dicuntur ſimpliciter impediti, ſi eam non celebrant, ex eo quod non petunt licentiam: ſed contra eos eſt regula.* Qui poteſt *facere, vt poſsit, iam dicitur poſſe, l. qui poteſt facere, ff. de regu. iur. Panorm. in cap. fin. de elect. & Sanchez, de matrimon. libr. 4. diſput. 1. in fine*

CONCL. V.

9 in ordine Prædicatorũ electio Prioris Prouincialis ſpectat ad omnes Priores Conuentuales, qui in ſuis cõuentibus, decem ſaltem, Sacerdotes, ſeu clericos habet, cum ſingulis Socijs, ſeu diſcretis, eligẽdis à quolibet Conuentu, & ad Magiſtros in Theogia, & ad eos, qui fuerunt Prouinciales, & ad prædicatores generales, & facta electione, in die ſtatuta; Capitulum Prouinciale celebrari debet, alias, electio ad Magiſtrum ordinis deuoluta eſt.

Sic dicitur, *diſt. 2. cap. 3. de elect. Prioris Prouincialis, num. 4. & in declarationibus lit. B. vbi in textu, quod ſi in die ſtatuta non elegerint, vel poſtulauerint, qui debent eligere, ad Magiſtrum ordinis poteſtas prouidendi transferatur.*

10 Diximus, in aſſert. dict. electionem Prouincialis, ſpectare ad omnes Priores Conuentuales, decem Sacerdotes, ſaltem habentes, quia, aliàs, in capitulo Prouinciali carent voce, & nulla eſt electio, vt ita dicitur, diſ. 2. cap. 1. de domibus concedendis, & conſtruendis, n. 2.

Conuentus, circa numerum duodenarium Fratrum Profeſſorum, quorum decem, ad minus, ſint Clerici, & ſine licentia generalis Capituli, & abſque Priore, & Doctore non mittatur, nec poſtquã miſſus fuerit dictus numerus Fratrum, minuatur, & ſi aliquis inde ſubtractus fuerit, loco illius alius aſſignetur. Ille vero Conuentus, qui pro tempore illo, prædictum duodenarium numerum non habebit, ad ea, quæ tractanda ſunt in Capitulo Prouinciali, ſiue in electione Prioris Prouincialis, quo ad Priorem, & Socium, & electores Prouincialis, nullatenus admittantur, niſi forte illo anno per Fratris obitum, dictus numerus fuerit diminutus, quod ſi oppoſitum factũ fuerit totum ſit irritum, & inane; Prouincijs Hyeroſolimitanæ, & Græcia, dumtaxat exceptis: & hoc idem dicitur, & confirmatur in declarationibus huius textus.

CON-

CONTROV. II.

An Generalis teneatur, in caſu Deuolutionis, eligere in Prouincialem aliquem de gremio illius Prouinciæ vacantis? & an redeat ad eumdem Generalẽ prouidẽdi poteſtas, ſi eius Prior prouiſio nõ eſt ſortita effectũ.

CONCL. I.

1 Electio Prouincialis, præſertim Minorũ, deuolui poteſt ad Generalem duplici ex capite, vt conſtat, ex clement.exiui. §.demũ, de verb.ſignif. & primũ eſt, ſi electionis plures, in diſcordia celebrari contingat, votis in diuerſa, diuiſis, de quare ſup.diximus, ſatis copioſè. Secundum eſt, ſi Capitulum, e.g. Fratrum Minorum, die ſequenti, qua fuerit congregatũ, Prouincialem eligere prætermittat, ſcilicet ex negligentia, vt eſt textus optimus, cap. quia, diuerſitatem, de conceſſ.præbend.& de huiuſmodi in præſentiarum, eſt ſermo, nimirum, ſi Generalis, in caſu deuolutionis, ex negligẽtia electorũ, eligere, ſiuè prouidere teneatur de Prouinciali, qui ſit de gremio illius Prouinciæ vacantis.

CONCL. II.

2 Secundum ſententiam aliquorum Doctorum, mox recitandorum, non dumtaxat Superiorem, iure deuoluto, minimè poſſe de extraneo prouidere, ſed ſi prouideatur, nulla, ac irrita eſt prouiſio, ſi aliàs idoneus, reperiatur de gremio illius Prouinciæ vacantis.

Probatur, ex cap.cum inter Canonicos, de elect. & ex cap. nullus, in vitis, diſt.61. vbi dicitur, Clericos, ſeù Canonicos, poſſe talem prælatum reſpuere, ſi non eſt de proprio gremio, quod fit eis iniuria, ex qua inter eos idoneus reperitur.

Probatur autem ratione, quoniam electio ad Superiorem deuoluta, fieri debet ab illo, cum eiſdem qualitatib. cum quibus fieri à principio debet, vt multis DD. relatis, ſupra diximus.

DOCT. ALLEG.

3 *Eſt huius opinionis Panorm.in c.nè pro defectu, n.7. de elect. Hoſtien. & nonnullorum. vnde ſi obijciatur, eſſe validam electionem, ſi capitulum alienigenam eligit, dicimus, eſſe diuerſam rationem inter Capitulum, & ſuperiorem: nam capitulum renunciare poteſt fauori eligentium, vt proprio, quod ſuperior nequit. argum. cap. ſi diligenti, de foro competenti.*

Et ſi obijciatur tex. d.c. nè pro defectu, in quo electores priuantur iure eligendi, ex quo non elegerunt intra tempus eis præfixum, vt eſt in caſu, clement. exiui; §. cęterũ de verb. ſignific. Reſpondetur, eos perdidiſſe quidem, ius eligendi actiuè, minimè vero, paſsiuè, & ſatis puniuntur in hoc, nec habent duplicem ſoluere pœnam, ex quo vnica tantum eis imponitur à iure; nam pœnę ſunt reſtringendę, de pœn. diſt. prim. §. pœnæ.

CONCL. III.

4 Probabiliùs, ac ſecuriùs, & in praxi ſeruandum, ſuperiorem poſſe aliquem eligere extrà gremium Eccleſiæ vacantis Idoneum, aliàs, liberè, ac validè, & talis electio, ſeu prouiſio omninò valida eſt, niſi aliud ſuadeat approbata conſuetudo in contrariũ, aut lex ſingularis alicuius Religionis, & maximè in caſu electionis Minorũ Prouincialis: quia reuera numquam auditum eſt, talem electionem, ſeu prouiſionem irritam fuiſſe.

DOCT. ALLEG.

5 *Suſtinet concluſionem Gloſſa, in d.cap. nè prò defectu, verb.ipſius, & ibi Ioann. Andr. Sigiſmundus, num.3.dub.106.& alij nominales.*

CONCLVSIO IV.

6 Ad Generalem Minorum, præſertim, ſic liberè electio deuoluitur, ac plenè, vt eademmet libertate gaudeat eligẽdi, vel de gremio, aut extra gremium, qua gaudebant, & ipſi electores, antequam eligendi poteſtate priuarentur, aliàs, minimè ad eum ipſa electio deuolueretur.

Conſtat aſſertio ex ipſiſmet verbis ſupra relatis, in §.cęterũ, in d.clemen. exiui, vbi dicitur. Ex tunc miniſtri Prouincialis prouiſio, ad generalem miniſtrum liberè *deuoluatur*; ſed cum hæc dictio *liberè* aliquid operari debeat, eſt dicendum, ipſam importare præciſam, ac totalem libertatem. ergo vera aſſertio.

DOCT. ALLEG.

7 *Sunt docentes hanc concluſionem Aymon, conſ.122.num.5.Ruin.conſ.18.n.6. & conſ.84.num.9.lib.1. & hæc libertas, nec iure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur, Socin.conſ.170.num.8.lib.2. Menoch. de arbitr.iud.lib.1.q.70.n.33. Gonzalez, ſuprà 8.regul, Cancellar. gloſſa 45.num.13.Sigiſmundus, num.4.vbi ſup. & alij, Alex. Bartol. apud Rolan. à Valle, quos ſequitur conſ.42.num.18.volum.1. & d.dictio, liberè importat idem, quod* plenè, *vt aiunt Ruin. conſ.100.num.4. lib.1. & conſ.121.num.2.ibid. Menoch. vbi ſup.q.70.num.34. & Gonzalez, vbi ſup.num.16.alios allegans.*

CONCLVSIO V.

8 Generalis ordinis Prædicatorum, non dumtaxat, quando ad eum eſt electio deuoluta Prouincialis, eligere, ſeù prouidere poteſt illum, de quacumque ordinis Prouincia, ſeu electus, eius electionem caſſare: verum etiam per Bonifatij VIII. & Clementis VII. Indulta, poteſt omnes, & ſingulos Fratres, dicti ordinis, Inquiſitores, ac Priores Prouinciales, & Cõuentuales, & alios quoſcunque officiales, dicti ordinis, ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto ordine, & per Sedem Apoſtolicam, vel per quaſcũque, & quauis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur reuocare, & à ſuis officijs remouere, etiamſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum, quod à ſuis prælationibus, vel officijs remoueri non poſſent, & loco ipſorum, alios, vel alias, ſubſtituere, ac officia ipſa limitare.

Sic

Sic enim dicitur, in declarationibus, diſt. 2. cap. 3. de elect. prioris prouincialis, n. 9. lit. B. ſuper verba text. *poterit* (ſcilicet Prouincialis) *per magiſtrum ordinis confirmari.*

CONCL. VI.

9 Ad Generalem eligendi ius, minimè reuertitur denuò, ſi Prouincialis, ſeù prouiſus, quem ipſe iure deuoluto, elegit, è vita diſceſſiſſet, vel renunciaſſet, vel propter eiuſdemmet prouiſi, ſeù electi, occultum vitium, fuiſſet illa prouiſio irritata; ſed equidem ad electores benè redit electio de Prouinciali.

10 Probatur ex Gloſſa, verb. integrũ; quia ſi ob culpam ex delicto prouenientem, electores plectuntur priuatione primæ electionis ſolummodo, c. cum VVitonienſis, de elect. quantò fortiùs idem aſſerendum erit de hac culpa, quæ prouenit ex negligentia, cum minor pœna ſumenda ſit de negligentia, quam de dolo c. nihil eſt. vbi Panorm. num. 5. & Butrius, n. 22. de elect. & cap. ad falſariorũ de crim. falſi. & cap. ſuper literis, de reſcript.

DOCT. ALLEG.

11 *Docent Anchar. in cap. ſi electio, verſ. 4. nota, Butrius, num. 2. Gloſſa, verb. integrum, & communiter Canoniſtæ, de elect. in 6. Archid. & Imola in cap. cum dilectus, num. 4. de conſuet. Cuchus, lib. 4. inſtitut. maiorum, tit. de elect. n. 38. Syluest. verb. electio. 2. q. 19. num. 26. Sigiſmund. dub. 12. num. 3. & dub. 106. num. 5. & alij.*

CONCLVSIO VII.

12 Declaramus, quod quando ius prouidendi Conuentui ad Prouincialem, iuxtà noſtrarum Conſtitutionũ præſcriptum deuoluitur, ſi Prior à Prouinciali inſtitutus, prioratum acceptare recuſauerit, iam iterum tale prouidendi ius penès prouincialem reſidebit, ità tamen, vt ſemper Prouincialis quoties ad ipſum electio, ſeu inſtitutio Prioris deuoluitur, id abſque grauiorum Patrum conſilio, quorum maiori parte ſtare debet, nõ exequatur. Ità 1629. in capitulo generali Romæ celebrato ſancitum eſt declaratione 12.

CONTROV. IIII.

A quo, & quomodò Prouincialis confirmandus ſit.

CONCLVSIO I.

1 NVlli eſt dubium, Prouincialis confirmationem ad Generalẽ ſpectare, tamquam ad immediatum ſuperiorẽ, iuxtà ſuperiora tradita. Cęterùm eſt meritò ſtandum, diſpoſitioni ſpecialis iuris, ac ſtatutorum cuiuſcunque ordinis, & quantum ad ordinem Prędicatorum D. Dominici, ſtatutum eſt in eorũ conſtitutionib. Prouincialis cõfirmationem pertinere ad generalem, vt habetur his verbis, n. 8. diſt. 2. c. 3. de elect. prouincialis, *Prior autem Prouincialis ſupradicto modo, electus, poterit per magiſtrum ordinis confirmari, vel eius electio caſſari, ſi ipſi magiſtro videbitur.*

CONCL. II.

1 Papa Clemens VI. in ſua Bulla, Regimini vniuerſalis 1346.23.Martij ædita,in §.8.hæc habentur. *In quo (ſupple, capitulo prouinciali) vnum ex dictis Fratribus ſufficientem, & idoneum, in ſuum prouincialem priorem eligant, qui ſic electus, & conſtitutus infrà menſem à tempore electionis, & conſtitutionis huiuſmodi conſentire, & confirmationem à dicto priore Generali, vel eius Vicario generali petere humilitèr non omittat, quam quidem electionem, ſi Canonica fuerit, idem prior generalis, iuxtà modum infraſcriptum deputare habebit vltra menſem à die, qua petita fuerit, non differat confirmare; quod ſi ex iuſta, & rationabili cauſa, idem prior generalis, vel eius Vicarius munus confirmationis denegauerit; cauſam, ſeù cauſas huiuſmodi ſuis publicis, & authenticis litteris, teneatur exprimere, & electoribus, qui eum elegerunt intimare, & de alio ſufficiente, & idoneo,cum conſilio Conuentus loci,vbi dictus Prior generalis, vel eius Generalis Vicarius fuerit, vſque ad tunc immediatè ſequens Capitulum,vtiliter prouidere.Circà autem confirmationes electionum Priorum Prouincialium in poſterum celebrandas,modus prædict.per omnia obſeruetur.*

CONCL. III.

3 Fratribus Minoribus de obſeruantia, ſeruanda eſt illa conſtitutio generalis, Valleſoletana, in cap.8.fol.mihi 161.ſancita 1593. ſi aliàs, ab eo tépore aliud cautum non ſit, vbi dicitur. *Electus autem, quicunque ſit,præter Generalem miniſtrum, nullam auctoritatem habeat, quouſque confirmatus ſit ab eo, qui electioni præfuerit, qui nimirũ, niſi iuſta ſubſit cauſa, ſtatim electum confirmet,qui ſi electioni de ſe factæ,conſenſum præbuerit,mox officium illud acceptare, & exercere teneatur.*

CONCL. IV.

4 Fratribus Minoribus Capuccinis, etiam, ſeruanda eſt illa ſua Conſtitutio, in qua ſic dicitur. *Et eletto, che ſarà il Prouinciale,i Padri Diffinitori,à nome del Capitolo, mandino, ò ſcriuino al M. R.P.Generale, per la confirmatione,ſecõdo la Clementina, & in quel mentre, che verrà la riſpoſta, poſſa eſſercitare l'Offitio, come Vicario eletto, quando però ſtia in eſſa Prouincia.*

5 Super quibus verbis dubitari poteſt, ſi electus Prouincialis dictus adminiſtrare poſſit antè confirmationẽ, vigore dictorum verborum, ad quod dubium dicitur,poſſe dict.electũ Prouincialem adminiſtrare quidem, non vt Prouincialis, quia non eſt adhuc confirmatus, ſed vt Vicarius inſtitutus Prouinciæ, à Capitulo, à quo iure particulari, non communi,recipit auctoritatem,cum dicitur. *& in quel mẽtre, che verrà la riſpoſta, poſſa eſſercitare l'officio come Vicario eletto*; nam illud verbũ *poſſa* eſt extenſiuum, quod trahitur ad futura habentia cauſam de præſenti. Alex.conſil. 46. viſis & accuratè,num.2.verſ.3.quia,lib.1.& cõſil.13.perſpectis,num.6.lib.5.vbi Apoſtilla. in verbo,extenſiuum, ait,cõprehendere ius de futuro. Tuſchus, lit.D.concl.335.

6 Et omnia pręfata confirmantur per priuilegiũ conceſſum à Gregor XIII.

Fra-

Fratribus Minorum S. Franciſci ſtrictioris Obſeruantiæ, in ordinationib. quas ſanxit 1579. pro bono regimine illius Religionis, vbi in §. 12. hæc habentur ad rem. *Poſsint autem Cuſtodes etiam, dum expectatur, & antequam petatur confirmatio prædicta, cum plena auctoritate liberè, officio ſuo fungi.* Quod priuilegium cum dictis Patribus Capuccinis, atq; alijs etiã Religioſis cõmunicantibus in Priuilegijs, ſuffragetur, & conſequentèr dicta Capuccinorum conſtitutio valida eſt.

7 Alterum dubium eſt, ſuper præfata verba conſtitutionum Capuccinorum, quod moueri poteſt, an ſcilicèt, qui dicuntur Vicarij Prouinciales in ordine Minorum de Obſeruantia, & Capuccinorum, ſint verè miniſtri, de quibus, eorũ Regula vbi dicitur. *Præcipio firmitèr Fratrib. vniuerſis, vt obediant ſuis miniſtris.* Huic dubio ſatis fit bulla Pauli III. 1536. ædita 8. kalend. Septembris, quæ incipit, *exponi nobis:* facta in fauorem Capuccinorum, in §. 10. ità ad rem dicitur.

8 *Inſuper veſtigijs, piæ memoriæ, Pij Papæ ſecundum prædeceſſoris noſtri, etiam in hac parte inhærendo, qui aliàs, ex certis cauſis, auctoritate Apoſt. ex certa ſcientia in fauorem familiæ de Obſeruantia, interpretatus eſt, ac declarauit, quod cum Apoſtolica Sedes, Generalem totius Ord. Min. miniſtrum generalem, & Prouinciales Vicarios miniſtrorum loco, certis Pijs, ac Sãctis reſpectibus eſſe voluiſſet, ac decreuiſſet, Vicarij ipſi, qui illis præeſſent, & quibus, ipſi ex debito eorum profeſsionis obediebant, veri, & indubitati ipſorum miniſtri, cum tales B. Franciſcus, dicti ordinis inſtitutor, eos eſſe intellexiſſet, quò ad vſq; præfata ſedes in cuius arbitrio conſiſtebat aliud, alio reſpectu ordinare ſtatuiſſet, eſſent, ac perpetuò forent differentes à prædictis miniſtris ſolo nomine, eoſque, qui dictis Vicarijs obedirent ſecundum dictæ ſedis determinationem eorum Regulæ, & præcipuè in ea parte, vbi erat (præcipio firmiter Fratribus, vniuerſis, vt obediant ſuis miniſtris,) plenè, & integrè ſatisfacere, auctoritate, ac ſcientia prædictis declaramus, & decernimus, quod donec aliter ſuper præmiſsis per præfatam ſedem ordinatum fuerit, Fratres Capuccini prædicti eorum Vicarijs, prout de Vicarijs familiæ, per dictum Pium prædeceſſorem, vt præfertur, ſtatutum fuerat, obediendo plenè, ac integrè præfatæ Regulæ ſatisfaciant.*

CONCL. V.

9 Si ordo (ſcilicet Prædicatorum) magiſtrum non habuerit, ipſum electum Prouincialem, confirmandi, vel infirmandi, & ad dicti officij ſuſceptionem compellendi, Vicarius ordinis habeat poteſtatem. Si vero poſt confirmationem, per Magiſtrum ordinis factam, antequam ad electum, ipſa confirmatio perueniat, magiſtrum ordinis mori, vel amoueri contigerit, confirmatio ſuum ſortiatur effectum. ſic n.8. diſt.2. cap.3. de elect. Prioris Prouinc. in conſtitut. dicitur.

CONCL. VI.

10 Caueant Patres, aut Fratres Prouinciarum, nè facilè ſeſe electionibus Prouincialium opponãt, aut proteſtationes de inualiditate earum faciant, alioquin pro auſibus temerarijs à magiſtro ord. grauiſſimè puniatur, ità in

declarationibus, cap.3. diſt.2.num.9. litt. B.ante finem hæc habentur.

CONCLVSIO VII.

11 Patres Conuentuales ſi in Prouinciales electi fuerint,ſtatim,vt Prouincialatus confirmationem acceperint, ab officio Prioratus cenſeantur abſoluti, etiam ſi talis abſolutio in literis confirmationis non fuerit expreſſa.

Itá ſancitum fuit Bononiæ 1564. in declarationib. hęc dicũtur vbi ſup.

CONCL. VIII.

12 Prior Prouincialis eamdem habet poteſtatem in ſua Prouincia, quã & magiſter ordinis, & eadem ſibi reuerentia, & obedientia à Comprouincialibus exhibeatur,quæ magiſtro ordinis, niſi magiſter præſens extiterit.

Item, Prior Prouincialis totam ſuã Prouinciam per ſe, ſi poterit, vel Vicarios idoneos teneatur ſingulis annis viſitare, quibus auctoritatem ſuã committat, prout ſibi videbitur expedire. in tex.conſtitut. cap. 3.diſt.2. ſic dicitur, num. 10.

CONCLVSIO IX.

13 In ordine Prædicat. nè Prouinciç Acephalæ remaneant, cautum eſt, in Priorum,Prouincialiũ finitione, ſuorum officiorum, dũ confirmatio Prouincialis expectatur, Vicarius Prouinciæ remanet Prouincialis præteritus, vel nouus electus Prouincialis, ante ſui confirmationem, iuxtà priuilegia, & conſuetudines diuerſarum Prouinciarum.

Sic habetur in declarationibus, c. 7.de capitulo Prouinciali, diſt.2.n.4. lit.D. ſuper illa tex.verba, *quilibet autem Vicarius*.

CONTROV. IV.

Quæ Auctoritas, ac Iuriſdictio Cuſtodum, in ordine Fratrũ Minorũ ſit.

EXPLICATIONES.

1 Cuſtodis enim nomẽ, eſt officij, aut dignitatis nomen, quod perſępè in Regula D.Franc. ponitur, vbi quãdoq; generaliter ſumitur, *varia* ſub ſe Prælatorum genere cõprehendens,vt aduertit, tom.1.q.70.art. 1.Rodriquez,in qq.regular.aliquando verò, ſpecialiter, & propriè ſumitur prò Prælato quodam ordinario, à Generalatus,Prouincialatus,ac Guardianatus munere, diſtinto, de quo meminit eadem Regula, illis verbis,c. 4.in fine, Miniſtri ſolùm,& Cuſtodes, ſollicitam curã gerant, &c. quo in loco,nomine Cuſtodum, intelliguntur Cuſtodiarum Cuſtodes, prout explicauit Nicola III.c.exijt.de ver.ſignif. in 6.& gloſſa in clement.dudum, ver. Cuſtodes,vbi etiam Panorm.n.17.de ſepult nępè intelliguntur prælati,qui præſunt cuidam certo, ac determinato Guardianorum numero, & ſubsũt Prouincialibus, & de his cuſtodibus, ſic ſpecialiter acceptis, inquirimus quanta ſit auctoritas, & iuriſdictio. procuius deciſione ſint præambulares aſſertiones, quarum ſit.

CON-

CONCL. I.

2 Eccleſiaſticæ Communitates, ác Religiones nullo modo, ſtatuta, ſeù decreta condere poſſunt, contra ius commune, niſi ad hoc habeant ſpecialia priuilegia, aliàs nulla ſunt, & inualida.

Deſumitur aſſertio ex cap. quod ſuper his de Maior. & obed.

DOCT. ALLEG.

3 *Docēt Panorm. & Decius in capit. ſi duobus, de appellat. Nauar. lib. 1. conſi. 3. num. 1. de elect. in nouis. Rodriquez in terminis tom 3. q. 11. art. 1, Suarez. lib. 6. de legibus, cap. 26. num. 7. Duardus in Bullam cœnæ Dom. lib. 1. cap. 1. queſt. 1. num. 7. Rota deciſ. 267. num. 7. & 8. coram Gregorio XV. & aſſerit eſſe communem, eadem Rota deciſ. 103. num. 7. par. 2. diuer. Sigiſmundus dub. 108. num. 2. & alij.*

4 *Ratio autem præfatæ aſſertionis eſt, quia Ius Canonicum principaliter intendit hominē dirigere ad Deū & venit ad bonum publicum Eccleſiaſticum; vnde Statutum contrarium editum ab inferioribus, præſumitur temerarium, & ambitioſum, ac fini æterno contrarium; ideoquè Papa non poteſt conferre Clericis poteſtatem ſtatuendi contra canones, vt rectè ratiocinatur Panormitan. in cap. cùm in tanto, num. 9. & 10. de conſuet. Verùm ex cauſa vrgenti, & veriſimiliter non præiudicia à Canone, fieri poteſt ſtatutum contra Canonem, vt id fauet l. ſi hominem, ff. mand. vt Baldus philoſophatur in leg. omnes populi, col. 5. verſ. ſed hic dubitatur, ff. de Iuſt. & Iur. quē ſequitur Panorm. vbi ſuprà.*

CONCL. II.

5 Decreta, ſeù Statuta condita contra ius cōmune, ſed ſunt poſtea expreſsè confirmata à Papa in forma ſpeciali, (nam in forma communi nihil operantur, ſic nec etiam confirmatio, quantumcumque ampliſſima Legati de latere aliquid iuuat) tunc valida ſunt, & ſuum habent effectum.

DOCT. ALLEG.

6 *Suſtinent Gratianus in diſcept. forenſ. cap. 9. nu. 10. in fine. Marcheſius pa. 3. tit. de commiſſ. nullit. Sanat. §. 1. num. 84. Rota deciſ. 145. num. 6. part. 1. & latè deciſ 103. num. 27. part. 2. diuerſ. & deciſ. 339. num. 3. part. 2. in recent. & deciſ. 4. num. 4. Penès eundem Marcheſium, part. 1. tit. de commiſſ. appellat. in cauſa beneficio. cap. 7. in fine, & in terminis de elect. Rota in Toletana canonicatus 18. Maij 1584. coram Clemente VIII. penès Garceum de benefic. p. 1. c. 4. ſub n. 165. & alij nominales.*

CONCL. III.

7 Illæ conſtitutiones ſunt Iuris communis correctoriè, quæ auferunt electionem cuſtodum à ſuis cuſtodijs, & eam prębent Prouinciali, & diffinitoribus.

CONCL. IV.

8 Nulla alia confirmatio in forma ſpeciali, nec ſimiliter nullum priuilegiū exſtat, quo poſſint ſubſiſtere illæ conſtitutiones, ità vt non ſint nullæ, & per conſequens actus earum virtute, non ſit quoque factus nullus, niſi illud priuilegiū Clementis Quarti, quod refertur in compendio, tit. cuſtodes, quo ſtatuit, *quòd Cuſtodes, et Guardiani, qui ſecundùm ſtatuta Ordinis fratrum Minorum aliter, quàm per electionem inſtituantur; poſt ipſam inſtitutionem, ſeu prouiſionem, de ipſis factam, curam Animarum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeāt, ipſoſquè ligare, ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtituta.*

CONCL. V.

9 Cuſtodes Minorum Fratrum Capuc-

puccinorum nulla alia Iuriſdictione ordinaria in ſibi ſubditos gaudent, niſi illa, quam eis tribuit hoc nuper relatum Clementis IV. priuilegium, & extra caſus in d. indulto expreſſos nõ extenditur eorum facultas ſuper ſubditos, nec alijs fruuntur priuilegijs: Qui cuſtodibus ſimpliciter concedũt aliquam authoritatem ſuper ſubditos, niſi in eis ſpecialiter, & expreſsè addatur clauſula, vel conſimilis cuſtocuſtodes, qui ſecundum ſtatuta ordinis alitèr, quàm per electionem inſtituuntur, &c.

CONCL. VI.

10 Cuſtodes fratrum Minorum ſtrictioris obſeruantiæ, aliàs Reformati nuncupati, ampliſſima authoritate gaudent, quam à Gregorio Decimotertio habuerunt per Bullam incipiẽtem, *Cum illus, &c.* æditam 1579. & prius à Clemente VII. per extrauagãntem, inchoantem, *in ſuprema militantis, &c.* datam in lucem 1572. quæ poſtea ſũnt à Clemẽte Octauo cõfirmatæ, ac declaratæ fuere per Bullam, Incipientem, *pro iniuncti nobis, &c.* 1596. & 1603. & iterum à Paulo V. in Bulla incipiente, *poſtulat Apoſtolici*, 1607. 14. Februarij ædita, & inſuper eiſdem cuſtodibus fauent omnia priuilegia, ac indulta cuſtodibus ſimpliciter conceſſa.

11 Ratio diuerſitatis harum Aſſertionum eſt, quia Cuſtodes ſtrictioris obſeruantiæ eliguntur à ſuis cuſtodijs, prout Iura poſtulant, vt ex recitatis Bullis cõſtat: Verum Capuccinorum cuſtodes, non per electionem, ſed per prouiſionem inſtituuntur, vt non obſcurè liquet ex illis verbis ſuarum inſtitutionum, *Fatta la prouiſione de Guardiani, ſi farà parimente quella de Cuſtodi.*

CONC. VII.

12 Cuſtodes Capuccinorum, nullam iuriſdictionem, authoritatemuè in ſibi ſubditos habent, niſi vt in caſibus vrgentibus, in quibus non poteſt ad iri Prouincialis prouideant tunc, prout eis videbitur expedire.

Sic enim eorum conſtitutiones eis concedunt.

CONCL. VIII.

13 Cuſtodes in caſibus vrgentibus, in quibus aditus haud patet ad Prouincialẽ, poſsũt à ſibi ſubditis irregularitatem, aut inhabilitatem, ſeu aliud quoduis impedimentum tollere.

Concluſio conſtat ex dicto Clemẽtis IV. priuilegio, ex iure communi, quoniam, quando reuera ingens, ac magna neceſſitas vrget diſpenſandi, ſeù habilitandi, & eſt periculum in mora; tunc ex rationabili interpretatione voluntatis ſuperioris, poteſt inferior diſpenſare in eius lege, ſeù habilitare, iuxta tradita in ſuperioribus.

Adde quòd iuxta ordinatum, & proprium vſum iuris canonici ſub facultate abſoluendi, non venire quidem facultatem diſpenſandi, ſed ſub facultate ſoluendi, & ligandi, eſt certum comprehendi, diſpenſandi auctoritatem.

DO-

DOCT. ALLEG.

14 *Fauent huic aſſertioni Suarez, tom. 4. de Religion. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 16. Sigiſmundus par. 3. c. 2. dub. 108. de elect. num. 12. & alij, in materia de cenſuris, & irregularitate.*

CONTROV. V.

An Minorum Cuſtodes conuenire poſſint ad generale Capitulum, & in illo vocem habeant eligendi.

CONCL. I.

1. CVſtodes Minorum ad generale capitulum conuenire poſſunt, & eligere miniſtrum Generalē, ſicut cæteri miniſtri Prouinciales.

Eſt aſſertio manifeſta ex Minorum Regula, cap. 8. vbi dicitur *electio ſucceſſoris fiat à miniſtris Prouincialibus, & cuſtodibus.* Vbi per cuſtodes intelligũtur cuſtodiarum cuſtodes, vt ex ſuperiori controuerſia patet. & ad hunc effectum non refert, an eligantur ab vniuerſitate ſubditorum, ſeù prouideantur ab alijs, modò id fiat iuxta ordinis conſtitutiones.

CONCL. II.

2 Ijdem cuſtodes ex vi conſtitutionum, ſeù ſtatutorum alicuius ordinis Minorum gaudent eligendi poteſtate in omnibus electionibus capitularibus, non ſecus ac Miniſtri Prouinciales, vt eſt praxis inter alios, apud Capuccinos.

Ita namque dum in illorum conſtitutionibus, *et i cuſtodi predetti ſiano tutti Vocali, come i Prouinciali.*

CON-

Digitized by Google

DISPVTATIO III.

De Diffinitorum Electione, ac Facultate, et Sociorum, ſeù Diſcretorum.

CONTROVERSIA PRIMA.

Ad quos Diffiinitorum Patrum electio ſpectet.

CONCL. I.

SERMO ſi eſt de Diffinitoribus Prouincialibus, nulli dubiũ eſt, de iure communi ſpectare ad prouinciale capitulum: & ſi eſt ſermo de diffinitoribus generalibus pertinere ad totam Religionem, id eſt, vt vel ipſi Diffinitores eligãtur in capitulo generali, aut vnaquæque Prouincia ſuum eligat Diffinitorem generalẽ, iuxta vniuſcuiuſque ordinis inſtituta.

Cnius ratio ea eſſe videtur, quoniã, cum ipſi Patres Diffinitores ſint officij participes, cuius ſunt Diffinitores, ita vt vnà cũ Prouinciali, vel Generali totam Prouinciæ, ſeu Religionis congregationem repreſentent, ideò meritò eligendi videtur, &c. vt dictm eſt.

CONCL. II.

2 Paulus V. pro ſtabilienda qualitate votorum, & ſuffragiorum in diffinitorio, in quibuſuis capitulis peragendis Canonicorum Regularium Lateranenſinm ſtatuit, ac ordinauit, anno 1605. die 30. Decembris per Bullam, paſtoralis noſtri: vt de cætero in eodem Diffinitorio, vnus ex Marchiæ Eccleſiaſticæ, alius ex ſtatus, & ducatus Mediolani, alius ex Marchię Triuiſanæ, alius ex principatus Pedemontium, coniunctim vnà cum Monaſterijs Placentiæ, Parmæ, Mantuæ, Regij Mutinæ, & Vignolæ, & alius ex Hetruriæ, Regni Neapolis, & Genuę Monaſterijs eiuſdem congregationis, qui reſpectiuè, ſic ad hũc effectum pro vna vice ex dictis Monaſterijs Hetruriæ, ac Genuæ, & pro alia, ex Neapolis perpetuis futuris temporibus eligi debeat.

CONCL. III.

3 Idem Summus Põtifex in ordinationibus, ac ſtatutis, æditis de anno 1607. die 6. Aprilis, pro bono Regimine congregationis Caſſinenſis Monachorum Sancti Benedicti, in §.

9.

9. hæc habentur ad rem noſtram.

Et vt deinceps in Diffinitorio æqualitas votorũ habeatur, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dictis ſeptem Prouincijs, nouem Abbates Diffinitores; ex quibus Romana vnum, Hetruria vnum, Neapolitana vnum, & Sicilia alium, ac Liguria aliũ, Veneta verò, & Lõbardia prouincia prædicta ob illorum maiorum Monaſteriorum numerum, pro qualibet earum duos Abbates huiuſmodi ex illis reſpectiue oriundos habeant, eligantur, ac deputentur. Dictiq; nouem Diffinitores canonicè per vota ſecreta, & ſcrutinia, vt moris eſt, canonicè electi, in quibuſcunque capitulis generalibus, omnes, & ſingulas, tam ſpiritaales quàm temporales gratias, & facultates ab hac ſede Apoſtolica eis conceſſas, & quas hactenus habuerũt, habeant; hac tamen ratione, vt poſthàc ſinguli Diffinitores ſeptem Prouinciarum prędictarum diuerſarum Nationum, & Profeſſionum exiſtant, nulloque modo, duo ex eodem Natione, vel Profeſſione vno, & eodem tempore in prædicto Capitulo, licèt ex diuerſis Prouincijs prædictis profeſſi ſint, eſſe patiantur, ſed ex eiſdem Prouincijs oriundi eligantur, vt ſuprà, ac conſtituantur.

4 *Et §. 10. dicitur; Et ad tollendã dictorũ Diffinitorũ perpetuitatem, quieti dictæ Congregationis maximè contrarium, quod ſingulo quoque anno tres Diffinitores ex Antianis, ſiue Antiquioribus, duo nempe, ex Lombardia, Veneta, & Liguria, & vnus ex Romana, & Hetruria, Neapolitana, & Sicula prouincijs prædicti, ab eodem Diffinitorio per biennium vacent, ac illorum loco tres ſubſtituãtur reſpectiue ex eiſdem Prouincijs, ità vt ſemper vnaquęque Prouincia ſuum ſemper habeat Diffinitorem, ſeù Diffinitores, præſcriptum, vel præſcriptos.*

In §. verò 11. ſic dicitur. At ſi aliqua iuſta cauſa Abbates alicuius Prouinciæ ad prædictum Capitulum non accederent, vel accedentes, ab electione diffinitorij excluſi remanerent, ſeù illo anno viſitatorum officio functi eſſent, ſeù quòd per biennium minimè vacaſſent, & eo caſu in prædicto Diffinitorio ab huiuſmodi excluſi eſſent, tunc ex prouincia illi v entori Abbas Diffinitor, ſeruatis tamen ſuperiùs narratis, pro illa vice tantùm eligatur. Quæ decreta fuerũt confirmata ab eodem Pontifici, anno 1608.

CONCL. IV.

6 In ordine Prędicatorum cautum eſt circa Diffinitorum electionem, his verbis.

Statuimus, quòd ſingulis annis, in ſingulis Capitulis prouincialibus quatuor Fratres de diſcretioribus & magis idoneis à prouinciali capitulo per diſquiſitionẽ prioris Prouincialis, vel eius Vicarij, & Prioris, & Subprioris eiuſdem loci, vbi capitulum celebratur eligantur, &c.

Ita in conſtitutionibus, diſt. 2. cap. 5. num. 1. de elect. Diffinit. cap. generalis, & Prouincialis: vbi num. 3. lit. b. dicitur.

7 *Prædicti igitur quotuor Diffinitores eligantur in die proximo præcedente diem aſſignationis Capituli Prouincialis, & ex tunc incipiat Authoritas eorundem.*

Super cuius Textus verba eſt huiuſmodi declaratio.

Declaramus, declaratum fuiſſe in Capitulo Romano 1553. quòd prædicti Diffinitores omnes ipſa die ſimul eligi debent, non autem ſigillatim, niſi per Nationes eligantur: ipſos autem Diffinitores, ſtatim habere locum ſuper omnes Fratres, inter ſe autem ſecũdùm ordinem ſuorum graduum, vel Conuentuum dignitatem.

8 Præterea declaratur, quod ad hoc vt aliquis ſit Diffinitor, non ſolùm oportet, quòd habeat plures voces, quàm alij, ſed oportet, quòd habeat plures vltra medietatem, iuxta capit. Bonon. 1564. declarationem, vbi dicitur, & idem modus eligendi, ſcilicèt per vota ſecreta, ſeruetur in electione prioris Conuentualis, & Magiſtri ordinis, & Diffinitorum capituli generalis, & prouincialis, & ſocij eũtis ad capitulum prouinciale. cætera ad Diffinitorum electionem ſpectantia, videatur dict. cap. cum ſuis declarationibus.

CONCL. V.

9 Si contigerit (ſcil. in ordine Prædicatorum,) Diffinitorem capituli prouincialis eligi ex illis, qui non ſunt de corpore capituli, talis electus ex vi officij definitoris vocem non habebit,

bit, nec ad electionem prouincialis admittendus erit, prouincia Græciæ tantum exepra.

Statutũ ſic fuit nouiſſimè in capitulo generali 1629. Romæ celebrato, in vudecima declaratione.

CONCL. VI.

10 Decretum exſtat pro Seruorum B. Mariæ ordine, Clementis Sexti de anno 1346. die 23. Martij in Bulla, Regimini vniuerſalis, in §. 7. ſub his verbis; Vt amodò ſingularum Prouinciarum prędictarum fratres eligãt vnum fratrem prouidum, & maturum in Diffinitorem, pro generali capitulo, & fiat huiuſmodi electio in prouinciali capitulo, quòd immediatè præcedet capitulum generale. Diffinitores verò pro capitulis prouincialibus eligãtur à fratribus in eiſdem capitulis prouincialibus congregatis.

Reliqua Statuta vniuſcuiuſque ordinis recenſere impręſentiarum, non videtur ad rem, cum ſermo nimis lõgus eſſet, ideoque lectorem mittimus videre proprias ordinationes quarũlibet Religionum, ad hanc rem pertinentes.

CONTR. II.

An in Pręedicatorum ordine Diffinitores in Congregatione Electionis Prioris Prouincialis, celebrato pro morte prioris Prouincialis, intra capitulum prouinciale, & annũ, validè iuxta eiuſdem Ordinis cõſtitutiones, eligi valeant pro capitulo generali, aut Generaliſſimo celebrando, ſi caſus occurrerit.

EXPLICATIONES.

1 In mediũ omnia afferemus per extenſum, quæ in textu, ac declarationibus dicti ordinis cõſtitutionum habentur, fidelitèr per ſubſequentes aſſertiones pronunciabimus.

CONCL. I.

2 Si Priorem Prouincialem in Capitulo generali, vel medio tempore *vſque ad capitulum prouinciale, vel in ipſo capitulo prouinciali, mori, vel* amoueri contigerit, vel quocunque caſu infra illud tempus prouinciam aliquam, priore Prouinciali carere contigerit, vel carentia ipſa durante, ad ipſum capitulum prouinciale eius electio pertinebit, qua peracta capitulum prouinciale celebretur.

3 Hæc dicuntur in conſtitutionibus ordin. Prædicatorum diſt. 2. cap. 3. de elect Prioris prouincialis, §. 3. litre. B. vbi ſuper dicta verba eſt ſequens declarario.

4 Declaramus, quòd circa initium ordinis, vſque ad annum 1352. vbi fuit iſta conſtitutio confirmata, ſingulis annis fiebant capitula prouincia-

lia,

lia, poſt capitulum generale, ſed poſtmodum ad euitandas expenſas, & ad tollendam confuſionem, quæ ſequi videbatur, fuit facta iſta conſtitutio, per quam ſtatutum fuit, ſi contingeret priorem prouincialem in capitulo generali, vel medio tempore vſque ad capitulum prouinciale, vel in ipſo Capitulo Prouinciali mori, vel amoueri, vel quocũque caſu contingeret infra id tempus prouinciã aliquam priore Prouinciali carere, vel ipſam carẽtiam etiam ante illud tempus durare, tũc electio pertinere deberet ad capitulum prouinciale, & & nõ ad Electores, hoc eſt, ad priores cum ſingulis ſocijs, & ad Magiſtros in Theologia, & Prædicatores generales; & facta Electione in die ſtatuta, Capit. prouinciale debet celebrari.

5 Vbi eſt aduertendum, quòd ſi etiã ante Capitulum generale prouincia inceperit priore prouinciali carere, ſed nõ potuerunt fortè Electores ante Capitulum generale congregari, nec electionem facere, vel ſi potuerũt & electionẽ fecerunt, electus non fuit confirmatus, & ſic carẽtia durauit vſque ad Capitulum generale, tunc, & eo caſu electio prioris prouincialis pertinebit ad capitulum prouinciale, & non ad electores; ſicut declaratum fuit, Valentiæ 1364. Ianuæ 1365. & Auinionæ 1367. & demùm, in conſtitutiones redactum in capitulo Romano 1558. quod inchoatum fuerat in Salmaticenſi capitulo 1551. & approbatum Romæ 1553.

Hæc in declarationibus.

CONCL. II.

6 Si poſt prouinciale capitulum, priorem prouincialem mori, vel amoueri cõtigerit, qui eius locum obtinet, teneatur conuocare quamtotius poterit electores; & in die ad eligendum aſſignata, prior prouincialis eligatur, vel poſtuletur; & prouinciale capitulum celebretur, niſi prius celebratum fuerit.

Ità habetur diſt.2.c.3.de elect.prioris prouinc.§.4.lit.C.in conſt.ord.PP.

CONCL. III.

7 Si in die ſtatuta non elegerint (ſcili-
„cet priorem prouincialem) vel poſtu-
„lauerint, qui debẽt eligere; ad magi-
„ſtrum ordinis poteſtas prouidendi
„transferatur.

Sic dicitur eodẽ loco conſtitutionũ ord. Prędic. vbi talis eſt declaratio, ſuper illud verbum, *vel poſtulauerint.*

8 Declaramus, quod cum per priuilegia, ſit nobis conceſſum, quod quãdo in aliquo Conuentu noſtri ordin. de prouinciali, vel de cõuentuali priore, occurrerit electio facienda; ſi ex aliqua cauſa, electionẽ factã, contingat forſitan non confirmari; Superior, ad quem cõfirmatio talis electionis pertinet, auctoritate Apoſtolica concedere poterit, & in priorem confirmare aliquem de illis fratribus, quos ipſi electores, vel maior pars eorum per literas ſuas, ab eo petierint, quando ad ipſum pro electi cõfirmatione tranſmittunt. & propter hoc dicit, hic, cõſtitutio: *Quod ſi nec ipſe in capitulo electus, nec alius, ſcilicet poſtulatus, fuerit cõfirmatus.* hæc in declarationibus habentur.

CONCLVSIO IV.

9 Volumus autem, quod electio
„prioris prouincialis, quæ non in ipſo
„capit. prouinciali, ſed poſt capitulum

Yy de-

„debet celebrari; tantum ſpectet ad „priores Conuentuales,& ad Prędica-„tores generales, & ad vnum fratrē de „quolibet Cōuentu, ad hoc idem pro „qualibet electione de priore prouin-„ciali fienda,ſi pluries fieri contigerit, „nouitèr electum: Romæ 1558. niſi „confirmator præſens fuerit, vel in tā „parua diſtantia, quod ante diſſolutio-„nem prioris Congregationis potuerit „de caſſatione electionis priùs factæ, ſi „eam caſſari contingat, Nuncius per-„uenire; tunc enim ſecunda, & tertia „ſi opus fuerit electio ad eoſdem per-„tinebit.

Sic dicitur ead.diſt.2.& cap.3.§.5. conſtitutionum eiuſdem ord.

CONCL. V.

10 In electione electorum priorum „prouincialium, prior Conuentualis „debet habere primam vocē, non ob-„ſtante illa conſtitutione, quæ dicit; „quod in electione prædicta Subprior „cum duob. Patribus,debeat vota fra-„trum diſcutere,ſicut fuit declaratum, „in capitulo Lucæ 1288.& Argenti-„næ 1299.

Hæc ſunt verba declarationum textus, §.5.,lit.D. ſuper illa verba, *per diſquiſitionem Subprioris.*

CONCL. VI.

11 Ad priores Conuentuales non ſpe-„ctat ordinare, vel ſe intromittere de „tempore,vel die inſtituendo,ſiue de „quocumque alio eorum, quæ ad tra-„ctatum prouincialis capituli, vel ele-„ctionē ſocij pertinent, ſed aſſignatio „diei,in quo tractari debent ea, quę ad „electionem ſocij prioris, & ea, quæ „ad capitulum prouinciale mittenda „ſunt, pertinent ad Subpriorem; nec „electioni ſocij intereſſe debent: ſicut „declaratum fuit apud montem Peſu-„lanum 1271. & Lugduni 1274.& „Barchinonæ 1323.

12 Et tractatus eorum, quæ mittenda „ſunt ad capitulum, non poſſunt vltra „vnum diem prolongari. hæc dicun-„tur in declarationibus,d.§.5.lit.E.ſu-„per illa textus verba: *& tractatum eo-„rum, quæ mittenda ſunt ad capitulum.*

CONCL. VII.

13 Socij Conuentum electi ad capitu-„lum prouinciale, vocem tantum ha-„beant in capitulo prouinciali illius „anni, pro quo fuerunt electi.

Si autem ex cauſa,vel impedimen-„to, à capitulo prouinciali, *illo anno* „ſuperſedeatur, ad tractatum capituli „prouincialis anni ſequentis, ex vita-„lis electionis non admittantur. ſicut „fuit declaratum Ferrariæ 1362.

Ità habetur in declarationibus,vbi ſuprà lit.E.

CONCL. VIII.

14 In capitulo etiam Bononiæ 1564. „ordinatum fuit, quod qui in vno cō-„uentu fuit electus ſemel in ſociū prio-„ris Conuentualis euntis ad capitulū „prouinciale; in eodem Conuentu nō „poſſit eligi in ſocium prioris pro cap. „prouinciali immediatè ſequenti;& ſi „ſecùs fiat, irrita electio cenſeatur.

Hæc dicūtur in declarationib.& hoc idem fuit Bonon. 1564. decretatum.

CONCLVSIO IX.

15 Si autem mortem,vel amotionem „prioris prouincialis,aliquis Conuen-„tus de electione ſocij prioris, tracta-

tum

„tum fueris, & aliquem fratrem in ſo-
„cium elegerit, ſi contingat poſteà, e-
„lectionem ipſius prouincialis fieri per
„electores, & non per capitulum pro-
„uinciale, non erit talis frater ſic e-
„lectus verus ſocius, ſed oportebit
poſt mortẽ ipſius generalis, vel amo-
tionem, aliquẽ in ſociũ de nouo eligi,
ſiue nominari; ſicut declaratũ fuit Bri-
xæ 1346. vbi ſup. in declarationibus
lit. E. §. 5. hæc habentur.

CONCL. X.

16 Præfati ſocij, pro cap. prouincialis, ſiuè electores, pro electione prioris prouincialis, neceſſariò eligi debent per ſchedulas iuxta Canonicam formam, traditam in c. quia propter, de elect. in 6. & in c. 6. ſeſſ. 25. Conc. Trident. vt ſtatutum fuit Bononiæ 1564.

CONCL. XI.

17 Socij euntes ad cap. prouinciale cũ prioribus, vel electores pro electione prioris prouincialis, eligi in conuẽtib. minimè valent, ſi nõ fuerint aſſignati in eis Conuentib. duodecim Fratres clerici, aut ad minùs decẽ; quod ſi oppoſitũ factum fuerit, totum ſit irritum, & inane; prouincijs Hieroſolymitana, & Greciæ dumtaxat exceptis.

18 Concluſionis veritas tota habetur diſt. 2. de domibus concedendis, cap. 1. §. 2. lit. E. ſub his verbis.

Conuẽtus citrà numerũ duodenariũ
„Fratrũ profeſſorũ, quorũ decẽ ad mi-
„nùs, ſint Clerici; & ſine licẽtia gene-
„ralis capit. & abſq; priore & Doctore
„nõ mittatur; nec poſtquã miſſus fuerit
„dictus numerus fratrum minuatur.

19 Et ſi aliquis inde ſubtractus fuerit,
„loco illius alius aſſignetur. Ille vero
„Cõuentus, qui pro illo tẽpore prædi-
„ctũ numerũ duodenariũ non habebit,
„ad ea, quæ tractanda ſunt in cap. pro-
„uincialis, quoad priorẽ, & ſociũ, & e-
„lectores prouincialis, nullatenus ad-
„mittatur, niſi fortè illo anno per Fra-
„tris obitũ, ille numerus ſit diminutus.

20 Quòd ſi oppoſitum factum fuerit,
„totum ſit irritum, & inane; prouin-
„cijs Hieroſolymitana, & Græciæ, dũ-
taxat exceptis. ſic habetur in Textu Conſtitutionũ ord Prædicat. vbi ſup. ergo ſi aliàs, ſocij, ſeù electores fuerint electi in Conuentibus, vbi non fuerint ad minùs decem Clerici, electio eſt ipſo facto nulla; & huic conſtitutitionis nullum capit. generale cõtrauenire valet, nec cõſuetudo aliqua in cõtrariũ valet, niſi interueniat Papæ authoritas eam abrogans, & annullãs, ſeù limitans, quia adeſt in hac cõſtitutione clauſula annullans factũ p ea verba in ſi. appoſita; *quòd ſi oppoſitũ factũ fuerit, totũ ſit irritũ, & inane.*

21 Declarationes autẽ ſunt huiuſmodi, in dicta text. verba. Declaramus, quòd cũ Eccleſię noſtrę ſint collegiales, & in ipſis debeat diuinũ officium in choro perſolui, & miſſa cõuẽtualis celebrari, numerus fratrũ clericorũ, ſine quo domus tamquã conuẽtus recipi nõ debet; intelligẽdus eſt de fratribus clericis tam vocalibus, quã nõ vocalibus. Ac debet habere Doctorẽ id eſt. lectorẽ, qui fratribus legat; aliàs cõuẽtus ille nõ admittatur ad ea, quæ in prouinciali capit. tractãda ſunt; niſi fortè illo anno per obitũ fratrũ numerus ille diminutus fuerit, & in tali caſu debent priores prouinciales, & cõuẽtuales operã dare efficacẽ, vt per fratrũ receptorũ multitudinẽ, numerus ille ſufficiẽter reparari poſſit, ſicut fuit declaratũ apud Biſũtium 1353.

& apud Ianuam 1413. hæc ibi.

CONCL. XII.

22 Ordinationes illæ, capituli generalis Neapoli 1600.factæ, quod vbi non ſunt quinque Vocales, excepto priore, non poteſt eligi ſocius, & ſic electus non debet admitti, quia nulla eſt electio: & capituli, item generalis Pariſijs 1611. eſſe debere ad minus ſex Vocales: ſunt nullius roboris, ac valoris.

23 Nam ſunt directè contra conſtitutionũ iura, quæ requirunt neceſſariò ad ſocium eligandum pro capit. prouinciali, & electorem, ad eligendum prouincialem in congregatione electorum, ad prouincialem eligendum, vt in eo Conuentu ſint ad minùs decem Clerici, aliàs, ſi eligatur, electio eſt ipſo facto, irrita, ac inanis, vt num. 17. concl. 11. cum ſeqq. diximus.

CONCL. XIII.

24 Ille, qui fuit in anno electionis „ prouincialis elector, ſit etiam ſocius „ prioris euntis ad capit. prouinciale, ſi „ tũc fuerit celebrandũ. Quod ſi eũ impediri cõtingat antequã iter arripiat, „ Conuentus alium poſſit eligere loco „ ipſius. Idem dicimus, de ſocio prioris „ Conuentualis euntis ad capitulum „ prouinciale, electo.

Hęc enim habentur in textu conſtitutionum, c.3. de elect. prioris prouincialis, §.7. ſub lit. F.

CONCL. XIV.

25 Socij priorum Conuentualium ad „ prouinciale capit. euntes, & electores „ prioris prouincialis, tantum de Con„ uentib. in quib. ſũt aſſignati, eligãtur.

Ità in textu conſtitutionum, diſt. 2. c.5. de elect. diffinit. §.4. in fine, ſub lit. D. hæc habentur verba.

CONCL. XV.

26 In anno priorum prouincialium, vel quando ex alia quacumque cauſa „ diffinitor, & ſocius, vel electores pręs„ dicti non fuerint electi, neque ſuppe„ tat tẽpus, vt eligantur, propter quod„ cumque legitimum impedimentum, „ iudicio diſcretorum: tunc duo de dif„ finitoribus immediatè præcedentis „ capituli prouincialis, qui primitùs habitum noſtri ord. ſuſceperunt, qui tũc ſuperſtites fuerint ad electionem magiſtri ordin. admittantur, quorum „ antiquior in ordine, ſit illo anno, Ge„ neralis Capituli Diffinitor.

Ita dicitur cap.5. de elect. Magiſtri ordin. diſt.2. §.3. lit. C. ſuper quæ textus verba ſequẽtes ſũt declarationes.

27 Declaramus, quod mens huius cõſtitutionis eſt, quod in anno prouincialium, ſi celebrandum ſit capitulum generale in proximo feſto Pentecoſtes, vbi electio gneralis debet fieri, & contigerit mori Generalem, poſt capitulum prouinciale, nullo modo debent celebrari capitula prouincialia, ad conſtituendos nouos vocales cum, diffinitoribus capituli prouincialis præcedentis iam ius acquiſitum fuerit: nec illa clauſula interpoſita (*vel quando ex alia quacunque cauſa, &c.*) huic rei faceſſit negotiũ, cum tota ſit reijcienda in annum diffinitorum, nulloque modo pertineat ad annum prouincialium, ſicut fuit declaratum Romæ 1583. iiſdem ipſis verbis; vbi etiam ſic habetur.

28 Itẽ declaramus, verbũ paulò infrà in eadẽ Conſtitut. vbi agitur de duobus diffinitorib. mittendis ad Capit. Generale, pro Elect. Generalis, quod hẽt locũ in alijs duobus diffinitorib. adeò

vt

vt ſi deficiat primus, aut ſenio, aut infirmitate, aut alio impedimento, ſubſtituatur ſecundus, ſecundo tertius, tertio quartus; quod ſi omnes defecerint, recurrendum eſt ad Capitulum immediatè præcedens; ſicque retrocedendo quouſque prouincia, ſuis poſſit gaudere ſuffragijs. hæc in declarationibus.

29 In illa autem, verba textus recitata ſcilicet, qui tũc ſuperſtites fuerit, ſub lit. D. talis eſt declaratio. Declaramus, quod ſi quis Diffinitorum, in Prioré Prouincialem electus, & confirmatus fuerit, talis, quantũ ad actum Diffinitorij debitum, cũ ratione officij prouincialatus, in tali caſu electionis magiſtri diffinire habeat, reputatur non ſuperſtes, & ideo ad diffinitionem, alius elector admittetur: ſicut fuit declaratum Lugduni 1348. & Barchinonæ 1349.

His omnibus præmiſſis ſit reſponſiua Controuerſiæ.

CONCLVSIO XVI.

30 In ordine Prædicatorũ, iuxtà tradita, tũ conſtitutionũ, tũ declarationũ, earundẽ, diffinitores in congegatione electionis prioris prouincialis, celebranda, pro morte prioris prouincialis, poſt celebratũ prouinciale capitulũ, pro futuro capitulo generali, vel generaliſſimo, nullo penitùs modo eligi valent, & ſi oppoſitũ factũ fuerit, nulla eſt electio, & admitti minimè poteſt ad diffiniendum.

31 Concluſio conſtat ex omnibus hactenus recitatis, & preſertim ex n. 26. cũ ſeqq. & diffinitores capituli generalis, aut generaliſſimi celebrãdi, erũt illi, qui in vltimo prouinciali capitulo electi fuere, quando prior prouincialis electus fuit; & ſi vnus ex eis diffinitoribus, in congregatione electionis prouincialis, in prouincialẽ fuerit electus, quia reputatur non ſuperſtes, erit diffinitor, qui fuit electus in capitulo prouinciali immediatè, ſẽper retrocedendo, donec diffinitor antiquior reperiatur, qui fuerit in prouinciali capitulo electus. vt diximus, iuxtà ſancita in conſtitutionibus, & in earum declarationibus.

DOCT. ALLEG.

32 *Noſtrã aſſertionẽ liquidò autumãt, ac mordicùs defendunt, vt in textu conſtitutionũ, & in earũ declarationib. tradita, & decretata, magiſter feſtus in sũmario conſtitut. ord. PP. p. 2. c. 24. de elect. magiſtri ordinis, pag. mihi 299. verſ. at pluſculum difficultatis, Caſtellin. in materia de elec. c. 18. text. 7. Magiſter Camillus Polonus, in ſuo sũmario capitulorũ generaliũ, verb. diffinitor capit. generalis, & in Directtor. eiuſd. de elect. p. 2. c. 5. n. 16. & 7. et p. 1. c. 2. & alij magiſtri eiuſd. ord. PP. adhùc ſuperſtites, qui de hac re in lucẽ dabũt ſua manuſcripta. & me hercule, aliter dici non poteſt, niſi totaliter conſtitutionum Decreta tollantur, ac deſtruantur.*

33 Cuius noſtræ, tituli Controuerſię, difficultatis occaſione, in præſentiarũ nobis libet, in mediũ afferre caſũ, die 13 Ianuarij 1644. in Conuentu Triuiſano ordin. Præd. occurſum, in Prouincia S. Dominici, pro vno prouinciali eligendo, ſunt Patres Prouinciæ electores congregati die, & hora ſtatutis, cum cæteris occurrentibus ad Canonicam electionem pertinentib.

34 Ab electorib. autẽ patrib. in tali cõgregat. non vero in capit. prouinciali dicendũ eſt; electus in priorẽ prouincialẽ quidã Pater magiſter, qui in vlt.

prouinciali capitulo, in quo fuit Prouincialis electus, qui poſteà breui curſu temporis obijt, & iam dictus Pater Magiſter, pro Capitulo generaliſſimo Romę celebrando, in futuro Pentecoſtes, in hoc anno 1644. in Diffinitorem fuit electus.

35 Quarè, huiuſmodi electione ſtante, de pręfato Magiſtro Diffinitore in priorē prouincialē: Vocales nonnulli, nouū eligere volebant diffinitorem. Alij inſurrexerunt, aientes, minimè in tali Congregatione, quę tantū verſatur circà prioris Prouinciæ electionē, Diffinitores eligi nequeunt, nec pro generali, nec generaliſſimo capitulo iuxtà conſtitutiones ord. Prædic.

36 Nihilominus tamen ad Diffinitoris huiuſmodi electionem procedere, & quidē immeritò, ac vanè, voluere. vndè illi duo præfati Diffinitores, iam in præterito prouinciali capitulo electi, in ſcriptis proteſtati fuere de huiuſmodi electionis nullitate, ſi, videlicet Diffinitor eligeretur.

37 Tandem ad electionē Diffinitoris deuētū fuit, ac quidā magiſter habuit vota decē & octo; & alius, qui iā erat in Diffinitoratus poſſeſſione, & ius ſibi habebat acquiſitum, non fuit, ſanè, electus, ſed confirmatus, & ſtabilitus in tali eius Diffinitoratu, & vota habuit duodecim, penès Decreta conſtitutionum huius ordinis.

38 Nunc autē, quæritur, quid iuris ſit: Nū qui decem & octo habuit ſuffragia, verus, ac legitimus ſit Diffinitor; vel qui iam in poſſeſſione erat, & ſibi ius acquiſitum habebat Diffinitoratus, & pro confirmatione, & ſtabilitate, duodecim habuit vota ſit verè, & germanè iuxtà conſtitutiones Dominicanas legitimus Diffinitor pro generaliſſimo capitulo? pro cuius occurrentis difficultatis reſolutione ſit in ordine.

CONCL. XVII.

39 Qui habuit ſuffragia decē & octo, penès ſancitas conſtitutione ordinis Prædicatorū, minimè electus fuit canonicè, ac legitimè Diffinitor prò proximo futuro generaliſſimo Capitulo huius præſentis anni 1644. & eſt omninò ab huiuſmodi officio Diffinitoratus repellendus, ac penitùs, nulla eſt talis electio.

RATIO PRIMA.

40 Nam Diffinitor electus, in præterito Prouinciali Capitulo, pro capitulo generaliſſimo, adhùc ſuperſtes eſt, ac ſi, in prouincialē in hac *Congregatione* eſt electus, non ideo ſuo caret diffinitoratu; quià per talem prouincialatus electionem, nullum acquiſiuit ius, vt dicitur, *diſt.* 2. conſtitut. cap. 2. lit. I. in declarationibus, *verſ.* 3. quia, &c. vbi ſic dicitur, de *elect. prioris.*

41 Ex prædictis. ergo apparet, *talem*
„ ſcilicet electū, non habere ius aliquid
„ in tali electione, ac proindè non poſ-
„ ſe cedere iuri ſuo; quia exiui talis ele-
„ ctionis, nullum ius dignoſcitur acquiſiuiſſe. Et ante finem, paulò poſt, ſic ſequitur in eiſdem declarat.

„ Declaramus etiam, quod quantū-
„ cumque ſit aliquis canonicè electus,
„ & confirmatus, eique præceptum de
„ acceptatione factum ſit, ipſe tamen
„ non conſentiat, numquam eſt prior,
„ nec prælatus, neque ius aliquod ſibi
„ acquirit. hæc omnia, ibi.

42 Quapropter cōſequentèr nō eſt adhùc verè in prouīcialatus poſſeſſione, ſed benè perſeuerat in diffinitora-

tus

tus officio, cùm non ſit adhuc confirmatus; ergo eligi nequit alius Diffinitor, in illius præiudicium, & electores iura tertij præiudicare, nec auferre valent ſine culpa, aliàs iniuſtitiam cõmittunt, & ad damna reſarcienda tenentur, & contra faciunt charitatem.

RATIO II.

43 Nam ex vi earundem conſtitutionnm Ord. Prædic. cap. 2. de electione Prioris lit. A. §. 1. in declarationibus ſic dicitur *declaramus* quòd fratres noſtri, ſicut iura volunt, non poſſunt ſibi eligere, vel poſtulare priorem, niſi ille, qui præeſt in tali officio, ſit penitus amotus. Nec etiam poſſunt eligere ſub conditione, ſi eum contigerit amoueri; ſicut fuit declaratum Pariſijs 1239. hæc ibi.

44 Et capit. 4 de elect. Magiſtri ordinis §. 3. lit. D. in declarationibus illorũ verborũ textus, ſcil. *qui tũc ſuperſtes fuerit, &c.* ſic habetur ad rẽ noſtram. Declaramus, quòd ſi quis diffinitorum in priorem Prouincialem electus & confirmatus fuerit, talis quantum ad actum diffinitorij debitum cum ratione officij prouincialatus, in tali caſu electionis Magiſtri ordinis diffinire debeat, reputatur non ſuperſtes, & ideo ad diffinitionem alius Elector admittetur: ſicut fuit declaratũ Lugduni 1348. & Barchinonæ 1349. in quibus verbis, ſunt primò rei noſtræ fauentia notanda, ly *confirmatus*, reputatur non ſuperſtes, Ergo qui non eſt confirmatus eſt ſuperſtes, & per conſequens diffinitor eſt. Secundò ſunt ponderanda ea verba, *& ideò ad diffinitionem alius elector admittetur:* vndè minimè dicitur *eligatur.* Ergo.

RAT. III.

45 Non enim quis ſub conditione eligi valet, vt dicitur c. 2. de electione prioris, lit. A. cuius verba retulimus num. 43. ſub ratione 2. & ibi videantur, vt ſi, e. g. prior amoueri contigerit, Ergo pari modo ratiocinandum eſt de diffinitore, cùm eadem limitet ratio, quòd videlicèt ſub cõditione eligi minimè fas eſt, ſi alius diffinitor cùm electus, confirmari contigerit in Prouincialem.

RAT. IV.

46 Diffinitores pro capitulo Prouinciali, vel generali, ſeu generaliſſimo, non eliguntur, niſi dumtaxat in capitulo prouinciali, nullatenus verò in capitulo puræ electionis prioris Prouincialis, iuxta tradita in aſſertione 15. num. 26. cum ſeqq in quo aliæ actiones non fiunt capitulares, niſi tantùm eligitur Prouincialis, ne propruincia ſuo paſtore careat, ac viduata exiſtat.

47 Quod totum comprobatur ex diſt. 2. cap. 5. de elect. diffinitorum capituli generalis, & prouincialis, §. 1. poſt initium, vbi ſic dicitur. Quatuor fratres de diſcretioribus, & magis idoneis à prouinciali capitulo per diſquiſitionem, &c. eligantur. Et §. 4. habetur ita.

Statuimus, vt imminente capitulo generali diffinitorum, in capitulo prouinciali eligatur vnus de magis

ido-

idoneis,&c. eligatur, qui ſit capituli generalis Diffinitor, &cap. 10. §. 1. poſt initium de capitulo generaliſſimo, ità dicitur, Priores autem prouinciales ſinguli, cum duobus ſocijs à capitulo ſuo prouinciali electis à pluribus, medietate omnium eligentium tale capitulum celebrabunt.

48 Præterea corroboratur hæc ratio, quia in tali capitulo puræ electionis, in quo eſt Prouincialis electus, & ad Electores pertinuit, ſocij minimè interfuere, ſed dumtaxat Conuentuum Electores, ideoquè Diffinitores haud electi ſunt, cùm pro Prouincialis electione mera non eligantur: & idcircò, ſi quis in Diffinitorem eligatur, qui non ſit de corpore capituli, ille in electione mera Prouincialis vocem non habet. Nam conſtitutio ait, quòd admittatur ad omnia acta capituli dũtaxat, id eſt, *non admittatur ad electionem Prouincialis*, Ergo eligi nequeunt Diffinitores.

RAT. V.

49 Nam ſi conſtitutio Ordinis Prædicatorum facultatem non daret, ac modum diffinitores eligendi in capitulo Prouinciali, nunquam eligerentur, neque aliquam haberent poteſtatem, Ergo cum tale capitulum meræ electionis prouincialis huiuſmodi facultate careat; Eligere ergo Diffinitores penitus non valent.

RAT. VI.

50 In huiuſmodi capitulo meræ prouincialis electionis, non ſunt quatuor Diffinitores electi, pro capitulo celebrando eo tempore, in quo prouincialis eſt electus, ſicut quoque ſocius Diffinitoris eligi nequit in tali capitulo puræ electionis prouincialis, quę extra prouinciale capitulum fit, propter eãdem rationem, nimirum, quoniam Diffinitores non eliguntur: vnde ratio eadem eſt de ſocio, ac de diffinitore, ſed vbi eadem ratio militat, ius idem ſeruandum eſt, Ergo.

RAT. VII.

51 In præfato capitulo electionis prouincialis intermedio, eligi minimè etiam poteſt diffinitor, Ergo nec in tali Capitulo Electionis eligi fas erat.

Probatur antecedens ex decreto emanato de hac re in capitulo generali 1629. Romæ celebrato ſub Reuerendiſsimo Patre Generali Nicolao Rodulpho. Nam licèt antea conceſſum fuerit, vt ſi in capitulo prouinciali diffinitor electus non eſſet, in capitulo intermedio eligi poſſet, ſi tamen hoc toti prouinciæ, in capitulo prouinciali propoſitũ, ac acceptatũ fuerit. Sed modò non ſumus in tali facti contingentia, quia iam in capitulo prouinciali diffinitor electus fuerat, & in capitulo nihil propoſitum fuit, & totum iam Romę 1629. fuit oppoſitum ordinatum.

RAT. VIII.

52 Diffinitor litteras namque habere debet teſtimoniales, non tantùm à prouinciali, ſed etiam à toto diffinitorio coniunctim, aliàs nullo modo ad diffinitionem admitti debet,

bet, vt his expreſſis verbis conſtitutio aſſerit, diſtinct. 2. capit. 5. §. 5. ad finem, de election Diffinitor. capit. generalis. Et tam Diffinitor, quàm Socius habeant literas teſtimoniales, non tantùm à priore prouinciali, ſed à toto diffinitorio, aliàs nullo modo admittãtur, neque ad diffinitionem, nec ad electionem Magiſtri Ordinis. Sed cum non ſit prouinciale Capitulum factum, ſed tantum de Prouinciali fuit mera electio, nec Diffinitores, nec prouincialis has literas teſtimoniales præſtare valent. Ergo.

Faciunt pro hac concluſione prædicta, quæ diximus nu. 26. cum ſeqq. & eſt clarior ipſo Sole.

DOCT. ALLEG.

Pro concluſione ſupradicta allegantur omnes Doctores Ord. Præd. citati ſupra numero 32. & alij nominales, &c.

CONCL. XVIII.

54 In præfato capitulo Electionis dũtaxat prioris prouincialis, nequaquã in tali euentu prouinciale capitulum fieri poterat.

55 Concluſio conſtat ex ſequentibus verbis declarationum ſuper text c. 4. de elect. Magiſtri ordin. §. 3. lit. C. vbi ſic aſſeritur ſuper illa verba, *in anno autem priorum Prouincialium.*

56 Declaramus, quòd mens huius Conſtitutionis eſt, quòd in anno prouincialium ſi celebrandum ſit capitulum generale in proximo feſto Pẽtecoſtes, vbi electio generalis fieri debeat, & mori contigerit Generalem poſt Capitulũ prouinciale, nullo modo debent celebrari capitula prouincialia ad conſtituendos nouos vocales, cum, diffinitoribus capituli prouincialis præcedentis, fuerit ius acquiſitum cum cæteris ſequentibus relatis, ſuprà nu. 27. Ergo in caſu noſtro ob obitum prioris prouincialis, qui poſt capitulum diſceſſit è vita, nullo pacto capitulum prouinciale conuocari debuit, ad nouos conſtituendos vocales pro capitulo generaliſſimo proximè celebrando, cum iam acquiſitum ſit ius, capituli prouincialis prꝺteriti, diffinitoribus.

57 Secundo probatur, quoniam prouincialia capitula, iuxta conſtitutiones D. Dominici, biennalia, aut triennalia, ex indulto Gregorij Vndecimi, eſſe debent, Ergo non eſt nobis poteſtas capitulum prouinciale celebrãdi ante biennium vel triennium. Ergo neceſſario exigitur ſedis Apoſtolicæ authoritas, concedentis celebrãdi prouinciale capitulum, aliàs omnino celebrari nequit ad hũc effectum, & ſi oppoſitum factum fuerit, omnia acta nulla ſunt.

CONC. XIX.

58 Diffinitor legitimus, ac proprius, & germanus, ſecundum conſtitutionum decreta eſt ille, qui fuit confirmatus, & habuit ſuffragia duodecim.

Cõſtat eius veritas ex veritatis verbis, nu. 56. ſuprà c. conſtitutionum, & ex omnibus allegatis iuribus conſtitutionum, in ſuperioribus, & hactenus dictis, in ſuperiori concluſione.

DOC-

DOCT. ALLEG.

59 *Docent Doctores cunctis allegati num. 32. cum cæteris referendis.*

CONCL. XX.

Diffinitorum electio tam pro capitulo prouinciali, ac generali, & generaliſsimo, fieri debet iuxta formam Canonicæ electionis à Trid. Concil. capit. 6. ſeſſ. 25 traditam, & eligi debent penes ſeriem Conſtitutionum, à maiori, videlicet, parte vltra medietatem.

61 Ita decretatum fuit in capitulo generali, 1564. Bonon. quoad primã partem aſsertionis. Secunda verò pars conſtat ex Textu capit. 5. de electio n. Diffininit. capituli generalis, & prouincialis, §. 4. *à maiori parte capituli eligatur, &c.* ſuper quæ verba textus ſunt ſequentes declarationes.

62 Declaramus fuiſſe prohibitum, nè vocales in Capitulo prouinciali committant priori prouinciali, & Diffinitoribus prouincialis capituli electionem Diffinitoris capituli generalis, nec etiam Electorum Magiſtri Ordinis, ſed tam Diffinitor, quàm Electores prædicti debent eligi ſecundùm formam in conſtitutionibus expreſſam à maiori videlicet parte, vltra medietatem omnium eligentium, ſic fuit declaratum Florentiæ, 1257. & Argentinæ 1260.

CONCL. XI.

63 Diffinitores ac Socij pro capitulo generali, & electores pro Magiſtro ordinis eligi omnino debent, qui ſunt de ſuis proprijs prouincijs, aliàs nulla eſt electio de conſtitutionum iure, in ordine Prædicatorum.

64 Sic enim habetur diſt. 2. cap. 5. de elect. Diffinitor. cap generalis, & prouincialis, §. 4. lit. D. Qui Diffinitor, & Socius ſolum de ſuis prouincijs, quarũ ſunt filij aſſumantur. Super huius text. verba eſt talis declaratio.

65 Declaramus, quòd Frater de illa prouincia propriè dicitur, pro qua profeſſus eſt, vel ad quam à generali capitulo, vel à Magiſtro ordinis, non ſolùm aſſignatus, ſed ſimpliciter trãſlatus, ſeu incorporatus eſt, ſicut fuit declaratum Coloniæ 1428. Et ideò quamuis frater, qui eſt ex aliena prouincia poſtquam ſteterit *per vnũ* annum continuum aſſignatus in *ali*quo conuentu alicuius prouinciæ, ſi habuerit ſex annos à profeſſione ſua & Sacerdos fuerit, ad electionem prioris, & ſocij, atq; ad electionem prioris Prouincialis admitti poſſit, non tamen eligi poterit in Diffinirorem generalis capituli, nec Socius eius eſſe, nec elector Magiſtri ordinis, niſi ſit illi prouinciæ incorporatus, atque ad eam ſimpliciter translatus, prouincijs Græciæ, & Terræ Sanctæ exptis, &c.

CONCL. XXII.

66 Priores Prouinciales eligi non poſſunt in diffinitores capituli generalis diffinitorum, tam primi, quàm ſecundi, neq; etiam in eorum ſocios deputari.

Sic enim fuit ordinatum in capitulo generali 1600. Neap. celebrato.

CON-

CONCL. XXIII.

67 Priores conuētuales actuales eligi valēt in diffinitores capituli generalis diffinitorum, tam primi, quàm ſecundi, & in eorum Socios deputari valent, & propter eorum abſentiam à ſuis conuentibus, abſolui non debent, & ſi abſoluti fuerint, nulla eſt abſolutio, niſi aliàs ſubſit cauſa.

Ita fuit decretatum in eodem dicto capit. Neapolitano de anno 1600.

CONCL. XXIV.

68 Qui in præcedenti Capitulo electus fuerit Diffinitor, ad idem officium eligi non valet in anno diffinitorum proximè ſequenti, ſi verò medio tempore deceſſerit, vel in Prouincialem electus fuerit, & confirmatus, vel aliquo modo impeditus, ita vt non poſſit ad capit. generale venire, ipſo iure, eius loco ſocius eius diffinitor habeatur, niſi forsā ſuperuenerit diffinitor, cui Socius cedet etiam poſt inceptā per eum diffinitionem, quod ſi alterum eorum ſupradicto modo impediri contigerit, primus Conuentus ad quem declinauerit, teneatur ei de competenti ſocio itineris prouidere.

Hæc ſunt verba textus conſtitut. cap. 5. de diffinitorum elect. diſtinc. 2. ſ. 6. lit. E. ſuper quæ verba eſt talis declaratio.

69 Declaramus, quòd diffinitor, qui in aliquo generali capitulo diffiniuit, non poterit aliquo modo in alio capitulo immediatè ſequenti ad idem officium eligi, aut quocunque modo diffinire, ſicut expreſsè in noſtris cōſtitutionibus continetur, fuitque declaratum apud Caſtras 1352. hoc autem ita fuit declaratum Romæ 1546. ad eum modum, quod qui in capitulo prouinciali fuerit electus capituli generalis diffinitor, poſsit in ſequenti capitulo eligi, ſi non diffiniuit.

Hæc ibi. Ac ſatis de hac controuerſia, quam ad ſaturitatem tractauimus.

CONTR. III.

An Diffinitores aliquo officio, & authoritate gaudeant ſpeciali.

EXPLICATIONES.

1 Cum huiuſmodi controuerſiæ materia ſit ſatis grauis, antequam ad eius ſolutionem perueniamus, nonnullas fundāmentales concluſiones trademus, ex quibus eliciemus proprias Aſſertiones, & multa alia ad eādem Controuerſiam ſpectantia reſoluentur.

CONCL. I.

2 Nemo regulariter obſtringitur ſequi conſilium ſibi datum, quamuis requiri debeat etiam in caſibus, in quibus ſi non requireretur, actus eſſet nullus.

Conſtat ex c. 1. de Monach. & cap. in veteri de elect. in 6.

DOCT. ALLEG.

3 *Sequuntur aſſertionem Panormitan. in relatos text. &*

& in cap. ad Apoſtolicam, de regul. in fin. & in cap. quanto num. 5. de his, quæ fiunt è Prælato. Bart. in l. 1. §. ſi pluries, in 4. quæſt. ff. de exercit. Felinus in cap. ex parte vero, ne ſed vac. in 6. Federic. Senenſ. conſil. 59. credo de iure, in princ. Syluestr. verb. conſilium, quæſt. 1. Tuſchus lit. C. concluſ. 769. num. 2. Gonzalez ſuper regul. 8. cancellar. gloſſa 46. numer. 61. & gloßa 47. n. 7. & alij multi.

CONCL. II.

3 Conſenſus verò ſequi debet, vbi neceſſario eſt requirendus, aliàs actus eſt nullus, ac inanis. Probatur ex capit. dicto, cum in veteri, vbi gloſſa verb. expectatum, circa medium de elect.

DOCT. ALLEG.

4 *Tenent aſſertionem Ioann. Andr. in capitul. cum olim, n. 10. Hoſtienſ. n. 4. Imol. n. 7. Panormit. nu. 4. Butrius, numer. 14. de arbitr. Baldus in Rubrica, Cod. de Inſtitut. action. numer. 5. Lambert. de iure Patron. libr. 2. part. 1. quæſt. 2. artic. 12. numer. 6. Menoch. conſil. 69. numer. 17. & 18. volumin. 1. & in puncto de conſilio de conſenſu. Sanchez de Matrim. libr. 1. diſput 34. num. 24. & multi allegati à Gonzalez ſuper regul. 8. cancellar. gloſſa 47 numer. 2. & 3. & ſtatuta Cartuſiana id liquido oſtendunt, p. 2. c. 4. num. 1. & 2.*

5 Ratio diuerſitatis prædictarum Aſſertionum, penès Hoſtienſem procedit ex propria vocabulorum ſignificatione, quæ inter ſe differt: Nam Conſenſus eſt ſimilis ſenſus: dicitur enim à *con*, quod eſt ſimul, & *ſenſus*, quaſi, quod ſit ſimul, vnde ſi habeo aliquid agere cum conſenſu tuo, ego debeo ſẽtire tecum, & tu mecum, aliàs non eſt conſenſus, ſed diſſenſus capitulo 1. diſtinct. 31. & Capit. tua de ſponſ. & conſequenter non valet actus, ſi non habeo conſenſum tuum, & pro hoc facit dict. cap. vnicum, nè ſede vacante, in 6.

6 Conſilium autem iuxta ſuam etymologiam, eſt conſultorum reſponſiones legere, quia is, qui requirit conſilium, habet legere, ſeu eligere id, quod ſibi magis libet ex reſponſionibus Conſultorum: vel dicatur, Naturam Conſilij eſſe perſuadere, non cogere, l. in furto, § rectè, ff. de furt. ita vt illud inuitus ſequi nemo teneatur, vt poſt Baldum dixit Felinus in dicto capitulo, cùm omnes in decima limitatione de conſtitut. Paleot. de ſacr. Conſiſtor. par. 1. quæ. 3. artic. 4. verſic. ex altera verò parte, Tuſchus dict. concluſ. 769. numer. 8. & ſtatuta Cartuſiana, vbi ſupra.

Hæc verò procedũt, vt diximus, regulariter. Nam Conſilium ſapit conſenſum in varijs caſibus, vt in ſequẽti Concluſione dicemus.

CONCL. III.

7 Ille, qui conſilium impendere habet, eſt Collega, vel particeps officij, & in tali euentu, conſilium merito habetur pro conſenſu, qui *vt diximus*, ex ſui natura obligat, & iſte eſt proprius caſus, capitulo venerabili de officio Deleg. ſecundum vnum intellectum.

Nam Coadiutor, qui datur Prælato eſt particeps illius officij, & ideò licèt ius dicat requirendum eſſe conſilium coadiutorum, ibi tamen accipiendum eſſe conſilium, pro conſenſu, quia aliàs officiũ ſuum eſſet ſuperuacuum, ſeu non eſſet particeps officij.

DOCT. ALLEG.

8 *Placet Concluſio Hoſtienſi, & Panormitano in cap.*

capitulo cum olim, & item Panormitano, capitulo cum venerabili, numero 10. de officio delegati, Baldo in rubrica, C. de inſtitut. act. numero 5. Bartolo, in l. 1. §. ſi pluries, numero 7. communiter receptus, teſte Nauarra, libr. 1. conſil. 9. numero 13. de conſtitut. in princ. Sylueſtro libet, verb. conſilium, quæſtione 2. Tuſcho, concluſ. 770. Conzalez, vbi ſupra gloſſa 46. numero 78. vbi de communi.

CONCL. IV.

9 Actus, vbi eſt expediẽdus de conſenſu alicuius Collegij, ſeu Communitatis, non ſat eſt, eos de Collegio ſeparatim conſentire, ſed neceſſariò requiri, vt in vnum congregati collegialiter conſentiant, aliàs, actus eſt nullus.

Probatur ex capitulo in geneſi; de electio. & l. 1. C. de decim. lib. 10. & Decius, in capitulo cum omnes, numero 47. de conſtitut.

DOCT. ALLEG.

10 *Concluſio eſt vera non ſolum in electione ſpecialiter, ſed indiſtinctè, & vniuerſaliter, defendunt Panormitan. in capitulo cum Eccleſia, numero 14. de cauſ. poſſeſſ. in capitulo Eccleſia, numero 2. de ſortileg. in capitulo, quia propter, numero 12. de electio. in 6. & in capitulo cum omnes, numero 5. de conſtitut. vbi latè Felinus, numero 24. & ſeqq. quem multis allegatis ſequitur, Gonzalez, ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſa 47. numero 64. Bartolus, in l. omnes populi, in 3. q. principio, ff. de iuſtit. & iure, Syluest. verb. conſenſus, q. 4. numero 5. Præpoſitus, in cap. quotieſcunque 10. q. 2. verſ. quod ſi neceſſitas, numer. 2. Biax in ſuo directorio electio, p. 3. capitulo 21. numero 2. Ioann. Baptiſt. Ferrettus, in capitulo cum omnes, numero 52. de Conſtitutione in repertorio, Rota, deciſ. 382. numero 4. parte 2. in recent.*

LIMITATIO I.

11 Præfata Aſſertio, prout ad rem noſtram ſpectat limitatur, vt non procedat, vbi imminet neceſſitas, & periculum: nam in huiuſmodi euentu non eſt requirendus conſenſus, quando comodè haberi nequit, etiam ſi, àliàs eſſet requirendus.

Probatur ex capitulo unic. §. pæn. ubi Gloſſa, verb. in mora, ne Sed. vacante, & item Gloſſa, in capitulo ſi pro te verb. aſſenſus, de reſcript. in 6.

DOCT. ALLEG.

12 *Amplectuntur Lodouicus Romanus ſingul. 663. ex longæuo Bartolus, in leg. 1. §. ſi pluries, ff. de exercit. verſiculo ſecundo, quæro, Felinus in capitulo cum acceſſiſſent, nu. 20. & 21. de Conſtitutio., & multi alij nominales, quidquid vero dicat nouiſſimè Rebuffus, in praxi benefic. titulo de forma Vicariatus, numero 95. à Sanchez approbatus libr. primo de matrim. diſp. 34. numero 26.*

LIMITATIO II.

13 Item non procedit, vbi illi de collegio habent conſentire circa actũ, qui tenet;& per ipſos irritari poteſt: tunc enim adhoc, vt hæc facultas irritandi ceſſet, poſſunt ei etiam non collegialiter renunciare.

14 Exemplum ſit de eis, qui ad Congregationem vocandi erant, & non fuerunt vocati, quia ab his ratione huiuſmodi contemptus, poteſt actus validus inſtingi, vel etiam poteſt hoc vitium contemptus per ſingulos ſeparatim purgari, & ractificari actus iuxta ſuperiora dicta: cuius eſt ratio, quia non fundant actum, ſed remouent obſtaculum, & ipſimet actui adminiculantur. dixi *non fundant actum*: quoniam, exempli gratia, elector contemptus, ſcilicet non vocatus, vocandus, non eſt computandus, nec in numero eorum, qui in electum conſenſerunt, nec in numero eorum, qui Congregationem ſeu Capitulum conſtituunt intra duas partes eorum omnium, qui debent, volunt & poſſunt venire, itaut, aliquo modo augeat numerum ſuffragiorum, ſed tantum remouet obſtaculum, videlicet, ſi maior pars duarum partium eorum electorum qui debent, volunt, & poſſunt, iam conſenſerit in electum, tunc contemptus adhibens conſenſum, operatur, vt non poſſit amplius proſequi contemptum: vnde non poteſt contemptus validare electionem, quæ eſt nulla ex ea, quod maior pars duarum partium Capituli non conſenſerit in electum vt fusè diximus à principio huius materiæ.

DOCT. ALLEG.

15 *Defendunt Baldus, quem refert, & approbat Felinus, in dict. capitulo, cum omnes, nume. 26. Ferretus, numero 53. in repetitio. de Conſtitut. Biax in ſuo directorio electio, parte 3. capitulo 7. Butrius, in capitulo Eccleſia, 2. numero 9. de elect. Toloſ. in tract de elect. capitulo 14. numero 6. Oldradus conſ. 64. Panormitanus, in dict. capituli in geneſi, numero 11. & in capitulo, quia propter, nume. 12 de. electio. in 6. inquiés, altamente reſpondendum eſſe dicta, quia non ſolum ſeruiet in actu electionis ſed in omibus actionibus collegialiter explicandis, quod idem aſſerit Toloſan. cap. 15. num. 1. cum alijs.*

LIMITATIO III.

16 Similiter dicta concluſio non procedit, vbi conſuetudo viget, vt illi de Collegio conſentiant ſingulariter.

Cuius ratio eſt, quoniam huiuſmodi conſuetudo ſubſiſtere poteſt ex eo, quod in leue detrimentum Eccleſiæ cædit, & talis ratio eſt ſufficiens, vt conſuetudo teneat.

DO-

DOCT. ALLEG.

17 *Eſt talis limitatio Baldi, quem ſequitur Decius, in capitulo cum omnes, num. 407. conſtitu. Panorm. in capitulo 1. in fine, de conſuetud. & alij nominales.*

Verum, de tali limitatione dubitat an ſit admittenda, Felinus, in cap. cum cauſa, num. 21. de re iudic. & in cap. eam te, de reſcript. & Firettus, in d. cap. cum omnes, num. 56. de conſtitut. in repert. eam reſpuit, & rationibus Baldi pulchrè reſpondet.

CONCL. V.

18 Superiores illarum Religionum, in quibus Diffinitores habent votum ſolummodo conſultiuum, vt eſt in Societate Ieſu, ideoque non dicuntur Diffinitores, ſed conſultores; minimè teneri eorum conſilium ſequi, licèt adſtringantur requirere, ſed poſſe, auditis, in rebus alicuius momenti, conſultoribus, decernere, quod ſibi ad maiorem Dei gloriam, expedire videbitur, prout de ſuperioribus dictę Societatis Ieſu, narratur in Bulla Gregorij XIV. incipiente, *Exponi nobis nuper*, 1601. ędita die 30. Auguſti iuxtà materiam, ac diſpoſitionem, quam conſtitutiones illius Religionis, & Apoſtolica diplomata pręſcribunt in deliberationibus faciendis, ac vniuerſa illius gubernatione.

CONCL. VI.

19 Generales, ac Prouinciales Regulares, regulariter obſtringuntur petere, & ſequi conſilium ſuorum Diffinitorum Generalium, vel Prouincialium, iuxta vniuſcuiuſque Religionis diſpoſitionem, vſum, & inſtitutum, cum proportione, in quibuſcunque cauſis, quę non inconſultò definitorio per tractari debent, aliàs actus eſt nullus, & inanis ex defectu iuriſdictionis.

Probatur, nam ipſi Diffinitores ſunt ſui Generalis, vel Prouincialis coadiutores, ſeu colleghę, vel participes officij, habent enim votũ nè dũ conſultiuum, ſed etiam deciſiuum, vt in relata Bulla Gregorij XIV. præſupponitur de omnibus ferè ordinibus regularibus, excepta illa Societatis Ieſu Religione, cuius caput eſt independens, ac liber, ſic volo, ſic iubeo, pro ratione voluntas.

CONCL. VII.

20 Diffinitores in multis ordinibus Regularibus, vt inter alios, in ordine Minorum de obſeruantia, habent votum electiuum in electione Guardianorum, & aliorum officialium.

Conſtat ex generalibus ſtatutis Valleſolet. cap. 8. fol. mihi 220. æditis anno 1593. & ſimiliter, ex ethymologia huius noiminis Diffinitor, quia non ſimpliciter ſignificat conſulere, ſed definire.

DOCT. ALLEG.

21 *Auctores harum prædictarum Aſſertionum ſunt Rodriquez, tomo ſecundo, qq. regularium, quaſt. 47. articulo 2. Miranda, tomo ſecundo, quaſt. 17. art. ſecundo, concluſ. 4. Sigiſmundus, parte 3. de electione, capitulo 3. dubio 111. numero 8. & alij.*

CONCL. VIII.

22 Tum Generalis, tum Prouincialis, nullam cauſam definire poſſunt, quæ de iure conſtitutionali, vel de conſuetudine, &c. eſt expedienda, cum conſenſu Patrum Definitorum, niſi Collegialiter cum ipſis definitoribus, ſiue Generalibus, ſiue Prouincialibus, cum proportione id faciant aliàs ſi cum conſenſu cuiuſcunque definitoris ſeparatim ſolummo do id agant, talis actus eſt prorſus inanis eſt nullus.

Probatur, quoniam dicti Definitores generales, cum Generali, ſiue Prouinciales, cum Prouinciali non ſunt ſuffragatores, vt ſinguli, ſed vnum corpus Prouinciæ, ſeu Religionis efficiūt ac repręſentant.

DOCT. ALLEG.

23 *Ita enim aſſerunt* Rodriquez, *tomo 2. q. 54. art. 2. Rota deciſ. 65. in fine, p. 1. in recent. Sigiſmundus, vbi ſupra, n. 9. & alij nominales.*

Quæ tamen aſſertio eſt limitanda iuxtà Priores limitationes relatas.

CONCL. IX.

24 Prouiſio de ſuperioribus locorum, puta, de Guardianis, per literas facta ſeu alio quouis modo ſeparatim, & nullo modo Collegialiter à Prouinciali, & definitoribus, eſt prorſus nulla, ac vana.

Secus vero, dicendum, de prouiſione facta de aliquo Guardiano electo, ſuprà numerum Guardianorum, neceſſarium à Prouinciali, & Definitoribus.

Diximus, electo, quia, ſi maiori ſuffragiorum parte gauiſus non fuerit, in ipſa Collegiali electione diffinitorij, ſimiliter dicimus eſſe nullam eſſe, quia conſenſus eligentium neceſſariò deſideratur non ſolum de iure canonico, ſed vtique de iure naturali, iuxtà tradita à principio. Sed ſi non præceſſit aliquis actus collegialis, in quem maior pars collegiatorum conuenerit; numquam ſanè erit cenſendus electus à Collegio; aliàs ſequeretur, actum tenere, cui maior pars capituli contradixit, quod eſt abſurdum, & ideo non dicendum, l. Nam quod abſurdum, ff. de bon. lib.

DOCT. ALLEG.

25 *Pro veritate dictorum, facit, quod notabiliter aſſerunt Bartolus, in l. aut facta, §. fin. de pæn. Panormit. in capitulo*

in

in geneſi, numero quarto de electione, Felin. in capit. cum omnes, numero 25. de conſtit. nimirum, quod etiamſi eleuato vexillo, & pulſata nola, fuerint homines congregati ad aliquid agendum, non tamen dicitur delinquere Uniuerſitas, ſi deliberatio non praceſsit.

CONCL. X.

26 Non dumtaxat Generales, ac Prouinciales, ſed etiam prælati omnes tenentur in grauioribus negotijs cōſulere ſaniores Patres conuentus, ſiuè Prouinciæ, ſeu Religionis, aliàs actus eſt nullus.

Conſtat ex capitulo nouit, & capitulo quanto, iuncta Gloſſa, in narratione caſus, alia iura cumulante, & ibi etiam Panormitan. de his, quæ fiunt à prelat.

27 Et in conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, diſt. 2. capitulo 1. dicitur.

Mandamus in domibus noſtris iam conſtrutis, nullam fieri ædificationem notabilem, niſi de licentia Prouincialis, & conſilio, & aſſenſu Patrum, & capit. 2. ead. diſt. de elect. Prioris, ſic habetur. Prior autem conuentualis de conſilio diſcretorum Fratrum ſui Conuentus, inſtituat Subpriorem, num. 8. littera V. & diſtinct. prima, capitulo 13. de recipiendis, numero primo, littera A. ſuper illa textus verba nempe, in quolibet conuentu tres idonei Frarres eligantur, eſt talis declaratio ad rem noſtram.

In quolibet enim conuentu noſtri ordinis debent eſſe deputati aliqui Patres à conſilijs, viri prudentia præditi, ſine quibus non liceat Prioribus grauiora conuentus negotia tractare, nec poſſunt Priores ad libitum hos Patres inſtituere, vel deſtituere, vt fuit ordinatum Romæ 1569. cætera ibi videantur, ſcilicet qui ſint vocandi.

28 Suaderi autem, aſſertio poteſt, hac potiſſimum, ratione, quia, vt Doctores mox citandi, ſuſtineret Summum Pontificem tenere in arduis Eccleſiæ negotijs conſilium Cardinalium requirere, licèt non ità neceſſariò, vt ſi non requirat actus ſit nullus: id namque eſſet improbè dictum, quoniam vt ſequentes Doctores allegandi autumant, poteſtas Papalis circa res Eccleſiæ, nullis limitibus, præterquam iuris diuini eſt arctata, vt doctè obſeruat inter cæteros Paleottus, parte prima, quęſtio. tertia artic. quarto, numero ſeptimo, verſiculo verum abſit de Sacro conſiſtorio, & Boerius in ſua cenſura in tractatu de legitim. Cardinalium creatione in principio. ergo multo magis cæteri prælati Papæ inferiores tenentur, &c.

DOCT. ALLEG.

29 *Ita docent Panormitanus, in capitulo per venerabilem, numero 20. qui filij ſint legitimi, & in capitulo ſecundo numero quarto de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, Beatus Auguſtinus de Ancona de poteſtate Eccleſiæ, quæſtio 74. artic. 1. ad 3. Paleottus, multis allegatis, de Sacro Conſiſtorio, p. 1. quæſt. 3.*

art 8. verſ. ex quibus, vbi de communi, Conzalez ſuper 8. Cancell. gloſſa 46. n. 62. Sigiſm. nu. 12. dub. 111. de elect. & alij.

30 *Et ne prælatis Papæ inferioribus, id graue videatur, cum dictus Cardinalis Paleottus, vbi ſupra p. 2. q. 6. verſ. quod vero, ad 2. ſpectat, teſtetur ſe per annos fere, 30. quibus Conſiſtorio adeſſe cæperat, ſedentibus otto Summis Pontificibus, Pio ſcilicet IV. & V. Gregorio Decimotertio, Sixto V. Vrbano VII. Gregorio XIV. Innocentio IX. & Clemente VIII. affirmet, inquam, nunquam factum eſſe, vt Papa ſemper non mutauerit deliberationem ab eo conceptam, ſi maior Cardinalium pars ab eo diſſentiens, id verbis expræſſerit.*

Et aliquando ſi ille perſtiterit in eo ipſo, quod ſemel propoſuit, ex eo proceſsit, quod pauci ſint reperti, qui ab illo diſſenſerint, & multò plures, qui adhæſerint eius ſententiæ.

CONCL. XI.

31 Licèt in foro exteriori non teneatur, quis conſilium ſequi, quod eſt ſibi neceſſariò poſtulandum, vt ſupra diximus, niſi vbi conſultor eſt officij particeps, vel niſi cōcurrant alij caſus iam in ſuperioribus relati. In foro tamen interiori à Conſilio ſibi dato quandoque recedere minimè licet.

Probatur verbis relati Paleotti, vbi ſupra, p. 1. q. 3. art. 8. circa medium, ſic aiente Summo Pontifice.

Qua propter diximus, cogi illū ſæpe in foro interiori, hæc conſilia ſequi non præciſè; quia ſibi ſint à maiori parte, vel ab hoc, aut ab alio, qui authoritatis ſit, propoſita, ſed quia ipſe animo ita iudicat, & iudicare tenetur, dimiſſo quauis priuato affectu, bono communi noxia, Deo ita animum ſuum docente, qui arbiter eſt rerum omnium.

CONCL. XII.

32 Quando vero, ſubeſt iuſta cauſa rationabilis, quam bonus Iudex arbitrabitur, minimè prælatus in arduis non ſolum, ſed nec etiam in foro exteriori compellitur conſilium Capituli requirere, nec vtique conſenſum, licèt aliàs, eſset requirendus.

Fauet aſſertioni Concil. Trid. ſeſſ. 25. capit. 6. §. qui ſi aliquid, de reformat. ibi.

Nec de re ad ſui, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, & eſſe poteſt ratio, quia nemo carnem ſuam odio habuit 23 q. 2. cano. non æſtimemus. Et Amicus eſt alter ego. Ariſt. lib. 9. Ethic. cap. 4. & 2. Rethoric. cap. 4. ait. Amicorum eſt animus vnus in duobus corporibus habitans, & D. Auguſt. lib. 4. confeſſ. cap. 6. ait Amicus eſt dimidium animæ, & Horat. lib. 1. od. 3.

DOCT. ALLEG.

33 *Eſt aſſertio Baldi in l. Viduæ, nu. 3. C. de nuptijs, gloſſa, in cap. irrefragabili, §. final. verb. delegatus, de off. ord. Butrij in cap. nouit, num. 6. verſ. 2. dicunt. Panormitani, num. 6. de his, quæ fiunt à prælat. vbi exemplificat de prælato, qui contra conſanguineum, ſeu amicum Collegij agere vult; tunc enim poteſt procedere inconſultò ipſomet Collegio, ne*

forte

Digitized by Google

forte præfato conſanguineo, ſeu amico, ab eiſdem Collegialibus id manifeſtaretur.

CONCL. XIII.

34 Diffinitorum tum Generalis, tum Prouincialis Capituli authoritas in ordine Prædicatorum non ſe extendit ad ſummum, vltrà decem dies, nec vlterius prorogare poſsũt, vt his verbis expræſſis habetur diſt. 2. cap. 9. de ſolemni celebratione Capituli num. 7.

Capitulum autem generale vltrà Sabbatum infrà Octauas Pentecoſtes non prolongetur, niſi ex cauſa rationabili Magiſtro, & Diffinitoribus videatur, quod per vnum diem, vel duos ad plus debeat prolongari. Capitula etiam Prouincialia eodem modo infra taxatum numerum dierum terminentur. Super quæ verba talis eſt declaratio.

Declaramus, iuxta Bononienſis Capituli 1564. declarationem, quod Definitores Capituli Prouincialis, ſuam authoritatem ad duos alios dies differre non poſſunt, ac propterea à die electionis eorum vſque ad diem quo eorundem expirat authoritas, non intercedunt, niſi decem dies, cum in Conſtitutionibus noſtris, hic dierum numerus, Generalis Capituli Diffinitoribus aſsignetur, & habeatur ibidem, quod Capitula Prouincialia infra prætaxatum dierum numerum terminentur.

CONTR. III.

An Diffinitores, ſub mortali peccato teneãtur expreſſe propriam ſententiam, in actu Definitorij aperire.

CONCL. I.

1 NVlli eſt dubium, & maximè in grauioribus negotijs Diffinitores, ſub lethali culpa, propriam aperire ſententiam teneri, in actu Definitorij expræſſe, ac clare.

Probatur, quoniam Definitoris munus eſt proprium, ſuum exprimere votum in concernẽtibus negotia per Senatum Definitorij expedienda: ad hoc enim eliguntur, & in Definitorio conuocantur, vt aſſentiant, aut diſſentiant.

Is autem, qui loqui obſtringitur, & tacet habetur pro conſentiente; quarè in malè geſtis expræſſe non contradicens inuoluitur eadem pæna, & peccato, ſicut expræſsè conſentientes, l. 1. §. Magiſtrum autem, ff. de exercit. act. l. ſemper ff. de reg. iur. l. ſæpè, §. cui inter de re iud. l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act. & cap. ſi poſtquam de confeſſis, in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Suſtinent aſſertionem Innocent. in ca. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte, & in cap.*

cap.2.de locat.& cond.Panorm.ibid.in fine,& in d.cap.1.n.13.& in cap.2.n.9.de his, quæ fiunt à prælato, & in cap. dilectus filius,2.n.2. de ſimonia, Felin. in cap.cum omnes,n.11. in fine, de conſtitut.& in cap.nonne,n.8.circa finem, de præſumpt. Creſcentius, deciſ.2. tit. de ſeq.poſſeſſ.& fructuum,Paleottus,de Sacro Conſiſtorio in pluribus locis, & præcipuè in p.2.& 3.Rodriquez,to.2. q.45.art.4.qq.regul.& ſeq.Miranda, to.2.Manu.prælat.q.17.art. .Rota, deciſ.16.n.4.de tranſlat. Epiſ. in antiquis,& deciſ.708.nu. 5.coram Card. Seraph.Sigiſm.dub.112.n.1. de elect. & alij nominales.

CONCL. II.

3 In publicis Conſultationibus Sapientis,ac Religioſi viri eſt,incolumi, ac inuiolata veritate, propriam ſententiam proferre, maiori qua poteſt humilitate reuerentia, ac verborum lenitate; ideo nullo pacto ei fas eſt veritatem occultare; immò ad eam manifeſtandam omninò adſtringitur;aliàs iura ipſiuſmet veritatis violare conuincitur.

Quod authorit.D.Auguſtini probatur ad Caſulanum ſcribens, & refertur in cap.quiſquis,11.q.3. vbi ita dicitur.

Quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quam Deus,& poſt pauca. Vterq. reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium facit ille,quia prodeſſe non vult,iſte quia nocere deſiderat.

4 *Et D. Chriſoſtimus homil. 25. ſuper Matth.prout habetur in can. nolite timere,d.qu.3.vbi ſic dicitur. Non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palàm prò veritatem mendacium loquitur,ſed ille,qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet,aut non liberè veritatem defendit quam libere defendere conuenit,proditor eſt veritatis.*

Itaque Diffinitores non excuſantur à graui culpa veritatem occultantes ob timorem Generalis, ſeu Prouincialis,quorum ſunt colleghæ,& participes officiorum, licèt eis compertū ſit cōtradictionem egrèferendam eſſe à Generali, vel Prouinciali, quibus licèt ſubditi ſint ſimpliciter obedientiam præſtandi generaliter loquendo, verum in illis rebus, in quibus eis,ſubduntur,teſte,D.Tho. 2.2. q.104.art. 5. At Diffinitores in conſultationibus, non ſe habent meri ſubditi, ſed dictorum ſuperiorū participes officij,& colleghæ,vt dictum eſt.

CONCL. III.

5 Nemo Regularis,licèt ſubditus,cōpelli poteſt ad conſentiendum ſi adeſt aliqua cauſa conſenſum denegandi.

Nam ſi de facto ſuperior, ſuum compellit ſubditum ad conſentiendum, tunc in huiuſmodi caſu eſſet locus appellationi ad ſuperiorem illius ſuperioris, qui ſuum compulit ſubditum ad conſentiendum.

DOCT. ALLEG.

6 *Sic namque docent aſſertionem Panorm.in cap.licet,num.9.de regul.Lamber-*

bertinus de iur. patron. lib. 1. p. 2. qu. 1. art. 20. n. 13. Gonzalez, ſuper regul. 8. Cantell, gloſſa 47. num. 43. & Sigiſm. num. 4. dub. 112. de elect. cum alijs nominalibus.

CONCL. IV.

7 Metus quamtuncunq; grauis haud immunem reddit à culpa contrahentem in ijs, quæ intrinſecè mala ſunt, veniali, ſi aliàs ſecluſo metu, eſſet venialis, & mortali, ſi ſecluſo metu, eſſet mortalis.

Cuius eſt ratio, quia geſta metu, ſimpliciter, ſunt voluntaria, vt pulchrè D. Auguſt. probat lib. 4. confeſſionũ, q. 24. ad cap. 18. numerorum, & refertur in cap. meritò, quæritur, 15. q. 1. & tenemur potius mortem ſubire, quam aliquam culpam etiam venialem admittere, cum minimum veniale malitia excedat quodcumque pænæ malum, vnde prò propria vita tuenda, vel alterius, non eſt mentiendum, teſte D. Auguſt. cuius dictum refertur in cap. ne quis 22. q. 2. huius rei veritas docetur à ſequentibus Doctoribus.

DOCT. ALLEG.

8 *Ita docent D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 4. Scotus in 4. ſent. q. vnic. §. hic dicitur, verb. id etiam poſſet probari, Panorm. in cap. Sacris, n. 5. de his, quæ vi metu cau. ſiunt, Pegna direct. inquiſit comment. 65. q. 41. de blaſphemis, nu. 8 Couaruu. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 4. nu. 3. Sigiſm. n. 6. dub. 112. de elect. & communiter omnes recentiores.*

Quandò autem Eccleſia irritat actum iuſto metu contractum, non attendit priuatum bonum contrahentis, ſed tantũ ne faueat iniurioſè conſenſum extorquenti.

CONTRO. IV.

Sociorum, ſeu Diſcretorum prælatorum electio á quibus, ac quomodo celebranda ſit, & an publicæ vtilitati magis proficuum ſit huiuſmodi electionem celebrare, vel omittere.

CONCL. I.

1 Electio Socij, ſeu Diſcreti localis prælati actiuè, ac paſſiuè ſpectat ad omnes Fratres illius Conuentus, de cuius Socij electione agitur iuxta vnius cuiuſque ordinis inſtitutum, & ius commune.

Sic enim conſtat ex ca. fin de ſupplen. negl. prælat. vbi gloſſa verb. communiter, & firmat conſuetudo, & ita habetur in Conſtitutionibus ord. Prædicatorum, diſt. 2. cap. 3. de electione Prioris Prouincialis, n. 5. & cap. 5. de alect. Diffinit. diſt. ead. vbi, num. 4 in calce dicitur.

Socij etiam Priorum Conuentualium ad Prouinciale Capitulum, & electores Prioris Prouincialis, tantum de Conuentibus, in quibus ſunt aſsignati eligan-

gantur. Quomodo autem ſint abſentes vocandi, videantur relata in ſuperioribus, à principio fere.

CONCL. II.

2 In Socij, ſeu Diſcreti electione, de iure eſt procedendum per vota ſecreta, iuxta Tridentini Concilij formā, de qua in ſuperioribus, ſermo nobis fuit, & in ordine Prædicatorum eſt huiuſmodi vſus.

Vbi in declarationibus, diſt. 2. cap. 5. de elect. Diffinit. capit. Generalis, & Prouincialis, num. 3. lit. A. ita dicitur *Et idem modus eligendi, ſcilicet per vota ſecreta, ſeruetur in electione Prioris Cōuentualis, & Magiſtri ordinis, & Diffinitorum Capituli Generalis, & Prouincialis, & Socij Prioris euntis ad Capitulum Prouinciale*, Sic fuit Bononiæ, 1564. ordinatum, & per alia capitula ſequentia confirmatum.

3 De conſuetudine vtique apud multas Religiones in hac eadem electione attenditur diſpoſitio ca. quia propter, de elect. vt ſupra diximus.

Et apud multas eſſe Religiones talē electio. celebrari poſſe valide per ſortes, vt eſt dictum ſupra ad quæ loca Lectorem mittimus.

CONCL. III.

4 Sociorum præfatorum officium, ac authoritas, ad duo principaliter ſe extendit, nimirum, vt ſint vocales in Capitulo, ideſt, vocem, ſeu ſuffragiū habeant in capitulo, nomine illius conuentus, à quo electi, ac miſſi ſunt. Secundum eſt, vt habeant ad idem capitulum errores illius prelati ſupra dicti conuentus, cuius ſunt Socij, ſimiliter neceſſitates, ac alia pertinentia ad eundem conuentum, ſiue ad eundem conuentum, ſiue ad quoſcū que ſingulares Fratres, eiuſdem met conuentus exponere.

5 Inter hæc duo, ad quæ ſe extendit officium, ſeu auctoritas Socij, illud differentię dimidiat, vt primum ſe habeat tamquam ſubſtantiale, & vt ita dicam, de intriſeca eius officij ratione. Alterum vero ſit quaſi acceſſorium, & extriſecum.

Quod vero, illud primum ſit ſubſtantiale, & intrinſecum, ac ſecundum ſit acceſſorium, & extrinſecum conſtat; quoniam Socius ſine illo, quod habeat vocem in capitulo creari, & eſſe minimè poteſt, vnde ſi ille conuentus, quem repræſentat, Socius non haberet vocem in capitulo, nec etiam haberet mittere Socium ad idē capitulū. Verum Socius benè poteſt ſtare abſque eo, quod deferat ad capitulum prælati errores, vel abſolutionem, ſeu retentionem per vota ſecreta ſcrutinium factum ab electoribus in capitulo conuentuali, vt eſt conſtitutio in ordine Prædicatorum ac conuentus neceſſitates, & illius Fratrū. Immò multoties alia via hæc accipiuntur à Superioribus, & quod magis eſt non maior fides adhibetur ipſi Socio in his, quę exponit, quam alteri ſimplici Teſti. Cum ergo Socius poſſit eſſe ſine ſecundo, ſed non ſine primo, ſequitur primum eſſe de intrinſeca ratione, ſecundum vero de extrinſeca.

CON-

CONCL. IV.

6 Ad effectum eligendi aptiorem, ac digniorem in Socium, in promouendis ad tale munus, eſſe primò, ac principaliter attendendas omnes illas qualitates, quæ reddunt promouendum aptiorem, & idoniorem omnibus alijs illius conuentus ad ferendum ſuffragium actiue, in capitulo Prouinciali, & ſimiliter attendendas eſſe omnes illas qualitates, quæ ipſum met efficiunt digniorem cæteris alijs illius conuentus ad accipiendum ſuffragium paſſiuè in illis, maxime officijs & dignitatibus, quæ non dantur, niſi vocalibus, ipſius capituli Prouincialis, vt eſt Diffinitoratus officium.

Ratio eſt, quia cum habere vocem in Capitulo ſit ſubſtantiale, & intrinſecum ipſi Socio, vt nuper diximus, cætera vero acceſſoria, & extrinſeca, concluſio manet vera, & liquida.

CONCL. V.

7 Prædicti Socij, ſeu Diſcreti confirmantur apud multos ordines Regulares, confirmatione verbali, vt de Patribus Minoribus de obſeruantia eſt dictum, apud Capuccinos non verbis, ſed cenſetur confirmati cum admiſſi ſunt à prouinciali, & Diſſinitoribus ad omnes actus capitulares per agendos, qui eis de iure conſtitutionali competunt, & apud Patres Dominicanos, mox electi ſunt per vota ſecretta, accipiunt officium Socij, habita de hac electione fide teſtimoniali, quam capitulo ſecum afferunt, & oſtenſa ijs, qui ſunt creati ad videndas huiuſmodi patentes, admittunt, ſi aliàs veræ, ac legitimæ, & bonæ ſint.

DOCT. ALLEG.

8 *Placet aſſercitio Oldrado, conſil. 546. factum tale eſt, de conſuetudine Eccleſiæ Eduenſis, numero 6. Rota, deciſ. 16. de conceſſ. præbend. in nou. & deciſ. 261. coram Card. Mantica, nu. 3, qui omnes autumant in talibus non referri quoquomodo ſuperiori declaret ſuam voluntatem. Innocent. amplectitur in cap. cum Bertoldus n. 4. verſ. memorato de re iud. Archid. in capitulo vt quis duas, verſ. confimationem petere, de elect. in 6.*

Cum igitur Socij habeant actum à Superiore emanantem, videlicet, præfatam admiſionem, conſequente r non accedunt ad capitulares actus ſine confirmatione.

CONCL. VI.

9 Socij electio plus vtilitatis, quam damni affere religioni, prout concluſum fuit in quodam Capitulo Patrum de obſeruantia, vbi rationes ad vtràque partem allatæ fuere, quæ habētur apud Mirandam, to. 2. prælat. q. 22. art. 2.

DISPVTATIO QVARTA.

De electione, ac poteſtate prælatorum conuentualium.

CONTROVER. I.

A quibus, quomodo, & qui ſint in Abbates, Priores, Guardianos, ac cæteros prælatos locales eligendi.

CONCL. I.

1 PRælatus, ſeu Superior Conuētualis, quacunque ratione nūcupatus, qui Abbate caret ſuper ſe in eodem Monaſterio, habetur loco Abbatis.

Probatur, ex capitulo finale de ſtatu Monachorum, & affirmat Panormitanus, in capitulo cum illorum de ſententia excommunicatio. vnde Azor, parte 2. lib. 3. capitulo 1. q. 4. aſſerit, eum, qui iuxtà Regulam, Sancti Benedicti, dicitur Abbas, nempè, præfectus Monaſtici Conuentus, vocari abſolutè Priorem, ſecundùm D. Auguſtini Regulam, id eſt, toti Monachorum, ſiue Fratrum Collegio Præpoſitum, & id etiam procedit, quamuis ibi inſtituatur per viam prouiſionis, & non per electionem, vt ait idem Panormitanus, in clementina, etſi principalis, numero 6. de reſcript.

CONCL. II.

2 Electio collegiatę prælaturæ, aut Conuentualis Eccleſiæ, de iure communi ſpetat ad collegium, vel conuentum, de cuius prælati electione agitur.

Conſtat concluſio ex cap. congregatio, 16. q. 7. cap. Abbatum, 2. ca. Abbas, 2. 18. q. 2. cap. fin. q. vlt. cap. cum terra, & cap. 1. de elect. & capit. cum dilectus.

DOCT. ALLEG.

3 *Ita aiunt Panormitan. de conſuetud. cap. 2. §. ſi de ſtatu Monach. Hoſtienſ. in ſumma, titulo de elect. §. quis poſſit eligere, verſiculo ſi non apparet, idem Panormitanus, in capit. officij, numero primo, de electio. & in cap. Clement. & ſi principalis, numero 5. de reſcript. Felinus in capitulo ad petitionem, n. 11 de accuſat. Gloſſa, in capitulo ſciant cuncti, verbo ſpectat de electione in* 6.

in 6. Verallus, deciſ. 296. par. prima, Præpoſitus, in capitulo primo, numero 6. circa medium, verſ. aut tales Eccleſiæ non ſunt obedientiariæ, 21. diſtinct. Nauar. commentar. 3. de regul. numero ſecundo, & lib. primo, conſil. tertio, num. tertio, tit. de elect. in nouis. Rota, deciſ. 65. par. prima in recent, & deciſ. 296. numero quinto coram Coccino Decano, Sigiſmundus, dub. 114. numero ſecundo de elect. & cæteri omnes.

4 Ità vtique apud Fratres Prædicatorum Ordinis talis ſtylus de iure antiquo ſeruatur, virtute Bullæ Gregorij Vndecimi, emanatæ de anno 1374. ſexto Martij, incipientis, virtute conſpicuos, in qua §. ſexto ſic dicitur.

„ Quando vero in aliquo capitulo, „vel Conuentu veſtri ordinis, de pro„uinciali, vel Conuentuali Priore oc„currerit electio facienda, ſi & aliqua „cauſa, factam electionem à Fratribus „eiuſdem ordinis, quorum intereſt, „non contingat forſitan confirmari, „ſuperior ad quem confirmatio Ele„ctionis huiuſmodi pertinet aliquem „de illis Fratribus, quos ipſi Electo„res, vel maior pars eorum per literas „ſuas, ab eo petierint, quando ad ip„ſum pro Electi confirmatione tranſ„mittunt eis, de natura licentia conce„dere valeat in priorem.

5 Et Clemens Sextus anno 1346. die 23. Maij, in Bulla, Regimini vniuerſalis, §. nono, ſe confirmando quoque diſpoſitioni dicti iuris communis ſtatuit inſuper, Vt in quolibet Con„uentu Fratrum Seruorum Beatæ Ma„riæ, vbi ad minùs duodecim Fratres „fuerint ipſi ſibi eligant ſuum Prio„rem Conuentualem.

Et ità nunc ſeruatur apud multas Religiones, & præcipuè penès Cartuſianos, vt videre eſt parte ſecunda, capitulo ſecundo eorum ſtatutorum.

CONCL. III.

6 Multi ordines Regulares, pro more, ac vſu habent, vt Fratres, vel Monachi illius Conuentus, de cuius Prælati Electione agitur, non eligant; ſed vel generalis cum Diffinitorio, ſiue prouincialis, ſimiliter, cum ſuo Diffinitorio, aut Generalis per ſe prouideat, iuxtà variam diſpoſitionem cuiuſcunque ordinis; vt etiam in præſentiarum apud præfatum ordinem Seruorum Beatæ Mariæ executioni demandatur, ex viſuarum Conſtitutionum æditarum 1579. capitulo quarantesimoprimo.

7 Quæ ſtatuta, ſeù conſtitutiones, certum eſt, eſſe correctorias iuris communis: nam ſtatutum dicitur eſſe contra ius, vbi datur lex, vel Canon contrarium, vt inquit Rota deciſ. 297. numer. 1. par. prima in recent. ſed electio prælati conuentualis ſpectat ad ſuum Conuentum, vt dictum eſt. ergo eſt contra ius commune, prout in terminis reſoluit Rota deciſ. 65. numer. 9. par. prima in recent. & conſequenter, tales conſtitutiones, ac ſtatuta nulla eſſent, niſi ſpeciali priuilegio Apoſtolico fulcirentur, vel niſi eſſent confirmata à Summo Pontifice in forma ſpeciali, vt in ſuperioribus ſatis eſt explicatum.

CONCLVSIO IV.

8 Forma, quæ ſit ſeruanda in horum prælatorum electione, iam fusè egimus in ſuperioribus, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, & Decreti Tridentini Concilij, ac Statutorum, & Conſtitutionum propriæ Religionis eligentium, & eligendorum.

CONCL. V.

9 In promouendis ad prælaturas Conuentuales, inſpiciendum eſſe principaliter dicimus, nè dum ætatem, ac Doctrinam; ſed mores, atque prudentiam. Itaut meritò, ille ſemper ſit præferendus, qui alterum antecellit integrirate vitæ, prudentia, aliiſuè virtutibus, ad regendam Eccleſiam opportunis, licèt hic alter eſſet antiquior ætate, ſeù inſignitus gradu Concionatoris, aut Doctoratus, & inaudiendis confeſſionibus exercitatus, &c. iuxtà tradita in ſuperioribus latè, & diffusè.

Cuius eſt ratio, quoniam non ex eo, quod hic alter ſit Doctor, ſeù Concionator, aut antiquior oritur vlla præſumptio, quòd illum ſuperet vitæ, & morum ſplendore, ac prudentia, quæ potiſſimum requiruntur in adminiſtratione Eccleſiæ, & Curæ Parochialis.

DOCT. ALLEG.

10 *Sunt Doctores huius concluſionis Rota in Fauentina Parocchialis 13. Ianuarij coram Pirouano: & in Eugubina Parocchialis ſancti Vincentij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo. & deciſio 5. numero ſecundo, & tertio deciſ. 6. numero quinto, & deciſ. ſeptima numero ſecundo, penès Marcheſ. par. prima, titulo de corripienda appellat. in can. benefic. cap. octauo in fine, Gonzalez, ſuper regul. 8. cancellar. gloſſa 4. num. 114. & ſeq. & alij nominales.*

Vbi autem datur paritas morum, & vitæ integritatis, & prudentiæ, tunc ſanè præferendus eſſet, qui Doctor eſſet, & Concionatoris, vel Doctoratus laurea ornatus.

Sic puteus deciſ. 200. num. 3. lib. 3. Rota deciſ. 677. num. 1. par. 4. diuerſ. & alij allegandi.

CONCLVSIO VI.

11 Generales, Diffinitores, & Prouinciales, ad quos electio, prouiſio, inſtitutio, & huiuſmodi, ſpectat de ſuperioribus localibus, tenentur Regulares digniores eligere, prouidere, Inſtituere, & dare ſub mortali peccato.

DOCT. ALLEG.

12 *Pro hac communiſſima aſſertione allegantur Doctores omnes relati tractatu 1. in materia de eligendis dignis, Nauar. non ſolum in d. loco, ſed etiam in ſumma, c. ſecundo, n. 159. Fernandez in inſtruct. confeſſ. par. ſecunda, cap. 4. num. 11. Rebellius, par. 1. lib. 3. quæſt. 4. concl. 5. Portel. de dub. regul. verb. Electio, numero ſexto, Turrianus, tom. ſecundo in 2. 2. D. Thom.*

Thom. diſputat. 22. dub. 4. numer. primo, Ricciusin ſuis collect. in. par. quarta, collect. 931. Diana, non ſolum par. 2. tract. 15. reſolut. 61. ſed etiam, par. quinta, tract. 14. reſolut. vndecima. Miſcellan. ſecunda. Sanchez, tom. primo operis moral. lib. 2. cap. 11. dub. 2. num. 28. Villalobos tom. 2. tract. 8. diffic. tertia, num. 6. & alij nominales.

Non eſt audiendus Palaus, tom. 2. tract. 13. diſputat. ſecunda, punct. 11. §. 2. num. 14.

CONTROV. II.

An Abbatiatus, Prioratus, vel Guardianatus, & huiuſmodi concedi poſsit in perpetuum alicui Religioſo.

CONCLVSIO I.

1 Abſolutè, ac ſimpliciter loquendo, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, & huiuſmodi locales, ſeù Conuentuales prælaturæ Regulares, nullo pacto Religioſo concedi poſſunt in perpetuum.

Conſtat ex textu, cap. cum ad Monaſterium §. tales.

DOCT. ALLEG.

2 *Mordicùs defendunt aſſertionem Panormitanus dict. text. cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monach. & in cap. cum inter, 1. numer. 2. de elect. referens Innocentium, & Federicum. Mobed. deciſ. 10. num. 2. de caſus poſſeſſ. & propriet. Rota, deciſ. 302. num. 1. in fin. par. 2. in recent. Sigiſmundus, dub. 114. num. 7. de elect. & alij nominales.*

CONCL. II.

3 Immò ſi in aliqua Religione ex Apoſtolica Sanctione, ſiuè ſtatuto, vel ordinis conſuetudine, cautum eſſet, vt darentur Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, &c. perpetuò poſſidendi, his, nihilominùs, non obſtantibus, poſſent huiuſmodi prælati, in conſulto Summo Pontifice, deponi, & priuari à ſuis ſuperioribus ordinis, Iuſta, & rationabili cauſa exiſtente.

Ratio eſt, quoniam Sedes Apoſtolica numquam conſueuit talia perſonaliter confirmare, vt patet, ex cap. ad noſtram, & cap. porrecta, de confirm. vtilit. vel inutil.

DOCT. ALLEG.

4 *Hæc aſſertio eoſdem habet Auctores, numer. ſecundo allegatos, & cæteros nominales.*

CONCL. III.

5 Summus Pontifex, ſi ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ac ſpeciali derogatione dicto capitulo ad noſtram, & capitulo porrecta, &c. confirmaret alicui Regulari perſonaliter aliquam,

ex prædictis prælaturis in perpetuum; tunc certè, ille minimè deponi poſſet, vel inde amoueri, ſine ſpeciali Papæ mandato.

Sic habetur ex cap. 1. & 2. de confirm. vtilit. vel inutilit.

DOCT. ALLEG.

6 *Aiunt ità Gloſſa in dict. cap. porrecta, in cap. non dicatis, 12. quæst. 1 num. 66. verb. confirmantur, Innocent. communiter receptus, teſte Nauarro allegato cum Rota, deciſ. 6. de reſtit. ſpoli. in antiquis, & deciſ. 9. eod. tit. in nou. Panorm. in cap. cum inter, 1. num. 10. de elect. Sigiſmund. num. 8. vbi ſup. & alij.*

CONTROV. III.

An Prælati Conuentuales Regulares, expleto officio ſuæ Prælaturæ, poſſint in eadem raffirmari, vbi omnia vota e. g. Diffinitorij concurrerent, ſuppoſito ad illud ſpectare huiuſmodi electionem.

EXPLICATIONES.

1 TOta hæc Controuerſia dependet à quarta, 3. p. diſp. 1. ad quam Lectorem mittimus, & prima quidem, facie videtur poſſe fieri præfata rafirmatio per §. fin. verſ. ſi vero nondum, Auth. de defenſ. ciuit. vbi cauetur, vt nullus officialis, expleto tempore officij rafirmetur in eo, niſi omnes, nemine reluctante iterum eligant eum: ſed in caſu propoſito omnium eligentium vota cõcurrunt. ergo videtur poſſe fieri.

CONCL. I.

2 Prælati Regulares Conuentuales, expleto officio ſuæ Prælaturæ nullo modo poſſunt in eodem rafirmari ſtante Decreto Conciliari Tridentino, de ſecreto ſcilicet ſeruando in Electionibus Regularium.

3 Ratio eſt, quia ex quo dicta Authentica expoſtulat, vt nemine reluctante iterum eligatur, vt dictum eſt, conſequentèr, eadem vult, vt nemine ſubditorum inuito, ad quos de iure ſpectat, illum ſibi eligere, rafirmaretur Prælatus; itaut nemo eorum habeat Prælatum, quem non vellet, vel non expediret habere; cap. nullus inutilis, diſtinct. 61. cap. ſi fortè, diſtinct. 63. cap. conſiderauimus. dum autem ſtatuta Regularia contra ius commune auferunt electionem dictorum prælatorum à ſuis Conuentibus, & dant eam Generali, & Diffinitoribus, ſunt correctoriæ iuris communis, vt ſuprà diximus, & per conſequens non recipiunt fauorem dictę Authenticæ itaut poſſint rafirmari dicti Prælati,

ſi

ſi omnia vota diffinitorum cum prouinciali, vel generali iuxtà diſpoſitionem Concilij Trid. concurrant: tùm quoniam ceſſat ratio nunc facta, vt ſcilicet vbi non interueniat ſubditorum beneplacitum, ad quos attinebat de iure ſibi eligere prælatum. Tùm vero, in primis, quia ſtatutum correctorium iuris communis non recipit benignam interpretationem à iure communi, quia eſt ſpecies extenſionis, quæ prohibita eſt in hac materia correctoria, l. præcipimus, in fine, C. de appellat. vnde non eſt trahendum vltrà caſus in eo expreſſos, vt inquit Rota, deciſ. 840. numer. 14. coram Cardinal. Seraphino, & ſic eſt reſponſum ad verba Auth. atque textus eſt declaratus, vt intelligendus eſt pro præſenti materia.

DOCT. ALLEG.

4 *Sunt huius opinionis Panormitanus in cap. ſi fortè, diſt. 63. & cap. conſideratumus, & cap. de elect. & cap. de cauſis, vbi gloſſa in figura caſus, & verb. prorogat. de officio delegat. & vult, quod omnes tangit, ab omnibus approbari, cap. quod omnes de regul. iur. in 6. & l. vlt. C. de auct. prætor. Gloſſa in cap. ſecundo, in verb. ab omnibus, diſtinct. 66. Rota deciſ. 65. numer. quinto, par. prima in recent. Sigiſmundus, vbi ſupra, numer. 10. & alij nominandi.*

CONCL. II.

5 Prælatorum Conuentualium prædictorum officium benè, quidem, prorogari poteſt, ſecundum quod capitula prouincialia, ſeù generalia accelerantur, vel protrahuntur, iuxtà vniuſcuiuſque Religionis mores, ac inſtituta.

Nam in ſtatutis Ordinis Minorum „ hæc ad rem habentur in Compendio „ tit. officia ordinis numero 2. Si au- „ tem aliquis Guardianus, ſeù Abba- „ tiſſa poſtquam ſuum triennium, in a- „ liquo Conuentu finierit, in altero e- „ ligatur, vel poſtuletur, ibidem pote- „ rit, & præfici, & confirmari, ſed non „ poterit vltrà trienniũ in eodem Cõ- „ uentu, in eodem officio continuare; „ non intelligitur autem ità præcisè „ huiuſmodi triennium quin poſſit per „ menſem, & per menſes prorogari, „ vel breuiari ſecundum quod capitula „ prouincialia accelerantur, vel protrahuntur. Verum in ordine Prædicatorum, ſtatim poſt completos ſuos terminos, diem, & horam, Priores Conuentuales, non habent plus auctoritatem, & mortaliter peccarent, ſi vltrà eorum auctoritatem protraherent, quia eam vſurparent contra ius, quod eis ſuum præſcripſit tempus, & horam, eorum auctoritatem habendi.

CONCL. III.

6 In eis Religionibus, in quarum ſtatutis, ſeù conſtitutionibus eſt appoſitum decretum irritans ad effectum, vt non poſſit protrahi, e. gr. vt ſi diceretur, non præficiatur vltrà triennium; & ſi contrà fiat, Actus ſit nullus, & inanis: tunc, auctoritas illius ſuperioris, qui terminos tranſgreſſus eſt ſuæ ſuperioritatis, eſſet nulla, & nullius

valoris,& mortaliter peccaret,ea vtẽdo temere, ac malitiosè.

Concluſio de ſe eſt certa,& videãtur relata in Controuerſia 4.diſput. 1. par. 3. in hac materia. ad quem locum mittimus legentem.

CONTROV. IV.

Quot Scrutatores aſſumẽdi ſint à Diffinitorio in prouiſione, quam habent, de Prælatis Conuentualibus.

EXPLICATIONES.

1 MOuetur huiuſmodi Controuerſia,ratione cuiuſdam conſtitutionis ord.Minorũ,quæ habet vt in prouiſione, quam facit diffinitoriũ de Guardianis, aſſumantur ſcrutatores de capitulo, nimirum, qui in officio Scrutatorum deſeruierunt in alijs electionibus Capitularibus, quæ à Vocalibus Capituli ſunt celebratæ;& ſi ipſis Diffinitoribus expedire videbitur,aſſumentur alij de nouo; ſed talis conſtitutio poſteà nihil aliud determinat de nouo; vnde meritò dubitari, ac controuerti poteſt quot ſcrutatores aſſumendi ſint, & ratio controuertendi eſt, quia, in Capitulo illius religionis, omnes electiones à Vocalibus Capituli celebrantur per compromiſſum; in quo genere electionum, eſt certum, aſſumi poſſe tot compromiſſarios, quot placet, vt in principio huius materiæ dictum eſt.

2 Pro huius Controuerſiæ reſolutione eſt ad memoriam reuocandum, quæ diximus à principio, nempè, prouincialem cum diffinitorio adſtringi ad obſeruantiam c. quia propter, de elect.in 6. in Guardianorum prouiſionibus.

Deinde eſt ſciendum, Statutum Correctorium juris communis, ità ſtrictè eſſe interpretandum, vt vnum tantum operetur contrà ius commune, vbi duo operari poteſt,vt copiosè demonſtrauimus à principio huius materiæ.

3 Dumùm, eſt prænotandum, præfatam Conſtitutionem eſſe correctoriam iuris communis in ſupracitatis verbis; & eſt ratio, quia de iure communi iuxtà terminos quia propter, de elect.aſſumendi ſunt tres ſcrutatores de Collegio electorum in electione, in qua proceditur per viam ſcrutinij,nec eſſe debent plures,nec pauciores, aliàs, electio eſt nulla, vt ſatis abundè eſt ab initio demonſtratum; ſed illi ſcrutatores de Capitulo non ſunt de Collegio eligentium, videlicet, Diffinitorij,igitur dicta conſtitutio eſt correctoria.

4 Quod autẽ in hac electione Guardianorum, quę celebratur à Diffinitorio procedatur per viam ſcrutinij, ex eò præcipuè, conſtat, quoniam ſi procederetur per viam cõpromiſſi limitati, ipſi ſcrutatores tamquam cõpromiſſarij veri pronunciarent electionem in eos compromiſſam, ſicut de alijs electionibus per compromiſſum

miſſum limitatum, eſt ſuprà dictum à principio, quòd cùm non faciant, vt qnotidie in praxi obſeruari mihi teſtātur patres illius Religionis, eſt dicēdum, ipſos eſſe nudos ſcrùtatores. his præmiſſis ſit.

CONCLVSIO.

5 Diffinitorium cum Prouinciali debet neceſſariò aſsumere tres ſcrutatores, nec plures, nec pauciores, in prædicta prouiſione Guardianorum.

Cùm enim memorata Conſtitutio corrigat expreſsè ius commune circa ſcrutatores quoad non eſſe de Collegio, non autem quoad numerum, neceſſariò ſequitur ipſammet conſtitutionem recipere interpretationem, & reſtrictionem à iure communi, circa eundem numerum ſcrutatorum, iuxta ſecundum prænotandum.

6 Neque obſtat contra hæc concluſa conſuetudo contraria; nam contra diſpoſitionem cap. quia propter, de elect. non poteſt allegari conſuetudo contraria, cùm in ea diſpoſitione contineatur, Decretum irritans, vt iā à principio eſt probatum.

CONTROV. V.

An in Diffinitorio quatuor, vel quinque vocibus cōſtante, poſsit Diffinitor, qui á duobus in Abbatem, ſeu Priorem, aut Guardianū eligitur, conſentiendo huic electioni, quaſi de ſe factæ, augere numerum, & electionem cōplere, ſuppoſito, talem electionem celebrari à Diffinitorio.

EXPLICATIONES

1 VT certā ſolutionē huius ſingularis cōtrouerſiæ habeamus, nō abſre erit vniuerſalē, ac generalē doctrinam, ex qua ipſa pendet, explanare, & per notanda, & aſſertiones.

Nam quēpiam aſſumere poſſe prælaturam, dupliciter eſſe poteſt, vt doctè Syluestr. docet, verb. elect. 2. quæ. 17. numer. 21. à quo nemo diſſentit.

Primò inchoatiuè, ſe primò, videlicet, ac immediatè eligendo.

Secundò completiuè, nimirum, quando ſua voce electionem complet, quaſi de ſe factam: hoc ſecundum non eſt illicitum, ſed bene primum eſt illicitum, vt conſtat ex capit. per noſtras de iure patron. & cap. in ſcripturis 8. quæſt. 1. cap. fin. de inſtit. autumat Butrius, in cap. vbi periculū, de elect. in 6. Innocent. quem refert, & approbat Panor. in cap. cùm poſt, num. 5. de elect. & multa iura, & Doctores apud Bertach. inuenies in ſuo repertorio, verb. elect. à quibus, verſ. 2. Gonzalez ad reg. 8. cancellar. gloſſa 2. nu. 57. & Rota deciſ. 6. de elect. in antiquis, & eſt ratio, quia eſt ambitioſus.

CON-

CONCL. I.

2 In omnibus electionibus, in quibus neceſſariò executioni demandatur diſpſpoſitio capit. quia propter, de elect.in 6. nunquam vocem electi cõputari in numero eligentium, nempe non poſſe augere numerum, vt in titulo controuerſiæ diximus.

Cuius eſt ratio, quoniam, cum ſuffragium ſecretò ſit præſtandum, à principio, id eſt, inchoatiuè, conſentiret in ſe ipſum; ignorat enim an alij ad eum acceſſerint; quod & multò magis locum habet in Religioſis, qui in electionibus ſuis ſecretò habent ſuffragari, vt in ſuperioribus eſt habitum.

CONCL. II.

3 Nec etiam poſt publicationem ſcrutinij copulatiue conſentire valet, publicato namque ſcrutinio, variare nequeunt electores, cap. publicato de elect. Nec quis cõſentire poteſt electioni antequam electio ſit celebrata, cap. cum poſt petitam, de electìon. quare conſenſus poſtea ſuperueniens, nihil operatur, vt colligitur etiam ex capit. quia propter, iuncto cap. auditis.

DOCT. ALLEG.

4 *Suſtinent Bald. in cap. cum in iure, num. 1. & 2. Panorm. num. 5. poſt verbum, conſentiat, de elect. in cap. per noſtram, numer. 5. de iure patron. & part. 2. conſil. 25. num. 3. Butrius in cap. cumana, num. 25. de elect. Marcb. quæſt. 931. per totam, part. 1. Præpoſitus in cap. epiſcopatum, num. 6. 8. quæſt. 1. Lambert. de iure patron. libr. 2. part. 1. qu. 8. art. 8 nu. 2. Thuſcus lit. B. concluſ. 22. num. 3. & concluſ. 78. & alij multi.*

CONCL. III.

5 In omnibus electionibus, in quibus neceſſariò non eſt attendẽda diſpoſitio cap. quia propter, de elect. electum poſſe à media parte conſentiendo Electioni quaſi de ſe factæ, augere numerum, & complere electionem, & dicere conſentio electioni de me factæ, & non eligo, vel deligo me ipſum: & hoc quando ſua vox vnà cum alijs, qui eum elegerunt conſtituit maiorem partem collegij, vt e. gr. ſi ex ſeptem vocibus, ex quibus Collegium conſtat, gaudeat tribus, tunc conſenſum præſtando auget numerum, & fiunt quatuor: *ſed ſi* ad paritatem tantum, vox *ſua perducit* vota aliorum, ſecus eſt dicendum, quia hoc eſt ambitioſum, vt e. gr ſi ex ſex vocibus, quibus collegium conſtat, duo ſuffragentur ei, tunc non cõſentiendo, & augendo numerum, fiunt tres, & ad paritatem *ſolùm vota* quæruntur

AMPLIATIO.

6 Concluſio non ſolùm prodedit, quando Electio celebratur palàm cũctis audientibus, ſed etiam quando celebratur ſecretò per ſcrutinium priuatum, tunc enim credit Panorm. in cap. cum in iure, num. 5. in fine, de elect. poſſe electum ſimiliter à media parte, poſt publicationem ſcrutinij recedere ab alia nominatione, ſi eam præſtiterat in ipſo ſcrutinio in alium, qui non eſt electus à maiori parte, & conſentiendo, vt eſt ſupra explicatũ, augere numerum, & complere electionem.

Atque

Atque ratio eſt, quia ex quo neceſſariò non eſt ſeruanda forma capit. quia propter, poſſunt variare electores, publicato ſcrutinio, & numerus augeri poteſt, ſicut per notata à dicto Panormitano in cap. licet, de elect. & olim fiebat in electione Romani Pōtificis ante conſtitutionem Gregorij Decimiquinti, quæ incipit, *æterni Patris*, ædita 1621. die 14. Nouembr. & horum omnium ratio eſt, quoniam qui aſſenſum præbet completiuè electioni de ſe habitæ, non videtur ambitioſus, nec ea à ſe oriri, cùm ſit potius vocatus à Deo, & à ſocijs, ſed eſt officium charitatis, ſi bono corde fit, argument. capit. qui Epiſcopatum 8. quæſt. 1.

Cuius præfatæ aſſertionis ampliationem amplectuntur omnes præcitati DD. & alij allegandi.

CONCL. IV.

7 Nullatenus Diffinitor poteſt numerum augere in diffinitorio quatuor vel quinque vocibus conſtante à duobus in Abbatem, ſeu Priorē, &c. electus conſentiendo huiuſmodi electioni de ſe factæ, & electionem cōplere per ſuum votum.

Cuius eſt ratio, quia in prouiſione, quam Diffinitorium celebrat de Abbatibus, ſeu Prioribus, aut Guardianis, &c. eſt omnino ſeruanda diſpoſitio cap. quia propter de elect. vt in ſuperioribus eſt firmatum, quare in omnibus electionibus, aut prouiſionibus, in quibus Regularium Conſtitutiones expreſsè non corrigunt ius commune circa hanc materiam, illud remanet in ſuo robore, & vi, vt ſuprà diximus nuper, in altera controuerſia, ſed cùm eædem conſtitutiones nihil circa præſentem conſtitutionem explicent, conſequenter in hoc quoque ſcrutinio, erit attendēdus modus canonicus, qui in ſcrutinijs alijs ſeruatur: & confirmatur, quia caſus omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis, leg. commodiſſimè, cum ibi not. ff. de lib. & poſthum.

CONTR. VI.

An eligi poſſit, ſeu prouideri in Prælatum Conuentualem, qui non intelligit, neque ſcit ſubditorum idioma loqui, vt ex. gr. An præfici poſsit Conuentui Italico, qui Germanam tātùm poſſidet linguam, vt ei fratres ſubſint, qui dumtaxat Idioma Italicum habent.

1 CONCL. EST NEGATIVA.

2 QVæ expreſsè habetur in cap. quoniā de off. iud. ord. vbi ſic „ dicitur ad rem noſtrā. Quoniam in „ pleriſque partibus infra eandē Diœ„ ceſim permixti ſunt populi diuerſarū lin-

„ linguarum habentes ſub vna fide va-
„ rios ritus,& mores, diſtrictè præcipi-
„ mus, vt Pontifices huiuſmodi ciui-
„ tatum,ſiue diœceſum, prouideant vi-
„ ros idoneos, qui ſecundum diuerſita-
„ tem rituum,& linguarum,diuina,illis
„ officia,celebrent, & eccleſiaſtica Sa-
„ cramenta miniſtrent, inſtruendo eos
„ verbo pariter, & exemplo.

3 Huius Canonis ratio eſt, quia ad Curatum, Præfectum ex officio ſpectant hæc narrata, ſubditis præſtare, vt patet ex cap.omnis vtriuſque ſex. de pœnit.& remiſſ. & capit.inter, de offic.iud.ord.rota,deciſ. 52. num.10. part.2.diuerſ.& deciſ. 340. numer.1. part 2.in recent Sed hæc eadem præfectio exequi nõ poſſit ignorans ſubditorum idioma. Ergo nõ poteſt,nec debet prouideri, ſeu eligi,quod ſi de facto prouideatur, talis prouiſio eſt irritanda per Concil. Trident.ſeſſ. 7. capit.3. de reformat. vbi mandat curatis, vt reſideant, & ſint habiles per ſe ipſos curam animarum exercere,aliàs quod collatio,ſeu prouiſio irritetur.

4 Et quidem meritò, cùm inter maledictiones Dei cõnumeretur habere prelatum ex alienigena gente, qui nõ intelligatur, Deuteronom. capit. 28.
„ Adducet Dominus ſuper te gentem
„ de longinquo, & de extremis terræ
„ finibus, in ſimilitudinem Aquilæ vo-
„ lantis cum impetu, cuius linguam in-
„ telligere non poſſis.Et in Hieremia,
„ cap.5. dicitur, ecce adducam ſuper
„ vos gentem de longinquis.

5 Probatur præterea aſſertio ex reg. Cancel.Apoſt.de Idiomate, quod refertur in ſumma bullarij Quarantæ, tit. Regul. Cancellar. Apoſtol. Item
„ voluit, quòd contingat,&c.

6 Obijcietur autem huic Regulæ Cancellar.eas ſcil. eſſe temporales ad Papæ vitam, qui illas condidit, Geminianus conſil.93. per totum. Anchar.in cap.1.de conſtitution. Zabarella,& Immola in capitul. paſtoralis de fid.inſtrum.& alij multi.

Præterea, licèt Regulæ Cancellariæ ſint leges vniuerſales, vbique ligantes, exceptis quibuſdam caſibus, iuxta communem DD. ſententiam, vt inquit Apoſtillator ad Roman.in verb.refragentur,conſil.260. in propoſito Gomez,in proem.regul.cancel.q.2.n.4. Maſcard. concl.258.cãcellar.regul. quod probent, num. 16. & ideò ſi ad vires collocationũ allegat. reſpiciunt originem actuum inchoatorum, in curias, quod et in præſenti multò magis procedit; quia expoſtulatur,vt Papa conferat, vt rectè adnotarunt prædicti Doctores, maximè verò Rebuffus. Ergo dicta Regula Cancellariæ nihil ad rem probat.

Reſpondetur; Omnia concedendo obiecta,cum hoc tamen, vt aduertatur, quod licèt auferatur ſimpliciter lex, non propterea illius aufertur ratio,quando remanet,non vt ratio,ſed vt lex communis, vt bene edocet Felinus multis adductis iuribus, in. capit.1. column penult.limit.9. verſ. conſidera de reſcriptis.

Sed prædictæ Regulæ ratio eſt, eademque exprimitur in iure communi,ſcilicet,in capit.quoniam,de offic. Iudic.ord.& in alijs iuribus ſuprà relatis, Creſcent.deciſion.13.de præben.& originem trahit à iure naturali,& diuino,Rebuff.& Gomez vbi ſupra,

prà, qu est. 1. quod ex eo probari poſſe videtur, ea res naturalis, & diuina vult vocem paſtoris ab ouibus audiri, & intelligi, ac item paſtori non ignotum eſſe ſermonem ouium, vt dicitur in Euangelio Ioan. 10 cap. & in Ezechiele cap. 3. non enim, &c. ergo, regulæ Cancellariæ ſunt vbique ſeruādæ, tanquam Regulæ iuris communis, quando ſunt extractæ de corpore iuris, vel ex ratione naturali, Marcheſ. vbi ſupra, num. 349. Ergo præfata regula in propoſito optime, & concludenter probat.

8 Adhuc inſtatur ſupradictis, dicendo, vſu eſſe receptum apud Religioſos, vt in partibus remotis, in quibus Religiones in prima ſua nouitate florent, præficientibus e.g. conuentibus Germanis, patres Itali illius linguæ ignari, ergo ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine.

Reſpondetur, id ex neceſſitate hic, & nunc euenire; & pro hoc facit cap. ad decorem, de infelicit. & gloſs. in c. bonæ 2. verſ. alienum, de poſtulat. ad prælatos quibus nō licet ſubditorum confeſſiones audire, niſi quando ipſimet ſponte, aut proprio motu id ab ipſis petierint, iuxta Clementis Octaui decretum. Cum igitur hoc, quod obijcitur, non ſit conſuetudo, ſed neceſſitas, quæ legem non habet, in argumentum trahi nequit, capit. in argumentum de reg. iur. in 6.

9 Demum inſtabitur, idem eſſe iuris de prouincialibus, quod & de prælatis conuentualibus, tum quia præfata regula extenditur etiam ad beneficia electiua à præcitatis Doctoribus, tum quoniam etiam militant eadē prorſus rationes in vtriſque, ſed in prouincialibus videmus contrarium in praxi. Ergo et in prælatis locorum.

Reſpondetur diſparem eſſe rationem, nam neceſſitas, conſuetudo, iura, & præſertim dict. cap. inter, de officio iudic. ordin. facultatem præbēt Epiſcopis, vt per alios poſſint ſibi ſubditis verbum Dei, & Sacramenta miniſtrare; Ideo cum apud Regulares loco Epiſcoporum ſubſtituantur dicti Prouinciales, non vidētur militare æquè prædictæ rationes in eis, ſicut & benè militant in prælatis conuentualibus.

Dixi, æquè, quia conuincimur concedere, eas in aliqua ſaltem parte locum habere, vnde non niſi aliqua rationabili cauſa ſuffragāte id fieri poſſe videtur.

CONTROV. VII.

An ſi quis à ſummo Pontifice reſcriptum impetraret, vt ſibi prouideatur de prima Dignitate vacatura in tali Religione, vtrū ſub tali gratia Abbatia, vel Prioratus, ſeu Guardianatus veniret?

EXPLICATIONES.

PRiuſquam ad Deciſionem difficultatis deueniamus, nonnullas funda-

ſundamentales aſſertiones ponemus quarum ſit

CONCL. I.

1 Si gratiæ hujuſmodi motu proprio, & de mera liberalitate Summi Pontificis procedant, tunc ſunt pleniſſimè interpretandæ: ſic è contrario eſſent reſtringendæ, & ſtrictè interpretandæ, vti ambitioſę, ſi ad petitionẽ Impetrantis, vel alterius, pro eodem factam, impetratæ fuerint, & tunc ſolum gratia motu proprio facta, cenſetur, cum in eadem expreſsè cautum fuerit.

Probatur ex capit. quamuis pleniſſimè, & cap. motu proprio, & capit. ſi pluribus, de præbend. in 6.

DOCT. ALLEG.

2 *Hanc noſtram docent aſſertionem communiter Doctores, in nuper allegatis iuribus, de præbend. in 6. & Felinus in cap. poſtulaſti, num. 13. limit. 6. de reſcript. & Sigiſmundus, dub. 117. de elect. n. 1. & alij multi.*

CONCL. II.

3 Dicendum idem eſt, quamuis conſtet, gratiam ab impetrante petitam fuiſſe, vt videlicet ſit fauorabilis, dũmodo in ea Pontifex explicet ſe eam motu proprio concedere, ſi verò non explicet, eſt odioſa.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent ſic Bald. in cap. niſi, num 4. de offic. Legati, & pluribus citatis, Sanchez de Matrimon. libr. 8. tom. 3 diſput. 1. num. 6. & plenè multis Doctoribus, ac Rotæ deciſionibus relatis, Mart. p. 1. de clauſulis clauſ. 72. per totam, Sigiſmundus vbi ſuprà, & alij neoterici.*

CONCL. III.

5 Quanquam eccleſia non præſumatur collegiata niſi probetur, fallit tamen in Eccleſijs Conuentualibus, quæ de iure communi præſumuntur collegiatæ licet ad ſuperioris voluntatem conferantur, & Monachi illius Conuentus non eligant.

Patet concluſio ex capitul. ſacroſancta.

DOCT. ALLEG.

6 *Aſſerunt ita Innocent. & Hoſtienſ. in dict. cap. Sacroſancta, & ibi Bern. de elect. & cap. nobis, vbi idem Hoſt. num. 2. column. 2. verſ. quicquid eſt, Panormit. num. 8. verſ. item Eccleſiæ, de iure patron. & cap. poſtulaſti, eod. tit. Oldradus conſil. 281. quod prioratus num. 1. Biſign. deciſ. 13. de præbend. Beltrand. in annotat. in fin. ad deciſ. 482. Gregorij Quintidecimi, Rota, deciſ. 9. num. 5. & deciſ. 64. nu. 2. coram Card. Mantica, & deciſion. 259. num. 9 coram Coccino, & alij nominales.*

CONCL. IV.

7 Prædictus impetrans obtinere poteſt prælaturam conuentualem, ſiue ſit electiua, ſiue non, virtute memorati reſcripti Apoſtolici, quando eſt fauorabile, ſiue in eo mandetur prouideri de prima dignitate vacatura, &c. non expreſſo aliquo prouiſionis modo, ſiue exprimatur modus prouiſionis.

Probatur, quia verbum *Prouiſio* in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, vt mox in ſequenti controuerſia dicetur.

DOCT. ALLEG.

8 *Amplectuntur libentiſſimè concluſionem Gloſſa,*

verb.

verb. quamuis, in clement. 1. verſ. fin. quã ibi ſequuntur Imola, Panorm. & Cardin. quaeſt. 5. de praebend. & conſil. 103. Archid. Ioannes Andr. Gemin. numer. 8. & Franchus, num. 2. in cap. cum in illis, § illis vero, de praebend. in 6. Felynus, in cap. in noſtra, num. 26. in fine, trigeſimi primi can. de reſcript. Selua, par. 3. quaeſt. 11. num. 29. 16. qualitate. Æneas, de Falconis, de praeſeruat. q. 3. num. 21. Rota, deciſ. 111. de praebend. in nouis, & eſt communis apud DD. Sigiſmundus, dub. 117. n. 3. de elect.

CONCL. V.

9 Præfatus impetrans, nullatenùs, obtinere poteſt Conuentualem prælaturam virtute prædicti reſcripti Apoſtolici, quando illud reſcriptum eſt odioſum, ſiue ea prælatura ſit electiua, ſiuè non, niſi in eo exprimatur de illa.

Huius aſſertionis eſt, quia verbum *prouiſio*, in odioſis non comprehendit electionem, vt infrà conſtabit Controuerſia ſequenti.

DOCT. ALLEG.

10 *Docent aſſertionem in terminis caputaque deciſ. 36. num. 15. & 16. p. 3. Gonzalez, gloſſa 16. ad regul. Cancellar. numer. 9. Garceus, de benefic. p. 1. c. 6. num. 33. Sigiſmundus, numer. tertio, & caeteri allegandi.*

CONCL. VI.

11 Quando ſumus in odioſis, ſub nomine Dignitatis, venire minimè poteſt, ex. gr. prioratus, cap. ſtatutum, de elect. in 6. & huiuſmodi, eſt certum.

Quia prioratus eſt principalis Dignitas in collegiata, vt num. 5. concl. 3. diximus. Nam nemini in dubium vertitur, quin inter dignitatem ſimplicem, & dignitatem collegiatam illud interſit, quod etiam ſi ad hanc, quis non aſſumatur per electionem; conferri tamen non poteſt, vt autumant Doctores modo allegandi.

DOCT. ALLEG.

12 *Ità autumant Ioannes Andras Archid. & alij, in cap. deliberatione, de offic. Legati, in 6. quos ſequitur Oldradus, in d. conſil. 281. & alij.*

13 *Nec dictis obſtat cap. cum illis, § illis vero, de praebend. in 6. quia vt optime reſpondet idem Oldradus, vbi ſup. num. 3. ibi enim ſermo non eſt de Dignitatibus, & perſonatibus in Eccleſijs collegiatis, vnde cum inter dignitatem ſimplicem, & Collegiatã expreſſa differentia dimidiet, d. c. deliberatione circa principium, ſecundum Archidiaconum, Ioann. Andr. Oldradum, & ſtylum Romanae Curiae, certè, hic locum non habet, d. § illis vero.*

CONTROV. VIII.

An Statuta Ordinis Minorum, quæ electionem Guardianorum præſtãt Miniſtro Prouinciali, ac Diffinitoribus, Miniſter

Generalis, ad ſui arbitrium, Fratrem aliquē, in Guardianum, in vno, vel altero caſu, eligere poſſit.

EXPLICATIONES.

AD huius Controuerſiæ ſolutionem certiorem, placet præponere aliquas præambulares aſſertiones, quarum ſit.

CONCL. I.

1 Ius ſcriptum vbi reperitur nullo modo eſt recedendum, cum arbitrarium non ſit, ſed certum, & deciſum à lege, ſeù ſtatutis loci.

Ac idem eſt iuris de eo, quod à iure non ſcripto, videlicèt, conſuetudine firmatum eſt.

Nam neceſſarium, non arbitrariū, illud dicitur, quod conſuetudine eſt ſtabilitum, cum conſuetudo determinata cenſeatur à lege definita.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius aſſertionis Doctores Bartol. in l. ambitioſa, numer. 1 1. ff. de decr. ab ori. fac. Imola, conſil. 44. numer. 4. Neuiz. lib. 5. Syluæ Nupt. num. 74. Bald. in l. quicumque, col. 5. C. de ſeru. fugi. Ioannes de Anania, in cap. Iudæi, de Iudæis, Fulgoſus, in l. quid ergo pœna grauior, num. 23. de his, qui not. infam. pœnam. Felynus, c. inter cæteras, colum. 4. numer. 12. de reſcript. & in cap. ex literis, numero 14. verſ. 6. gloſſ. de conſtitut. Decius, conſil. 100. numer. 12. Mantua, in cap. nonnulli, numero duodecimo de reſcript. Curt. Iun. in l. 1. numero 30. ff. de Iuris. omnium Iudic. Ripa in l. ſi conſtante numero 31. ff. ſol. matrim. & alij allegandi.*

CONCL. II.

3 In caſibus, vero, in quibus non reperitur aliquid cautum à iure, vel cōſuetudine expreſsè, neceſſariò deſideratur Iudicis arbitrium, ſed à iure regulatum, nempè, à ſimili, ad diſcernendum an reducantur ad caſus expreſſos in iure, & an ſit probabilis æſtimatio eorum; itaut conſideratis ſimilibus diſpoſitionibus, perpenſis multis coniecturis, quæ æquitate potiùs, quam iuris ſubtilitate nituntur, quod iuſtum, & æquum de iure videri poteſt, ſtatuatur.

DOCT. ALLEG.

4 *Ait, ità, Bartolus, in l. ſi Societatem, §. arbitrorum, numero 28. verſ. in quantum in iſto dubio, ff. pro ſocio, & egregiè tradit Tiraquellus, de retracta. lign. §. 2. gl. prima, numero 19. Menochius de arbit. iudic, lib. 1. quæſt. 14. numero 9. Suarez, de legibus, lib. 6. cap. 3. numero 14. & 15. & alij.*

CONCL. III.

5 Hæc omnia hactenus dicta, ita ſunt vera, vt in omnibus prædictis, numquam Iudex propriam ſequetur con-

conſcientiam, ſed iuſtitiam, communi, & publica lege, ſeù conſuetudine, vel ſtatuto loci munitam: quo circà, ſi Iudex affirmet ita rem ſe habere in ſua conſcientia, male defendit.

DOCT. ALLEG.

6 *Docent concluſionem Bald. in cap. 1. §. iudices, num. quinto de pac. iur. fin. quem ſunt ſequuti Cepol. Marſil. Cur. quos ſequitur, & refert Menochius, lib. 1. quæſt. 13. numero 15. & ſeq. vbi latè tractat materiam hanc. Alex. conſ. 218. numero 5. l. 2. Iaſ. in ſtitu. de act. §. ſed iſtæ, num. 138. & 139. & conſil 191. placet mihi, lib. 2. Anchar. ab extra, in cap. num. 403. de conſtitut. & nouiſsimè in etis allegatis March. par. 1. cap. 6. tit. de commiſſ. appell. ex Rom. Curia num. 86 & ſeq. Item d. Iaſ. in §. ſed iſtæ, vbi ſupra numer. 134. idem Menoch. vbi ſup. quæſt. 8. num. 44. Fuſchus de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 21. num. 20. & alij. Nam bonus Iudex, vt ait D. Ambroſius in commentar. in Pſalmum Beati immaculati, ſer. 20. aduerſ. miſerationis tuæ Domine, vt habetur in can. Iudices 3. q. 7.* „Nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis; ſed iuxtà leges, & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati. & paulò poſt, qui iudicat, non voluntati ſuę obtemperare debet, ſed tenere quod legum eſt. Item cap. quamuis vera 11. q. 3.

CONCLVSIO IV.

7 In refutatione inferiorum electorum, ad quos ſpectabat de iure electio, ſemper ea deuoluitur de iure communi ad proximum immediatum ſuperiorem, & ab hoc proximè immediato ad alium proximum immediatum, gradatim, vſque ad Papam.

Conſtat aſſertio ex multiplici iuris, & Doctorum, teſtimonio, in ſuperioribus ferè à principio in hac materia, relato.

CONCLVSIO V.

8 Nec ab illo proximo ſuperiore, ad quem primò facta eſt deuolutio, non deuoluitur illud ius prouidendi ad alium proximum ſuperiorem, & ab hoc iterum vſque ad Papam, &c. niſi interſit eadem cauſa Canonica, & iuſta, ſecundum Canonicas ſanctiones, quę ſufficiens eſt ad efficiendum, vt deuoluatur electio ab illius electoribus primis ad proximum immediatum ſuperiorem illum.

Probatur aſſertio ex illa celebri gloſſa, in cap. ſi poſtquam, verb. prouiſione, de elect. in 6. communiter „recepta, vbi dicitur. Cum quotidie „iura parificent electionem, & prouiſionem cap. ſtatuimus, cap. vt circà, „cap. ſi poſtquam, §. fin. cap. ſi compromiſſarius, cap. conſtitutio, cap. „procurator, de elect. in 6. clem. conſtitutionem, eod. tit. quid iuris de vno, & de alio.

9 Huius ſingularis Gloſſæ dicti ratio, ea eſſe poteſt, quia licèt in odioſis, verbum *prouiſio*, ſit interpretandum, vt non includat electionem cap. cum illis, §. illis vero, de præbend.

in 6. Attamen in fauorabilibus comprehendit etiam electionem: quia tunc continet omnem modum per quem prouidetur Eccleſijs; ſed in præſentiarum ſumus in fauorabilibus, cum agatur de redditu ad ius cõmune, in quo caſu, latiſſima interpretatio eſt facienda, vt de facili res ad naturam ſuam redeat, cap. ab exordio, diſt. 35. l. ſi vnus, §. pactus, nè peteret, vbi Iaſon, num. 6. ff. de pactis, fuſiſſimè, multis cumulatis, Felynus, in cap. cum omnes, num. 8. & in cap. cum acceſſiſſet, num. 5. verſ. hanc declarationem intellige de conſt. Gloſſa cap. ſtatutum, verb. numerandum, de præbend. in 6. & in ſimili dixit Alder. Maſchard. ſuper ſtat. concluſ. 2. num. 170. & communiter omnes. ergo, quid iuris de elect. eſt & de prouiſione.

DOCT. ALLEG.

10 *Partem primam huius rationis Gloſſa, defendunt Panormitanus, & Franch. num. 6. & 7. in dict. cap. cum illis, §. illis vero de præbend. in 6. & clem. 1. eod. tit. idem Panorm. in clement. de elect. num. 1. Coſmos, in pragmatica Sanctione, tit. de reſeruatio. verb. diſpoſitionum. Felynus, in cap. in noſtra, n. 28. ad finem, de reſcript. & nouiſſimè, multis relatis Garceus de benefic. p. 1. cap. 6. num. 33.*

Alteram vero partem docent Geminianus in cap. primo, numero 10. Franch. de elect. in 6. Gloſſa, in clem. fin. verb. prouiſioni, de elect. in 6. Apoſtill. ad Panorm. in rubr. de poſtula. prælat. litt. B. Felyn. multis alleg. in cap. cum omnes, vbi ſupra Rota, deciſ. 141. num. ſecundo in fine, par. 1. in recent. & deciſ. 791. numer. 6. par. 1. diuerſ. Garceus, vbi ſupra numero 31. & alij nominales.

His præambularibus aſſertionibus præmiſſis veluti certiſſimis in hac materia, ſit Controuerſiæ reſponſiua.

CONCLVSIO VI.

11 Generali, nullo pacto, eſt arbitrarium, ſua auctoritate, Guardianos eligere, in vno, vel altero caſu neceſſitatis, ad ſui ipſius arbitrium, niſi ſit caſus, in quo deuoluitur huiuſmodi prouiſio à Definitorio, & Prouinciali ad Generalem, tamquam ad ſuperiorem immediatum ſecundum Iura Canonica expreſsè, vel reductiuè, vt in ſuperioribus aſſertionibus eſt explicatum.

DOCT. ALLEG.

12 *Sic namque in ſimili inquit Gonzalez ad regul. 8. Cancell. in probam. §. 4. numer. primo, verſ. quando in caſu dicta, &c. vbi apertè ſcribit numquam deuolui prouiſionem, ſi talis deuolutio non reperitur in iure ratione cauſæ, quam præmanibus habemus, aliàs, ait, in gloſſa 11. numero 62. dicendum eſſet, tot iura de deuolutione loquentia eſſe correcta, ac destructa, quod eſt abſurdum per legem, ſi quando, C. de inf. teſtam. cum ſimilibus Sigiſmundus, dub. 118. num. 9. alijuè nominales recentiores.*

CONCL. VII.

13 Statuta, ſeù Conſtitutiones nouæ tùnc

tunc recipiunt magis interpretationem à ſtatutis antiquis, ac à conſuetudine antiqua, vbi verba ſunt dubia; vbi vero non ſunt ambigua, ſed clara, cuiuſmodi ſunt ſtatuta noua in ea Religione, quę expreſsè Guardianorum electionem, prouinciali, & Definitorio præſtant, non eſt locus interpretationi.

DOCT. ALLEG.

14 *Ità autumant Gloſſa in cap. cum dilectus, verb. iuri communi, vbi Doctores, & iura allegantur. Panorm. num. 21. de conſuetud ne, Rota deciſ. 108. num. 6. par. prima, & deciſ. 37. numer. 27. par. ſecunda, & in alijs deciſionibus cumulatis per Garceum, de benefic. par. 5. cap. quart. num. 210.*

Nam ſi hę conſuetudines, & ſtatuta ſunt variata pro varietate temporum, vt affirmat Corduba, ſequitur nullam extare conſuetudinem, quia modus circa electionem ſæpiſſimè immutatus, & variè obſeruatus, conſuetudinem inducere nequit, vt inquit Rota deciſ. 65. n. 16. p. 1. in recēt.

CONCL. VIII.

15 In defectu, & carentia prouincialis, ac Definitorij, Generalis poteſt in eo caſu, ſupplere, nimirum, induci poteſt contra ius commune, talem conſuetudinem Guardianos eligere.

Diximus, *contra ius commune*; nam, de iure communi deberet ad Conuentum redire, vt benè Innocentius, in cap. cum noſtris, num. 1. in fine, de conceſſ. præbend. aduertit.

DOCT. ALLEG.

16 *Huius ſunt ſententiæ Panormitan. in clemen. & ſi principalis, in 6. de reſcriptis Sigiſmundus, num. 13. dub. 118. de elect. & alij allegati, & nominales.*

CONCL. IX.

17 Ad Generalem, & Capitulum Generale, Guardianorum prouiſio ſpectare poteſt, quatenùs gaudent poteſtate condendi ſtatuta circa Guardianos ſui ordinis.

Guardiani enim, qui ſecundum ſtatuta Ord. Fratrum Minorum aliter, quam per electionem inſtituuntur, ſunt verè Guardiani, vt Clemens Quartus indulſit, ſicut in ſuperioribus retulimus. ergo ſpectare poteſt ad generalem, & capitulū generale guardianorum prouiſio.

CONTROV. IX.

Pręlati Conuentuales electi per viam prouiſionis, vtputà à Prouinciali, & & á Definitorio quomodo confirmentur.

EXPLICATIONES.

1 IN præſentiarum præſupponendum eſt tanquam certum, illa

illa beneficia non cenſeri electiua, quę prouidentur per electionem, quę non eget confirmatione Superioris, vt in ſuperioribus eſt firmatum ſicut etiam eſt certum huiuſmodi electionem, dici prouiſionem, vt autumant Card. Gloſſ. Franch. Felynus, Gloſſator, Selua, Rebuff, Coraſius, Coſmas, Quintanaduennas, apud Garceum, p. 1. de benefic. cap. 6. n. 23. quos ipſa ſequitur, ac approbat. Modo nè per ignotos terminos procedamus, eſt primum videndum, quid prouiſio ſit, & quot ſpecies prouiſionis ſint per aſſertiones dicemus.

CONCL. I.

2 Prouiſio fit per deuolutionem ad „ſuperiorem, vt quando Monachi eli„gendo indignum, ſunt priuati pro il„la vice poteſtate eligendi, quæ ele„ctio deuoluitur ad ſuperiorem imme„diatum, & illud, quod facit ſuperior, „vocatur prouiſio. Aliquando ſupe„rior hoc facit iure ſuo, ſicut plures „Abbatiæ habēt prioratus ſub ſe, quos „conferunt Abbates iure ſuo, & non „eligunt Monachi illius prioratus Cō„uentualis, & talis collatio, quam facit „Abbas de prioratu Conuentuali, vo„catur prouiſio.

Cuius deſcriptio eſt Gloſſę in cap. 1. poſt fig. caſus, verb. nota primo de elect. in 6.

3 Prouiſionis autem ſpecies quot ſint, eſt altioris indagine: nam prò præſenti materia, eſt omninò neceſſarium eam repetere diſtinctionem, quam tradunt Doctores de poſtulatione in ſolemnem, & non ſolemnem.

Poſtulatio ſolemnis dicitur, quando ab illo poſtulatur, qui poteſt diſpenſare ſuper omni impedimento poſtulati. Non ſolemnis vero dicitur quando poſtulatur ab eo, qui non poteſt diſpenſare ſuper omni impedimento poſtulati, requiritur tamen eius conſenſus. e g. Canonici eligere volunt Monachum in Epiſcopum; ſed quia Monachus nequit conſentire ſine licentia Abbatis, cap. ſi Religioſus, de elect. in 6. Canonici poſtulent ab Abbate, vt eis concedat, Monachum illum; tunc ſi Abbas conſenſerit, hæc admiſſio poſtulationis non habet vim electionis, & confirmationis, ſed debet de nouo eligi, & peti electionis confirmatio.

Poſtulatus vero, poſtulatione ſolemni, de ſtylo Curiæ Romanæ, admiſſa poſtulatione conſequitur ius, ac ſi fuiſſet electus, & confirmatus, vnde non indiget alia electione, vel confirmatione, vt patet ex cap. gratum, de poſtulat. prælat.

DOCT. ALLEG.

4 *Ità tradunt dictam diſtinctionem Panorm. in c. 1. n. 34. de poſtulat. prælat. & in c. quia propter, in 2. q. de elect. Gloſſa 2. in c. fin. de elect. in 6. Decius in rubrica, de poſtulat. prælat. num. 12. Lambertinus, de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 12. q. 1. princip. Sayrus de cenſur. lib. 2. cap. 6. num. 10. & communiter Doctores.*

5 *Itaque hac diſtinctione repetita de poſtulatione, pari ratione nos poſſumus diſtinguere prouiſionem in ſolemnem, & non ſolemnem.*

CON-

CONCL. II.

Prouiſio non ſolemnis eſt, quando ille, qui habet prouidere, non poteſt confirmare, e.g. compromiſſarij, in quos electio compromittitur, qui licèt eligant, non tamen gaudent confirmandi authoritate electionem, quã pronunciant, & hos meritò poſſe vti verbo prouideo, & verbo eligo. in electione pronuncianda, & de hac hic ſermo non eſt,

DOCT. ALLEG.

6 *Ita gloſſa, in cap ſicut, verb. compromiſſi, de elect. in 6. Archid. ibid. & ſunt textus, cap. quia propter, & cap. cauſam, quæ de elect. & vti poteſt verbo eligo, per c. cũ dilectus, & c. cũ in veteri, de ſortil. eccl. Bal. conſ. 480. ver. Papæ per totũ, lib. 5. Tuſch. lit. P. conc. 950. num. 2. & alij allegandi.*

CONCL. III.

7 Prouiſio ſolemnis eſt, quando ille, cui ſuffragatur ius eligẽdi, etiam ſuffragatur ius confirmandi. & hoc dupliciter euenire poteſt ſecundũ Doctores infra citandi.

DOCT. ALLEG.

8 *Tradunt aſſertionem Gloſſa in cap. vt circa, verb. electionis de electione in 6. Panormit. in cap. cauſam, quæ, nu. 6. verſ. 2. quæritur, & in cap. ne pro defectu, num. 4 verſ. not. vlt. ibi de elect. & in cap. dilectus filius, num. 3. de conceſſ. præbend. in quibus locis allegat Innoc. & Gloſſam in capit. inter canonicos, de elect. in clem. fin. de beneficio, de præbend. & in capit. cum veniſſent de inſtit. Ioann. Andream, in cap. ne pro defectu de elect. Dom. de Rota, in varijs deciſionibus, & alios recitat.*

9 Nam aut in eadem perſona hæ duæ poteſtates eligendi, ſcil. & confirmãdi concurrunt eodèm iure, & officio, licèt altera earum ſit iure deuolutò, Aut concurrunt diuerſo iure, & officio.

Primi modi exemplum ſit, puta prouincialis cum diffinitorio authoritatem habet de iure communi, electionem priorum confirmandi, ſeu Guardianorum, Panormit. in cap. monach. num. 10. per illum textum, §. prioratus, de ſtatu monachorum, & per cap. cum ad monaſterium, §. nec alicui, eod. tit. & etiam ſupponamus habere authoritatem, & ſi iure deuoluto, ex vi generalium conſtitutionum celebrãdi eandem electionem ipſorum Priorum, ſeù Guardianorum, vnde poteſtas eligendi, & poteſtas confirmãdi, concurrunt in eadem perſona prouincialis, & definitorij eodem iure, ſeu officio, nimirum, vt Prouincialis, & definitorium ſunt, &c.

Secundi modi ſit exemplũ, ſi e.g. generalis fungeretur officio compromiſſarij in aliquo capitulo congregato ad electionem Prouincialis celebrandam, tunc hæ duæ poteſtates cõcurrunt in vna perſona diuerſo iure, ſeu officio, quia habet eligere vt compromiſſarius, & confirmare vt Generalis.

His itaque præambularibus concluſionibus præmiſſis ſit reſponſiua quæſito.

CONCL. IV.

10 Generalis; qui fungitur compromiſſarij officiò minimè vnico actu ſe expedire poteſt, cùm haud debeat iſtas poteſtates miſcere, vt ſcilic. alius eligat, & alius confirmet, iuxta modũ ſecundum, in num. 9. dictum.

Nam in præſentiarum de huiuſmodi

di modo non loquimur, nec etiam dicta deſcriptio intelligitur prouiſionis, cum hæc coincidat cum memorata prouiſione non ſolemni.

CONCL. V.

11 Prouincialis, ac definitorium poſſunt ſe expedire vnico actu, nempe, eligere, & confirmare ſimul, & ſemel, & procedere per veram viam prouiſionis ſolemnis, tali namque modo eligunt & confirmant.

Prouiſio enim vim habet electionis, ac confirmationis, & de hac vera prouiſione ſemper ſumus intelligendi, cũ dicimus, Priores, aut Guardianos non per electionem, ſed per prouiſionem inſtitui.

DOCT. ALLEG.

12 *Doctores huius aſſertionis ſunt Bald. dict. con. 486. verſ. ſimiliter etiam verbum, relatus à Tuſcho, vbi ſupra num. 1. Innoc. in cap. cum olim de cauſ. poſſeſſ. & propr. gloſſ. in cap. 1. verb. prouiſionem, & in cap. vt circa, verb. electiones, de elect. in 6. & ibi Domin. Panormit. vbi ſupra in cap. ne pro defectu, et in cap. cauſam quæ, de elect. in 6. Imola, in cap. auditis, colum. 3. & quaſi ad finem, de elect. Geminianus, conſil. 15. num. 3. verſ. quia verbum prouiſio, apud Tuſch. vbi ſupra num. 1. Syluestr. verb electio, 2. quæſt. 19. in fin. Cucbus, libr. 4. Inſtitut. maior. verb. ſeu titul. de confir. maioris, & confirmati poteſt. num. 52. Sigiſmundus dub. 119. num. 6. & alij.*

CONCL. VI.

13 In ordine Fratrũ Minorum Guardiani electi, ſeu prouiſi à miniſtro prouinciali, & diffinitorio, alia confirmatione non egent, ſed mox remanẽt per huiuſmodi prouiſionem confirmati, & adminiſtrare poſſũt in ſpiritualibus, & temporalibus.

DOCT. ALLEG.

14 *Ita affirmant eiſdem prorſus formalibus verbis Felinus, in cap. cum te, num. 3. de reſcript. quem Rota approbat coram Coccin. Decano, penes Marcheſ. tit. deciſ. imprimend. omiſſæ, fol. mihi, 495. num. 8. Bald. conſil. 324. verſ. quod dicti ſtatuenies, per totum, quem ſequitur Tuſchus vbi ſupra, num. 6. compoſtillat in cap. cum inter canonicos, de elect. Mil. in verb. electio, q. 2. Toloſ. in tit. de elect. c. 19. num. 5. Sigiſmund. vbi ſupra numer. 7. & alij nominales.*

15 Quicquid verò in contrariũ aſſerat Rodoriquez, tom. 2. q. 6. art. 6. inquiens, neceſſe eſſe Guardianos per Prouincialem, & diffinitorium electos in ordine minorum ſtatim remanere confirmatos authoritate Apoſtolica, ex priuilegio Clementis IV. à nobis ſuprà relato, aliàs, dicit, minimè poſſe exercere poteſtatem *in ſpiritualibus*, & temporalibus, ſed equidem toto cælo errauit, cum taliter prouiſi non indigeant alia confirmatione, & conſequenter adminiſtrare poſſunt non obſtante capit. auaritiæ, de electiõn. in 6. vt dicti autumant Doctores.

16 Et quamuis Oldradus conſil. 146. factum eſt, de conſuetudine Eccleſiæ Edunenſis, num. 5 afferat per ea, quæ ibi congerit, loco confirmationis habere inſtallationem, ſeu aliquid ſimile. Nihilominus tamen intelligendũ eſt de electione propriè dicta, quæ requirit factum alterius, videlicet ſuperioris confirmantis Rota deciſ. 66. num. 5. coram Gregorio XV. non autem de prouiſione, quia aſſumptus nõ via electionis, ſed prouiſionis adminiſtrare poteſt abſque alia confirmatione vel inſtallatione, vt bene edocet Felinus, vbi ſupra referens Imolã, & alios.

17 Ro-

17 Rodriquez autẽ quomodo ſit deceptus, dicendum eſt, vel quoniam nõ cognouit hanc eſſe prouiſionem, vt eod. tom. innuit quæ. 51. art. vlt. in fin. & quæſt. 52. art. 5 ad finem, vbi gratis ſibi fingit, Guardianorum electionẽ à definitorio habitam, eſſe compromiſſariam, ex eo, quod tota prouincia in vnum cõgregata, tacitè compromittat dictam electionem Guardianorũ in prouincialem, & definitores, vnde ipſi poſtea tamquam compromiſſarij deſignantur, quæ omnia, quàm longè à veritate diſtent, libet ex dictis de compromiſſario abſoluto, in ſuperioribus videre. Aut dicendum eſt, Rodriquez fuiſſe deceptum, ex eo, quod ſi cognouit hãc eſſe prouiſionem, non cognouit tamen prouiſionis vim, & naturam, vt ex relato ſuo artic. 6. qu. 53. apertè monſtrat.

CONTR. X.

An Abbates, Priores, guardiani, & cęteri Prælati Conuẽtuales regulares iuriſdictionem, ac authoritatem aliquam habeant, & qualem.

EXPLICATIONES.

1 IN præſenti controuerti põteſt de duplici ſpecie prælatorum Conuentualium, nimirum de prælati, electis iuxta iuris communis diſpoſitionem, aut de prælatis contra idem ius commune, prouiſis, de qua duplici electione iam ſupra ſatis dictum eſt, & quoad primam ſpeciem quidem prælatorum conuentualium attinet, ſcilic. de illis, qui eliguntur à ſuo collegio, & confirmantur à ſuperiore, fit.

CONCL. I.

2 Prælati Regulares Conuentuales, iuxta iuris communis electi à fratribus conuentualibus, diſpoſitionem, nulla eſt difficultas, quin iuriſdictione ordinaria gaudeant, penes conſtitutiones ſuorum ordinum.

Cuius eſt ratio, quia illam habent à iure communi. Ergo vera concluſio.

DOCT. ALLEG.

3 *Amplectuntur aßertionem Innocent. in cap. cum ab Ecclesiarum, num. 1. de offic. ord. Rota deciſ. 2. num. 1. tit. de preſcript. in nouiſ. Sanchez libr. 8. de matrim. diſput. 3. numer. 9. alios multos allegans, quem de his prelatis, intelligimus, Sigiſmun. dub. 120. n. 2. & cæteri nominales.*

CONCL. II.

4 Præfatis prælatis, dicto modo, electis, priuilegia omnia fauent eis ſimpliciter conceſſa, dummodo illis non eſſet in capitulo generali renunciatum eius talis religionis, in quo concurrunt conſenſus omnium religioſorum illius religionis, ſaltem mediatè, videlicèt mediantibus diſcretis, ſeu ſocijs prælatis, &c. atque alijs, qui nomine omnium, & ſingulorum de ordine interſunt ipſi capitulo.

Huius eſt ratio aſſertionis, quoniam priuilegij vſus eſt voluntarius, & quilibet poteſt proprio fauori renuntia-

tiare leg. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.& capit.cum receſſiſſent, de conſtitu.& capit.ad Apoſtolicam, de regul. ſed capitulum renunciare poteſt iuri eligentium, vt proprio, vt in ſuperioribus eſt reſolutum, ac probatum, Ergo.

DOCT. ALLEG.

5 *In terminis, quod Religioſi renunciare poſſint ſuis priuilegijs, ſi ſolummodo cōcernant ipſorum fauorem, non verò Papæ fauorem aſſerunt Ioann. Andr. in capit. cum tempore, de arbitr. Franch. in capit. 1. de pactis, in 6. num. 1. & ibi, num. 5. Gemin. Oldradus conſil. 206. Sarnenſis de triennali quæſt. 94. num. 11. & de annatis, quæſt. 4. num. 4. quem cum alijs præallegatis approbat, & allegat Rota deciſ. 229. in fine cap. part. 2. in recent. & omnes clauſulæ appoſitę in priuilegijs, cenſentur habere clauſulam, id eſt,* quatenus pars, *vti velit. Suarez tom. 4. de religione, tract. 8. lib. 2. cap. 22. num. 15. Sigiſmundus, numer. 3. dub. 120. & alij.*

CONCL. III.

6 Prælati regulares locales non electi conuentualiter ab illis, ad quos de iure communi ſpectat, ſed prouiſi, nulli eſt dubium, eadem authoritate potiri, quæ ſimpliciter conceditur ipſis prælatis inferioribus, quæ authoritas non verſatur, ſcilic. circa iuriſdictionem in ſubditos.

Probatur cōcluſio, quia adeſſe prælaturæ non requiritur neceſſariò, vt quis debeat eſſe perpetuus, videlicet, vt eligatur ab vniuerſitate ſubditorum, clem. & ſi principalis, vbi gloſſa, verb. per electionem, & Panorm. nu. 6 de reſcript. iuncta doctrina, quam ſuperiùs tradidimus.

Vnde iure merito, omnia, quæ conceduntur non ratione iuriſdictionis in ſubditos, ſed ratione dignitatis ſolum æquè cōpetunt vtriſque Prælatis, id eſt, electis, & prouiſis, quia tam hi, quàm illi ſunt prælati.

7 Itaque tota difficultas in hac materia verſatur, & reſtringitur ad authoritatem in ſubditos, quanta nimirum ſit, quæ competit prælatis nominatis, videlicèt, non electis, ſed prouiſis, ad cuius ſolutionem ſit præambularis in ordine.

CONCL. IV.

8 Religiones, conſtitutiones, ſeu ſtatuta condere nequeunt contra ius commune, niſi ſpecialia priuilegia illis ſuffragentur, ſiue niſi confirmentur in forma ſpeciali à ſummo Pontifice, aliàs nulla ſunt, ſicut eſt in ſuperioribus probatum.

CONCL. V.

9 Statuta, ſeu conſtitutiones, quæ electionem prælatorum conuentualium auferunt à ſuis conuentibus, et eam alijs præſtāt, *ſunt correctoria iuris communis.*

DOCT. ALLEG.

10 *Iſta aſſerit Rota, deciſ. 65 num. 9 part. 1. in recent. & alij ab ea relati, Sigiſmund. dub. 120. numer. 4. de elect. & cæteri allegati in ſuperioribus, ſcil. controuerſia 1. huius Diſputationis.*

CONCL. VI.

11 Prælati conuentuales, qui aliter, quàm per electionem inſtituuntur, nulla alia authoritate gaudent in ſibi ſubditos, niſi illa, quam eis præbent ſtatuta, ſeù decreta ſuæ religionis, quatenus ſunt confirmata à Summo Pon-

Pontifice in forma ſpeciali, vel ſecundùm tenorem priuilegiorum Apoſtolicorum, quorum virtute ſubſiſtunt ipſamet ſtatuta, & non ſunt nulla, nempe correctoria iuris communis.

CONCL. VII.

12 Abbatibus localibus congregationis Caſſinenſis Monachorum ordinis Sancti Benedicti, qui à regimine, ſeu definitorio eliguntur, competere omnem iuriſdictionem, omnia priuilegia, & gratias tam ſpirituales, quàm temporales in ſibi ſubditos, quę competerent eis, ſi eligerentur à ſuis ſubditis.

13 Ratio eſt, quonian in ordinationibus, quas Paulus V. anno 1607. præſcripſit dictæ congregationi, & confirmauit anno 1608. in §. 14. ſtatuit, ſingulos Abbates, cuiuſque Prouinciæ, monaſterijs congregationes definitorij, & Regiminis arbitratu, deputari, ac præfici. Et in §. 30. addit, ſe pro præmiſſorum complemento, approbare omnia, & ſingula priuilegia, libertates, &c. quæ ipſi congregationi conceſſa ſunt à prædeceſſoribus ſuis, &c.

CONCL. VIII.

14 Superiores locales quoſcūque Ieſuitarum, nullam aliam authoritatem habent, nec priuilegijs fruuntur, niſi vt eis concedit Generalis. Nam eorum electio eſt tota penes dictum prępoſitum Generalem, & non penes ſubditos, prout iura poſtulant. Et hoc totum confirmatum eſt in ſpecie à Gregorio Decimoquarto in bulla, Eccleſiæ catholicæ, ædita 1591. die 28. Iunij, §. vbi ſic dicitur;

„ Electio verò ſuperiorum tam Pro-
„ uincialium, & Viſitatorum, quàm
„ quorumcumque localium, tota ſit pe-
„ nès Præpoſitum generalem, iuxta cō-
„ ſtitutiones eaſdem, prout penès ip-
„ ſum eſſe, & conſeruari diſtrictè præ-
„ cipimus, cum poteſtate illorum fa-
„ cultatem reuocandi, reſtringendi, &
„ etiam augendi, ac adminiſtrationis
„ rationem ab illis exigendi, & eoſdèm
„ ab officio remouendi, prout in domi-
„ no iudicauerit expedire. Ita Suarez vbi ſupra.

CONCL. IX.

15 Guardiani Fratrum Minorum authoritate potiuntur in ſibi ſubditos, & omnibus priuilegijs in hac parte fruuntur, ſecundum quæ ordinis inſtituta eis permittunt, quæ authoritas eſt eadem prorſus, quæ ſuffragatur Prælatis conuentualibus electis.

Nam teſte collectore priuilegiorum in compend. tit. cuſtodes, numer. 1. ex quo Guardiani fratrum Minorum nō erant electi à Communitate non videbantur Curati ordinarij, ideo impetratum fuit priuilegium Clem. IV. ſupra relatum, in quo eis datur authoritas, iuxta ibi explicata.

CONCL. X.

16 Præfatorum Guardianorum Fratrum Minorum authoritas varia eſt inter ſe, penès diuerſa ſtatuta, ac varias conſuetudines vniuſcuiuſq; congregationis eiuſdem ordinis.

Nam e. g. minori poteſtate gaudebunt

bunt

bunt Guardiani Capuccinorum, quã Guardiani de Obſeruantia, ſeù Fratrum Conuentualium, & ſimiliter minorem authoritatem in ipſa Congregatione exercebit vnus, quàm alter Guardianus, vt e. g. apud minores conuentuales, maior forſan authoritas ſuffragabitur Guardianis, qui ſunt de menſa Generalis, quàm alijs, quorum prouiſio ad Prouinciale definitorium ſpectat.

Et omnium ratio eſt dictorum, quia in relato Clementis Quarti, priuilegio, cuius vigore ſubſiſtunt dicti Guardiani, eis conceditur, vt poſſint ſoluere, & ligare iuxta ordinis inſtituta, vnde cùm illa ſint varia, iuxta varias eiuſdem ordinis congregationes ſequitur eſſe veram noſtram Cõcluſionem.

CONCL. XI.

17 Guardiani Capuccinorum nequeunt ſibi caſus reſeruare, vel à reſeruatis abſoluere, virtute priuilegiorum, quæ referuntur in compendio tit. abſolutio ordinaria, quoad fratres, num. 17. & 37. & à Coriolano de caſibus reſeruatis, par. 1 ſect. 1. artic. 22. num. 2. in 3. ædition. quod tamen poterunt Guardiani alterius congregationis Franciſcanæ.

18 Et ratio eſt, nam ſtatuta cõgregationis Capuccinorum, ca. 1. circa mediũ, renunciarunt expreſsè omnibus priuilegijs, &c. regulam relaxantibus, quod non fecerunt ſtatuta dictæ alterius cõgregationis, ſed memorata priuilegia ſunt huiuſmodi. Ergo.

Minor probatur, quoniam Regula fratrum Minorum c. 7. decernit caſus reſeruẽtur prouincialibus. Ergo non ſuperioribus localibus. Ita. n. recurrẽdũ eſt ad prouinciales, nõ ad inferiores, ſed nõ ob hoc excluduntur ſuperiores, nempe Generalis, &c.

DOCT. ALLEG.

19 *Sunt huius ſententiæ in proprijs terminis Sigiſ. dub. 120. n. 10. de elect. Suar. to. 4. de Religion. tract. 8 lib. 2. cap. 14. n. 16. in fin. & c. 22. n. 2. & in ſimili gloſſ. & Rota exponunt c. nullã, 18. q. 2. & alij allegandi.*

CONCL. XII.

20 In illis religionibus, in quibus non eliguntur prælati locales à ſuis conuentibus, à ſancta ſede Apoſtolica, illis haud conceditur niſi talis, ac talis authoritas limitata nec eis in *hac parte* iuuat priuilegium communicationis, vel confirmatio Apoſtolica, vel quoduis aliud, &c.

Huiuſmodi namque Prælati nulla alia authoritate gaudent in ſibi ſubditos, niſi ea, quam illis *præſtat præfata* conceſſio, per quam *non annullatur* eorum prouiſio, ſed ſubſiſtit, & extra caſus, in ea conceſſione expreſſos, minimè extenditur illorum facultas, nec priuilegijs alijs gaudent, quæ conceduntur ſimpliciter prælatis localibus electis, niſi in eis ſpecialiter, & expreſsè addatur clauſula, vel conſimilis videlicet, Prælati conuentuales, etiam ſi aliter, quàm per electionem inſtituantur.

21 Ratio fundamẽtalis huius aſſertionis, ex qua deinde omnes dictę cõcluſiones pẽdent, eſt, quoniã ſtatutũ correctoriũ iuris cõmunis nõ recipit interpretationẽ benignã à iure cõmuni ſiue à priuilegijs conceſſis Religionibus,

nibus, quia eſt ſpecies extenſionis, quæ eſt prohibita in hac materia correctoria; vnde non eſt trahendum vl-,, tra caſus in eo expreſſos. l. præcipimus, in fin. C. de appellat. gloſſ. in c. ,, quamquam, poſt figur. caſus, verſ. nota primo, de elect. in 6. Rota, deciſ. 840. coram Card. Seraphino, & dec. 511. num. 11. & deciſ. 661. num. 4. p. 1. in recent.

Sed prædicta ſtatuta Regularium, quæ dant electionem prælatorum Conuentualium alijs, quam ſuis Cōuentibus, ſunt correctoria iuris communis, eidemque aduerſantur, vt ſup. eſt dictum. ergo non ſunt extendenda vltra caſus expreſſos, in eorum cōfirmationibus Apoſtolicis, ſiue priuilegijs ſpecialibus, quorum virtute, non ſunt nulla.

22 Si enim, e.g. Papa æquare voluiſſet Conuentuales prelatos contrà ius commune, electos, alijs eiuſdem Religionis Canonicè electis, non fuiſſet locutus limitatè, ſed neceſſariò, eorū auctoritatē reduxiſſet ad terminos iuris communis, & omnium priuilegiorum ordinis, in omnibus, & per omnia, vt fecit in ordinationibus Caſſinenſibus.

23 Conſultò equidem diximus in maiori propoſitione, *ſiuè à priuilegijs Religionibus conceſſis*: quia priuilegia non vni, vel alteri perſonæ conceſſa, ſed toti Religioni, aut communitati in perpetuum æquantur legi, & propterea habentur, ac ſi in corpore iuris eſſent inſerta: ſunt namque conſtitutiones perpetuæ.

DOCT. ALLEG.

24 *Sic aiunt Oldradus, conſil. 300. num. 4. verſ. conſiderandum eſt. Henriquez, multis relatis, lib. 7. cap. 22. num. 3. & c. 24. num. 4. in fine. Sanchez, lib. 8. de matrim. diſp. 1. num. 13. Fuſchus, de viſitat. Eccleſ. libro ſecundo, capitulo 16. numero quinto. Sigiſmundus, vbi ſupra num. 13. & alij.*

CONCL. XIII.

25 Statutum correctorium, duplicem interpretationem, à iure communi recipere poteſt, paſſiuam ſcilicet, & actiuam, vt eſt doctrina communiter recepta.

Paſſiua eſt illa, per quam ius ſe extendit ad ipſum ſtatutum.

Actiua, vero, eſt illa, per quam ſtatutum extenditur.

DOCT. ALLEG.

26 *Docet Mareſcottus, lib. 2. variar. reſolut. cap. 80. n. 12. Maſchard. ſuper ſtatuta, concluſ. 2. numer. 236. Sigiſmund. dub. 120. num. 14. de elect. & alij: quando ferè à principio fuit dictum, ſtatutum Correctorium, recipere interpretationem à iure communi, intelleximus, de paſſiua, quæ numquam excluditur licet mandaretur in ipſomet Statuto obſeruari ſtatuta, prout iacent, abſque alia interpretatione. Aret. conſ. 109. & 162. num. 9. Alex. conſ. 88. n. 4. lib 1. Soc. conſil. 151. num. 14. lib. 2. Ripa in l. 2. numero 22. & in l. nemo poteſt, ff. de legat. primo, vbi de communi Statutum, ſicut etiam Decius, conſil. 16. num. 3. in calce Rota, deciſ. 2. numero 4. coram*

Coccino, quando autem hic dicimus, ſtatutum correctorium iuris communis non recipere interpretationem à iure communi, intelligimus de actiua propter rationem ſupra dictam.

27 Huiuſmodi, ſiquidem, fundamētalis doctrina tradita, confirmatur vlterius: nam vſus, & praxis, eſt iuxtà communem ſententiam; ſed vſus, & praxis circà auctoritatem localium ſuperiorum, in omnibus Religionibus ſe habet, vt diximus in aſſertionibus, & ſic dicta priuilegia, idem vſus eſt interpretatus. ergo hæc, hactenùs, fundamentalis tradita doctrina eſt iuxtà communem ſententiam, cum nullum aliud firmius inueniri poſſe videatur, quam hoc ipſum, vt ex alijs recitatis conſtat.

DOCT. ALLEG.

28 *Placet talis doctrina fundamentalis Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 40. ſect. 2. num. 36. Leſsius fauet, lib. 2. de iuſt. cap. 34. num. 120. verſ. nihilominus in praxi, Sigiſmundus ſuffragatur vbi ſupra n. 15. & alij autumant.*

29 Sed his habitis, obijcietur ſic. Nam ſi ſtatutum Correctorium iuris communis ſemper interpretationem paſſiuā recipit, ac interpretatio paſſiua eſt illa, per quam ius ſe extendit ad ſtatutum. ergo priuilegia conceſſa prælatis Conuentualibus ſimpliciter fauebunt eis abſque diſtinctione.

Patet conſequentia, quoniam ſunt priuilegia, ſcilicet Ius, quod ad illos extenditur.

Reſpondetur, ſi priuilegium poſſit effectum, vel vtilitatem habere, ſine derogatione iuris communis, non habere vim ad derogandum ei, niſi hanc extenſionem expreſsè, & formalitèr contineat. Cum ergo priuilegia, quæ prælatis localibus conceduntur, poſſint operari cum Canonicè electis non ſunt trahenda, & extendenda ad alios electos contra ius commune, quorum inſtitutio eſt nulla de iure, vt dictum eſt, niſi hanc extenſionem expreſsè, & formaliter contineat, vel niſi aliundè id habeatur, ſiue per alia priuilegia eidem Religioni conceſſa, ſeù per priuilegium communicationis, aut demum, per confirmationes Apoſtolicas, &c.

DOCT. ALLEG.

30 *Reſponſioni huic ſubſcribunt Suarez lib. 8. de legibus, cap. 14. num. 4. cum alijs Doctoribus relatis. Sigiſmundus, n. 16. vbi ſuprà.*

CONTROV. XI.

An Superiores Locales Regulares, alitèr, quam per electionem inſtituti, ſint verè Prælati, ac priuilegio eligēdi ſibi Confeſſorem non approbatum, à maioribus Prælatis, gaudeant.

CON-

CONCLVSIO I.

1 Abbates, Priores, Guardiani, & cęteri Superiores locales Regul. licèt non electi, ſed inſtituti ſint à Prouincialibus, & Definitoribus capituli, nihilominus ſunt verè prælati.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt docentes aſſertionem Panormit. in cap. 2. de pœnit. & remiſſ. Gloſſa, Geminianus, & Franchus, in cap. nullus, de elect. in 6. Felynus, in cap. cum olim, num. 1. de maior. & obed. Angelus, verb. Delegatus, num. 3. Syluest. eod. verbo, & n. Azorius, par. 2. lib. 3. cap. 13. q. 7. & cap. 25. in fine. Sigiſmundus, dub. 121. num. 1. de elect. & alij referendi.*

Et minimè obſtat hos Doctores loqui de prælatis Conuentualibus ſimpliciter, ſine reſtrictione, & cum clauſula, id eſt quoquo modo electis, *ac ideo eſſe intelligendos, v.g. de ſuperioribus, à ſuis Conuentibus electis, iuxtà dicta in ſuperiori Controuerſia. Nam dicimus, cum tali reſtrictione, eos dixiſſe, ordinarios prælatos, Oldrad. conſ. 281. quod prioratus, & adducit cap. ſcriptum eſt, de elect. cap. cum in Eccleſijs, de maior. & obed. cap. decernimus, de iud. Panorm. in clem. & ſi principalis, n. 6. de reſcript. per illum textum, Syluest. verb. prælatus, quæſt. ſecunda, Sorbus, in annot. ad compend. verb. Guardianus. Rodriquez, & Miranda, multis in locis, de hac materia, Sigiſmundus, vbi ſup. num. 2. & alij.*

3 Ratio, autem, eſt, quoniam licèt, qui alitèr, quàm, per electionem inſtituuntur, habeant iuriſdictionem in ſibi ſubditos, ex priuilegio, & per cõſequens eam limitatam, prout ſupra nuper diximus; non tamen ex hoc efficitur, vt ordinaria non ſit.

Probatur conſequentia, quia iuriſdictio ex priuilegio Principis, competens non perſonæ, ſed perpetuò dignitati, vel officio, eſt ordinaria, & non delegata, & iura ordinariæ poteſtatis habet, vt Doctores infra referendi autumant.

DOCT. ALLEG.

4 *Sic namque docent Bartolus, in l. ambitioſa, numero 34. ff. de decret. ab ordin. fact. Bald. in cap. fin. vbi etiam, Imola, ad finem de offic. ordin. Couarr. lib. tertius variar. reſolut. cap. viniteſimoprimo, numero nono ad calcem, & numero decimo, Nauarr. cap. 27. numero 45. ſummæ, Compillator priuilegio, verb. Abſolutio ordinaria, quo ad Fratres, ad finem dubij. Paraſellus. compendio Minimorum priuileg. cap. 15. Sigiſmundus, numero ſecundo, vbi ſuprà, Sanchez lib. ſecundo de matrimonio, diſp. 40. numero quartodecimo, & lib. 8. diſput. ſecunda, numero decimo multis allegatis. Suarez de legibus, lib. 6. cap. 15. num. primo, Barboſa, de poteſtat. Epiſcop. par. 3. allegat. 92. numero 16. & cæteri omnes.*

CONCL. II.

5 Præfati Regulares prælati locales, non electi, ſed à ſuperioribus, & Definitoribus inſtituti, gaudent priuilegio, capituli nè prò dilatione, de pœnitent. & remiſſ. videlicèt, ſibi eligere poſſunt Confeſſorem, ſine ſuorum ſuperiorum licẽtia,

quamuis non approbatum à maioribus prælatis.

Cuius eſt ratio, quoniam adeſſe Dignitatis, ad effectum conſequendi hæc priuilegia, non neceſſario requiritur, vt eligantur ab vniuerſitate ſubditorum, vt ſuprà eſt notatum à principio.

DOCT. ALLEG.

6 *Sequuntur aſſertionem Paludanus, à Syluestro allegatus, & approbatus, verb. confeſſ. 1. q. 10. Armilla, verbo, Abſolutio, num. 15. Sotus, in 4. diſtinct. diſtinct. 18. quæſt. 4. art. 2. colum. 2. verſ. Cardinales. Ledeſma, p. 2. q. 22. cap. 1. dub. 19. Corduba, in annot. ad compend. verb. accedere ad Monaſteria monial. in fine. Toletus, lib. 3. cap. 13. num. 6. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 10. puncto 2. col. 8. verſ. 2. habet. Henriquez, lib. 7. cap. 28. num. 1. Polic. in cap. 7. regul. min. n. 39. Rodriquez, tom. 1. quæſt. 20. art. 28. Sigiſmundus, num. 3. vbi ſupra, et alij nominales.*

Quidquid autem, aſtruat poſt Hoſtienſem, & Panormit. Angles, q. 4. de confeſſ. art. 8. difficult. 4. dub. 5. concluſ. 1.

CONCL. III.

7 Licèt præfata concluſio vera ſit, nihiloſecius; limitatur, nimirum, dũmodo, non occurrat dictis prelatis copia Confeſſarij approbati à maioribus prælatis, vt apud ordines Regularium in praxi ſeruatur.

Probatur concluſio expreſſis verbis textus dict. capitulo in quo ſic dicitur.

„ Nè pro dilatione pœnitentiæ, pe-
„ riculum immineat animarum permit-
„ timus Epiſcopis, & alijs ſuperioribus,
„ necnon, & minoribus prælatis exem-
„ ptis, vt etiam præter ſui ſuperioris li-
„ cẽtiam prouidum, & diſcretum, poſ-
„ ſint ſibi eligere confeſſarium. hæc ibi.

ſed cum aderit copia Confeſſarij idonei, à maioribus prælatis approbati, nullum imminebit Animarum periculum iuſtè, & rationabilitèr. ergo non poterit, non approbatum ſibi eligere: quoniam ſublata ratione legis, benè ſublata eſt lex, vt aiunt Gloſſa, & Bartol. in l. 1. in princ. in verb. prouidentia, ff. de leg tut. latè Salicetus, quem refert, & approbat Fœlin. in c. 1. num. 16. limit. 9. verſ. conſidera, de reſcript.

DOCT. ALLEG.

8 *Aſtruunt hanc aſſertionem Suarez,*
„ *tom. 4. diſp. 27. ſect. ſecunda, numero 10.*
„ *inquiens.* Quoties, vero, contigerit
„ Prælatum Religionis non habere à
„ ſuperiore Cõfeſſarium deſignatum,
„ ſiue quia id non eſt in more Religio-
„ nis, ſiuè, quia de facto contigit, vt nõ
„ habeat; tũc vti poterit hac facultate.

ille. *Coriolanus, de caſibus reſer. p. 1. ſect. 1. art. 21. in calce in 2. ædit. Reginaldus, in praxi for. pœnit. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 38. Sigiſmundus, vbi ſup. num. 4. & alij recentiores.*

9 Non obſtat, multa obijci poſſe cõtra dictã concluſionẽ, ex quib. probabilitèr verteretur in dubium, an prædicta praxis, & conſuetudo apud multos eſſet recepta. Nam dicitur, cum Rocho, Curtio, & Azorio, p. 1.

inſtit.

Digitized by Google

inſtitut.moral. lib. 5. cap. 18. quæſt. 5. ſi ambiguum ſit, an res conſuetudine obſeruetur, nec nè, tutius eſſe eligendum; quia in dubijs tutior pars eſt eligenda, cap. iuuenis, de ſponſal. cap. ſignificaſti, & cap. audientiam, de homicid.

CONTROV. XII.

An Regulares Prælati Locales excommunicare poſsint.

CONCL. I.

1 PRælati Regulares locales, alitèr quam per electionem inſtituti, & non habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, de iure communi, excommunicare nequeunt reſpectu fori contentioſi, ſeu externi, ſed benè reſpectu fori pœnitentialis.

2 Probatur pars prima aſſertionis, quoniam excommunicare eſt actus iuriſdictionis contentioſæ fori exterioris, cap. nemo Epiſcopus, vbi gloſſa 2. quæſt. 1. Panormitanus in d. cap. cum contingat, n. 30. de foro competenti, qui propterea fit à iudicibus, cap. 1. de ſenten. excommunicat. in 6. cap. quærenti, de verb. ſignifi. & cap. Archidiaconus, de officio Archidiaconi.

Sed nullam habent à Iure iuriſdictionem fori contentioſi, prælati locales non electi, ſed tantum inſtituti; nec item poſſunt procedere in forma, & figura iudicij, ſed tantum per viam pœnitentiæ corrigendo, vt ex dicendis infrà patebit. ergo nec valet excommunicare.

3 Secunda pars probatur, nam & Curatus excommunicare poteſt in foro pœnitentiali de iure communi, tantum, quoniam talis fori dumtaxat iuriſdictionem habent. ergo pari ratione, & prælati Regulares inſtituti à maioribus ſuperioribus.

DOCT. ALLEG.

4 *Authores primæ partis aſſertionis ſunt Antonius à Butrio, in cap. cum contingat, num. 13. verſ. quidam ſunt habentes, Panormit. n. 29. verſ. puto tamen, & n. 33. verſ. quarta concluſio, de foro competenti. Rota deciſ. 15. numer. 13. par. 1 in recent. Sigiſmundus, num. 11. dub. 122. de elect. & alij.*

Authores 2. p. ſunt Butrius, Panormitan. Rota, & Sigiſmundus, vbi ſup. Fileſacus, de ſacr. Epiſcop. auctoritate, ſeu ad tit. decret. de offic. ordin. ad cap. 3. §. 1. & 2. Gratianus, diſceptat. forenſ. cap. 298. n. 98. Rota vbi ſuprà cum alijs nominalibus.

5 Vndè, concluſio cum his duabus portionibus, diuiſa remanet certa; tùm quia eſt ſacræ Rotæ Romanæ, à qua non eſt recedendum in præſenti; tùm quia opinio per diſtinctionem conciliians contrarias ſententias, eſt tenenda, vt aſtruunt Alexand. conſil. 50. num. 7. lib. 7. quem allegat, & approbat Rota, deciſ. 574. n. 6. coram Gregorio XV. per legem ſi finita §. illud, ff. de damn. infect. & per cap. literas, de reſtitut. ſpoliat.

CONCL. II.

6 Prælati omnes locales Regulares auctoritatem quaſi Epiſcopalem habentes, & ab vniuerſitate Collegij, electi, & non inſtituti, de iure communi, habent in ſibi ſubditos in vtroque foro tantam poteſtatem, quantã Epiſcopi in ſuas oues, nempè excommunicandi, ligandi, atque abſoluendi.

Cuius eſt ratio, quia ſunt verè prælati, pleniſſimã habentes poteſtatem in ſuis Conuentibus, & priores Conuentuales Ordin Prædicatorum, cum per electionem fiant, de iure communi, & conſtitutionum eiuſdem ordinis; in ſuis Conuentibus, tantam habent auctoritatem, quantam prior prouincialis in tota ſua Prouincia, reſpectu ſuorum ſubditorum; aliàs, ſubditis horum prælatorum, quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem habentium, non eſſet ità, ac ſæcularibus prouiſum; cum aliàs, nè cogantur egredi extra ſcpta Monaſterij, debeant eſſe melioris conditionis: & conſtat ex capitulo cum Eccleſiarum, de offic. ordin.

DOCT. ALLEG.

7 *Ità Panormitanus aſſerit, in cap. at ſi clerici, §. de adult. num. 18. de iudicijs, ſequens Benedictum, & Federicum, Syl-ueſt. verb. excommunic. 1. quæſt. prima, in 2. notabili alia iura, & Doctores allegans. Ioannes de la Crux, lib. 1. c. 6. dub. 7. & 8. in compend. priuilegiorum regularium. Emanuel Sà, in Aphoriſm. verb. excommunic. num. 13. Toletus, lib. 1. cap. 6. num. 3. Auila, de cenſur. p. 2. cap. 3. diſp. 1. dub. 1. multis alijs relatis. Sayrus, de cenſur. lib. 1. cap. 6. numer. 13. Sigiſmundus, vbi ſup. n. 4. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 18. ſect. 1. num. 3. & in hoc ſenſu explicat Rota, vbi ſupra cap. cum ab Eccleſiarum, de offic. ordin. & cap. cum in Eccleſijs, de maior. & obed. & alij allegandi, vt Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 3. diſp. 7. cap. 3. §. probemus concluſionem.*

CONCL. III.

8 Prælati Regulares locales habere poſſunt auctoritatem excommunicãdi, etiam in foro exteriori, aut de cõſuetudine, ſi adſit præſcripta; aut ex priuilegio Papali, vt Eugenius IV. Bulla 9. conceſſit Abbatibus, Rectoribus, & Prioribus Benedictinorum, vnà cum eorum Conuentibus, in omnibus caſibus auctoritatem ordinarij de iure neceſſariam, qui ſcilicet alitèr, quam per electionem ſunt inſtituti.

Secunda pars manet aſſertionis manifeſta. prima vero probatur, quia tales ſuperiores acquirere poſſunt ex conſuetudine præſcripta illam iuriſdictionem excommunicandi, quam à iure non habent, & conſuetudo iuriſdictionem inducit, cap. cum contingat, de foro competenti.

DOCT. ALLEG.

9 *Sentiunt ità Innocentius, in cap. quæſiuit, num. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli. Gloſſa, in d. cap. cum contingat, verb. vel conſuetudine, Panormit. ibidem num. 10. de foro compet. cap. Romanæ, de offic. ordin. in 6. & cap. conqueſtus, vbi Gloſſa*

Gloſſa 9. quæſt. 3. cap. dilectis de arbitr. Sigiſmundus, num. 6. vbi ſup. & alij.

CONCL. IV.

10 Prælati Regulares tam maiores, quam minores locales etiam inſtituti, quam per electioné, poſſunt excómunicare in vtroq; foro oretenùs, abſque eo, quod incidant in pęnam capituli primi de ſententia excommunicationis in 6.

Cuius eſt ratio, quia in foro pœnitentiali non proceditur ſecundum formam, & figuram iudicij: & in foro contentioſo non ſeruatur iuris ordo à Prælatis Regularibus, ſicut à ſæcularibus, cap. qualitèr, & quando 2. de accuſat.

DOCT. ALLEG.

11 *Ità in terminis Lapus in allegat. 73. num. 4. Felinus, in cap. ſacro, num. 7. de ſent. excommun. Toletus, lib. 1. cap. 10. n. 6. in fin. Duardus in Bull. Cœn. Domini, lib. 1. cap. 1. q. 4. num. 8. Sigiſmundus, n. 7. dub. 122. de elect. & cæteri nominales.*

CONTROV. XIII.

An Prę lati Regulares, hac tempeſtate, ſtante Decreto Clementis Octaui de Regularibus ſuper caſuum Reſeruationem, poſsint ſub pœna excómunicationis, aliquid reſeruare.

EXPLICATIONES.

Memini, me de hac materia, alio in loco tractaſſe ſatis ad ſaturitatem diſp. 3. controuerſia 5. lib. 1. de iuriſdictione, ac poteſtate in ſibi ſubditos, Regularium prælatorũ de priuileg. in ſeptem Sacramenta habentium circa caſuum reſeruationem, & illuc Lectorem mittimus; pro nunc, vero, more noſtro ſolito per ſuas breues aſſertiones, eam expediemus, nonnullas præambulares ſtatuentes, quarum ſit.

CONCLVSIO I.

1 In præſentiarum placet in medium afferre illud vulgatum Axioma, ſeu dictum, nimirùm, fieri extenſionem comprehenſiuam de caſu ad caſum non comprehenſum in verbis, vbi militat vna, & eadem expreſſa ratio.

Probatur, ex l. illud, vbi gloſſa, ff. ad legem Aquiliæ, non poſſunt ff. de legibus, cap. tranſlato, de conſtitution. cum ibi not. pluribus relatis.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius aſſertionis Doctores Sanchez, lib. 8. de matrimo. diſp. 1. num. 34. Marcheſius, p. 3. tit. de commiſsion. Iactatio. & Iactat, §. 1. num. 2. & ſeq. Suarez, lib. 6. de legibus, cap. 3. num. 16. Farinaccius, fragmentum crimin. p. 1. de extenſione, à num. 50. vſque ad 291. & communiter omnes Iuriſperiti. Sigiſmundus, n. 3. dub. 123. & alij nominates.*

CON-

CONCL. II.

3 Extenſio conprehenſiua bifariam fieri poteſt ex identitate rationis, neceſſitatis vna, congruitatis altera. Neceſſitatis dicitur, quando eſt contra rectam rationem, ſeù contra prudentiam in caſibus quibuſdam, ob talem rationem diſponere, & non in omnibus æquè eam participantibus.

Itaque huiuſmodi extenſio comprehenſiua neceſſitatis tendit ad euitandam aliquam iniuſtitiam, ſeù abſurditatem, vel cicumuentionem, & fraudem legis. Et huius aſſertionis doctrinæ exemplum ſit in cap. cupientes, de electione in 6. vbi lex præcipiens, vt quis accedat ad Curiam, extenditur, vt intelligatur etiam pręcipere, ne inde recedat ſine licentia; quia id dicitur ex mente dict. cap. cupientes, in cap. poſtquam, de elect. in 6. aliàs abſurditate non careret, & eſſet contra prudentiam.

DOCT. ALLEG.

4 *Docent aſſertionem ijdem Doctores, modò allegati, & Suarez pręſertim. dict. loco, cap. 3. & 4. per totum. Sigiſmundus num. 4. vbi ſupra cum alijs citandis neotericis.*

CONCL. III.

5 Extenſio comprehenſiua congruitatis eſt, quando fit non ex neceſſitate, ſed ex congruitate, quia, videlicet facilè verba illam extenſionem complectuntur iuſtè, & ſinè inconuenienti, vt puta, veluti in ſuperioribus diximus de electoribus, qui prohibiti cenſentur, ſciētia vti confeſſionis in electione, quia ſub nomine ſuperioratus comprehenditur electoratus iuſtè, & ſine inconuenienti.

CONCL. IV.

6 Extenſio comprehenſiua neceſſitatis nō ſolum ſibi vendicat locum in fauorabilibus, verùm vtique in omnibus odioſis, & quantumuis pœnalibus.

DOCT. ALLEG.

7 *Aſtruunt ita Rodriquez, tom. 2. queſt. 45. artic. 8. verſ. ſed contra hoc, & multos allegans Doctores, Farinac. num. 136. vbi ſupra, Suarez in dict. ca. 4. num. 2. & 4. & licèt ſit veriſſimum, quod ipſe aſſerit, ſcil. multò facilius fieri dictam extenſionem neceſſariam, ſi verba in aliqua ſignificatione ſaltem latiſſima poſſint caſum comprehendere, vt per varia exempla demonſtrat, cap. 3. num. 17. & ſeqq. Nihilominus ſemper mēs Legiſlatoris eſt verbis præferenda, etiam vbi eſt illis contraria, Dynus, in cap. fin. de regul. iuris, in 6. Oldradus conſil. 130. num. 5. Sigiſmundus, num. 6. dub. 123. Rota deciſion. 537. numer. 10. part. 1. in recent. & alij.*

8 Nec his dictis obſtat cap. porrò, de priuileg. vbi deciditur à verbis, & tenore priuilegij non eſſe recedēdum. Id enim intelligendum eſt, niſi aliud de concedentis mente conſtet, vt doctè, & latiſſime reſpondet Tiraquell. multos alios referens, in l. ſi vnquam, verb. liberis, num. 55. & 56. C. de reuoc. donat. Sanchez de Matrimonio, lib. 8. diſput. 1. num. 11. & cæteri omnes citandi.

CONCL. V.

9 Extenſio comprehenſiua congruitatis locum dumtaxat habet in fauorabilibus, & præcipuè in lege, quæ reſpicit animæ fauorem, cuius eſt ratio, quia huiuſmodi lex per Antonoma-

maſiam dicitur fauorabilis.

DOCT. ALLEG.

10 *Relati omnes Doctores ſupra edocent concluſionem, & in ſpecie Suarez dict. cap. 4. num. 1. in fin. & numer. 7. Sigiſmundus, vbi ſup. cum alijs.*

CONCLVS. VI.

11 Semper enim opus eſt, proemium conſtitutionum Papalium multum ponderari, quotieſcunque de interpretanda mente diſponentis agitur.

Cuius eſt ratio, quia vt notũ eſt, eius mentem declarat, ac lumen præſtat ad omnes ambiguitates repellendas.

DOCT. ALLEG.

12 *Ita aſſerunt gloſſa, in leg. omnes populi, de iuſt. & iur. Mareſcottus multos alios citans, libr. 2. variarum reſol. cap. 77. numer. 51. Rota deciſion. 153. numer. 4. & deciſion. 619. numer. 5. part. 2. in recent. Bald. in leg. cum quid. ff. ſi cert. pet. Bartol. & Doctores in l. fin. de hæred. inſtit. latè Ioann. Garz. de nobilit. in diuiſ. n. 2. & ſeqq. Maſcard. ſuper ſtat. concl. 2. nu. 176. & ſeqq. Rota deciſ. 185. numer. 4. part. 1. in recent. & alij nominales.*

CONCL. VII.

13 Probabilius, ac longè tutius eſt in praxi ſeruandum hac tempeſtate, prælatos regulares minimè poſſe aliquid ſibi reſeruare, ſub pœna excommunicationis.

Cuius eſt ratio, quia fit extenſio cõprehenſiua neceſſitatis in hoc caſu ad euitandam ſcil. fraudem. Probatur, fit fraus legi, ſi quod eſt prohibitum vna via, cenſeatur conceſſum alia via, cap. conſtitutus, vbi gloſſa permulta iura, verb. in fraudem, de conceſſ. præbend. cap. quanto, & ibi gloſſa, verb. in fraudem, de priuilegijs, cap. ſi ciuitas, de ſententia excommunic. in 6. & capit. cum quid de regul. iur. eod. libr. & ibi gloſſa 2. Ergo in caſu noſtro, ſi ſuperiores cogerent ſubditos ad ſibi detegẽdum cõſcientiæ maculas, non per reſeruationẽ à peccatis, à qua ſunt expreſsè prohibiti, ſed per reſeruationẽ excommunicationis ab ipſiſmet latæ prò eiſdem peccatis, apertiſsimè fraus fieret ipſi decreto, cùm non poſſit dari abſolutio à peccatis, niſi ablata prius excommunicatione. Cùm igitur extenſio comprehenſiua neceſſitatis, etiam in odioſis procedat (eſto dictũ decretum ſit odioſum) per conſequens fundamentum opinionis non nullorum infra allegatorum ad nihilum valet.

DOCT. ALLEG.

14 *Doctores ſunt huius aſſertionis Sigiſmund. vbi ſuprà num. 9. Megala libr. 1. inſtit. confeſſ. cap. 12. numer. 8. Homobonus de caſibus reſeruatis, par. 1. cap. 3. fol. mihi 69. Onufrius de peccatis, tract. 2. diſp. 1. quæſt. 1. concluſ. 2. col. penult. verſ. 2. cenſeo. Dian. par. 3. reſol. 49. pagin. 37. & alij à nobis relati in dicta controuerſia prima.*

17 Eſt aſſertio contra Suarez, tom. 4. diſp. 29. ſect. 4. num. 13. Mirandam tom. 2. quæ. 34. art. 7. in Manual. prælat. & Coriolanum, de caſibus reſeru. part. 1. ſect. 1. art. 6. in 3. ædit. quorum ſententia contraria his diebus, non eſt tuta ad mentem dict. decreti Clementis Octaui per ſuperiores allatas rationes, ac propterea non ſeruanda in praxi, nec tenenda, atque docenda, ob fraudem, quæ interuenit contra d. decretum, & voluntatem D. Papæ legiſlatoris.

CON-

CONCL. VIII.

16 Præfatum decretū D. Papæ Clementis Octaui, abſolute loquendo, non eſt reuera odioſum, ita vt in eo ſint ſeruanda principia legis odioſæ.

Nam licèt lex ex vna parte odioſa ſit, poteſt tamē ex altera parte tātum continere fauoris, tantumque momenti, vt in ea ſint ſeruanda principia legis fauorabilis, vt bene tradūt Frāchus, in cap. ſciant cuncti, num. 6. de elect. in 6. & Suarez de legibus, vbi ſupra cap. 4. num. 5. atque adeo in dubio ſemper eſt fauorabilis cenſenda, vt idem Suarez cum alijs aſtruit lib. 5. c. 3. 11. 12.

17 In præſentiarum autem quare idē non erit aſſerendum in caſu noſtro, vbi quamuis decretum ſit oneroſum ſuperioribus, eſt tamen imprimis in fauorem animæ conditum, qui fauor maior eſt omnibus, quem continere poſſit, vt docet Franchus vbi ſupra allegans gloſſam in cap. 1. de tempor. ord. in 6. & Doctores in cap. 2. de Simonia, & latè Farinac. in fragm. crim. part. 1. de extenſio. num. 107. & 109. 111. & ſeqq. & ipſemet Suar. in princip. dict. c. 4.

18 Sed contra dicta objicietur. Nam proemium Papalium conſtitutionum inducere rationem finalem, vt ait Decius, conſil. 600. in princip. Aymon, conſil. 201. Rota deciſ. 675. n. 1. par. 4. diuer & dec. 404. n. 3. & dec. 491. n. 5. & dec. 556. n. 2. & dec. 364. nu. 4. p. 1 in recēt. & perpetuò, ſed finis præcepti nō cadit ſub præcepto, vt eſt cōmune axioma. Ergo præcepti tranſgreſſor non erit ſeruans eius verba, licèt non ſeruet finem.

19 Ad cuius obiectionis ſolutionem, priuſquam eam tradeamus, eſt præmittenda diſtinctio, quam D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 9. ad 2. & diſt. 28. 2. ſent. quæſt. unica, art. 3. in corpore, & 3. diſt. 36. quæſt. vnica, arti. 6. in corpore, & Adrianus in 4. vbi de confeſſ. quæſt. 5. dub. 4. ad finem, ad tertium, quos omnes ſequitur Sanch. libr. 1. decalogi. cap. 14. num 4. Intentionem videlicet Legiſlatoris eſſe duplicem, vnam, de qua intendit præceptū inducere; alterā ad quā per præceptū inducere intēdit, & primā dūtaxat autumāt, ſub præcepto cadere: hac præpoſita diſtinctione ad obiectionem.

20 Reſpondetur, negando conſequentiam: Nam ex quo finis præcepti non cadit ſub præcepto, non ſequitur, præcepti tranſgreſſorem non eſſe eius verba ſeruantem, quamuis finem non ſeruet, ſed ſequitur, non eſſe tranſgreſſorem præcepti ſeruantem Legiſlatoris intentionem, de qua intendit præceptum *inducere*, licèt non ſeruet intentionem Legiſlatoris, ad quam intendit per præceptum inducere.

21 Sic enim explicatur huiuſmodi doctrinalis reſponſio. In caſu ſiquidē noſtro, intentio finalis, ad quam intendit per præceptum inducere Clemens Octauus eſt; Ne nulli infirmiores, qui interdum ſuperiori ſuo conſcientię maculas detegere formidant in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem inducantur.

22 Quæ intentio generalis per ſe ſola ſpectata, non coarctata ab aliqua lege non inducit obligationem, aliàs ſi obligaret in omnibus caſibus, in qui-

bus

bus hæc expreſſa ratio militat, etiam ſi verba non paterentur, vel alia neceſſitas vrgeret, profectò finita legum poſitiuarum extenſio facienda eſſet, quod abſurdum eſt, vt inquit idem Suarez, libr. 6. de legibus, cap. 3. num. 23.

23 Intentio autem, de qua intendit præceptum inducere Papa in caſu noſtro, eſt eadem ratio generalis, determinata tamen, & applicata illis verbis præcepti; „Vt nemo ex Regularium ſuperioribus ſibi reſeruet peccatorum abſolutionem, exceptis, &c. vnde infertur vltra horum verborum determinationem, ac applicationem non poſſe illam cogere rationem generalem, niſi adeſſet neceſſitas vitandi aliquam iniuſtitiam, ſeù abſurditatem, vel fraudem præcepti.

24 Huius corollarij ratio eſt, quia lex pendet ex voluntate, voluntas autem poteſt vnum velle, & non aliud, quando ergo non eſt diſparitas inter caſus expreſſos, & non expreſſos, potuit vnum velle ſcilicet expreſſum, & non alium, id eſt non expreſſum, quia libera eſt electio legislatoris, quando vero eſt aliqua diſparitas, quę facile euenire poteſt ex varijs circumſtantijs; ita vt magis vrgeat ratio illa generalis in caſu expreſſo, quàm in non expreſſo; tunc prudentiſſimè cenſendum eſt legislatorē voluiſſe magis caſum expreſſum, quàm non expreſſum.

25 Poſterioris verò partis eiuſdem corollarij, ſeù illationis eſt, quoniam vbi iniuſtitia interueniret, aut fraus legis, ſeu abſurditas contra rectam prudentiam, tunc magis eſt attendēda legislatoris mens, quàm verba, cū non intentio verbis, ſed verba intentioni deſeruire debeant, c. Marcion, 1. quæſt. 1. cap. humanæ 22. quæſt. 5. cap. in his, cap. intelligentia, & capit. propterea, de verborum ſignificatione, & cap. fin. de regul. iuris in 6. etiā vbi eſt illis contraria, vt ſuprà diximus.

CONTR. XIV.

An Abbates, & cæteri inferiores Prælati, ordinariam iuriſdictionem habentes etiā nullius Diœceſis, abſoluendi, ac diſpenſandi, ex Tridentin. Concil. ſeſsion. 24. c. 6. facultate gaudeant.

CONCL. I.

1 NON eſt improbabile, Abbates, & Prælatos reliquos inferiores habentes ordinariam iuriſdictionem, etiam nullius Diœceſis, minimè potiri Concil. Trid. priuilegio, cap. 6. ſeſſ. 24. abſoluendi, ac diſpenſandi.

DOCT. ALLEG.

2 *Sunt huius aſſertionis ſequaces Gratianus in diſceptat. forenſ. cap. 441. num. 2. Toletus libr. 1. capit. 83. num. 5. Arragon. in 2. 2. D. Thom. q. 88. artic. 12. Suarez in 3. part. D. Thom. tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. nu. 6. & t. 5. de cēſur. diſp. 41. ſec. 2. n. 7. Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 1. cap. 6. poſt. 2. concl. difficult. 1. & alij.*

CON-

CONCL. II.

3 Probabilius eſt, ac in praxi tutum, præfatos Prælatos, ac Inferiores cæteros gaudere dicta conciliari Tridẽtina facultate abſoluendi, ac diſpenſandi.

DOCT. ALLEG.

4 *Ita autumant Henriquez, libr. 6. cap. 16. numer. 1. Flores de Mena var. reſolut. lib. 3. quæſt. 24. num. 18. Auila de cenſur. part. 7. diſp. 10. dub. 10. Sanch. tom. 1. ſumma lib. 2. cap. 11. num. 5. Diana par 4. tract. 4. reſolu. 211. Duard. in bulla cœnæ, libr. 3. §. 2. quæ. 8. num. 55. Moneta de commutat. vlt. volunt. cap. 5. num. 455. Sigiſmund. tract. de elect. dub. 51. n. 8. & alij nominales*

CONCL. III.

5 Supradictam facultatem Trident. conciliarem etiam poſſident Regulares ſuperiores locales, nimirum abſoluendi, ac diſpenſandi ſuper irregularitate occulta, iuriſdictionem epiſcopalem, ſeù quaſi epiſcopalem in ſuos ſubditos habentes.

DOCT. ALLEG.

6 *Eſt contra Doctores allegatos, n. 2. & Armẽdarium in addit. ad recopilat. leg. Nouar. libr. 1. tit. 18. leg. 7. de irregularitat. nu. 50. attamen eam docent Henriquez vbi ſupra, §. 8. & lib. 7. ca. 25. ſect. 2. Rodriquez, tom. 1. quæſt. regular. quæſt 61. art. 9. Molina tractat. 3. diſp. 71. num. 4. & 5. Diana vbi ſupra. Sanchez d. loc. nu. 7. Vecchius in praxi nouitiorum, diſp. 9. num. 4. Ioan. de la Crux in epitom. priuileg. regular. libr. 1. cap. 6. dub. 7. & dub. 15. & 16. in quibus locis docet optimè noſtram aſſertionem, & alij nominales.*

CONCL. IV.

7 Capitulum ſede vacante eandem habet facultatem Epiſcopis conceſſam à Concilio Tridentino cap. 6. ſeſ. 24. diſpenſandi, videlicet, ac abſoluendi.

DOCT. ALLEG.

8 *Defendunt concluſionem noſtram Sanchez tom. 3. de matrimon. lib. 8. diſp. 2. num. 10. Garceus de beneficijs part. 7. cap. 11. num. 21. Bela part. 4. caſu 37. Sayrus in claui regia, lib. 2. ca. 11. num. 84. Diana part. 4. reſolut. 211. tract. 4. & alij allegandi. Quare audiendi non ſunt Bonacina de cenſuris diſp 7. quæſt. 5. pun. 1. nu. 6. & Albertus, tom. 2. de cenſuris. diſp. 8. de ſuſpenſione cap. 3. contrarium docentes.*

CONTR. XV.

Prælati Regulares quam, & quantam Iuriſdictionem habeãt, in ſibi ſubditorum exceſſibus puniendis.

CONCL. I.

1 Delicta in caſu, & ad effectum, de quo agitur bifariam conſiderari poſſunt: nimirum, vt ſunt Monachorum propria, quia contra regulam, aut conſtitutiones ordinis, &c. e.g. ſi quis Religioſus contra Regulæ inſtitutum, abſtinentiam frangeret, aut contra ordinis conſtitutiones, ſilentium non teneret, ſeù contra capituli, ſiue ſui Prælati diſciplinam ageret, & huiuſmodi.

Secundò verò conſiderantur delicta, vt ſunt communia, quia ſcil. oſtendunt communem conuerſationem, & quò ad omnes ſunt delicta, vt furtum homicidium, &c.

DO-

DOCT. ALLEG.

2 *Authores huius concluſionis ſunt Ægidius, conſil.5. Rota, deciſ.15. num.12.p.1. in recent. Sigiſmundus, dub.124.n.1. & alij referendi.*

CONCL. II.

3 Prælatus Regularis Localis eſt Iudex immediatus de delictis primi generis, priuatiuè ad prouincialem, ſeu generalem, quatenùs extraiudicialitèr hæc agat; ſed ſolum per viam pœnitentiæ corrigat, & ſtatutis. Regulæ, Capituli, & Superiorum ſuorum inhęreat, tàm in cognitione, quàm in deciſione.

DOCT. ALLEG.

4 *Ità ſentiunt Mareſcottus, lib. 2. var. reſolut. cap.34. num.129.130. & 131. Rota, deciſ.78.p.1. diuerſ. & deciſ.d.15. num.5.6.7. & 12.p.1. in recent. & deciſ. 20. numero primo, & tertio, p.1. in recent. & alij ſupra dicti.*

5 In aſſertione vero, diximus, *priuatiuè ad generalem, ſiue, ad prouincialem, & non ad Epiſcopum*, vt relati Doctores loquuntur; quia hodie, ferè omnes Regulares, cum totaliter eximantur ab Epiſcopi iuriſdictione, exceptis quibuſdam caſibus, iuxtà, in ſuperioribus, notata; cõſequentèr loco Epiſcoporum habent prouincialem, & generalem.

6 Conſequentia patet, quoniam iuriſdictio Epiſcopalis, vel quaſi Epiſcopalis probatur, prout reſoluit Rota, deciſ.161. num.1. coram Cardin. Mantica, ex iuriſdictione ciuili, & criminali, deputandi, ſcilicet Vicarios, Prætores, & Iudices, abſque alicuius contradictione; & ſimilitèr ex exercitatione iuriſdictionis Eccleſiaſt. viſitandi ſuas Eccleſias, coercendi Clericos delinquentes, & de criminibus accuſatos.

7 Et ſimilitèr probatur, ex hoc, quoniam minor Epiſcopo, cauſas criminales non agit, vt firmat Rota d.deciſ. num.8. par.1. in recent. quam ſequitur Mareſcottus, lib.2. var. reſol.c.34. n.135. modo, cum hæc omnia, videatur, paſſim exerceri ſolũmodo à Generalibus, & Prouincialibus, clarum eſt, eos loco Epiſcoporum regere ſibi ſubditos, vt eſt in ſuperiorib. reſolutũ.

CONCL. III.

8 In delictis ſecundis generis, & vtique quandocumque agitur in figura iudicij; tunc ad ſolos, Epiſcopalem iuriſdictionem exercentes, attinet, & reſeruatur cognitio cauſæ, & correctio.

DOCT. ALLEG.

9 *Sic concludunt Doctores omnes, in cap. quantò, vbi Innocent. ad medium, verſ. hoc autem benè credimus, numer.2. Hoſtienſ. col.3. in principio, verſ. ſi autem Monachus criminaliter. Ancharan. in 6. verſ. cauſas autem criminales. Bellamerus, numero 4. Butrius, num.20. Henricus Boichus, numero 4. de offic. ordin. Firman. de Epiſc. lib.4. par.2. q.35. num.81. Franchus, in cap. nullus, num.3. ad finem, de elect. Gracianus, diſceptat. forenſes, capitulo 270. numero 124. & ſeq. & tandem, multis*

CONTROV. XVI.

An Regulares à correptione ſuorum Prælatorum, appellare poſsint.

EXPLICATIONES.

QVàm neceſſaria ſit Appellatio in hac humana vita; placet recitare D. Bernardi verba, ità loquentis lib. 13. de conſiderat. cap. 2.
„ Fateor, grande, & generale Mundo bonum eſſe Appellationes, idque „ tã neceſſariũ etiã, quàm ſolem ipſum „ mortalibus. Reuera quidam ſol iuſti„ tiæ eſt prudens, ac redarguens opera „ tenebrarum. ille, cuius namque verba ſunt tota melliflua, & digna aureo caractere ſcripta fore, & ad perpetuã memoriam retinenda; quarè his paucis præmiſſis, ſit.

CONCL. I.

1 Appellatio Iudicialis eſt à minori Iudice, ad maiorem, vel ſuperiorem iudicem prouocatio. 11. q. 6. cap. omnis oppreſſus, & cap ſi quis, & capit. placuit, quæ ſi legitima eſt, pronunciatum ſuſpẽdit, ac etiam iuriſdictionem Iudicis, quo ad illam cauſam, & ipſius ad ſuperiorem transfert cognitionem.

Extra iudicialis vero eſt à præſenti, vel veriſimiliter futuro grauamine, ad ſuperiorem prouocatio; quę ſi probabilis eſt, ipſam cauſam ad ſuperiorẽ transfert, vt ea pendente, nil in ipſius præiudicium temptetur.

CONCL. II.

2 Dupplici de cauſa contingit aliquẽ appellare. vno quidem modo, confidentia iuſtæ cauſæ; quia videlicèt, iniuſtè à Iudice grauatur, & ſic licitum eſt appellare. hoc enim eſt prudentèr euadere. vnde. 2. q. 6. dicitur, omnis oppreſſus, liberè Sacerdotum ſi voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur.

Alio modo, aliquis appellat, cauſa afferendæ moræ, nè contra eum iuſta ſententia proferatur; & hoc eſt calũniosè ſe defendere, quod eſt illicitũ, ſicut dictum eſt: facit enim iniuriam, & iudici, cuius officium impedit, & aduerſario ſuo, cuius iuſtitiam quantum poteſt perturbat. Et ideo, ſicut dicitur. 2. q. 6. omni modo, puniendus eſt, cuius appellatio iniuſta pronunciatur.

Ità D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 3. in corpore, cuius ſunt verba propria.

CONCL. III.

3 De iure communi, Religioſis minimè eſt integrum, à correctione, & mandatis ſuorum prælatorum, legitimè factis ſecundum regulam, & conſtitutiones, ac Decreta ordinis, aut ad effugiendã Eccleſiaſticam diſciplinã.

Probatur ex pluribus iuris textib. nã in c. ad noſtram, de appellationib. di„ citur ſic. Non minùs eũ extra tenorẽ „ mãdati, quòd in prædicta Regula cõ„ tinetur, & inſtitutionem ordinis cor„ rigas, & caſtiges, & cap. irrepre„ henſibilis, eod. tit. in fine dicitur.

„ Nè Religioſi, cum prò aliquo exceſſu fuerint corrigendi contra regulam, prælati ſui, & capituli diſciplinam, appellare præſumant. Idem habetur cap. cum ſpeciali, in fine, eodem tit.

Secundo ex Tridentino Concilio, ſeſſ. 25. de regular. cap. 4. vbi pręcipit, nè Religioſi à ſuis Conuentibus recedant, etiam cauſa ſuperioris adeundi.

Tertio ratione probatur, quia, nè Regulari, ab obſeruantia regulari exorbitanti, patrocinium exhibeatur.

DOCT. ALLEG.

4 *Eſt communis Canoniſtarum in dictis iuribus relatis, vt Gloſſa finalis, ad cap. ad noſtrũ; docet Hoſtienſ. ibid. n. 8. Tãcredus, & Vincentius, ibid. Abbas, num. 7. idem Hoſtienſ. in cap. cum ſpeciali, n. 8. de appellat. Ioann. Andreas num. 18. ibid. Anton. à Butrio, & Bellamerus, ibid. numer. 14. Franchus, ibid. §. vlt. num. 4. Syluest. verb. appellatio, q. 7. num. 7. Tabiena, verb. appellatio, num. 11. Ioannes de la Crux, lib. 1. cap. 6. dub. 2. concluſ. 1. de priuileg. Regul. Sotus, lib. 5. de iuſt. & iure, art. 3. colũna penult. verſ. at vero ſciſcitaris. Corduba in qq. practic. cap. 23. num. 6. verſ. 8. Aragon, in 2. 2. D. Thom. qu. 69. art. 3. & ibi Salon, dub. 2. Sayrus, Clauis regiæ, lib. 12. cap. 17. num. 41 & 42. Manuel, de ordine iudiciali, cap. 13. n. vlt. & qq. regul. to. 1. q. 29. art. 3. Valentia in 2. 2. D. Th. diſp. 5. q. 13. punct. 3. Bannes eod. art. fin. Sanchez, tomo 2. operis moral. lib. 6. cap. 8. num. 110. & cæteri omnes Summiſtæ, ac recentiores.*

5 Prò aſſertione, ſunt multæ conſtitutiones ęditæ à Summis Pontificibus ei fauentes multum. Nam Bonifacius Octauus, in Bulla, quæ incipit, ad augmentum, & eſt 3. priuileg. ſic ſtatuit. Neque volumus, eiſdem Fratribus licere ab eiſdem correctionibus, & punitionibus, aliquatenùs appellare, prouida deliberatione, & maturitate debita, ſeruatis. & hoc idẽ Bulla prima pro Minoribus, & Bulla decima pro Ciſtercienſibus, decretauit. vt videre eſt apud Sorbum, in cõpendio priuileg. mendicant. verb. appellare, num. 1. & Ioannem Crux, vbi ſupra poſt primam aſſertionem.

6 Idem Eugenius ordinauit, Papa IV. Bulla nona, pro Benedictinis: & Sixtus Quartus conceſſit Eremitanis Diui Auguſtini, ac Carmelitis, vt illorum Generalis poſſit, ſuum obire munus, reiecta quauis appellatione, ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, ac decretis, vt idem Sorbus refert, verbo, Generalis, numero vndecimo, & duodecimo, vbi ſuprà.

Paulus Tertius ſimilitèr, Societati Ieſus, conceſſit, vt non liceat à correctione Regulæ, ſecundum illius ordinationes factæ, appellare, nec poſſe per quem vis Iudicem appellationem admitti, vt dicitur in compendio priuilegiorum, eiuſdem Societatis, verbo appellatio, §. 1. & 2. §. habetur per priuilegium conceſſum Canonicis S. Saluatoris, nullos Ieſuitas appellare poſſe ad quemcumque, etiam ad Papam, niſi de illius licentia ſpeciali, ab inſtitutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis, præpoſiti Generalis, aut aliorum ſuperiorum, & appellationes, & inde ſequuta fore, irrita. & eadem, §. 2. re-

Digitized by Google

refertur per priuilegium Ciſtercienſibus indultum, non licere appellare in Societate Ieſu, ſub excommunicatione lata, ipſi Papæ reſeruata, à reformationibus, ſeu correctionib. Prępoſiti generalis, aut Viſitatorum, quos ipſe deputauerit.

7 Præfata concluſio confirmatur; nã Appellatio ſuſpendit ſententiæ executionem, vt conſtat, ex lib. 6. tit. 23. p 3. & alibi ſæpè; ſed in Religionibus haud ſuſpenditur executio ſententię. ergo vera concluſio. Religioſus enim benè poteſt omni appellationi renũciare, maximè quando aliter poteſt recuperare famam pro bono Religionis altiori, ſicut & Carthuſianus pro eodẽ bono, licitè renunciat carnium cõmeſtioni, etiã quãdo hic & nũc eſſet neceſſaria pro vitæ cõſeruatione.

CONCL. IV.

8 Regularis ex ordine Prædicatorũ, appellans ab abſolutione facta, vel facienda, ab officijs Prioratus Prouincialis, vel Conuentualis, aut Vicariatus, etiam prætextu grauaminis, ipſo facto ſit abſolutus ab illo officio, volentes, quod in iſtis, ratio grauaminis, tam proprij, quàm communis nõ habeat locum quo ad appellandum.

9 Ità namquè dicitur, diſtinct. ſecunda, cap. octauo de generali capitulo, numer. 5. in conſtitut. dict. ord in quæ conſtitutio fuit confirmata poſteà à Iulio II. his verbis.

„ Cùm Appellationes Religionis iugo, & ſtatutis ordinis diſſonent ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, &c. ſtatuimus, vt ſi quis frater, aut ſoror, ab abſolutione, ab officio facta, vel facienda appellauerit etiã prętextu grauaminis, &c. ipſo facto ab officio, pro quo appellauerit, ſit abſolutus, vel abſoluta. hoc idem denuò ordinatum fuit Romæ 1601.

10 Et in capitulo generali Valleoleti „ 1605. celebrato, dicitur. Quicumque, ſui prælati iudicium recuſauerit, ſeueriſſimè puniatur, & prælati non debent ſe recuſatos iudicare, ſed cogant, vt delinquentes pœnitentiam impoſitam ſubeant, & interim ſuperiores moneant.

CONCL. V.

11 In ordine prefato Prædicatorum: Diffinitores capituli generalis habebunt plenariam poteſtatem ſuper exceſſu magiſtri ordinis corrigendo, vel de eo penitus remouendo: Ipſorum vero ſententia, tam in his, quàm in alijs, inuiolabiliter obſeruetur, ità quod à nemine ab illorum ſententia liceat appellare; & ſi appellatum fuerit, friuola, & nulla appellatio habeatur. Appellationem enim intrà ordinem noſtrum, ſub interminatione Anathematis fieri inhibemus, cum nõ venerimus contendere, ſed potius delicta corrigerre. Sic habetur n. 3. d. diſtinct. & c. conſtit. ord. Prædicatorũ.

12 Super quę verba, ſcilicet, *nè liceat appellare*, eſt huiuſmodi declaratio lit. C. Declaramus, quòd licèt appellatio ſit de iure naturali, nihilominus, modus, & ordo vtẽdi hoc iure pręſcribitur à lege poſitiua, nè irrepat abuſus pro vſu rei licitæ. vnde in capitulo apud Carcaſſonam 1312. ſic dicitur. Volumus, & ordinamus, quod quicũq; Frater repertus fuerit, iudicio eius,

ad quem ſpectat, ſine cauſa rationabili à quocumque ſuo ſuperiore appellaſſe, carcerali cuſtodiæ mancipetur. Denunciantes Fratribus vniuerſis, quod de iure communi, & ex ſpeciali priuilegio ordinis, nulli Fratrum licitum eſt à correctione, vel ob officiorum amotione appellare, ſicut fuit declaratum Cenomanis 1491.

Et lit. D. ſuper illa verba, *cum non venerimus*, eſt talis explicatio.

Declaramus, quod Religioſi appellatio à correctione iuxtà ſui ordinis diſciplinam, videlicèt, ſecundum Regulam, & Conſtitutiones, & approbatas conſuetudines, non valet, vt habetur in cap. cum ſpeciali extra de officio ordinarij, *Niſi fortè corrigens modum in corrigendo excedat.*

CONCL. VI.

13 In ordine, item Prædicatorum, nè delicta maneant impunita, & per appellationes friuolas, obedientia infringatur; ſtatuimus, quod quicumq; Frater noſtri ordinis contra obedientiam appellare præſumpſerit in futurum, niſi ipſi appellationi infra duos menſes renunciauerit, vel etiam infra annum proſequi non inceperit, aut ab incepta proſecutione deſtiterit, vel in ipſa ſuccubuerit, adiudicatus carceri ſit ipſo facto; nec poſſit cum ipſo niſi per capitulum generale ante annos duodecim diſpenſari.

Sic, n.4. vbi ſuprà dicitur, in Conſtitutionibus dicti ordinis Prædicatorum.

CONCL. VII.

14 Regularium Appellatio minimè valet ad ſuperiores extra ordinem: & hinc eſt, recitata priuilegia, & alia, ſi quæ ſint referenda meritò, ac iure optimo Religioſis ſunt conceſſa, & ab illis, appellandi vſus exulauit, prę ſertim ad exteros ſuperiores tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares Iudices, ac vtique Papam.

Cuius eſt ratio, ob bonum, & tranquillitatem, ac honorem ordinum regularium, qui in ſimplici quadã obedientia conſiſtunt, nec modicũ hæ ad detrimentum patiuntur, quando Religioſorum cauſæ extrà priuatos parietes tractantur, ad Iudiceſque extraneos deferuntur, nec creditu facile fore, vt omnes ſuperiores Regulares ità iniqui ſint, vt grauamen alicui illatum non auferant, & ſi aliquando, quod rariſſimè continget, id accideret, damno huic priuato præponderat pax, ac commune bonum totius Religionis, quod Religioſi priuato proprio anteponere debent, ſicut Ciuis quilibet, etſi ad vitam adeo perfectam, ac Religioſi non teneatur, debet priuatum ſuum bonum communi Reipublicæ poſtponere.

DOCT. ALLEG.

15 *Docent aſſertionem præfati Doctores, ſup. citati, nempè Sotus, Ioannes Crux, Corduba, Manuel Rodriquez, Aragon, Solon, Sayrus, Sanchez, num. 102. Bannes, Valentia in dictis locis, & alij recentiores, & inſuper allegatur pro aſſertione Breue, ſeù Bulla* in-

indulta à Iulio Secundo Magiſtro Bandello ord. Prędicatorum infraſcripti tenoris.

15 Iulius Papa ſecundus; Dilecte fili,
„ ſalutem. & Apoſtolicam benedictio-
„ nem. A fide dignis accepimus, quod
„ non nulli fratres ordinis tui, & non
„ nullæ moniales ordinis S. Auguſtini,
„ ſub habitu, & cura fratrum, tuæ curæ
„ ſubiectorum degentes, vt debitam
„ correptionem, & abſolutionem a ſuis
„ officijs ſubterfugiant, ad Cancella-
„ riam Auinionẽſem, & alias curias ſe-
„ culares, vel eccleſiaſticas à tuis, &
„ aliorum prælatorum ordinationibus,
„ & mandatis appellare non erubeſcũt.
„ Quocirca huiuſmodi ſubterfugijs ob-
„ uiare quantum cum Deo poſſumus,
„ cupientes, fratribus, & monialibus
„ antedictis, ne appellationes hactenus
„ interpoſitas proſequi, aut in poſterũ
„ à mandatis huiuſmodi appellare, iu-
„ dicibus verò, quarumcumque curia-
„ rum, ne appellationes huiuſmodi re-
„ cipere, aut illas cognoſcere quoquo
„ modo, præſumant, ſub excommuni-
„ cationis pœna diſtrictius inhibemus.
„ Irritum quoque, & inanè decerni-
„ mus, quidquid ſecùs à quocunque
„ quauis authoritate ſcienter, vel igno-
„ ranter contigerit attentari, conſtitu-
„ tionibus, & ordinationibus Apoſto-
„ licis ac dicti ordinis ſtatutis, & cæteris
„ in contrarium facientibus non obſtã-
„ tibus quibuſcunque, &c.

17 Et in conſtitutionibus ord. Prędicatorum diſt. 2. cap. 8. de capitulo generali, num 5. ſic habetur. Ad nullum
„ Iudicem extra ordinem, niſi ad ſe-
„ dem Apoſtolicam, cui immediatè or-
„ do ſubditus eſt, aliquod membrum
„ ordinis illique ſubditum pro iuſtitia
„ recurrat, ſub pœna abſolutionis ipſo
„ facto ſi eſt prælatus, & priuationis
„ vocis actiuæ, & paſſiuæ, etiã ipſo facto
quoad alios incurrat.

Et in declarationibus text. d. num. in calce dicitur ſic.

„ Item declaramus ſimilem conſtitu-
„ tionem æditam fuiſſe Romæ 1558.
contra fratres, qui ad quodcunque
„ tribunal, aut Iudicem extra ordinem
„ recurrerint. Et Barcinonæ 1574.
„ confirmantur, & innouantur omnes
„ pęnæ, tũ per ſacras noſtras cõſtitutio-
„ nes, tum per acta capitulorum gene-
„ ralium inflictæ contra appellantes ad
„ quodcunque ſeculare tribunal.

Hoc idem fuit decretatum Romæ 1569. inter admonitiones, vbi dici-
„ tur. Et multò minus ad alia tribunalia
„ tam eccleſiaſtica, quàm ſæcularia,
„ quoquò pacto appellare. Cętera verba ſuperiora his, infra per extenſum referemus, quando de appellatione gradatim eſt habenda.

Hinc Gregorius XIII. Bulla ſecunda vetat fratribus Minoribus etiam ſub excommunicatione appellationes ad ſæcularia tribunalia.

CONCL. VIII.

18 Regularibus licet omnino in cauſis grauiſſimis ciuilibus, & criminalibus, à mandatis, aut correctionibus exceſſiuis recurrere per viam appellationis, aut ſimplicis quærelæ, aut defenſionis, ad ſuperiorem, non dumtaxat intra ordinem, ſed etiam ad Papam, ad Protectorem, ad ſacram Cardinalium Congregationem, ad Legatos Papæ habẽtes iuriſdictionem, & poteſtatem in Regulares.

19 Aſſertio conſtat ex cap. de priore,

de

de appellat. vbi prior Regularis, qui appellationi Religioſi non detulit, grauiter puniri iubetur ex cap.licèt, de offic. ordinarij, vbi aſſerit Pontifex, licèt in corrigendis exceſſibus ſit appellationis refugium interclusum, non eſſe ſuæ intentionis remedium appellationis omnino excludere, qua ſi id concedat, vbi in correctione exceditur:& ca.ſuper quæſtionum, verſ. nos autem de officio delegati ibi; *Niſi modum excedat, non licet appellare*; & ex cap.ad noſtram, de appellat. à contrario ſenſu. ea enim ibi redditur ratio, curà correctione regulari non ſit appellandum, ne regulari ab obſeruantia regulari exorbitanti patrocinium exhibeatur. Ergo à contrario ſenſu, quando non iniquè, ſed iuſtè religioſus ſe tuetur contra Prælati exceſſum, integrum ei erit appellare.

Et optimam rationem Abbas tradit, eod.cap.licet, num. 1. quod appellatio permiſſa ſit gratia auferendi grauaminis, cap. vt debitus, de appellat. ſed grauamen minimè eſt, dum iuxta regularem diſciplinam religioſus corrigitur, & caſtigatur. Secus verò, vbi modus in ea præſcriptus exceditur, Ergo in priori caſu non erit locus appellationi, ſed in poſteriori tãtũ. Nec obſtant in contrarium adducta num. 3.& ſeqq. quia illi textus denegantes regularibus appellationem loquuntur, quando modus regularis diſciplinæ in corrigendo non exceditur: nec etiam Tridentin. Concilium relatum obſtat, quia vt reſpondent Doctores mox allegandi, non interdicit appellationem ad ſuperiorem, ſed receſſum à Monaſterio prætextu ſuperioris adeundi, quod longe diuerſum eſt ab appellatione, & à diuerſis, & ſeparatis, illatio fieri non poteſt, leg. Papinianus, ff. de minoribus, vt in fine videbitur.

20 Probatur ratione, quia Appellatio eſt quædam defenſio, cap.cum inter, de exceptione, & non qualiſcunque, ſed quæ iure naturæ debetur, & proinde nemini deneganda eſt, clementin. paſtoralis, §. cæterum, de iudic. ac ideò iniquè, ac irreligioſè agit Superior Regularis, qui appellationes iuſtas à ſe oppreſſorum non admittit, nec licentiam præſtare vult proſequendi, & adeundi Superiorem maiorem.

Multoque iniquius agit, qui ſuum ſubditum in carcerem inedia torquendum conijcit, donec appellationi, & iuſtæ defenſioni renunciet. vnde huiuſmodi ſuperior grauè puniri debet, cap.de priore, de appellat.& ibi gloſſa, & Decius. Nam iure canonico, & naturæ, omnibus oppreſſis, appellatio concedi debet, cap.ad Romanã 1.& 22. quæſt. 6. à qua conceſſione nullo vmquam iure, regularis excluſus reperitur.

21 Præterea, cum religioſus peioris cõditionis minimè eſſe debeat, quàm cæteri homines in hoc mundo viuentes, ſed melioris, nec magis grauiùs, quàm cæteri, ſed longè minus; propter quod ſunt eis multæ immunitates, ac priuilegia indulta, capit. 1. de priuileg. in 6. quare Religioſus taliter grauatus, cùm non poſſet appellare, aut per viam appellationis ad ſuperiorem non accedere, attamen per viam ſimplicis quærelæ grauantis, poteſt ad ſuperiorem adire, vt inter cæteros autumat Panormitan. cum

alijs,

aliis, in capit dilect. 2. de appellat. & ſuperior cognita cauſa, eam facere tenetur, quam bonus, & rectus Iudex ad ſe appellandi legitimè faceret.

Itineris namque arreptio ad ſuperiorem, vim, & effectum appellationis obtinet, cap. dilecti, de appellat. & remedio defenſionis, quæ eſt iuris naturalis, quam in ſe appellatio includit, religioſus vti tenetur, & debet, ac poteſt ſi vult.

DOCT. ALLEG.

22 *Sunt Doctores noſtræ aſſertionis Gloſſa fin. ad cap. ad noſtram, de appellat. & ib Innocent. num. vnico, Hoſtienſ. num. 6. Butrius num. 6. Cardi. fin. Baldus, nu. 2. Abbas ſtatim à princ. notab. 1. præpoſitus, num. 3. Alex. de Neuo, num. 13 Franchus num. 3. Decius n. 1. Imola, fin. id in Gloſſa eo. cap. de priore, verb. contempſit, & ibi Hoſtienſis ad finem, Abbas, num. 6. & idē Gloſſa cap. licet, verb. interd. & ibi Abbas num. 1. & cap. reprehenſibilis, ad finem de appellat. idem Innocent. in cap. cum ſpecialis, in fine, de appellat. Hoſtienſ. fin. Butrius, fin. Franchus §. vlt. num. 4. Angelus verb. appellatio, num. 10. vbi Syluestr. qu. 7. num. 9. Armilla, num. 15. Tabiena, quaſt. 11. num. 12. Nauarrus in comm. 3 de regular. num. 51. & libr. 2. conſil. in prima aditione de ſententia, & re iudicata, conſi. vni. num. 6. & tit. de appellat. conſil. 4. num. 1. & tit. vt lite pendente, conſil. vnico, num. 8. qui titulus ponitur in additionibus poſt libr. 5. & eod. conſil. vnico, vt lite pendēte, num 8. dicit, per hanc appellationem ſuſpendi ſententias, & cenſuras prælati regularis, in 2. eod. titu. de appellat. conſil. 4. num. 1. & conſil. 5. num. 6. Sanchez tom. 2. operis moral. lib. 6. cap 8. num. 102. Ioann. de la Crux, libr. 1. cap. 6. dub. 4. concluſ. 2. de priuileg. Ludouicus Lopez in ſumma, part. 1. cap. 284. Arragon. in 2. 2. D. Thom. qu. 69. art. 3. Azor. libr. 12. inſtit. moral. cap. 11. qu. 8. Manuel. Rodriquez de ordin. iudicialis, c. 13. num. 4. & tom. 1. qq. regul. quæſt. 29. art. 2. Sayrus clauis regiæ libr. 12. cap. 17. à numer. 38. vſque ad 40. & libr. 2. deciſ. caſuum conſcientiæ. tit. 15. deciſ. 2. & tit. 16. deci. 4. & cæteri omnes, Sà in aphoriſm. ver. Religio, num. 55. Peyrinus tom. 1. de ſubdit. q. 1. ca. 20. per totum diffusè tractat hanc materiam in fauorem aſſertionis, allegans multos Doctores, qui videantur apud ipſum.*

23 Quicquid autem aſſerant in cōtrarium Bannes in 2. 2. D. Thomæ, qu. 69. artic. 3. Salon ibid. dub. 2. & Petrus Ledeſma, tom. 2. ſummæ, tract. 8. cap. 24. immediatè, ante 8 concluſionem, fol. 778 & alii, ſi qui ſint, aſſerentes, dicta priuilegia Pontificia, & conſtitutiones relatas interdicere religioſis omnino appellationem, hac ratione ducti, quia religioſos per profeſſionē huic appellādi iuri in ſui fauorem introducto, ceſſiſſe, quo ad ſeruandas conſtitutiones Religionis ſe obligaſſe, quibus appellatio prohibetur.

Nam licet ius naturale vnicuique appellationem, qua ſe tueatur, concecedat, cùm tamē eam non percipiat, ſed ſolum permittat, poſſint religioſi huic iuri renunciare, ſicut, & ius matrimonii, & proprio habendi iure naturali permiſſa, non tamen præcepta per profeſſionem à ſe abdicarunt, nec hac Pontificum authoritati aduerſatur denegatæ facultate ad ipſos appellandi; Nam ipſi etiam tranquillitati Religionum proſpicientes, iuri huic ceſſerunt, approbantes regulares conſtitutiones, & eis priuilegia concedentes, appellationem hanc interdicentia.

CONCL. IX.

24 Præfata priuilegia Papalia, atque Regularia Decreta, ſeu conſtitutiones Religioſis appellationem denegantia, ſunt intelligenda eo modo, quo num. 3. & ſeqq. diximus, ſcilicet, quando Prælati Regulares corrigentes, ſeu punientes Religioſum, non excedunt limites regularis diſciplinæ, tunc enim minimè grauant, ſecus verò quādo grauant, eos limites prætergrediendo.

Probatur, quia, eodem tenore, eademque verborum forma, eadēue vitan-

Digitized by Google

vitandæ Religionum perturbationis ratione, ius commune, & conſtitutiones, ac priuilegia appellationem hāc interdixerunt.

DOCT. ALLEG.

25 *Docent ita Nauarrus, commentar. 3. de Regular. n. 51. ad prim. & lib. 2. conſil. tit. de appellat. in vtraque edit. conſil. 4. nu. 5. Azor. lib. 12. qu. 8. cap. 11. Rodriquez tom. 1. qq. regul qu. 29. artic. 2. Syrus libr. 12. clauis regiæ, cap. 17. num. 38. Sanchez, num. 110. vbi ſupra, & alij.*

CONCL. X.

26 Regularis non ſolum in cauſa ciuili, & criminali graui, vt diximus appellare poteſt, ſed etiam in cauſa immoderatæ correptionis, ad ſuam tuēdam innocentiam, ad ſuperiorem appellare, & adire, cap. reprehenſibilis, & cap. de priore, de appellat. & cap. licet, de offic. ordin.

Et ſuperiore nimis in ſubditum ſæuiente, de Monaſterio fugere licet, nec propterea apoſtata dicetur, aut erit; Immò Prælato grauante ſubditum, odio, iuſtè arma pro ſua defenſione aſſumere poterit.

DOCT. ALLEG.

27 *Ita enim ſuſtinent Decius, in dict. cap. reprehenſibilis, & cap. de priore, de appellat. Gloſſa, & Panormit. in capit. licet, de offic. ordin. Baldus in cap. ad noſtram, de appellat. Card. in clement. 1. §. præfatę, de ſtatu monachorum, Nauarrus, in locis ſuper allegatis, cum alijs relatis.*

CONCLVS. XI.

28 Regularis in caſu iuſtę appellationis, ſtando in iure præſcripto Papali, & ſacræ Cardinalium congregationis, nec non etiam conſtitutionum variorum ordinum regularium tenetur gradatim appellare ad ſuos ſuperiores, nimirum à priore locali ad prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, ad Legatum, aut Nuncium, ad Papam.

29 Nam Gregorius XIII. bulla 2. cōceſſit minoribus poſſe appellare ad Generalem, ad Protectorem, vel ad Papam, & in conſtitutionibus ordin. Prædicatorum, diſt. prim. cap. 18. de grauiori culpa, num. 5. lit. P. verſic. 4. „ vt indefenſus ſic dicitur. Nec licet „ eiſdem fratribus ab ordinis punitio„ nibus appellare, niſi appellatio gra„ datim fiat, vt in capitulo Romano „ 1589. ex decreto S. Congregationis „ Regular. denunciato, ſtatutum eſt. „ Eſt autem decretū huiuſmodi. Quo„ niam non nulli vagandi ſtudio, ſiue „ dum imminentes commiſſorum cri„ minum pęnas ex ſuis cōſtitutionibus, „ aut alias debitas ſibi metuūt, falſa, & „ cōmentitia grauamina cauſati nō im„ mediatè ad ſui ordinis ſuperiores ſci„ licet à grauamine Prioris, ad Prouin„ cialem, à Prouinciali ad Generalem, „ & à Generali ad Protectorem, prout „ cuiuſque Religionis conſtitutioni„ bus diſponitur, ſed ad hanc Roma„ nam curiam abſque licentia fugiunt, „ potius, quàm recurrant, ex quo ordi„ num diſciplina relaxatur. Prælati cō„ temnuntur, & ipſi in dies audaciores „ euadunt: placuit S. Congregationi „ ſtatuere, vt ſi quis Regularium impo„ ſterum temerè, ac leui ex cauſa, hanc „ almam vrbem, ſeu Curiam, abſque „ ſui ſuperioris licentia, & ſupradicta „ forma prætermiſſa, adire præſumpſe„ rit, ad ſuos ſuperiores ſeuerius puniē-

dus,

dus remittatur. Ex Sixti Quinti conſtitutione, huiuſmodi decretum emanauit, & fuit renouatum à Clemente Octauo.

30 Et in Capitulo generali Valleoleti celebrato 1602. ſub generali Xauier, præcipitur, quod in appellationibus ſeruetur conſtitutionis modus, videlicet, quod appellatio fiat gradatim, vt modò dictum eſt.

Et in conſtitutionibus Patrum prædicatorum diſtinct. 2. cap. 17. habetur num. 4. talis conſtitutio D. Bonifacij Noni ſuper hoc idem, vbi ſic dicitur. „Authoritate Apoſtolica tenore præ- „ſentium perpetua, & irrefragabili „conſtitutione, ſtatuimus, & ordina- „mus, &c quod nullus ex fratribus, ſi- „ue ſororibus ord. Præd. &c. à corre- „ctione quacumque, ſeù ab aliquo „Prælato, quauis occaſione, appellare, „aut contra eos quærelam proponere, „niſi prius, coram priore, vel prouin- „ciali, ſeu magiſtro ordin. & ſucceſſiuè „in generali capitulo, cauſam vel quę- „relam ſuam propoſuerit verbo, vel „ſcriptis, poſſit aut debeat.

Quam conſtitutionem deinde Leo Decimus confirmauit, & ampliauit in ſuo priuilegio 8. his verbis. Et pro po- „tiori cautela, omnia, & ſingula, etiam „ſub excommunicationis latæ ſenten- „tiæ pæna, ipſo facto incurrenda, ſta- „tuimus, & ordinamus.

DOCT. ALLEG.

31 *Amplectuntur aſſertionem Duardus in expoſit. bullę cænę, lib. 2. canon. 9. quæſt. 37. num. 8. Spatarius in praxi, tract. 10. part. 4. cap. 1. numer. 3. Peyrinus de Religioſo ſubdito, tom. 1. q. 1. cap. 20. Iuan de ſancta Maria in tribun. Religioſ. tract. 5. cap. 10. §. 1. num. 3. Diana tract. de dub. regular. reſolut. 53. Ioan. Crux vbi ſupra, & alij recentiores, Vecchius in ſua praxi Nouit. diſp. 15. dub. 2. num. 17. Barboſa in collectan. bullarij, verb. Religioſus, in fine.*

CONCL. XII.

32 Licèt ſacra congregatio Cardinalium modum regularibus appellandi declarauerit, nihilominus omiſſis illis medijs ſtatim ad Papam, ſeu Legatum vel Nuncium appellare poſſunt, vt praxis obſeruat, & conſuetudo, ac vſus adeſt.

Nam cùm ſummus Pontifex ſit caput ſupremum totius Eccleſiæ, & immediatè Regulares omnes ſint ſubiecti, nulla ſit iniuria Prælatis tum regularibus, tum ſecularibus his omiſſis, ad ſedem Apoſtolicam, vel ad Nuncium, ſeu Legatum eius adire, & appellare.

DOCT. ALLEG.

33 *Authores huius aſſertionis ſunt Remigius Scrofa, in opuſculo de inualiditate profeſſionis, dub. 25. & 26. facit enim mentionem decreti Clementis Octaui, Laurentius Portel. in dub. regular. verbo appellare, nu. 3. Diana nō diſplicet loc. relat. & alij nominales aſtruūt.*

CONCL. XIII.

34 Pro coronide huius controuerſiæ, dicimus, tàm iura adducta in ſuperioribus, quam bullæ papales, & indulta, & decreta, ſeu conſtitutiones ord. prædicatorum, pro tertia aſſertione, num. 3. & ſequentibus, omnia ſunt intelligenda de prohibitione appellationis circa correctionem iuſtè factam, non exceſſiuam, & de leui correctione, atque ſine cauſa rationabili ad appellationes friuolas tollendas, quibus obedientia infringitur, & de appellatione circa res leues, in quibus parum

parum iniuriæ Religioſo irrogatur.

35 In his enim Religioſus, inquam, patienter ferat, & humiliter pareat, vt ſi in ordine Prædicatorum, quis damnetur, etiam iniuſtè ad pænas grauis culpæ, id eſt, ad tria ieiunia in pane, & aqua, & totidem diſciplinas, quæ infligi ſolent pro negligentijs, quæ nõ ſunt etiam venialia peccata.

Appellationi enim ab iſtis, & ſimilibus, videtur Religioſum renũciaſſe, ſecùs eſset ſi in dicto ordine damnaretur, quis iniuſtè ad pœnas grauioris culpæ, cùm ex hac magnam incurrat infamiam, quam ſine culpa pati non debet, ſed ius habet à natura ſe defendendi medijs licitis, qualis tunc eſt appellatio pro tuenda fama, ad virtutem conſeruandam, maximè neceſſariam, iuxta dictum Eccleſiaſticum cap. 41 *curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi, & magni.*

DOCT. ALLEG.

36 *Allegantur pro hac concluſione omnes relati DD. qui pro octaua ſunt aſſertione nominati, numer. 22. & ſeqq. & cęteri nominales.*

CONCL. XIV.

37 Homo quilibet, ac multo magis Religioſus, quando ſic eſſet fama neceſſaria pro virtute conſeruanda, vt regulariter euenit, & inſinuatur dicto loco eccleſiaſt. nequit in tali caſu iuri ſuo appellandi cedere, quando hoc modo ſibi famam iniuſtè ablatam recuperat, ſicut licèt homo ſit Dominus diuitiarum, ſi tamẽ eis opus habet pro familia alenda, non poteſt eas pro libitu prodigere; ita à fortiori vtique nequit famæ renunciare, quando eſt neceſſaria ad virtutem cõſeruandam. Sequitur à ſuperiori concluſione, & eoſdem habet Defenſores DD.

In præſentiarum autem ſupereſt, concluſionem proponi, de facultate recuſandi ſuperiores regulares à ſubditis, quæ talis eſt.

CONCL. XV.

38 Prelatus indiſcretus regularis, vel odio, & mala paſſione erga ſubditum ſe habens, ſeù ſuſpectus, ac dubius ab eo habeatur in cauſis ciuilibus, & criminalibus grauibus, licitè poteſt recuſari, veluti in hoc caſu ab eo appellari poteſt, vt ſupra eſt concluſum.

Nam in hoc æquiparantur Appellatio, & Recuſatio, & quemadmodum ex iure naturæ admittitur appellatio, pari modo eodem naturæ iure recuſatio admittitur.

DOCT. ALLEG.

39 *Docẽt aſſertionẽ Hoſtiẽſ. in c. eũ ſpeciale, n. vlt. ver. extẽdi, & ibi Ioan. Andr. n. 18. Butrius fin. Bellamer. num. 14. Abbas ibi §. porrò num. 4. Franchus ib. num. 4. Alex. de Neuo, eod. §. num. 8. Præpoſitus, in fin. ibid. & cæteri canoniſtæ, & alij nominales recentiores.*

CONCL. XVI.

40 Regulares medijs omiſſis, appellare valent immediatè ad ſedem Apoſtolicam, ſiue ad ſummum Antiſtitem.

Concluſio conſtat ex capit. quoties Epiſcopi, & cap. ad Romanam, el 1. & 22. quæſt. 6. & cap. ſi duobus, cap. dilecti filij, el 3. de appellat. nec refert,

fert, quod Iudex, à quo non deferat; nam hoc caſu deferunt iura; l. quoniam Iudicis, C. de appellat. leg. ei, cuius, ff. de appellat. recip. & Iudex, qui non detulit, puniri debet, cap. de priore, de appellat. & in Religione Minimorum hoc fuit determinatum in cap. Romano. 6. num. 14. dub. 7.

DOCT. ALLEG.

41 *Sunt docentes aſſertionem Nauarr. lib. 2. conſiliorum, de appellat. conſil. 2. n. 1. & conſil. 4. num. 3. Pegna in director. Inquiſit. par. 3. commentar. 31. verſ. quod ſi, Sebaſtianus Vantius, de nullit. §. de nullitate, defectu iuriſdict. num. 77. to. 4. pag. 388. Barb. cap. dilecti filij cit. n. 3. Couarruuia, pract. qq. cap. 4. num. 9. Bouadilla, tom. 2. polit. lib. 3. cap. 8. numero 219. Peyrinus, tom. 3. priuilegiorum, c. 4. in addict. ad conſtitutiones Leonis X. numer. 14. Portel. in dub. regul. verb. appellare, numero tertio, Diana, p. 3. tract. 2. de dub. regul. reſolut. 54. Remigius Scrofa in opuſcul. de inualiditat. profeſſionis, dub. 25. & 26. & cæteri allegandi.*

42 *Nec noſtræ aſſertioni obſtat Decretum S. Congregat. de anno 1587. emanatum, quod incipit.* quoniam nonnulli Regulases, &c. *relatum à nobis n. 29. ſup. nec multo magis Regularia ſtatuta, quæ iuri communi non derogant, nec derogare valent, ex cap. quod ſuper his, de maior. & obed. & cap. inſtitutionis 25. quæſt. 2. vnde ſi Religioſus eſt verè grauatus, recurrens ad Sanctam Sedem immediatè, admittitur de ſtylo illius Curiæ, & liberè valet Romam ingredi, abſque alia licentia Superioris, non obſtante prohibitione de non ingrediendo Romam, abſque Superioris venia, quia in tali caſu ingreditur vigore decreti dicti, Papæ auctoritate facti, vbi datur talis licentia recurrendi ad Sedem Apoſtolicam.*

CONTROV. XVII.

An licita ſit Appellatio à Iudice, tam Eccleſiaſtico, quàm Sæculari lata iuxtà probabilem opinionem, aut quod magis eſt, probabiliorem.

EXPLICATIONES.

Equidem eſt multum huiuſmodi Controuerſia curioſa, ac in vſu, & praxi, frequentiſſima, ideoq; ſcitu digna eſt, ad cuius reſolutionem ſit.

CONCLVSIO I.

1 Abſolutè, & ſimpliciter loquendo, dicimus, in caſibus omnibus ciuilibus, ac criminalibus grauibus, licitam, ac iuſtam eſſe appellationem, quamuis à quouis Iudice, ſeu Superiore, & Prælato data ſit ſententia ſecundum opinionem probabilem, ſeu probabiliorem.

Probatur, quia tueri vitam, ſeù honorem, & rem ſuam via honeſta, licitum eſt, ſed in his caſibus, appellatio

ſatis iuſta eſſe videtur. ergo ſunt enim variæ opiniones, & reus amplecti vult, probabilem, putà, opinionem, ſecundum quam, ſuperior Iudex ſententiam ferre poteſt.

DOCT. ALLEG.

2 *Doctores habet aſſertio Salonium, in 2.2.D.Thom.tom.1.q.69.art.3.Ioannem Crux, in direct.p.1.pr.8.art.3.dub.11.concluſ.2.Turrianum, ad 2.2.D.Thom.to.2.diſp.51.dub.1.num.4.fauet Sylnius, in 2.2.D.Thom.q.69.art.3.Malderus, eod loco, tract.6.cap.3.dub.4.abſoluti eam tenet Diana, reſolut.104.tract.5.Miſcellaneus, p.3.& multi alij nominales recentiores eam amplectuntur.*

CONCL. II.

3 Iudex ſuperior, ſiuè prælatus, tuta conſcientia, & licitè, in dictis cauſis, ad quem appellatur pro eiſdem, iudicare poteſt ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliori etiã cõtrà propriam opinionem, dummodo probabilitas ſit circa ius, & non circà factum; quia circà factum tenetur, aliàs, ſequi, quod eſt probabilius, quod dicimus etiam de Iudice ſupremo.

Probatur, quoniam Iudex, ſeù prælatus agere videtur prudẽtèr ſequendo opinionem probabilem, relicta probabiliori in dictis cauſis, ad ſubditorum ſubſidium, & fauorem; cum ſemper de iure naturę ſit in mitiorem partem declinandum, quando de rei ſubleuamine, & auxilio, circa vitam, honorem, & famam, ac rem, agitur.

DOCT. ALLEG.

4 *Recentiores multi, ex Doctoribus, hãc aſſertionem amplectuntur, & ſex grauiſſimi relati à Sanchez, tom.1.lib.1.operis moral.cap.10.num.46.& ipſe; Bonacina, de legibus, diſp.2.q.4.puncto 9.num.13.Hyeron.de Rua in controu.tom.2.controu.6.ſcholaſtica, Martinez, in p.2.tom.1.q.29.art.6.dub.6.concl.2.Lorca, ibid.diſp.39.membro 2.Aluarez, ibi, diſp.80.n.12.Morla, in emporio iuris, p.1.tit.2.qu.2.Martinus del Rius, in diſquiſit.Magicar.lib.5.q.1.§.quotieſcumque, aſſerens, eſſe communem ſententiam Caſuiſtarum; Sancius in practicis diſput.diſp.44.num.50.Triuingo, in praxi examinatorum, fol.2.Fagundez præcept.2.lib.3.cap.4.num.5.Petrus à Nauarra de reſtit.lib.3.cap.1.numer.268.& 269.Diana, vbi ſup.ad finem, & p.1.tract.de parlamento, reſol.20.& tract.13.de opinione probabili, reſolut.3.ſequitur Suarez de legibus, lib.5.cap.18.numer.19.Leſsius lib.2.cap.33.dub.11.num.42.*

CONCL. III.

5 Integrum eſt Iudici, ſuperiori, & prælato, ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit eligere, & ſecundum eam iudicare pro Amico, &c. Immò, ceſſante ſcandalo, nunc ſecundum vnam, nunc ſecundum aliam, licèt contraria ſententia probabilior eſſet: etſi ſcandalum adeſſet, peccaret quidem, ſed ad reſtitutionem minimè teneretur.

DOC-

DOCT. ALLEG.

6 *Huius aſſertionis Doctor eſt Ioannes Valerus in differentijs vtriuſq; fori, verb. opinio, differentia 3. num. 1. multos allegans alios Doctores; Diana, reſol. 3. tract. 13. de opin. probabili, p. 1.*

Corollarium Deciſionis, multorum caſuum.

7 HActenùs reſolutis, multorum caſuum Deciſio infertur, quos dictus Sancius affert vbi ſupra.

Primo. An vnicus Teſtis, omni exceptione maior, conſtituat ſemiplenam probationem, in cauſis criminalibus.

2. An in cauſa Capitali, Iudex poſſit reum interrogare ex præcepto, eū obligando ad veritatis reſponſionē, quando ſolum delictum eſt ſemiprobatum.

3. An Iudex, vel eius miniſter incarcerare poſſit delinquentem, in alieno Territorio, inuentum.

4. An fructus induſtriales, bona fide conſumptos, poſſeſſor bonæ fidei, teneatur reſtituere.

5. An filij Reorum Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, geniti, ante parentum crimen, afficientur pœnis, Iure ſtatutis, in eorum filios.

6. An filij expoſiti ad Eccleſiæ lapidem, reputenturlegitimi.

7. An iuſpatronatus poſſit præſcriptione acquiri.

8. An pater aſtrictus ſit filiam naturalem dotare.

9. An tempore peſtis fieri poſſit teſtamentum, cū minori teſtiū numero.

10. An beneficij collatio facta infami, ſit ipſo iure nulla.

In his, & ſimilibus caſibus, iudex poteſt iudicare ſecundum quam maluerit ſententiam, vel negatiuam, ſcilicet, aut affirmatiuam.

CONCL. IV.

8 Iudices, ſeù prælati, ac cæteri ſuperiores non ob prædictorum caſuum deciſionem ſubijciuntur Syndicatui; quod iuxtà opinionem probabilem ſentētiam ferant, probabiliori relicto & communiori.

Cuius eſt ratio, quoniam, vt omnes fatentur, prudenter agit, qui ſecundum opinionem probabilem operatur; ſed Iudicem Syndicare, eò quod iuxtà opinionem probabilem ſententiam tulerit, eſſet eum punire abſque culpa; quod eſt iniquum, & rectæ rationi oppoſitum. ergo.

DOCT. ALLEG.

9 *In terminis concluſionem docet Sancius vbi ſup. diſp. 44. num. 72. in fin. Diana, reſol. 3. de opin. probabili. & alij ſuprà relati, & multi alij nominales.*

CONTROV. XVIII.

An Regulares recurrere poſſint ad Superiores maiores, ac ſupremos, ſine inferiorum Prælatorum venia, quando ſunt ab his malè vexati, &c.

EXPLICATIONES.

1 IN ſuperiori Controuerſia, ſcilicet 15. numer. 19. obitèr reſponſum fuit ad verba Trid. Concil. ſeſſ. 25. c. „ 4. de regular. vbi dicitur. Nè liceat „ Regularibus à ſuis Conuentibus, etiã „ prętextu ad ſuperiores ſuos acceden- „ di, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati „ fuerint, qui vero ſinè prædicto man- „ dato, in ſcriptis obtento repertus „ fuerit, ab ordinarijs locorum, tam- „ quam deſertor ſui inſtituti punia- „ tur. ſic concilium. modo Controuer- „ ſiam facimus.

CONCLVSIO I.

2 Præfata Tridentini verba nõ ſunt germanè, & propriè intelligenda de adeunte ad ſuperiorem ex graui cauſa, vt ſi à ſuperiore locali nimium fuerit grauatus, & iniquè vexatus: verum Concilium ſolum vetat, nè Regularis poſſit exire à Monaſterio ſine licentia ſuperioris, etiam vt adeat ſuperiorem, minimè vero prohibet nè grauatus per viam iuſti grauaminis, & iuſtæ Appellationis, verbo, vel facto interpoſitæ, adire poſſit ſuperiorem de illo ad conquærendum.

Cuius eſt ratio, quia in tali caſu non tenetur Regularis veniam petere: nam conſenſus petendus minimè eſt ab eo, qui vexat iniquè, vel de cuius culpa corrigenda, & emendanda curatur. Nec enim veriſimile eſt, Concilium voluiſſe punire actus licitos, & vt non poſſit iuſta de cauſa ad ſuperiorem recurri.

DOCT. ALLEG.

3 *In terminis docent aſſertionem Nauarrus, in 2. comment. de regular. num. 61. & comm. 3. num. 51. Azor, tom. 1. lib. 2. c. 11. q. 7. Sayrus in clau. regia lib. 12. cap. 17. n. 20. Rodriquez tom. 1. qq regul. qu. 29. art. 2. & q. 30. art. 4. Emanuel Sà, verb. Religio, num. 71. ſic dicentis. Non obſtat Concilium Trident. ei, qui fugit, mmis ſæuiente ſuperiore. Sanctarellus, tractat. de Apoſt. cap. 3. dub. 1. num. 11. Diana reſolut. 56. tract. 2. de dub. regul. par. 3. & alij num. 22. d. Controu. relati.*

CONCLVSIO II.

4 Licèt namque, ex vi verborum d. Concilij Tridentini, ordinarius capere fortaſsè poſſit huiuſmodi Regularem per ſuam Diœcœſim tranſeuntem, minimè vero, iuſtè eum retinere poteſt, nec punire, ſi fidem faceret multò magis ſe grauatum, appellaſſe, vel de grauamine proteſtatum, Iter arripuiſſe ad ſuperiorem, & hac de cauſa, licentiam ſcriptam ſecum non deferre, quia prælatus eam dare noluit, à quo appellauit, aut iuſtè petere metuit, ſeù quoniam, ob appellationem, vel licentiæ petitionem, in carcerem iniuſtè coniectus, aufugit.

Nam in tali euentu, vt modo, diximus, non tenetur huiuſmodi Regularis licentiam petere, &c.

DOCT. ALLEG.

5 *Eoſdem, hæc noſtra concluſio habet Authores, quos num. 3 retulimus, & alios legandos nominales.*

CON-

CONTROV. XIX.

Ad quid Regularis teneatur à ſuo Superiore grauatus, & ſinè eius licentia à Monaſterio recedit, animo Romam petendi, & veniam non habuit, cuius cauſa per mẽſem cum dimidio à loco ſuo diuagauit; deindè coactus, ad Monaſteriũ redijt, & Superiori ſe præſentauit, cum alijs maioribus Superioribus nequierit alloqui: fuit proprereà ab eo carceribus mancipatus, & poſt duos ferè menſes per ſẽtentiã mulctatus ea pœna, qua Apoſtatæ in ſua Religione plectuntur, à qua ſententia, cum appellaſſet, non fuit appellatio admiſſa: nunc quæritur, ad quid, (inquam) talis Regularis teneatur pro ſui defenſione, & quid Iuris ſit dicendum. Pro cuius Deciſione ſit

CONCL. I.

1 Sententia, vt iuſta ſit, debet delicta punire ad modũ culpæ, itaut pœna non egrediatur, nec excedat culpam, aliàs eſt iniuſta.

Concluſio patet ex l. reſcriptum, ff. de his, quibus, vt indign. ſed in caſu noſtro pœna eſt egreſſa terminos culpæ; quia fuit ei impoſita pœna Apoſtaſiæ, cum nõ apoſtatauerit, quod de ſe eſt certiſſimum.

2 Nam Apoſtaſia Religionis eſt temerarius à Religione receſſus, ab eo factus, qui tria eſſentialia vota ſolemniter, vel tacitè in ea emiſit, ſine animo ad eam reuertendi. At præfatus Regularis animum habuit ad religionem reuertendi: Nam animus probatur ex coniecturis qualis fuerit, l. 1. §. Diuus, ff. ad legem Cornel. de ſicar. & capit. ſignificaſti, el 2. de homicid. Gloſſa 2. in d. l. 1. & Alexand. in conſ. 103. in princ. volum. 1. Et ex coniecturis patet, dictum Regularem animum non habuiſſe ampliùs non redeundi, cum habitum retinuerit, & de facto ſpontè eſt reuerſus ad Monaſterium, quando experientia doctus, non poſſe licentiam Romam introeundi cauſa alloquendi ſuis maioribus ſuperioribus. ergo Apoſtaſiam non commiſit. ergo ſententia iniuſta fuit data.

DOCT. ALLEG.

3 *Ità docent Caiet.in ſumma, verb. Apoſtaſia, & 2.2. q. 12. art. 1. & ibi Bannes in diſp. de Apoſtaſ. Nauar. conſil. unico, de Apoſtaſia num. 8. Rodriquez, tom. 1. qq. regul. q. 30. art. 1. Megala, in p. 2. Inſtitut. moral. lib. 2. cap. 28. q. 2. num. 37. & tom. 1. promptuar. ver. Apoſtaſia n. 12. & tom. 2. variarum reſolut. reſolut. 195. num. 4. & 5. & alij nominales.*

CONCL. II.

4 Regulares valent ab exceſſu correctionis ſuperioris appellare, quando in corrigendo ſe habent indiſcretè, & limites correctionis excedunt atque egrediuntur.

Ità habetur in cap. de priore, & in cap. ad noſtram, de appellat. eſt namque appellatio remedium ſuæ innocentiæ, l. 1. ff. de appellat. & cap. ad Romanam 2. q. 6. & cap. ſpeciali, §. 1. de appellatione.

DOCT. ALLEG.

5 *Eſt communis inter Canoniſtas in dict. Iuri. & eam docet Abbas in d. cap. ad noſtram, numer. 9. de appellat. Romanus, in conſil. 351. Calderin. in conſil. 20. de Regul. Megala vbi ſup. & alij Doctores in ſuperioribus Controu. allegati.*

CONCL. III.

6 Licèt in appellatione peragenda, ſit mentio fienda expreſſa, *de exceſſu*; Religioſi nihilominus, ſi omittant, in appellatione, excuſantur, & valida eſt, atque à Iudice eſt accipienda.

Cum appellans, Religioſus ſit, non tenetur ſecundum Iuris apicem procedere, & Doctorum ſubtilitates ſcire, & ſecundum Gloſſam, nec litteratus eſſe teneatur, in cap. legi. 16. q. 1. ergo quando eſt ab exceſſu ſuperioris grauatus, & ab eo appellat, non eſt priuandus tali beneficio, quia omiſit huiuſmodi exceſſus mentionem expreſſam.

DOCT. ALLEG.

7 *Doctores ſunt huius aſſertionis Innocent. in dicto capitulo ad noſtram, de appellat. Abb. ibidem numero nono, Decius, numero 28. ibid. & alij communiter DD.*

CONCL. IV.

8 Regulares, pro indiſcreta ſuperioris correctione, ad ſuperiores recurrere poſſunt per viam quærelæ.

Nam dato, & non conceſſo, quod dicta appellatio non ſit valida ob dictum defectum, quia non fuit mentio expreſſa facta de exceſſu; tamẽ dictus Regularis non eſt auxilio deſtituendus, ſed eſt ſubleuandus à tali exceſſu, ſaltem tamquam ſi proceſſiſſet cõtra ſuum grauamẽ per viam quærelæ.

DOCT. ALLEG.

9 *Sic Bald. in cap. ad noſtram de appellat. Decius, numer. 3. ibid. Megala d. reſolut. n. 6. & alij nominales.*

CONCL. V.

10 Corporales afflictiones licèt arbitra-

trariæ ſint intenſiuè, vt ſcil. ſuperioris arbitrio ſecundum qualitatem exceſſus poſſit tranſgreſſorem punire, non ſunt tamen arbitrariæ extenſiuè, vt ſcil. vltra tempus taxatum caſtigare poſſit eiſdem pœnis.

Nam cùm vnica ratione pœna apponitur, ſcilic. vt per vnum menſem detineatur in carcere, & per coniunctionem, *Et* decernitur, vt puniatur corporalibus afflictionibus infra vnum menſem, & non vltrà, quæ omnia ſunt ſic adimplenda, vt ſicut nequit ſuperior excedere menſis terminum quoad carcerem, ita nec poteſt terminum eiuſdem menſis excedere quoad corporales afflictiones, quia copula, *Et*, coniungit, & repetit copulata cum ſuis qualitatibus, vt Thuſch. dixit tom. 2. pract. concluſ. iur. ver. concluſ. 274. numer. 8. Et diſpoſitio limitata, ac reſtricta ad certum tempus non habet locum poſt tempus, leg. ſi vnus, §. ſi cum res, ff. de pact. Ancharan. conſil. 118. num 2. & cum in materia odioſa, & pœnali ſimus, & propterea reſtringenda, cap. odia. de reg. iur. in 6.

CONCL. VI.

11 Iudex tenetur appellationem admittere, quando non eſt à iure vetita, aliàs punitur pœna triginta librarum auri, de iure ciuili, & de iure canonico ſuperioris arbitrio, & ideo nequit eam non admittere ſine appellantis iniuria.

Probatur pars prima, ex leg. iudicibus, C. de appellat. 2. pars ex cap. de priore, de appellat. 3. probatur, quoniam quod non iure fit, iniuria dicitur, leg. 1. ff. de iniurijs.

CONCL. VII.

12 Regularis fugiens pro indiſcreta ſuperioris correctione, & ſæuitia, ad maiores ſuperiores, puniri nequit pœna fugitiuorum.

DOCT. ALLEG.

13 *Ita autumant Bald. in cap. ad noſtram de appellat cum alijs ibid. & diffusè probat Rodriquez, vbi ſupra art. 3. Megala numer. 9. vbi ſupra, & alij communiter.*

14 Itaque quando ſunt puniendi Regulares ex vi conſtitutionũ arbitrio ſuperiorum euntes de vno loco, ad alium ſine licentia prætextu eundi ad Superiores maiores, eſſe debet tale arbitrium regulatum ad menſuram delicti, & ne pœna delictum egrediatur, & excedat.

FINIS.

Scri-

SCribebat præfatus R. P. F. Franciſcus Maria de Samuellis, Prędicatorum Ordinis, Cluſinus Patritius, ac Senenſis Ciuis, profeſſus Conuẽtus S. Agnetis de Monte Politiano; Deo gratias agens infinitas, B. Mariæ Virgini, & Sanctiſsimo Patriarchæ D. Dominico, cum Sanctis omnibus: cenſuræ, ac correptioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicæ, ſe, & hos tres ſuos Tractatus de Canonica Electione, libentiſsimo animo ſubmittit.

Digitized by Google

INDEX DISPVTATIONVM.

ac Controuerſiarum, quæ in his tribus Tractatibus, de Canonica Electione continentur.

TRACTATVS PRIMVS.

DISPVTATIO Prima.

De diffinitione, ac forma Canonicæ Electionis.

CONTROVERSIÆ.

PRima, An propria, ac ſpecialis electionis Canonicæ, diffinitio germana reperiatur & de eius generali diffinitione, ac diuiſione, diſſeritur. pagina 1.
2 An Regularia Comitia generalia condere valeant conſtitutiones, vt vera electio fieri poſſit à minori parte Electorum, contra ſacrorum Canonum diſpoſitionem. p. 4.
3 An detur forma Canonicæ electionis, & quotuplex aſſignetur. pag. 8.
4 An præter formam Canonicæ electionis, cap. quia propter, de electione in 6. alia, nouiſſimè reperiatur, à Conciliari Tridentina conſtitutione tradita, atque ſeruanda in omni Eccleſiaſtica canonica electione. p. 11.
5 An poſt Decretum Tridentini Concilij, ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 6. in Prælatorum electione Regularium, alio Ritu, quàm per ſcrutinium procedi poſſit, p. 12.
6 An electio celebrata, non ſeruata forma canonica, in foro conſcientiæ, ſeu poli, valeat. p. 23.
7 An electio celebrata contra formam canonicam, cap. quia propter de electione, in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. Concil. Triden. ſit ipſo iure nulla, ac ab eiſdem etiam electoribus, reiterari poſſit. p. 14.
8 An decretum irritans, contentum in capit. quia propter, de elect. in 6. quod eſt, *aliter electio facta non valeat*, liget etiam ignorantes, quoad nullitatem actus: & ſimiliter in cap. 6. ſeſſ. 25. de regular. Tridentini Concilij. p. 17.
9 An electio ſit nulla celebrata, aliquo ſubſtantiali omiſſo, formæ cap. quia propter, de elect. in vnico tantùm voto, & ſi cōtra eiusdē ca. diſpoſitionem allegari valeat conſuetudo. p. 18.
10 An electio ſit canonicè valida, in qua aliqua fōrma ſeruata non fuit, ob quam cauſam electio monaſterij, ſublata fuit eligendi facultas, & eam ſumpſerunt capituli diffinitores. pagina 19.
11 An regulares prælati, uirtute alicuius priuilegij, poſſint defectus capit. quia propter de elect. in 6. & ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus, ſupplere in canonicis electionibus, interuenientes, p. 21.
12 An in omni electione, ad quamcumque dignitatem, ac officium ſit diſpoſitio cap. quia propter de elect. in 6. ſeruanda, & cap. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concil. p. 24.
13 An Regularium Generales, Prouinciales, ac Diffinitores teneantur ad obſeruantiam formæ cap. quia propter de elect. in 6. & capit. 6. ſeſſ. 25. Trid. Concilij, in prouiſione Abbatuū, Priorum, Guardianorum, &c. ſuppoſito, celebrandam eſſe ab ipſis, huiuſmodi electionem, ex vi ſtatutorum ſui ordinis. p. 26.
14 An Regularium Superiorum localium electio, ſeu prouiſio valida ſit, non celebrata ſecretò, ſed palàm vt vnuſquiſque aure aliorum, vota percipiat, à Generali, vel Prouinciali cū Diffinitoribus, non ſeruata forma ordinationum, ſeù ſtatutorum propriè Religionis, in quibus cauetur, vt huiuſmodi prouiſio, ſeù electio, à ſuperioribus maioribus fiat per ſcrutinium ſecretum, vel per ſchedulam habeatur, p. 30.

DISPVTATIO Secunda.

De Electorum, ſeù vocalium conuocatione, ad canonicam electionem.

CON-

INDEX.

CONTROVERSIÆ.

PRima, An ad Canonicam electionem, vt canonicè celebretur, nonnulla neceſſariò exigantur, quæ electionis formam præcedant, aliàs inanis, ac irrita electio ſit. pag. 34.
2 An Canonicus ſecularis Religionem ingrediens, intra probationis annum, vocem in canonicorum electione habeat, ſi, e.g. caſus accidat, vt Canonicus eligi debeat, p. 36.
3 Electores, ſeù vocales, à quonam vocandi ſint, & qui ſint, & quomodo ad electionem petendi ſint, p. 37.
4 An tempore electionis præfixo, ac neglecto ab eo, ad quem ſpectat electores conuocare, nihil de electione cogitat; poſſint ipſi electores ſe ipſos conuocare, & Canonicam electionem validam, ac ratam celebrare. p. 41.
5 An electio illa valida ſit, in qua fuit à collegiata noua Clericorum ſecularium, Rectore, aut Archipresbytero carente, electus Sacerdos de Collegio, huius cauſa, vt ad Synodum Diœceſanam accederet, quod factum fuit contra conſuetudinem immemorabilem. 44.
6 An electio valida ſit, vbi quatuor electores, vel plures, ad celebrandam electionem conueniant, & quidam eorum contendat, aliquem minimè conuenire poſſe, non habens ius eligẽdi, quia illud omiſerit. Alij verò contẽdant, ipſum debere amitti, ſaltem cum proteſtatione, & excludens, nullo pacto conſentiat, vt admittatur; & ſocio vocato, cum ipſo eligat, reclamantibus cæteris duobus: quid ſi facta tali electione, alij duo, vel plures, aliam faciant electionem, primam nullam fuiſſe contendentes. pag. 46.
7 An electorum abſentium vocatio ita ſit de eſſentia, ac electionis ſubſtantia, vt ſi minimè vocentur, electio ipſo iure nulla ſit. p. 48.
8 An Elector abſens contemptus, audiendus ſit, ſi non contradicat electioni infra tempus; quod confirmationem antecedit, p. 49.
9 An ad petitionem Electoris religioſi contẽpti, electio irritãda ſit, ad quam de iuſtitia vocandus erat. p. 50.
10 An Electio ipſo iure nulla ſit, ſi non fuerint congregatæ ſaltem duæ partes eorum, qui debent, volunt, ac poſſunt commodè intereſſe, p. 52.
11 An Electores inhabiles, ſi non vocentur, electio, & alia capitularia ſint nulla, & irrita, nec ne, p. 53.
12 An electus ſi è vita decedat, ſeù renũciet, aut ob illius occultum vitium, electio irritetur, pagina 55.
13 An electio teneat, atque valida ſit, ſi aliquis Electorum, vel maior pars, ſeù omnes è vita deceſſiſſent, aut inhabiles eſſent, ſeù non veniſſent intra Terminum, pagina 57.
14 An Electio Regularium Superiorum localium, quæ de iure ad patres conuentuales, vt puta, in ordine Prædicatorum, ſpectat, & Electorum numero diminuto Conuentus, malitia, ac fraude priorum prouincialium, vt electio, ſeù prouiſio ad eos deuoluatur, & ſic ab illis facta, in vtroque foro teneat, ac valida ſit nec nè. p. 60.
15 An elector abſens exprimere ſuum poſſit votum per litteras, aut procuratorem inſtituere; qui ipſius nomine in electione ſuffragium præſtet. p. 68.
16 An Elector Regularis abſens ſuum poſſit ſuffragium in electione Prælatorum Regularium quorumcumque, per Procuratorem ſupplere, ac præſtare, ex vi noui iuris Trident. Concilij cap. 6. ſeſſ. 25. de Regularibus. p. 71.
17 An Electores abſque mortali peccato, poſſint voci actiuæ renunciare, 73.
18 An electio canonica locum habeat, in quo ab electoribus celebranda ſit, p. 77.
19 An canonicæ electioni tempus præſcriptum detur, in quo electores teneantur capitulariter conuenire ad electionem celebrandam, p. 79.
20 An electiones canonicæ noctis tempore licitè ac validè fieri poſſint, p. 83.
21 An ad electionis Canonicæ celebrationem, oratio præcedere debeat, p. 85.
22 An in Prædicatorum ordine, aliqua obſeruanda præbeantur tam ante electionem canonicam, quàm in ipſo actu, atque poſt illam, ab electoribus celebratam, & quę ſint, tradũtur, p. 86.

DISPVTATIO. III.

De Electione, ac Poteſtate Scrutatorum, atque Compromiſſariorum.

CONTROVERSIÆ.

PRima, an in electione canonica, Scrutatores exigantur, & qui, & quot eligendi ſint, pagina 91.
2 An in electione celebrãda per Compromiſſum, Numerus compromiſſarij; præſcriptus ſit, & qui eligi debent, p. 93.
3 An electio canonica compromitti poſſit, aliquo de capitulo diſſentiente, atque nolente. pag. 94.
4 An in electione Canonica; compromiſſum factum à capitulo, vno electorum contradicente, valeat ac ratum ſit, p. 95.
5 An Electores reuocare poſſint facultatem, quam Compromiſſarijs præſtarunt. p. 96.

6 Quo-

Digitized by Google

6 Quomodo diſquirenda ſint electorum vota, à compromiſſarijs, & à Scrutatoribus. p. 98.
7 An Compromiſſum factū à ſuperiore, ſiue ab aliquo alio, nomine, ſeu vice omnium, alijs iacentibus, & non cōtradicentibus, valeat, & an idem ſit iuris etiam de ſcrutatoribus. 102.
8 An quando duo ſunt Electores, ac vnus de capitulo eligendus eſt, electio canonica ſequi valeat. p. 104.
9 An duo, vel tres, aut vnus in capitulo reperiantur, ad electionem celebrandam, teneantur tales electores formam cap. quia propter de elect. in 6. & concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus obſeruare. p. 107.
10 An electio teneat per Compromiſſarios facta, minimè voto ſcrutato electi, qui, & ipſe in capitulo eſt. 111.

DISPVTATIO IV.

De votis, ſeu ſuffragijs, ac Electorum, ſiuè ſuffragantium poteſtate.

CONTROVERSIÆ.

PRima, An electores, ſeù vocales, priuſquam ad eligendum procedant, teneantur iuramentum præſtare iuxta decretum Clementis Octaui pro Regularium reformatione, aliàs electio irrita ſit, ac prorſus nulla, atque mortaliter peccent, illud omittentes. pag. 112.
2 Au ſtante dicto iuramento præſtando ab Electoribus in illis Religionibus, in quibus eſt in vſu, ac acceptatum, & adhuc de conſuetudine & in praxi habetur, quomodo vero præſtandum impreſentiarum in dubium reuocatur, ac etiam ſi alij teneantur præſtare Regulares, vbi tamen adhuc in vſu eſt. p. 113.
3 An dictum iuramentum ab electoribus ante electionis celebrationem præſtandum, vbi eſt vſu receptum, & de conſuetudine eſt, per Procuratorem præſtari poſſit, electore impedimentum habente. p. 115.
4 An electores ad vota, vel ſuffragia ſingulatiter procedere debeant, aut bini, vel trini ferenda. p. 116.
6 An elector teneatur ſuum præſtare ſuffragium, qui in capitulo audiuit ſcrutinium, aut ſe ab eligendo eximere poſſit. 119.
7 An electio canonica ab electoribus per fabas, ſeu lupinos, ſeu per ſchedulas, aut viua voce celebrari poſſit de prælato ſeculari, ſiue Regulari, & Canonico, ac alijs eccleſiaſticis perſonis in dignitate conſtitutis. p. 123.
8 An Capitulum generale Regularium, decretum condere poſſit, ſiue conſtitutionem, ſub pœna excommunicationis latę ſententię, ſuperioribus locorum ſeruata, vt nemo electorum tractatum habeat, ſeù collocutionem faciant vllo modo: an, inquam, generale capitulum hoc ita facere valeat, vt electores ſub dicta pœna obligentur. p. 125.
9 An conſuetudo induci poſſit, nullum tractatum adhibere in electione, ad ſubornationem euitandam. 127.
10 An electores in Prædicatorum ordine, ante electionis celebrationem habere valeant inter ſe, & quo tempore, de electione, tractatus. pagina 128.
11 An electores habere poſſint antequam ad electionem celebrandam perueniant, tractatus, ſeù diſcurſus electionales. p. 129.
12 An Electoribus in canonica celebranda electione, ſit aliqua præſcripta ſuffragij, ſeù diſcurſus electionalis. p. 129.
13 An Electores, ſua præſtantes vota inutiliter vt puta, in Prælati electione, vel alterius officialis regularis, aliqui eorum ſuffragentur ſummo Pontifici, vel Epiſcopo, aut Regi Gallo et ſimili, aut in electione ſocij, ſiue diſcreti, eligant Priorem, vel Generalem, & huiuſmodi, cōtra iuris, vel Regularium ſtatutorum diſpoſitionem; ſeù excluſos à voce paſſiua, & demùm ſi conditionabilia, alternatiua, ſeù incerta vota præſtarent, quid agendum ſit in huiuſmodi euentu. p. 134. & 135.
14 An Electio ſit canonicè valida de perſona incerta habita. p. 137.
15 An Electio ſit canonicè rata, ac valida de perſona notoriè non eligibili celebrata. p. 138.
16 An Electores, poſtquam eorum votum, ſeù ſuffragium præſtarunt in electione reuocare, ac mutare, pro eorum libitu valeant. p. 140.

DISPVT. V.

De Electorum ſugragijs, ſeu votis, vnquam in Canonica Electione, nec publicè, nec priuatè manifeſtandis.

CONTROVERSIÆ.

PRima, An in Canonica electione, Electores ſua valeant vota, ſiue ſuffragia vnquam manifeſtare. p. 143.
2 An Electores ſua vota, ſeu ſuffragia, alijs Electoribus aperientes, & manifeſtantes, irritam, ac nullam electionem reddant. p. 141.
3 An electio illa ſit canonicè valida, ac rata, in qua malitiosè, aut ignoranter, vota, ſeù ſuffragia alicuius Electoris, vel plurium eligentium, manifeſtata fuerint. 151.
4 An Elector in actu canonicæ electionis Prælati, ſi vni dumtaxat ex Electoribus, propriam oſten-

oſtendat ſchedulam, qua ſuffragaturus eſt, huiuſmodi ſubſequuta electio, irrita, ac nulla ſit, ipſo iure. p. 154.

5 An Elector, ſi ſuâ propriâ alteri ſchedulam oſtendat, Electorum, in electionis actu, qua ſuffragaturus eſt, Capitulo electionis hoc permittente, ſubſequens electio valida ſit, ac teneat. p. 156.

6 An Elector licitè valeat ſuam præſtare ſchedulam plicatam alteri, vt in vrnam ponat, ita vt contra ſecretum electionis agat, in qua præcipitur, vota eligentium non publicari poſſe. pagina 157.

7 An Elector ſi ante electionem dicat, cui ſit ſuum votum daturus, aut poſt electionem cui ſit ſuffragatus, contra ſuffragiorum electionis ſecretum fecerit, & propter hoc electio nulla reddatur. p. 160.

8 An ſi vnus Elector, alteri Electori, vel etiam non vocali ſub ſecreto ſchedulam ſuam oſtendat, qua eſt ſuffragaturus, mortalitèr peccet. pag. 161.

DISPVTATIO VI.

De Meritis, ac Idoneitate Eligendorum.

CONTROVERSIÆ.

PRima, An ante electionem celebrãdam, aliquis Regularis, vel Secularis Eccleſiaſticus quærelatus de delictis quibuſdam, ſed quia depoſitio probata, minimè fuit ſufficienter, eligi in Prælatum. vel Canonicum poſſit licitè, ac validè nec ne. p. 162.

2 An regularis Nouitius, infra probationis ſuæ annum, ad Epiſcopalem dignitatem eligi valeat. p. 164.

3 An in electionibus eccleſiaſticis, quis dignior eſt, ad hoc ſit cæteris præferendus. pagina 164. & 165.

4 An in eligendis ſuperioribus in ordine Prædicatorum, aliquæ exigantur qualitates. pagina 167.

5 An Electores teneantur ſub mortali peccato, digniorem eligere, minimè verò, dignum præponere. p. 168.

6 An vnquam licitum ſit Electoribus, ac cæteris Prouiſoribus, Collatoribus, & huiuſmodi Eccleſiaſticis perſonis, eligere, aut conferre dignis, dignioribus prætermiſſis, abſque mortali culpa. 176.

7 An electio de digno habita, digniore notabiliter omiſſo, in foro fori ſit valida, ac teneat, & an ſic electus iuſtè conſentire tali electioni poſſit, ſinè mortali peccato. p. 179.

8 An electio alicuius prælaturæ, vel officij ab electoribus fienda, ſeu à collegio, celebrari debeat de digno eiuſdem Collegij; digniore omiſſo alterius puta, Monaſterij, vel prouinciæ. p. 181.

9 An Elector Confeſſarius licitè ſuum valeat ſuffragium alicui denegare perſonæ eligendæ in prælatum, aliàs dignum æſtimatum, ſed per ſolam ſacramentalem Confeſſionem indignum nouit. p. 184.

10 An Elector teneatur tale ſuffragium indigno denegare, cognito per ſolam ſacramentalem confeſſionem. p. 185.

11 An elector indignum eligens, quem talem eſſe cognouit per ſolam Sacramentalem confeſſionem, ſiue publicè, ſiue ſecretò eligat, pœnas taxatas, cap. cùm in cunctis, §. final. de electione incurrat. p. 185.

12 An electores decem in Capitulo exiſtentes, & nouem de facto concurrunt ad indignum eligendum, & vnus duntaxat vltimus, & certò ſcit, nihil proficere poſſe per denegationem ſui ſuffragij, valeat ne, te cum alijs nouem conformare. p. 185. & 186

14 An ſi nouẽ Electores determinati ſũt, dignũ eligere, relicto digniore, poteſtnè decimus Elector, pro bono pacis ſe his conformare nouem electoribus. p. 186.

14 An ſi indignus ad animarum regimen eligatur mortaliter peccet, ſi ſcit ſe indignum, acceptet. p. 186.

15 Quæ namque illiteratura ſit ſufficiens, ad quempiam indignum, prælatura reddendum. p. 187.

16 An Elector peccet, qui bona fide indignum eligit, vel minus dignum, *digniorem putans*. pag. 188.

17 An propter morum defectum quis indignus dicatur Eccleſiaſtica prælatura, vt ab Electoribus eligi non valeat. p. 189.

18 An elector, dum in Capitulo, vel locali, vel prouinciali reperitur, vbi de prælatò eligendo tractatur, quem ſcit fore pernicioſum communitati, quia eſt malæ vitæ, & malæ conſcientiæ, ac totum hoc occultum eſt, eſſe tam malum, ad quid agendum in tali caſu teneatur. p. 191.

19 An aliquando, ab electoribus indignus eligi valeat. p. 192.

20 An Elector ſuffragiũ negare poſſit illi, qui licèt digniſſimus exiſtimetur, nihilominus per ſolã ſacramentalẽ cõfeſſionem ſcit ipſe indignum eſſe. p. 193.

DISPVTATIO VII.

De Electionis, ac Scrutinij publicatione, ac Electi facultate.

CON-

CONTROVERSIÆ.

PRima. An electorum ſingulorum vota in ſcriptis redactæ, publicanda ſint, ac illorum collatio facienda ſit. 197.

2 An neceſſariò electio publicanda ſit ſtatim poſt publicatum ſcrutinium. 201.

3 Electio namque, quomodo, & à quo publicãda ſit, in præſentiarũ cõtrouertitur. 202.

4 An electus teneatur electioni de ſe factæ, conſentire, & quando, & quomodo, & ſub qua culpa. 207.

5 An vacet culpa ille, qui prælationis muneri ſe ſubijcit, quod ex multis circumſtantijs probabiliter conijcit futuram ſibi eſſe occaſionẽ peccandi, 213.

6 An electionis Decretum ſit de illius ſubſtantia; & an plenam fidem faciat. 214.

7 An electus, antequã confirmatus ſit, exercere valeat ſuum officium, ac admiuiſtare. 219.

DISPVTATIO VIII.

De confirmatione, ac confirmati poteſtate.

CONTROVERSIÆ.

PRima. An electionis confirmatio neceſſaria ſit, ac omninò requiratur. 220.

2 An electionis confirmatio ad maiorẽ electi ſuperiorem ſpectet; cuius forma, ac munus confirmatoris ſit, & an caſſata confirmatione, caſſetur quoq; electio, aliàs, canonica. 222.

3 An ſi electorũ vota in plures ſe diuiſerint partes, itaut nemo à maiori parte capituli electus ſit, poſſit Superior, ad quem ſpectat aliquem eorum eligere, in quem ſuffragia diriguntur, confirmare. 228.

4 An contra electiones, ac prouiſiones Regularium Superiorum opponi poſſit. 235.

5 An electores reclamare poſſint de electionis nullitate, atque Superioris confirmatione, & infrà quod tempus. 237.

6 An regularis in ſuperiorẽ electus, huius vigore electionis valeat cauſam proſequi, in dubium poſita talis electio an ſit valida, cũ Monaſterij expenſis. 240.

7 An electio ſuperiorum, ſæculariũ fauore, & auxiliò ab electoribus facta, valida ſit. 243.

8 Quę perſonarũ genera opponere, ac contradicere poſſunt electionibus, ac prouiſionib. Regularium prælatorum, & quomodo, & intra quod tempus, id fieri poteſt. 243.

9 An prælati Regulares poſſint amoueri à ſuis prelaturis, ac dignitatibus, ad libitum ſuorum ſuperiorum ſine cauſa. 248.

10 An Regulares prælati emittere profeſſionem fidei teneantur. 255.

11 An Regulares prælati exẽpti, habentes iuriſdictionẽ Epiſcop. vel quaſi Epiſcopalẽ poſſint in ſibi ſubditos, ſi prohibiti non ſint, quidquid poteſt Epiſcopus in ſuos. 258.

TRACTATVS II.

Qui continet Canonica impedimenta, & eorumdem abſolutionem, ſeù diſpenſationem, quæ per Prælatos Regulares impertiri poteſt.

DISPVTATIO I.

De his, quæ impediunt electionis libertatem.

CONTROVERSIÆ.

PRima. An de elect. ſubſtãtia ſit omninò voluntariè, ac liberè celebretur, aliàs, ſit ipſo iure nulla, & nullo modo coactè, ac alio impulſo modo. 263.

2 An electio dici poſſit coarctata, aut libera, in qua dũtaxat tres electores reperiũtur, & vnus vocẽ actiuã ſolũ habens, & reliqui duo habẽt vocẽ actiuã, & paſſiuã, ac electio fiat alterius ex duobus, in electorẽ, putà, cap. generalis, valida ſit, & ſi electo cõperat ius ad cap. generale veniẽdi; vel ſi vnus ex duob. qui actiuã, ac paſſiuã vocẽ haber, ſe ab eligẽdo ſubtraxerit, electio, quæ ab illo ſit, qui ſolũ vocẽ actiuam habet, rata, ac bona Canonicè ſit. 265.

3 An elect. illa ſit canonicè valida, ac rata, in qua ſolus vnus proponitur, & ab electoribus eligitur. 268.

4 An electio in ordine prædicatorum, & ſic in cæteris Religionib. Regularib. Generalis, vel Prouincialis electio, ſi ad tres, vel quatuor perſonas coarctetur, ſit canonicè valida, & vndequaque libere celebrata, & inde ſequuta talis electio ſit nulla ipſo iure. 271.

5 An coactio, ſeu reſtrictio libertatis, electionem vitiet, & quæ 278.

6 Qui metus dicatur cadere in virum conſtantem ad effectum irritandæ, & annullandæ canonicæ electionis, cuius ſubſtantia eſt, vt totalitèr liberè, & ſpõtè celebretur abſq; vllo prorſùs impulſu, coarctatione, & ſimili. 281.

7 An præter metum, in vitum conſtantem cadẽtem, ſuſpicio, preces, timor, & huiuſmodi, ſint ſufficientes ad annullandã electionẽ, quãdo in perſonis electorũ hæc interueniunt. 287.

8 An abuſus poteſtatis ſæcularis vitiet electionem, ac annullet. 293.

9 In Canonica elect. quæ nàm procuratio, ſeu ſubornatio à iure tã cõi, quã ſpeciali, ac Sũmorũ Antiſtitũ extrauagantib. prohibeatur. 295.

10 An in canonica electione, ſubornatione vti liceat, contrà ſubornationem. 296.

11 An ſubornatio, & qualis vitiet atque annullet electionem. 298.

12 An pœnis, & quibus, ſubornatores, in Regularium electionibus, afficiantur. 304.

DISPVTATIO II.

De Simonia, & pactis Simoniacis, ac Conuentionibus inter Electores in Canonica electione occurrentibus, quæ nullam Canonicam Electionem reddunt.

INDEX.

CONTROVERSIÆ.

PRima. An electores Simoniam committant in electione Canonica ſi aliquid temporale munns, vel à manu, ſeù à lingua, aut ab obſequio electoribus præbeant, vt in priorē, ſeu in Canonicum eligantur, aut ſimilem aliū honorem Eccleſiaſticum conſequantur, ſiuè ex electoribus ſint, ſiue non ſint. 311.

2 An in electionibus, aliquid precium detur, per quod in eis ſimonia inducatur. 312.

3 An electores inter ſe conuenientes, vt vnus eorū, in vna electione, putà, Prioratus, Guardianatus, Prouincialatus, Generalatus, Canonicatus, vni ſuffragetur, & alius alteri in alia, ſimonia committatur. 316.

4 An electio ſimoniacè celebrata, inualida ſit, ac irrita ipſo iure. 320.

5 An electores de Canonicæ elect. cōmodis licitè, abſq; ſimoniæ labe paciſci valeant. 329.

6 An electores inter ſe conuenire valeant, dicēdo, elige me in Generalem, & ego te in Prouincialem eligam: ſeù vice verſa; ſi tu mihi promittis me in priorē eligere, ego te in prouincialem eligam: An, inquam, talis electio valida ſit, ac Canonicè bona exiſtat. 330.

7 An elector promittere valeat alteri electori beneficium, putà, prioratus, Abbatiatus, vel aliud officiū, ſeu pecuniā, aut aliquid aliud pretio æſtimabile, vt illi ſuffragetur, vel ſuū votū eius amico prębeat, & ſic ſimoniā cōmittat, & elect. ſequuta valida ſit, ac canonicè rata. 331.

8 An elector ſi ad indignum ſuffragandū, inclinet, vel ad minus dignū, dignior abſq; ſimonię labe, hāc vexationē pretio redimere valeat. 332

9 An qui electori pretiū præſtitit, ad redimendam vexationem nè minus dignus eligatur putà, in priorē, ſeu Canonicū, ſimoniacus euadat, & in pœnas ſimoniacas incidat. 333.

10 An electoribus pecuniam offerre liceat, nè indignos eligant, aut minùs dignos, ſed vt dignum eligant, quando videlicet, ex eligendis vnus eſt dumtaxat dignus. 334.

11 An electores, quando vi, ac fraude ſubornantur pecunia, huiuſmodi vexationem, redimere valeant ſine ſimoniæ labe, ac nota. 335.

12 An electores, quando precibus, ſeu muneribus, ne aliquis eligatur, hāc vexationem ipſi valeant precio redimere, licèt, ſubornans, vnus ex electoribus ſit. 337.

13 An in canonica electione, ſi vnus ex cōcurrentibus, alteri pecuniam præſtet, vt ſcilicet à concurſu deſiſtat ad impedimētum tollendū; ſimoniā cōmittat, & mortaliter peccet. 340.

14 An ante canonicam electionem celebrandā, cū electore pactū agere, quod non concurrat mecum in ordine ad hanc elect. proximè celebrandā, & ego ſecū nō cōcurrā ad ſubſequentem, licitum ſit, & immunis ſit à ſimonia. 341.

15 An ſimonia ſit, pecuniā alicui ex elect. præſtare, vt alius elector de capit. mihi ſuffragetur, vel pro alicuius elect. ſuffragio obtinendo. 342.

16 An elector ſimoniā cōmittat, ſi alteri electori aliquod beneficium putà, prioratū, canonicatū, & ſimile promittat, pro ſuffragio ferendo in propriā perſonā, & electio talis ſic inde celebrata ſimoniaca exiſtat. 343.

17 An licitū ſit pecuniā electorib. offerre nō ſolū ad eum finē, vt indignus nō eligatur, ſed ēt dignus, vt ſic in cōi eligatur, caſu quo electores determinati eſſent indignum eligere. 343.

18 An licitum ſit in electione Canonica pretio obtinere, electionem iuridicè fieri, etiam pro determinata perſona. 344.

19 An elector ſi à meo competitore in canonica electione, pecuniam, aut munera deſumpſit; ſit mihi quoque licitum pecuniā, & munera præbere, ſine ſimoniæ labe, & electio ſic celebrata, valida ſic. 345.

20 An in elect. Canonicæ actu, ſimonia committatur ab eo, qui alicui electorum pecuniā præſtans, vt in electione cōpetitori mecum incutiat, eo fine, vt ab electionis concurſu deſiſtat, ad quam etiam ipſe concurrit. 346. 347.

21 An ſi aliqui ex vocalibus ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſeu iure eligendi priuatus ſit, & quidam eum accuſare vult, nè electioni interſit, ſi ille timens, pecuniam præbeat, nè accuſet, an ſimoniacus euadat. 348.

22 An ſi quis ex electoribus, vel alius nō ex vocalium collegio, det alteri electori pecuniam, nè conſentiat in tali electione, vel ne alicui digno ſuffregetur, ſimoniam cōmittat, ac nulla ſit proinde ipſo iure electio. 348.

23 An ſi quis poſtquam electus eſt plurium vocalium ſuffragio, pecunia alicui detur, qui electioni contradiceret, ne repugnando, electū vexaret, vel electionem impediret; ſimoniaca eſſet electio. 349.

24 An electoribus contradicentib. non iure, ſed facto, electus ſi pecuniā præbeat antequā confirmatus ſit, nè contradicant, ſimoniam committat, & ſic nulla reddatur electio. 349.

25 An ſimonia ſit vexationem redimere pecunia ab eo, qui iniuſtè vexat, & impedit electorē nè accedat ad cap. ad eligendū ante ius acquiſitum, vt putà, vt ſi quis electorem infamaret, ſeù in carcerem traderet, nè ad eligendum vadat, vel detineret electorem, nè alteri ſuffragaretur. 350.

26 An in elect. Canonica ad diſcernēdum, quo, & qn, & cui pecunia pro vexatione redimenda dari poſſit, quæ conſideranda ſint. 351.

27 An in electione, ſimonia interueniat, ſi alius pecuniam dedit, ſciente eo, cui electio procurabatur, ac nō contradicēte, ſit ipſo facto nulla electio, & teneatur ſic elect. renūciare. 352.

28 An ſi ſimonia cōmittatur, prorſus illo ignorāte, qui prioratū, vel canonicatum, ſeu aliam

digni-

Digitized by Google

dignitatem conſequitur, ac non contradicente, qui nullam occaſionem, vel ſuſpicionem habuit ad contradicendum, ſi pecunia data, non ſit in odium eius ab inimico, ſed in illius fauorem, ac beneficentiam ab amico; tunc in tali caſu, an electio nulla ſit, ac teneatur ſic electus mox, ac de ſimonia fuerit conſcius, beneficium, ſeu Canonicatum, relinquere, & fructus receptos reſtituere, his exceptis, quæ bona fide perceperit; atque prioratum, Abbatiatum, Prouincialatum, ac Generalatum à ſe abdicare, & deſerere. 353.

29 An electio ſimoniaca ſit, ſi Electore ignorante, & electo, e.g. quia eſt data pecunia alicui Conſiliario, ac intimo amico eligentis ab amico electi, ac ipſo facto, an nulla ſit in tali facti contingentia. 353.

DISPVTATIO III.

De Simoniacorum pœnis, in electione Canonica contractis.

CONTROVERSIÆ.

Prima. An omnis electio, prouiſio, nominatio, ac confirmatio ſimoniacè facta, ſit ipſo iure nulla, ante Iudicis ſententiam declaratoriam. 355.

2 An in Canonicis electionibus, ad pœnas ſimoniæ incurrendas, ſub nomine benefici; Eccleſiaſtici, comprehendantur Regularium Dignitates, videlicet, Generalatus, Abbatiatus, Prouincialatus, Prioratus, & huiuſmodi, & horum electio ſimoniacè celebrata, ſit ipſo iure nulla. 358.

3 An prælaturas regulares, & alias Eccleſiaſticas Dignitates, & honores obtinentes per ſimoniam in Canonica electione, ſint pœna infamiæ nota obnoxij 360.

4 An ad pœnas incurrẽdas pro ſimonia, in canonica elect. perpetrata, ſufficiat, pecuniã eſſe promiſſam, ac dignitatẽ, nimirũ, prioratũ, canonicatum, Abbatiatum, & huiuſmodi. 360.

5 An mediatores ſimoniacæ electionis realis, & cõpletæ in beneficijs, & inordinibus, ac in electione canonica, in excommunicationem, ipſo facto incurrant. 361.

6 An regulares prælati diſpenſare valeant cũ ſibi ſubditis, qui ſcienter prioratũ ſimoniacè obtinuerũt, vt illud de nouo obtinere valeãt. 362.

7 An in electionibus Canonicis, ſi quis fictã, ac deceptoriam ſimoniam committat, ſit nec prædictis pœnis obnoxius. 363.

8 An Regulares prælati cũ ſibi ſubditis diſpẽſare valeãt ambitioſis ad prælaturas ambiẽtibus promoueri per ſubornatiorẽ, & ſimoniã, atq; à cenſuris, & pœnis ad id contract. s. incurſis uè abſoluere; & ad officia, & honores, eos rehabilitare. 364.

9 An regulares prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habẽtes, diſpenſare queant in foro exteriori ſibi ſubditos à ſimonia in beneficio. 365.

10 An prælati regulares diſpenſare poſſint ſuper ſimoniã beneficialem in foro conſcientię, virtute ſuorum priuilegiorum. 368.

DISPVTATIO IV.

De eligendorum Indignitate.

CONTROVERSIÆ.

Prima. An electi Indignitas, electionem vitiet ac obnoxios pęnę electores reddat. 369.

2 An ætas aliqua determinata in promouendis ad dignitates, & perſonatus, Regularibus exigatur. 373.

3 An in promouendis ad Regulares prælaturas ſcientia requiratur neceſſariò, & qualis. 376.

4 An in conſtitutionibus ordinis prædicatorũ detur præſcriptio perſonarum ineligibilium, ad prælaturas. 380.

5 An in prædicatorũ ordine, de iure textus cõſtitutionũ, Subprior Cõuentus, vbi de priore eligendo electio inſtat, & ſunt ad minus cum ipſo quinque electores, in priorem eligi ab eis valeat, ac in ſocium prioris euntis ad Capitulum prouinciale. 385.

6 An in prædicatorum ordine, Regentes, Baccalaurei, Magiſtri ſtudentiũ, ac Lectores maiores Conuentuum, in priorem eligi valeant, vbi actu legunt, & de priore electio eſt celebranda. 388.

7 An peccator, mortali crimine non occulto affectus, ſit ineligibilis. 388.

DISPVTATIO V.

De cenſuris in ordine ad Canonicam Electionẽ, ac de Electorib cenſuratis.

CONTROVERSIÆ.

Prima. An excommunicati, minori excõmunicatione priuentur actiua, ac paſſiua poteſtate eligendi. 390.

2 An excommunicati maiori excommunicatione, eligi, ac eligere valeant. 392.

3 An ſuſpenſi, in Capitulo vocẽ habeant. 397.

4 An interdicti, & an celebrantes in loco interdicto, procedere valeant ad Canonicam electionem. 400.

5 An prælati Regulares poſſint ſibi ſubditos à quibuſuis cenſuris abſoluere. 401.

DISPVTATIO VI.

De Irregularitatibus in ordine ad Canonicam electionem, atque de Electoribus Irregularibus, voto in electione carentibus.

INDEX.

CONTROVERSIÆ.

PRima. An Regularis Irregularis licitè, ac Canonicè ad prælaturas Regulares, vt Generalatus, Abbatiatus, Prioratus, & huiuſmodi, eligi valeat, aliàs, nulla ſit electio ſequuta. 404.

2 An Regularis irregularis, voce paſſiua, ac actiua priuatus ſit, itaut eligi minimè valeat, nec eligere atque electio inde ſequuta, nulla ſit, ad dignitates prælaturas regulares, electus. 405.

3 An Regularis prælatus, ſeu Canonicus, & alius in aliqua conſtitutus Eccleſiaſtica dignitate, & prælatura, irregularitate ſuperueniente, ſuæ ſuperioritatis, ac iuriſdictionis vſum perdat, & canonicatum. 406.

4 An Regularis prælatus teneatur ſubditũ diſpenſare, ad electionem petentem habilitari, eius ſuffragantibus meritis, atque id ſuadentibus. 406.

5 An Regulares prælati diſpenſare teneantur cum illegitimo ad prælaturas, & ad alia Religionis officia. 407.

6 An Regularis prælatus diſpenſationem præſtiuam reuocare valeat, puta irregularẽ ſubditum ex Natalium defectu, ad electionem diſpenſauit, vel voce priuatum, &c. an in quam, hanc diſpenſationem, iam, factam, auferre poſſit. 408.

7 An Regularis ſubditus, à ſuo prælato diſpenſatus in Capitulo, in eodem contextu capituli, in prælatum ſimul eligi valeat. 409.

8 An Regulares in Religione ad prioratũ vna vice diſpẽſatus, alia vice ac in poſterũ in priorẽ eligi valeat abſque reiterata diſpenſatione, itaut noua indigeat diſpenſatione. 409.

9 An regulares prælati, in iuris communis pœnis, ac ſuorũ maiorum diſpenſare valeant, habilitando, videlicet, ad actiuam, & paſſiuam vocem, & ad cætera Regularia munia. 411.

10 An prælatus prouincialis vnius prouinciæ in ſuo Capit. diſpenſare valeat cũ nõ ſibi ſubdito Religioſo, alterius, ſcilicet prouinciæ. 411.

11 An Religioſi irregulares ineligibiles ſint. 412.

12 An regulares prælati facultate polleant, ſibi ſubditos à quacumque irregularitate diſpenſandi. 416.

13 An electi electionem dirimat illegitimitas, ad dignitates, ac ordinis officia. 421.

14 An ille, qui poſtquam eſt Religionẽ profeſſus, legitimatur per ſubſequens matrimoniũ, indigeat diſpenſatione ad dignitates, & officia ordinis. 423.

15 An Regularis, qui ſola fama conſtat eſſe illegitimum, in priorem eſt electus, valida, ac rata ſit huiuſmodi electio. 424.

16 Quale tempus ſit inſpiciendum, in quo cõiugalis potuiſſet eſſe coitus, ad hoc vt per ſubſequens matrimoniũ partus legitimetur; an ſcilicet cõceptionis, vel natiuitatis tẽpus. 425.

17 An illegitimus filius diſpenſari poſſit ad dignitates in eadem Religione, in qua illius pater fuit prælatus, aut inſignitus eſt eiſdem, vel diſſimilibus. 428.

18 An regulares prælati valeant virtute ſuorũ priuilegiorum diſpenſare cum illegitimis ſibi ſubditis ad quaſcumque dignitates, & officia ordinis. 432.

19 An regulares ſuperiores locales per electionẽ nõ inſtituti, ac eorũ Vicarij diſpenſare poſſint cum illegitimis ſibi ſubditis virtute priuilegij Sixti IV. facti prioribus Conuentualibus, eorumvè Vicarijs ordinis prædicatorum. 435.

21 An regulares prælati valeant ſine cauſa illegitimos diſpenſare ſibi ſubditos. 438.

22 An in petenda, ſeu in impetranda diſpenſatione, vt rata ſit, ſufficiat vnicam qualitatẽ exprimere, & cæteras ſpecificas ſupprimere. 440.

23 An diſpenſatio illegitimis Regularibus impertita aliquid operetur. 443.

24 An detur forma aliqua, quę ſeruãda ſit à prę-latis Regul. in diſpenſationib. illegitimorũ. 446.

25 An deſcendentes ex Hæreticis, ac eorũ credentibus, Receptatoribus, Defenſorib. & Fautoribus, ſint inhabiles ad beneficia, dignitates, ac officia. 449.

26 An deſcendentes ex Hæreticis, ac eorũ fautores, & eis credentes, &c. Infames ſint. 453.

27 An Neophiti inhabiles ſint ad dignitates, honores, atque officia obtinenda. 453.

28 An ortum ducentes ex genere maculato circa fidem, arceãtur ab officijs, & dignitatib. Regularib. ſpeciali, vel cõi prohibitione. 455.

29 An Infames eligi, aut eligere valeant. 455.

30 An Regulares prælati facultatem habeant diſpenſandi ſuper infamiam. 459.

31 An corpore vitiati ad dignitates, & officia Regularia eligi poſſint 462.

32 An Religioſi Amentes, Ebrij, vel Demoniaci, ſiue alia infirmitate detenti eligi poſſint, vel eligere: & ſi eorum prælati ſuper hoc diſpenſare valeant. 464.

DISPVTATIO VII.

De Inhabilitate ad Electionem.

CONTROVERSIÆ.

PRima. An Laici, ſeu Clerici ſæculares, aut Religioſi non profeſſi, ab electionibus Regularium arceantur. 469.

2 An Clerici nondum Subdiaconi, ac Regulares Conuerſi, ſiuè Laici, voce actiua, in electionibus eorum ordinum, in quibus ſunt profeſſi, gaudeant. 471.

3 An Regulares non Sacerdotes, voce paſſiua gaudeãt in electionibus ſuarũ Religionũ. 473.

4 An vocis priuatio ipſo facto irrogata, incurratur, ante latam Iudicis ſententiam declaratoriam. 477.

5 An

Digitized by Google

5 An ſi in iure, vel aliquo Conciliari Decreto, ſeu Papali, pœnas priuationis vocis inferatur de actiua, ac paſſiua voce, an vero ſolum de actiua intelligi debeat.484.

6 Quid veniat, ſub pœna priuationis electionis: & an pendente appellatione à priuatione, poſſit interim Reus non eligi, vel eligere.484.

7 An Superior excludere poſſit paſſiuè aliquē ſecretò, incitata, ac inaudita parte ab aliqua dignitate, aut officio, de quo tunc eſt electio celebranda.486.

8 An ab electione ſit ei abſtinendum, qui ipſo facto, priuationis pœnam incurrit.491.

9 An inhabilitas ad electionem tollatur per diſpenſationem, an vero per abſolutionem.493.

10 An Regulares Prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, habilitare poſſint ſibi ſubditos in foro fori.496.

11 An Regulares prælati in foro conſcientiæ ſibi ſubditis vocem reſtituere valeant, ea priuatis.500.

12 An ſemel ab electione reprobatus ineligibilis ſit.503.

TRACTATVS III.

Iu quo tractatur de electione, ac poteſtate cuiuſcumque Prælati, ac Officiales Regularis in ſpecie.

DISPVTATIO I.

De electione, ac poteſtate Generalis, & Procuratoris ordinis.

CONTROVERSIÆ.

Prima. Ad quem electio Generalis ſpectet, atq; illius confirmatio: quanto tēpore illius officium duret: & ad quem attineat capitulū congregare pro eadem electione.505.

2 An Generales ordinum, eſſe perpetuos, expediat.507.

3 An Generalis, ſi infra ſui officij tempus inſufficiens appareret famulatui, ac communi vtilitati ſubditorum, abſolui poſſit.508.

4 An Generalis Temporaneus, ſuum poſſit prorogare officium, & comitiorum celebrationem generalium: & an expleto eodem officio immediatè raffirmari valeat, atque ſit nè Capitulo generali inferior.511.

5 Quando procuratoris ordinis officium, in Romana Curia inſtitutum fuerit, à quibus eligendus, & quæ illius auctoritas.513.

6 An Vicarij Generales in ordine Prædicatorum habeant aliquam auctoritatem, & quakm.516.

DISPVTATIO II.

De poteſtate, ac electione Prouincialium, & Cuſtodum, aliorumuè Superiorum.

CONTROVERSIÆ.

Prima. A quibus, & quando eligendus ſit Prouincialis.pag.518.

2 An Generalis teneatur in caſu Deuolutionis eligere in prouincialem aliquem de gremio illius Prouinciæ vacantis? & an redeat ad eundem Generalem prouidendi poteſtas ſi eius prior prouiſio non eſt ſuum ſortita effectum. 521.

3 A quo, & quomodo Prouincialis confirmandus ſit.523.

4 Quæ auctoritas, ac iuriſdictio Cuſtodum in ordine fratrum Minorum ſit.526.

5 An Minorum cuſtodes conuenire ad generale Capitulum valeant, & in eo vocem habeant.529.

DISPVTATIO III.

De Diffinitorum electione, ac facultate, & ſociorum, ſeù Diſcretorum.

CONTROVERSIÆ.

Prima. Ad quos Diffinitorum patrum electio ſpectet.pag.530.

2 An in ordine Prædicatorum, Diffinitores in Congregatione electionis prioris prouincialis, celebrato pro morte prioris prouincialis intra capitulum prouinciale, & annum, validè iuxtà eiuſdem ordinis conſtitutiones, eligi valeant pro Capitulo generali, vel generaliſſimo celebrando, ſi caſus occurrerit. 532.

3 An Diffinitores aliquo officio, & auctoritate ſpeciali gaudeant.543.

4 An Diffinitores ſub mortali peccato teneantur expreſsè propriam ſententiam in actu Deſinitorij aperire.551.

5 Sociorum, ſeù Diſcretorum prælatorum electio, à quibus, & quomodo celebranda ſit, ac an publicæ vtilitati magis proficuum ſit huiuſmodi electionem celebrare, vel omittere 553.

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

De Electione, ac poteſtate Conuentualium Prælatorum.

CONTROVERSIÆ.

PRima. A quibus, quomodo, & qui ſint in Abbates, Priores, Guardianos, ac cæteros prælatos locorum eligendi. 556.

2 An Abbatiatus, Prioratus, vel Guardianatus, & huiuſmodi concedi valeat in perpetuũ alicui Religioſo. 559.

3 An prælati Regulares Conuentuales expleto officio ſuæ prælaturæ, poſſint in eadem ſtaffirmari, vbi omnia vota. e. g. diffinitorij concurrerent, ſuppoſito ad illud ſpectare huiuſmodi electionem. 560.

4 Quot ſcrutatores ſint aſſumendi à Diffinitorio in prouiſione, quam habent de prælatis Conuentualibus. 562.

5 An in Diffinitorio, quatuor, vel quinque Vocibus conſtante, poſſit Diffinitor, qui à duobus in Abbatem, ſeu Priorem, aut Guardianum eligitur, conſentiendo huic electioni, quaſi de ſe factę, augere numerum, & electionem complere, ſuppoſito, talem electionem à Diffinitorio celebrari. 563.

6 An eligi poſſit, ſeu prouideri in prælatum Conuentualem, qui non intelligit neque ſcit ſubditorum idioma loqui, vt e.g. An præfici poſſit Conuentui Italico, qui germanam tantum poſſidet linguam, vt ei fratres ſubſint, qui dumtaxat idioma Italicum habent. 565.

7 An ſi quis à Summo Pontifice reſcriptum impetraret, vt ſibi prouideatur de prima dignitate vacatura in tali Religione, vtrum ſub tali gratia, Abbatia, vel Prioratus, ſeu Guardianatus veniret? 567.

8 An ſtatuta Ordinis Minorum, quæ electionẽ Guardianorum præſtant Miniſtro prouinciali, ac Diffinitoribus, Miniſter Generalis, ad ſui arbitrium, fratrem aliquem in Guardianum in vno, vel altero caſu, eligere poſſit. 569. & 570.

9 Prẹlati Conuentuales electi per viam prouiſionis, vtputà, à Prouinciali, & à Diffinitorio, quomodo confirmentur. 573.

10 An Abbates, Priores, Guardiani, & cæteri Prælati Conuentuales Regulares iuriſdictionem, ac auctoritatem aliquam habeant, & penalem. 577.

11 An Superiores locales Regulares alitèr, quã per electionem inſtituti, verè ſint prælati, ac priuilegio, ſibi confeſſorem eligendi non approbatum à maioribus prælatis, gaudeant. pag. 582.

12 An Regulares prælati locales excommunicare valeant. 585.

13 An prælati Regulares hac noſtra tempeſtate, Clementis Octaui Decreto ſtante de Regularibus ſuper Caſuum Reſeruationem, ſub pęna excommunicationis, aliquid reſeruare valeant. 587.

14 An Abbates, ac cæteri inferiores prælati, ordinariam iuriſdictionem habentes, etiam nullius Diœceſis, abſoluendi, ac diſpenſandi, ex Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 6. facultate gaudeant. 591.

15 Prælati Regulares, quam, & quantam iuriſdictionem habeant, in ſibi ſubditorum exceſſibus puniendis. 592.

16 An Regulares, à ſuorum ſuperiorum correptione appellare valeant. 595.

17 An licita ſit appellatio à Iudice tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari lata, iuxtà probabilẽ opinionem, aut quod magis eſt, probabiliorem. pag. 605.

18 An Regulares recurrere valeant ad maiores Superiores, & ſupremos, ſine inferiorum prælatorum licentia, quando ſunt ab his malè vexati, &c. 607.

19 Ad quid Regularis teneatur à ſuo Superiore grauatus, ac ſine eius licentia à Monaſterio recedit, animo Romam eundi, & veniam modo habuit, cuius cauſa per menſem cum dimidio, à loco ſuo diuagauit; deinde coactus, ad Monaſterium rediit, & ſuperiori ſe præſentauit, cum alijs maioribus ſuperioribus alloqui nequiuerit: fuit propterea ab eo carceribus mancipatus, & poſt duos ferè mẽſes per ſententiam mulctatus ea pœna, qua Apoſtatæ in ſua Religione plectuntur, à qua ſententia, cum appellaſſet, non fuit appellatio admiſſa; nunc quæritur, ad quid (inquam,) talis Regularis teneatur pro ſui defenſione; & quid iuris dicendum ſit. 609.

INDEX COPIOSVS
PRÆCIPVARVM RERVM,

Quæ in his tribus Tractatibus, de Canonica Electione habentur: vbi primus numerus paginam, ſecundus veró, columnarum numeros indicat.

A.

Abbas.

ET Abbatiatus, videatur dictio Prælati Regulares.

Abbatiſſa.

Siue Prioriſſa, non electa à duabus partibus vltra medietatem, neceſſarió requiſitæ, eſt nulla talis electio, pag. 5. per vota ſecreta non electa, etiam ob ignorantiam Trid. Concilij Decreti, eſt nulla. p. 17. num. 5. & pa. 148. num. 16. in electionibus Abbatiſſarum, vel Prioriſſarum voce oretenus accipi poſſunt ſecretò vota à ſuis ſuperioribus. p. 124. num. 6. & 7. ſecus verò accipi valent eadem vota oretenus à ſuis ſuperioribus cum duobus textibus. pag 147. num. 12.

Abſolutio.

An per abſolutionem, vel per diſpẽſationem inhabilitas ad electionem tollatur. p. 494. nu. 7. quid abſolutio ſit 493. num. 3. vbi multa ſatis curioſè traduntur.

Abuſus ſecularis.

Poteſtatis, an electionem vitiet, & annullet. 293. num. 2. & ſequent. curioſè agitur.

Actus

Omnis, qui eſt contra iuris diſpoſitionem, quæ continet decretum irritans, eſt ipſo iure nullus, p. 15. nu. 2. quo ad nullitatem actus ignorantes etiam ligat clauſula irritans. 17. num. 1. ſecùs verò dicendum eſt, quo ad pœnas. p. 19. num. 3.

Ætas

Aliqua nè determinata in promouendis ad dignitates, ac perſonatus Regulares exigatur, 373. num. 1. & ſeqq. ſatis diffuſè eſt diſcuſſus.

Ambitio, & Ambitioſus.

Tamquam indignus, & tamquam peſtis ab electione repellitur à ſacris iuribus. p. 129. & 131. ſatis prolixè agitur. an Regulares Prælati cũ ambitioſis in pœnis, ac cẽſuris diſpenſare, abſoluere, & rehabilitare valeant. p. 364.

Amentes,

Demoniaci, ebrij, furioſi, & ſimiles, eligi, nec eligere valent p. 464. per totum, ſatis curioſe ratiocinatur.

Apppellatio.

An appellatione pendente ab electionis priuatione eligi Reus, ac eligere valeat. 503. nu. 1 & 2. an à ſuperiorum correptione detur 391. ſatis curioſè, & eruditè diſputatur diffuſè vſque ad operis finem incluſiuè, ſatis digna ſcitu multa traduntur pro hac materia. Videatur etiam pag. 227. numer. 27. & 29. an licita ſit appellatio à Iudice ſeculari, vel eccleſiaſtico lata, iuxta opinionem probabilem pagina 605.

Apoſtaſia

A Religione quid ſit. p 609. n. 2.

B.

Bellum.

Clericus in bello iuſto militiam exercens, etiam generaliter ad victoriam adhortando, & percutiendo, irregularis minimè euadit, niſi ipſe occidat, vel deformet. 419. num. 19.

Beneficia

Eccleſiaſtica, quæ electiua, & quæ manualia. pagin. 248. num. 1 cum ſeqq. prolixè, & eruditè ratiocinatur.

Bigamia

Quid, ac quotuplex ſit, & an Regulares Prælati ſuper eam diſpenſare valeant cum ſibi ſubditis, 416. num. 4.

Bona fides,

Atque ignorantia in diſpenſandis illegitimis, quandoque excuſare poteſt. pag. 442. nu. 10.

Bullæ.

In Bullis seù decretis, vel conſtitutionibus Papalibus non requiritur neceſſariò, vt vſu à Regularibus acceptẽtur, vt ad illarum obſeruantiam obligent. p. 305. nu. 3. & 206. num. 6. & ſeqq. an per bullam cænæ ſint Regularium priuilegia derogata. p. 402. & 403. ſatis eruditè ratiocinatur, & p. 461. num. 11.

C.

Calculi

Videatur dictio fabæ, lupini, ſortes.

Ca-

Canonicus

Religioſus factus, & nondum profeſſus vocem in capitulo habeat eligendi Canonicum. pagin.36. numer.1. & ſequentib. quæ relatus ante electionem aliquis eccleſiaſticus in canonicum, vel priorem eligi valeat. 162. per totum. ſunt digniores in Canonicos eligendi, dignis relictis. 274. n.22. & ſeqq. diffuſè. An irregularitate ſuperueniente vſum canonicatus perdat. pag. 406.

Capitulum Generale

An condere valeat ſtatutum, vt electio à minori parte fieri queat electorum. p.4. cum ſequentib. ſtatutum condere nequit, electionis nullitatem inducens ob defectum aliquorum non vocatorum electorum, qui vocandi erāt. p.49. num.7. an valeat decretum facere, ſeù conſtitutionem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſeruata ſuperioribus locorum, vt nemo electorum tractatum habeat, 125. per totum. an Capitulum Generale ſit ſuperius ipſomet Generali. 511.

Cardinalis

A Conclaui exiens ſine legitima cauſa redire deinde valeat, & interim cæteri eligere poſſint ſine illo Papam. pag.76. num.16. Cardinales compelli valent ad eligendum Papam, quando egreſſi à conclaui, vt iterum in illud ingrediantur. 290. num.19. & 291. num.21. ſub pœna excommunicationis habent non manifeſtādi ſchedulas, & ſecretò ad electionem procedere. 153. num.16. ſunt digniores præferendi, ac creandi, dignis omiſſis. 174.

Caſuum reſeruatio.

An Regulares Prælati valeant ſibi aliquid reſeruare ſub pęna excommunicationis, pag.587. ſatis diffuſè, & curioſè ventilatur.

Cenſuræ.

An Regulares Prælati valeant ſibi ſubditos à quibuſuis cenſuris abſoluere. 401. & ſeqq. ad ſaturitatem tractatur.

Clauſula

In fine poſita ad omnia præcedentia, eſt referenda. p.15. num.4. clauſula irritans, etiam ignorantes ligat, quoad actus nullitatem. pag.17. n.1. ſecùs verò quoad alias pænas. ibid. n.3.

Clauſula generalis nunquam decretis conciliaribus derogat. 21. num.2. & pag. 22. numer.4.

,, Clauſula hęc; Quatenus Concilij Tridentini ,, non aduerſetur: quid importat, & operetur, in priuilegiorum confirmationibus Regularium. pagin.23. numer.9. ſatis curioſè expenditur.

Clericus

Militiam in bello iuſto exercens, ad victoriam etiam exhortans generalitèr, & tantùm percutiens, ſed non occidens, nec deformans, irregularis non euadit. p.419. num.19. Clerici ſeculares, ac Religioſi non profeſſi, an ab electione arceantur. p.769. per totum. An Clerici nondum Subdiaconi voce actiua gaudeant p.471. per totum.

Coactio.

Siue Libertatis Reſtrictio electionem vitiet, diſputatur prolixè eruditè, à pag.263. vſque ad 292. incluſiuè, & eſt diſcurſus magni ponderis, in quo totus electionis valor cōſiſtit, ideoque lector attentè legat, & ad memoriam mittat

Collegium.

Ad illud conſtituendum quot perſonę requirātur. p.104. num.1. cum ſeqq. copioſè, & curioſè diſſeritur. In Prædicatorum Ordine ad collegium cōſtituendum pro electione prioris ab extra, quot vocales requirātur. pa.106. num.18. in Theatinorum Religione, quot perſonæ collegium conſtituant. 107. n.22. & n.1. cum ſeqq. p. 107.

Confeſſarius

Licitè nè valeat ſuum ſuffragium denegare perſonæ, quam indignam ſolùm per ſacramentalem confeſſionem didicit, tractatur ad ſaturitatem à p.184. & 191. per totum.

Compromiſſarij

Numerus ſit nè præſcriptus in electione celebrāda per compromiſſarios. pa.93. num.1. cum ſequentibus. electores ſi valeant compromiſſarijs facultatem traditam reuocare. 96. nu.1. cum ſeqq. à compromiſſarijs, & à ſcrutatoribus, quomodo electorum vota diſquirenda ſint. 98. nu.2. & 197. cum ſeqq. diffuſè. an electio teneat per compromiſſarios facta, minimè voto electi ſcrutato, qui & ipſe eſt de capitulo. p.111. num.2. & ſeqq.

Compromiſſum

Ab vniuerſitate factum, ſeù collegio, & vno cōtradicente an teneat. pa.95. num.2. cum ſeqqu. à ſuperiore factum, ſeù ab alio, nomine omnium, alijs tacentibus, & non contradicentibus, valeat, 102. num.1. cum cæteris ſeqq.

Confirmatio

Electionis an neceſſaria ſit. 220. num.1. cum cæteris diffuſè agitur, ad quem ſpectet. 222. n.1. & ſeqq. ſi nulla eſt electio, confirmatio quoque eſt nulla. 228. num. 33. eſt nulla, quando in ſcriptis eſt ad ſedem Apoſtolicam appellatum. 227. num.27 & 29. poſt confirmationē immediatè omnis obiectio fieri valet. pa.228. num.31. confirmatio à ſuperiore fieri ne valeat, ſi electorum vota in plures ſe diuiſerint partes, & aliquem eorum eligere, in quem ſuffragia diriguntur. 228. & 229 num.1. cum ſeqq. diffuſè ante, & poſt confirmationem oppoſitiones fieri queāt. 235. & ſeqq. & 237. & ſeqq. copioſè, & eruditè diſſeritur, & p.243 & ſeqq. an ante confirmationem electus ſuū poſſit exercere officium. 219 num.1. & ſeqq.

Confirmator

Illius munus quale.225. num.16. & ſeqq. & pa. 229.num.3.& ſeqq.

Concilia

Illorum decretis, nunquam intelligitur derogatum, niſi de eis fiat expreſſa mentio, quomodo intelligitur.p.23.num.11.& 13.

Conſuetudo

Nulla in contrarium allegari valet, contra electionis diſpoſitionem, capit. quia propter, & Trid.Conſilij de electione.p.18.num.3. & 19. num.5.& p.30.num.17.& pag.31.num.2.ante finem, & 92.num.8. Conſuetudo vbi viget, de non eligenda perſona extera, & eligatur, an valida ſit.p.182.num.7.nulla conſuetudine introduci fas eſt, vt electores talem determinatè eligant.280.num 9.an contra conſuetudinem immemorabilem liceat agere.44. per totum. An valeat conſuetudo induci, ante electionem, nullum habere tractatum. p.127.per totum ſatis prolixè. Conſuetudo iuriſdictionem inducit.586.n.8.in fine.

Conſenſus.

Nullus Regularis, licet ſubditus compelli poteſt ad conſenſum præſtandum, ſi adeſt aliqua cauſa illum denegandi.p.552.n.5.

Conuerſi Religioſi,

Scù Laici dicti, voce actiua fruantur in electione canonica celebranda.471.n.1.cum ſeqq.

Conuentiones,

Pactiones ante electionem canonicam, & tractatus huiuſmodi ambitioſi.& conditionales ac factionales prohibiti ſunt.pa.139. n.1.cum ſeqq.diffusè.& p.711. diſp. 2. de Simonia per totam, ad rem facit.

Corpore vitiati

An eligi valeant ad dignitates, ac officia Regularia.p.462. per totum ſermo habetur curioſus ad materiam electionis.

Criminalia

Delicta, & cauſas matrimoniales, qui prælati agere, & cognoſcere valent.260. n. 11.

Cuſtodes,

Ordinis minorum cuſtodum authoritas, & cætera ad eorum officium ſpectantia. p.526.cũ ſeqq.videatur dictio, Prælati Regulares.

D.

Decretum

Irritans an etiam ignorantes liget quoad nullitatem actus.p.17.num.1. cum ſeqq.an decretum electionis ſit de illius ſubſtantia; ac plenam fidem faciat.p.214 num 1.cum ſeqq.videatur dictio Statutum.

Delicta

Sunt in duplici differentia p.592.n.1.

Dæmoniaci,

Amentes, ebrij, furioſi, & ſimiles, eligi, & eligere an valeant. 464. per totum diffusè.

Deſcendendes

Ab hæreticis, & illorum receptoribus, credentibus, defenſoribus, ac fautoribus ſint ad eccleſiaſticas, & regulares dignitates promouendi. 449. num.1. cum ſeqq.

Diffinitores

Regularium Capitulorum, ad quos illorum electio ſpectet.p.530.per totum diffusè, & accuratè diſſeritur. An in ordine Prædicatorum creari valeant in cõgregatione electionis Prouincialis pro capitulo generali, vel generaliſſimo.532.ſatis prolixè, & ad ſaturitatem exactiſſimè, & curiosè ratiocinatur quid iuris an officio aliquo, ac authoritate ſpeciali gaudeant.543. & ſeqq. copiosè. an ſub mortali peccato teneantur expreſsè propriam ſententiam in actu diffinitorij aperire.551.cum ſeq. ſatis copiosè. an Diffinitor valeat in diffinitorio, quatuor, vel quinque vocibus conſtante, qui fuit à duobus electus, puta in Guardianũ, conſentiendo tali electioni de ſe factæ, augere numerum, & ſic electionem complere, ſuppoſito huiuſmodi electionem à Diffinitorio celebrari.163. per totum, ad ſaturitatem agitur.

Dignitas.

In regularibus dignitatibus, ac perſonatibus an ætas determinata requiratur.373. num.1 cũ ſeqq.copiosè, in his dignitatibus, quæ, & qualis ſcientia exigatur.376. num.1. & ſeqq.qui ſint incapaces, & ineligibiles ad prælaturas, & dignitates regulares, videatur.diſp.4. pa.369. per totam diffusè, & diſput.5.p. 390.& ſeqq. per totum diſput.6.pag.404.& ſeqq. diffusè, & copiosè, & diſput.7.pag.469.vſque ad pag. 504.incluſiuè, vbi copioſiſſimè ratiocinatur de huiuſmodi materijs. An ſi quis à Papa reſcriptum impetraret, vt ſibi prouideatur, de prima dignitate vacatura in tali Religione, ſi ſub tali gratia, Abbatia, Prioratus, & huiuſmodi Regulares dignitates venirent. 567.n.1. & ſeqq.an dignitas Abbatialis, prioralis, & huiuſmodi, in perpetuum concedi valeat religioſo alicui.559. per totum. dignitas abbatialis, prioralis, & huiuſmodi, quam in ſe habent iuriſdictionem, & authoritatem. pagina 577.

Dignus

In Canonicis electionibus dignior nè præferendus ſit, dignis poſtpoſitis. pag. 165. per totum amplè diſſeritur. In ordine Prædicatorum, quæ qualitates requirantur ad dignè eligendũ. 167.per totum. An electores ſub mortali digniorẽ eligere teneãtur. 168. diffusè cũ ſeq.an ſit vnquã licitum Electoribus, & prouiſoribus prælatis, & Collatoribus dignis honores, & prælaturas conferre, poſt poſitis dignioribus. ſine mortali culpa.176.& ſeqq. An electio de digno habita, digniore notabiliter omiſſo,

in

in foro fori ſit valida, ac teneat, & an ſic electus iuſtè conſentire tali electioni poſſit ſine mortali peccato. 179. & ſeqq. latè, & pag. 181. & ſeqq. & p. 194. per totum.

Diſcordia.

Quando duo fuerint electi in diſcordia in loco eodem, ſeù eccleſia, neuter illorum poteſt in vacatione eadem aſſumi. p. 504. n. 7.

Diſcretus

Videatur dictio, Socius.

Diſpenſatio

In petenda, ſeù in impetranda diſpenſatione, an ſit ſufficiens, vnam qualitatem exprimere illegitimitatis. 440. per totum. de hac materia diſpenſationis in irregularitatibus in ordine ad canonicam electionem, diſſeritur copioſè, & eruditè, à pag. 404. vſque ad pag. 469. per multas controuerſias, vbi multa curioſa ſunt cumulata, atque exactè tractata.

Ebrij,

Amentes, furioſi, demoniaci, & huiuſmodi, an eligi, & eligere valeant. p. 464. cum ſeqq.

Electus

Si è vita decedat, ſiue renunciet, aut ob eius vitium occultum, electio irritetur nè? p. 55. per totum. Electus dignus, omiſſo notabiliter digniore, ſi conſentiat tali electioni de ſe factæ peccetnè mortaliter. 179. per totum. teneatnè electo de perſona electa extera. 182. num. 7. electus, & non publicatus quomodo ſe gerere debeat. 202. nu. 7. electus teneatur nè electioni de ſe factæ conſentire, & quando, & quomodo, & ſub qua culpa diffusè ad ſaturitatem agitur. p. 207. & ſeqq. an antequam ſit confirmatus, exercere ſuum valeat officium, & adminiſtrare. 219. per totum antequam confirmetur, quæ agere debet illius ſuperior confirmator. 222. per totum. diſcurritur, & p. 229 per totum, etiam videatur. illius electio in dubium poſita ſitne valida, ſi valeat expenſis monaſterij proſequi cauſam. 240. num. 1. electi indignitas, an electionem vitiet, & obnoxios pænæ electores, reddat. pagin. 369. per totum.

Eligendi.

An poſſint illi, qui ante electionem quærelati fuere, de quibuſdam delictis. p. 162. per totum copioſè. Nouitius nondum profeſſus, an in Epiſcopum eligi valeat. 164. eligendi ne ſint digniores ad prælaturas. 164. & 165. copioſè in eligendis ſuperioribus in ordine Prędicatorū quæ exiguntur qualitates. 167. & ſeqq. eligendus non poteſt ante electionem conſenſum præſtare ab electoribus requiſitus, vt eligatur 208. num. 9. ne ab eligendo, cum electoribus ſimonia committetur, quid agendum ſit. 313 numer. 4. & ſeqq. eligendi munus, eſſe Dei ſolius, paſtores eccleſiæ, hæreſis eſt. pagina 3. numero 3.

Electio.

Diffinitiones variæ, & pulchræ ſanè de electiône traduntur. p. 1. & ſeqq. de illius diuiſione, ibid. & p. 2. illius germana diffinitio pro noſtro inſtituto, quæ. p. 2. num. 5. miniſtrorum electio eccleſię ad quem attinet. 3. n. 8. electionem ad vniuerſam Eccleſiam ſpectare de iure diuino, hæreticum eſt, hoc aſſerere. 3. num. 12. eligendi paſtores eccleſiæ, ſolius eſſe Dei munus, eſt hęreſis. an capitula generalia regularia condere valeant conſtitutionem, vt electio à minori parte fieri poſſit. 5. n. 2. electionis forma an detur, & quottuplex ſit. 8. per totum diffusè. & pag. 11. & ſeqq. electio regularium Prælatorū facta non ſeruata Tridentini forma, valida ſit, diffusè ratiocinatur. p. 12. cum ſeqq. an ſit nulla, aliquo ſubſtantiali omiſſo. 18. & ſeqq. diffusè. canonicæ electionis defectus, Regulares Prælati virtute alicuius priuilegij, an ſupplere valeant. 21. An in omni electione ad quamcumque dignitatem, & officium regularium, ſit diſpoſitio, cap. quia propter de electione in 6. de Trid. Concilij. cap. 6. ſeſſ. 25. ſeruanda. 24. & ſeqq. prolixè. electio, ſeù prouiſio ſitnè iuxta iura dicta fienda. 26. & ſeqq. & 30. & ſeqq. quæ præmittenda ſunt canonicæ electioni. 34. & ſeqq. in electione canonicorum, votū ne habeat Canonicus, regularis euaſus. 36. ad electionem èlectores quomodo vocandi ſunt. 37. Electionis tempore præfixo, & neglecto ab illo, ad quem ſpectat, quid eſt ab electoribus agendum. 41. & ſeqq. electio an valida ſit contra immemorabilem conſuetudinem celebrata. 44. An valida ſit, quando eſt inter electores contentio, de admittendo, vel non admittendo aliquem ex electoribus. 46. Sitne de electionis ſubſtantia abſentium electorum vocatio. 48. Sit ne electio irritāda ob electorem Regularem contemptum. 50. an ſit ipſo iure nulla, ſi congregatę non fuerint duæ partes electorum. 52. Electio an ſit nulla, ſi non vocentur electores inhabiles. 53. & 54. Electio an teneat, ſi aliqui electorum, vel maior pars, ſeù omnes e vita deceſſiſſent, ſiue inhabiles eſſent, aut intra terminum non veniſſent. 57. Teneat ne electio illa in vtroque foro, fraude, & malitia Superiorum, vt ad eos perueniret, ſatis curioſè agitur, & de nouo adinuenta ab auctore. 60. & ſeqq. an locum habeat, vbi ſit celebranda. 77. valida nè ſit in loco interdicto celebrata. 78. numer. 11. & 400. num. 2. ſitnè tempus electioni canonicæ præſcriptum. 79. num. 2. & ſeqq. per totum. Electio, ſeù prouiſio à ſuperioribus, & à Diffinitoribus, quomodo fienda. 30. per totum. Electioni intereſſe nolentes, non ſunt compellendi. 39. num. 11. Ad electionem qui vocandi ſint. 40. num. 20. celebrari valet diebus feſtiuis.

Digitized by Google

uis.82.num.16. An fieri queat noctis tempore.83.per totum. Ad electionis celebrationem oratio nè præcedere debeat. 85. An in ordine Predicatorum aliqua dentur obſeruanda ante, & poſt electionis celebrationem. pa.86. & ſeqq. Scrutatores nè in electione exigantur, & quot.91. in electione celebranda per compromiſſarios, ſit illorum numerus præſcriptus. p.93. Poſſitne electio compromitti, aliquo de capitulo nolente, vel diſſentiente 94. valeatnè in electione compromiſſum factum à capitulo, vno electorum contradicente. 95. & ſeqq. Electio canonica ſequi valeat, quando duo ſunt Electores, & vnus eorum eſt eligendus. 104. per totum. Electio teneatnè facta per cōpromiſſarios, minimè voto electi ſcrutato 111. per totum. Per ſortes an fieri valeat. 119. per totum. An per fabas, ſeù lupinos, & calculos celebrari valeat. 123. an viua voce, vel per ſchedulas inuolutas queat celebrari. ibid.nu.3. & ſeqq. an ante electionem tractatus haberi valeant, diffuſè, & curioſè agitur. 125. cum ſeqq. vſque ad 130. incluſiuè. In ordine Prædicatorum, qui ſint ab electione priuati. 137. nu. 13. An ſit canonicè valida electio de perſona incerta celebrata. 148. per totum. & ſeqq. in electione canonica an vota manifeſtare licitum ſit. & poſſit. copioſè, & eruditè tractatur à pagina 143. vſque ad 161. Electio de indigno habita, notabiliter omiſſo digniore, in foro fori valida ſit, &c. 179. An ſit celebranda de digno eiuſdem Collegij, digniori omiſſo alterius prouinciæ. 281. electio, ſeu præſentatio ad ius patronatus de perſona extranea facta, an nulla ſit. 183. num. 11. an neceſſariò ſit mox publicanda poſt ſcrutinium publicatum. 197. num. 1. & ſeqq. & 201. per totum. & 202. per totum. electionis decretum an ſit de illius ſubſtantia. 214. & 215. per totum. Electio caſſata aliquo ex defectu, quid agendum. 205. nu. 15. clandeſtina, quæ dicatur. 206. n. 20. Si in fraudem non publicetur, an nulla ſit. 206. num. 22. An vitietur illa electio, ſi ante illius celebrationem conſenſus eligendi requiratur. 208. num. 7. Electionis confirmatio an neceſſaria ſit. pa. 220. per totum copioſè. Ad quem ſpectet electionis confirmatio. 222. per totum. Electio peccans in iure naturali nequit confirmari. 231. num. 12. an contra electiones, prouiſiones Regularium prælatorum, opponi poſſit. 235. per totum. De electionis nullitate, ac ſuperioris confirmatione, Electores reclamare valeant. 237. per totum. Electio in dubium poſita, an ſuperior electus proſequi valeat cum Monaſterij expenſis. 240. per totum. Electio facta ſæcularium fauore, & auxilio, ſit valida. 243. num. 1. & ſeqq. Quæ perſonarum genera opponere valent electionibus, ac prouiſionibus Regularium Prælatorum. 243. per totum. Sociorum, ſeù diſcretorum electio, an ad ſuperiores maiores deuoluatur, 234. num. 21. An de electionis ſubſtantia ſit, vt totaliter liberè celebretur, ſatis eruditè, & copioſè agitur, à pagina 263. vſque ad p. 292. incluſiuè. Electionem vitietne abuſus poteſtatis ſæcularis. 293. per totum. in canonica electione, quænam procuratio, ſeù ſubornatio à iure poſitiuo prohibeatur, agitur diffuſè, ac benè ſanè, à p. 295. vſque ad 210. de Simonia, ac pactis Simoniacis in canonica electione occurrentibus, ac de pœnis eiuſdem; curioſè ſatis ad ſaturitatem tractatur, à pa. 311. vſque ad 368. incluſiuè. An electionem vitiet electi indignitas. 369. per totū. In ord. Prædicatorū, nullus elector excludi poteſt ab electione ſub prætextu alicuius delicti. 380. n. 1. & 489. n. 13. cōcl. 6. ab electione, an laici, ſeù clerici ſeculares, & Religioſi nōprofeſſi ab electione regularium arceātur. 469. per totum. & 471. & ſeq. & 473. per totum. an ſemel ab electione reprobatus ineligibilis ſit. 503. per totum. electio defectu formæ quando caſſatur. pa. 503. num. 2. Generalis electio ad quos attinet. 505. Prouincialium ſimilitèr, ad quos ſpectat. 518. Diffinitorum pariter ad quos attinet. 530. prouiſio, ſeù electio ſuperiorum locorum non facta collegialitèr, an nulla ſit. pagina 548. numer. 24.

Electores

An reiterare valeant electionem celebratam nō ſeruata forma quia propter, ante Iudicis ſententiam. p. 16. num. 8. non propterea ipſo iure ſunt priuati, ſed bene priuari debent. ibid. n. 10. à quo vocandi ſunt. 34. num. 4. & 37. per totū. ſub electorum nomine vocales omnes comprehenduntur. pag. 37. numer. 3. quando ſunt abſentes in ordine prædicatorum, quomodo vocantur. p. 38. num. 7. Electorum forma citationis traditur. ibid. num. 8. & ſeqq. qui nolunt intereſſe, non ſunt compellendi. 39. nume. 11. eorum commodum non eſt reſpiciendum, ſed eccleſiæ. ibid. nume. 13. quando ſunt extra prouinciam, vel extra eam degunt, an vocandi ſint. ibid. nu. 15. quando dicuntur, poſſe vocari. 40. num. 17. ſunt vocandi, qui de iure communi, & conſuetudine interuenire debēt. 40. num. 20. ab antiquiori in euentu valent vocari. 41. num. 22. qui non fuerunt in electione, quomodo eam retractare valent. pa. 34. num. 6. An ſeipſos conuocare valeant. pag. 41. per totum. Elector contemptus, & non vocatus, poteſt electionem nullam reddere. 48. per totum. eorum vocatio eſt tantùm de iuſtitia. ibid. num. 3. & 49. per totum. & 50. per totum agitur. Electores inhabiles ſi non vocentur an electio, & alia capitularia nulla ſint. 53. per totum. & pag. 57. per totum. ad eos electio redit, quando non eſt confirmatus, aut renunciat,

aut

aut decedit è vita.55.per totum.& p.57.& ſeq. diffusè, abſentes ſunt expectandi. 59.nnm.13. & 15.vocati, & non venientes intra terminũ, habentur,ac ſi de capitulo non eſſent. 58.nu.9. quid ſi electio inchoata , & nondum expleta accedant. p.59.num.11. Electorum numerus ſemper eſt à ſuperioribus reparandus, quando eſt diminutus in conuentibns. p.60. per totum,curioſè, & recenter agitur copioſè. Elector abſens poſſit ne ſuum exprimere votum per literas, aut inſtituere procuratorem. 68. per totum. Quid dicendum ſit etiam de Regulari Electore abſente.71.& ſeq.an ſine mortali culpa valeant voci actiuæ renunciare. 73. diffusè per totum. Quo in loco debẽt electionem celebrare.77. per totum. An tempus habeant præſcriptum in quo teneantur conuenire ad electionem peragendam.79.& ſeqq.in ordine Prædicatorum quo pacto ad electionem, ante, & poſt ipſam procedere debeant.p.86.& ſeqq.diffusè.An noctis rempore eligere valeant. 83. & ſeqq. An reuocare valeant facultatem , quam Compromiſſarijs præſtarunt.96.& ſeqq. Electorum vota quomodo à Compromiſſarijs, & Scrutatoribus ſunt diſquirenda.98.num.1. & ſeqq.per totum.quando duo , vel tres fuerint electores ad celebrandam electionem teneantur ad obſeruantiam cap.quia propter, & Trid.Concil. 107.per totum. An teneantur iuramentum præſtare ante electionem,diſſeritur prolixè,à p.112.vſque ad 116.Ad vota ferenda , an ſingulariter procedere debeant.116, per totum. An teneatur ſuum pręſtare ſuffragium,qui in capitulo audiuit ſcrutinium , aut ab eligendo ſe abdicare valeat.117.cum seqq.Per ſortes nè valeãt ſuũ præſtare ſuffragium.119.per totum.Similiter ſi per fabas aut lupinos celebrare valeãt canonicam electionem.123. Ante electionem habere nè valeãt tractatus , curioſè , & copioſè ratiocinatur. p. 125. An electoribus ſit aliqna forma pręſcripta in electione celebranda,qua ſuam explicent voluntatem.131.Inutiliter ſua præſtantes vota,quid agendum.p.145.per totum. Poſſint nè ſua vota reuocare poſt quam illa pręſtarunt. 140. & ſeqq. Valeant ſua manifeſtare vota in electione ante, & poſt;diffusè agitut,& eruditè, à pag.143. vſque ad 161. incluſiuè. Valeãt eligere , quærelatum de delictis.162. & an teneantur ſub mortali peccato digniorem eligere.168. & ſeqq. An eis ſit licitum vnquam eligere dignum digniori pręter miſſo.176. & ſequentibus. An eligere valeant dignum de collegio, poſtpoſito digniori alterius Conuentus.181. per totum. Valeat ſuum denegare ſuffragium perſonę dignæ aliàs,ęſtimatæ, & ſolùm per ſacramentalem confeſſionem indignum agnouit , ad ſaturitatem & curioſè diſſeritur.184. & 193. cum ſeqq. an mortalitèr peccet , qui bona fide indignm eligit , nec minns dignum digniorem putans. 188.An propter morum defectum,quis indignus dicatur p̃latura eccleſiaſt. vt ab electoribus eligi non valeat.189. ad quid teneatur elector, dum in actu electionis tractatur de eligẽdo aliquo malæ vitæ, & fote pernicioſo communitati. 191. An aliquando indignus ab electoribus eligi valeat 192. Electorum vota ſingulorum an ſint publicanda; & collatio faciẽda numeri ad numerum. 197. per totum. Electorum vota ſi in plures ſe diuiſerint partes, ad aliquem eligendum,quid facere debet confirmator ſuperior.228. & 229. An reclamare valeant de electionis nullitate , & ſuperioris confirmatione.237.& 243.diffusè. De electorum libertate , ac coactione in celebranda canonica electione , abundè nimis diſcurritur à pagina 263. vſque ad 292. incluſiuè. De electorum ſubornatione copioſè diſſeritur à pa. 295. vſque ad 210.de electorum etiam ſimonia,& pactis ſimoniacis, & de illorum pœnis prolixè, & curioſè philoſophatur. à p. 311. vſque ad 368. incluſiuè. Electores pœnæ obnoxios indignitas reddat.p.369. De electoribus excommunicatis, & cenſuratis diſſeritur à pagina 390.vſque ad 403.abundè , & exaptè De Electorum irregularitate diffusè agitur à pagina 404. vſque ad 468.incluſiuè.

Epiſcopus

Nouitius Regularis infra annum ſuæ probationis eligi in Epiſcopum valeat, p.164.in aliquibus,Epiſcopis pręlati exẽpti ſubijciũtur. 261. num. 14. & 257. num.11. valeat ſimoniacum occultum rehabilitare ad beneficia.362. n.51. in quibus diſpenſare valeat. 460. numer.7.& habilitare.496.num.1.

Excommunicatio.

Regulares Prælati ipſo facto in excommunicationem incidunt à iure latam, electores perſequentes.276. num. 28. qui in excommunicationem latæ ſententiæ incidit manifeſtè, eligi, & eligere nequit.392. An excommunicationem fulminare valeant prælati Regulares locorum.385. an aliquid ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruare valeant. pag.591.per totum.

Excommunicatus

Minori excommunicatione eſt priuatus voce paſſiua quo ad prælaturas eligendus. 390. n.1. Poteſt benè eligi in ſocium , ſeù diſcretum ſuperioris euntis ad Capitulũ prouinciale. ibid. num.2.ignorantia huius excommunicationis electorum, in electione facta de eo, quid operatur. ibid. num.8.,an ſit vtraque voce priuatus,diſſeriritur 390.per totum. an excommunicatus maiori excommunicatione eligi , ac eligere poſſit,diffusè ratiocinatur. 392.& ſeq. curioſè quidem.

INDEX

Exten ſio.

Comprehenſiua quid & quotuplex ſit. 587. n. 1. & ſeqq. curioſè diſſeritur.

F

Fabæ.

An electores per fabas, ſeu lupinos, vel calculos eligere valeãt, diffusè ratiocinatur 123. per totũ.

Feſtum.

In die feſto electores an eligere valeãt. 82. n. 16.

Fidei profeſſio.

Profeſſionem fidei Regulares prælati an emittere teneantur, ſatis curioſè ad ſaturitatem diſſeritur. 255. & ſeqq per totum.

Filij Naturales.

Ac ſpurij incapaces ſunt dignitatum, & prælaturarum Eccleſiaſticarum quarumcumque. 427. n. 16. cũ ſeqq. & 421. per totum copioſè diſcurritur de filijs illegitimis, & 428. diffusè.

Forma.

Ne aliqua detur in diſpenſationibus illegitimorum obſeruanda à prælatis Regularibus 446. per totum ratiocinatur.

Fraus.

Si fraude ab electore manifeſtata ſit ſchedula in actu electionis ad electionem nullam reddendam, an electio ſubſequuta valida ſit. 152. num. 9. & 12. cum ſeqq. tractatur, & pag. 155. numer. 8. ſi de fraude ſuperioris ab electorib. ſuſpicetur, teneantur ſuffragium denegare, ei, quem ſolum illorum ſuperior teſtatur, idoneum non eſſe. 487. n. 5. vide pag. 202. n. 5.

Furioſi

Amentes, Dæmoniaci, Ebrij, & ſimiles an eligi, & eligere valeant. pag. 464. per totum.

G

Generales ordinum.

Regularium, videatur dictio, prælati Regulares.

Hæreſis.

Ex Hæreſi conſurgente infamia, aut ex alijs caſibus Bullæ Cœnæ D. à prælatis Regularibus, nequit diſpenſari. pag. 461. num. 11.

Hæretici.

Ex Hæreticis deſcendentes, fautores, defenſores, eis credentes, eos recipientes, &c. inhabiles ſunt ad officia, & ad Eccleſiaſticas dignitates. diffusè diſcurritur. 449. & ſeqq. an infames ſint. pag. 453. per totum.

Homicidium.

Regulares prælati cum ſibi ſubditis ſuper quod homicidium diſpenſare valeant. pag. 418. num. 9. & 11.

Honor.

Seù dignitas Eccleſiaſtica, ac Regularis, videatur dictio, Dignitas.

I

Ignorantia

Iuris, mulieres excuſat. pag. 17. num. 5. ignorantia, & ſimplicitas in quibus electores excuſet. 149. num. 4. & 146. nu. 6. & pag. 152. num. 9, & pag. 202. num. 5. & pag. 371. num. 7. in indiſpenſandis illegitimis, an excuſet prçlatos Regulares. 442. num. 10.

Illegitimitas.

An electi dirimat electionem, pag. 421. per totũ. & tractatur diffusè hæc materia; ſed videatur dictio ſubſequens illegitimus.

Illegitimus.

Ad dignitates Eccleſiaſticas, & Regulares an eligi valeat, agitur copioſè à pag. 421. vſque ad 448. ac admodum accuratè, & exactè, & de eorumdem illegitimorum diſpenſatione etiã in his locis ratiocinatur curioſè.

Indignitas.

Electi an electionem vitiet, & obnoxios pœnæ electores reddat pag. 369.

Indignus

Ab electoribus electus, quid agere debent. pag. 149. n. 4. indignus cognitus ab electore ſolùm per Sacramentalem confeſſionem, an valeat ei ſuffragium denegare, diffusè diſcurritur, & & quidem ſolidè. 180. & 185. & 193. per totum. ſi ad prælaturam eligatur, & ſciens ſe indignum eſſe, mortalitèr peccet illam acceptans. 186. n. 2. & ſeqq. indignũ bona fide eligẽs elector, peccet ne mortaliter. 188. per totum. an quis indignus dicatur prçlatura Eccleſiaſtica ob morum defectum. 189. per totũ. an aliquando ab electoribus indignus eligi valeat. 192. videatur pagina 369. per totum, vbi ſatis curioſè de perſona indigna ratiocinatur abundanter.

Ineligibilis.

Ineligibilem eligentes, vtraque voce priuantur. 549. n. 8. in ordine prædicatorum, quæ perſonæ ineligibiles ſunt. 380. diffusè agitur. & pag. 385. per totum, cum ſeqq. an ſit ineligibilis, qui eſt non occulto mortali peccato affectus. 388. per totum. quis ineligibilis eſt ad quamlibet dignitatem propriè, & ſtrictè ſumptam. 294. num. 6. ineligibiles ſunt omnes cenſurati, de quibus agitur prolixè à pag. 390. & ſeqq. & omnes etiam, qui irregulares ſunt, de quibus diſſeritur ad ſaturitatem, à pag. 404. & ſeqq. copioſè.

Infames.

An ſit omnes deſcendentes ex Hæreticis, & eorum fautores, & illis credentes, &c. pag. 453. & ſeqq. an eligi, aut eligere valeant. 456. per totum, abundanter.

Infamia.

Regulares prælati an ſuper infamiam diſpenſare valeant. pag. 459. copioſè, & curioſè agitur, & 460.

Inhabilitas.

De inhabilitate ad eligendum diffusè tractatur à p. 469. vſq; ad 504. incluſiuè. an tollatur per diſpenſationẽ, an vero per abſolutionẽ. 493. n. 3. & ſeqq. abundè, & pulchrè de re hac diſſeritur.

INDEX.

Interdicti.

Et in loco interdicto celebrari electio canonica poſſit. pag. 400. per totum. an in loco interdicto electio teneat, ſi ibi celebrata ſit. 78. n. 11.

Irregulares

An eligi valeant ad prælaturas, diſſeritur ſatis copioſè, à pag. 404. vſque ad 408. an Regulares prælati à quouis irregularitate diſpenſare valeant. 416. per totum, & benè irregularis quomodo quis euadit ex homicidio ab eo nō commiſſo, ſed ab alio perpetrato. 419. n. 17. eruditè, ac curioſè agitur.

Iudex

An licita ſit appellatio à Iudice lata, tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, iuxtà probabilem opinionem, aut quod magis eſt, probabiliorem. 605. per totum cu rioſè quidem 606. & 607. vide etiam num. 3. & 5. pag. 170.

Iuramentum

An ab electoribus ante electionem ſit præſtandum. pag. 35. n. 9. & ſeqq. & fuſiùs pag. 112. & 113. cum ſeqq. ad ſaturitatem. an die feſto iuramentum, & contractus omnes extra iudiciales fieri valeant. 82. num. 18. an per procuratorem valeat fieri. pag. 113. cum ſeqq. per totum.

L

Lectores maiores.

Conuentuum Ordinis Prędicatorum ex vi conſtitutionum Textus dum actu legunt in eodem Conuentu eligi valeant in priorem. 388.

Legitimus.

Per ſubſequens matrimonium, qui propriè dicatur. pag. 425. diffuſè per totum diſcurritur eruditè. videatur pag. 423. num. 1. cum ſeqq. per totum.

Lex.

Non ſtringit, vbi de facto ſeruari minimè poteſt. pag. 150. num. 30. in fine. quis dicatur, prę ter legem agere. 6. num. 9. poſt initium.

Libertas.

Videatur dictio coactio, ſeù libertatis reſtrictio.

Lupini.

Electores an per lupinos, ſeù fabas, aut calculos eligere valeant. pag. 123. per totum.

M

Magiſtri in Sacra Theologia.

In Ordine Prædicatorum actu legentes, Baccalaurei, & Lectores maiores eligi valeant in Priores, vbi exiſtunt, ex vi conſtitutionum eiuſdem ordinis. 388.

Matrimoniales.

Cauſas & criminales, quis ex prælatis agere, & cognoſcere queant. 260. num. 11.

Matrimonium.

Quale tempus ſit inſpiciendum, vt per ſubſequens matrimonium, partus legitimetur. 25. per totum. videatur etiam pagina 423. per totum.

Metus.

Cadens in conſtantem virum in electione celebranda pro certa determinata perſona, an electio teneat. 280. num. 11. & ſeq. quis metus dicatur cadere in virum conſtantem ad annullandam electionem, diffuſè, & curioſè agitur. 281. per totum. & 287. per totum. metus quantumcumque grauis non immunem à culpa reddit contrahentem in hijs, quæ intrinſecè mala ſunt. 553. num. 7.

Monaſteria.

Regularium ad illa mulieres introducentes, & ad moniales, valeant nè prælati cum ſibi ſubditis diſpenſare in pœnis. pag. 498. num. 15.

Moniales.

Quæ elegerunt Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam non ſeruata forma, cap. quia propter, an ſint priuatæ eligendi facultate. pag. 17. numero 5. an ob ignorantiam Decreti Trident. Concil. ſeſſ. 25. c. 6. celebrata à monialibus electio Prioriſſę, vel Abbatiſſæ, nulla ſit. 148. num. 16. an Regulares prælati diſpenſare valeant in pęnis introducentium mulieres in monialium Monaſteria. 498. num. 15.

Mulieres.

Iuris ignorantia excuſat. 17. numer. 5. an prælati Regulares in pęnis queant diſpenſare mulieres in Monaſteria virorum, & monialium viros, introducentium. 498. num. 15.

Munera.

Diuerſa ſunt genera munerum, ex quibus ſimonia committitur in electionibus Canonicis, prouiſionibus, & huiuſmodi diffuſè agitur, à pag. 311. Per totas diſputationis Controuerſias.

N

Nati.

Ex genere maculato circa fidem, an arceantur à Regularibus dignitatibus. pa. 455. per totum.

Neophiti.

An inhabiles ſint ad honores, & prælaturas, adipiſcendas. 453. & 454. per totum.

No-

Nobilitas

An attendenda ſit natalium in electionibus, ab electoribus celebranda.pagina 166.num.8.10. & 11.

Nouitius Regularis.

An valeat eligi in Epiſcopum infra annum ſuæ probationis. pag. 164. per totum.

Nox.

An noctis tempore electio fieri valeat, pag.83.n. 3.cum ſeqq.

O

Oratio.

An ad electionis celebrationem præcedere debeat.85.per totum diffusè.

Ordo Sacer,

Eſt de eſſentia electionis, vt in ſacris exiſtat elector: pag.471. per totum. & 168. num. 7. qui eſt eligendus in priorem in ordine prædicator. & n.73.per totum.

Ordo Predicatorum.

Qualis Ritus in ordine Prędicatorum ſit pręſcriptus Canonicæ electionis. pag. 11.numer.3.in tali ordine electio,celebrata prælatorum,non per vota ſecreta, nulla eſt. 23. num. 3.in omnium ſuperiorum huius ordinis, diſpoſitio Conciliaris Tridentina, & cap. quia propter, adamuſſim ſeruatur. 25.num.5. & 6. videatur etiam pag.26. & 27. per totum. quomodo ad electionem electores vocantur. 38. n.7. in hoc ordine, quando ſuperiorum electio ad prouinciales deuoluitur eorumdem malitia, ac fraude, ab eis inde facta prouiſio ſuperioris, in vtroque foro valida ſit. 60. per totum, prolixè, & eruditè, atque recentèr. an electores huius ordinis voci actiuæ renunciãtes peccent lætalitèr. 74. num.4. tempus nè præſcriptum ſit aſſignatum in hoc ordine ad electionem celebrandam ſuperiorem. 80.n. 8. cum ſeqq. copiosè, quæ preces ſint præſcriptæ in tali ordine pro electione celebranda. 85. copiosè,num. 3. quæ ab electoribus huius ordinis obſeruanda ſint ante electionem, & poſt ipſam,traditur abundè.86. per totum.quãdo electores huius inſtituti tractatus de electione habere valeant.128.& 129. per totum.in Canonica electione celebranda, qua forma electores talis ordinis, viuntur.132.num.4.Religioſi huius ordinis extra clauſtra quauis occaſione degentes, ab electione actiuè,& paſſiuè ſunt excluſi.137.numer.13.quæ qualitates deſiderantur in hoc ordine pro ſuperioribus eligẽdis.167.per totum exactè.in ordine iſto, an electus canonicè in ſuperiorem, elect.pronũciata, ſtatim renũciare poſſit iuri ſuo.211. num.18. ſociorum electio in hoc ordine vnquam ad ſuperiores deuoluitur.234.num.21. vt electio libera omninò ſit, & nullo pacto coarctata multa in hoc ordine ſunt ſancita,etſi ad tres,vel quatuor ſit coarctata,teneat necnè, vbi ſatis curiosè, & eruditè agitur per longũ diſcurſum.271. quæ perſonæ ineligibiles ſunt ad prælaturas in tali ordine diffusè ratiocinatur. an in ordine prædicatorum ,de iure Textus conſtitutionum, Subprior eligi valeat in priorem vbi manet, nouitèr adinuenta ab Auctore, & curiosè agitur. 385. ſimiliter diſſeritur de magiſtris ſtudentium, Baccalaureis.& Regentibus,ac Lectoribus maioribus, recentèr diſcuſſa ab Auctore. 388. in ordine prædicatorum Diffinitores in electione prouincialis eligi valeant, pro capitulo generali, vel generaliſſimo celebrando ſi occurrerit. 532. diffusè ſatis,ac curiosè ratiocinatur.

Pactiones,

Seu conuentiones ante electionem an haberi valeant inter electores. pag.128. 129. per totum diffusè,de pactis, ac conuentionibus ſimoniacis agitur curiosè, & eruditè ad ſaturitatem, pag. 316. per totum prolixè per multas controuerſias.

Papa.

Ad illum electio miniſtrorum Eccleſiæ attinet, vt eligat, ſeu modum eligendi preſcribat.pag. 3.n.8. in illius electione ſatis nõ eſt maior numerus, ſed ex tribus partibus, duæ neceſſario requiruntur ad conſtituendum canonicè Papam, 5. numer.5. & pag.153.numer.16. eius electio ſecretò eſt celebranda à Cardinalibus ſub pœna excommunicationis. ibid. quando Epiſcoporum electio ad Papam ſpectat. 58. num.7. tenetur digniores eligere Cardinales, & Epiſcopos eligere, & creare. 170. numer.8. confirmat Generales ordinum. 223. num. 7. ſolus Papa ſine cauſa, illegitimos diſpenſare valet.438.num.1. & 439. num. 5. ſolus ipſe diſpenſat ſuper quamcumque iuris infamiã. 460.numer.3. ſolus ipſe valet Regularem in perpetuum ſuperiorem creare,vt indè à nemine amoueri queat.559.num.5. ſi à Papa reſcriptum quis Regularis impetret, vt ſibi prouideatur de prima dignitate vacatura in tali Religione, an ſub tali gratia, Abbatia, vel Prioratus, ſeu Guardianatus veniat.567. & 568. per totum. Religioſi immediatè ad Papam appellare valent.603.num.32.& 604.n.40.

Partus.

Vt legitimus dicatur per ſubſequens matrimonium, quid inſpiciendum ſit.425. per totum curiosè agitur.

Patronus.

Beneficii curati tenetur ſub mortali culpa digniorem ordrnario præſentare. pag. 175. num. 28.

Peccator.

Notorius an in eligibilis ſit, pag. 388. per totum.

Pœna.

An ante Iudicis ſententiam in pœnam quis incurratur Regularis, vocis actiuæ, & paſſiuæ. 477. per totum, curioſè diſcurritur, & copioſè, atque eruditè. quid veniat ſub pœna priuationis in materia electionis. 484. per totum, & 485. & ſeqq. & 491. per totum, eruditè. in quibus pœnis Regulares prælati cum ſibi ſubditis diſpenſare valeant. 500. per totum benè, & exactè tractatur. videatur pagina 181. num. 1. etiam quoad pœnas incurrendas cauſa electionis indigni. quibus pęnis ſubornatores afficiantur. 304. videatur pag. 355. per totum. & 410. & 411.

Perſonatus.

Videatur dictio, Dignitas.

Poteſtatis

Sæcularis abuſus, an electionem vitiet, ac annullet. 293. per totum diffuse.

Prælati Regulares.

An virtute alicuius priuilegij defectus cap. quia propter, de elect. in 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. Trident. ſupplere valeant. 21. per totum erudite diſcurritur. in omnium prælatorum Regularium electione eſt cap. quia propter, in 6. & cap. 6. Trident. ſeſſ. 25. eſt omninò obſernandum. 26. diffusè, & curioſè tractatur, an illorum electio non celebrata ſecretò ſit valida. 30. copioſè. electio, ſeù prouiſio fraude, & malitia prælatorum Regularium, ad eos deuoluta, ſit valida in vtroque foro. eſt recens controuerſia ab auctore inuēta, & eruditè tractatur, & curioſè. 60. diffusè. an in comitijs generalib. & prouincialibus decretum condi valeat ſub pęna excommunicationis prędatis locorum ſeruata, nè Tractatus ante electionem habeantur. 125. per totū. in ordine prædic. in prælatis eligendis, aliquæ ſunt præſcriptæ qualitates. 167. per totum. an teneantur prouidere, & eligere digniorem. 176. per totum copioſè. pręlatorum electio celebranda eſt de digniori etiam alterius Conuentus, vel Prouinciæ. 181. Confirmatoris prælati munus quale. 222. per totum. prælatorum Regularium contra electionem, an opponi poſſit. 235. prælatorum eorumdem electio fauore ſæcularium facta, an valida ſit. 243. Regularium prælatorum prouiſionibus, & electionibus, quæ generum perſonarum opponere valeant. 243. per totū. an valeant amoueri Regulares prælati à ſuis prælaturis, diffusè, & ſatis eruditè. 248. per totum. an teneantur profeſſionem emittere. 255. per totum. an cum ſibi ſubditis valeant, quidquid Epiſcopi, cum ſuis. 258. an valeant ad tres, vel quatuor electionē ipſi proponentes, coarctare; curioſè agitur, & benè. 271. per totum diffusè. Generalis, vel Prouincialis electio ſi ad tres, vel quatuor coactatur libera nè ſit, & teneat. 277. per totum curioſè. prælatorum electio per ſimoniam celebrata, an valida ſit, copioſiſſimè, & eruditè tractatur à pagina. 311. vſque ad 354. an valeant prælati Regulares cum ſibi ſubditis diſpenſare, qui ſcientèr prioratum ſimoniacè obtinuerunt, vt illud de nouo obtinere poſſit. 362. per totū. an cum ſibi ſubditis ambitioſis ad prælaturas ambientibus per ſubornationem, & ſimoniā promoueri, diſpenſare queant. 364. an cum eiſdem ſubditis diſpenſare valeant à ſimonia in beneficio in foro fori, 365. per totum. ſi valeant diſpenſare in foro conſcientiæ, ſuper ſimoniam beneficialem. 368. per totum. prælatorum, ætas, ac ſcientia, & mores. à pag. 373. vſq. ad 379. an valeant à quibuſuis cēſuris abſoluere. 401. per totum. an superueniente irregularitate prælaturam perdant. 406 Regularis prælatus an teneatur ſubditum diſpenſare ad electionem, petentem habilitari eius ſuffragantibus meritis. 406. per totum. an teneantur dicti prælati diſpenſare cum illegitimo ad pręlaturas, & ad alia Religionis officia. 407. an poſſint reuocare præſitam diſpenſationem. 408. per totum. an Regulares prælati valeant in iuris communis pœnis diſpenſare, ac ſuorum maiorum ſuperiorum. 410. & 411. ſi prouincialis vnius prouinciæ valeat in ſuo Capitulo diſpenſare cum Religioſo non ſibi ſubdito, alterius prouinciæ. 411. an valeant cum ſibi ſubditis *in* quacumque irregularitate diſpenſare. 416. diffusè, & eruditè agitur. cū illegitimis ſibi ſubditis valeant diſpenſare ad qualcunque dignitates. 432. per totū. Illi pręlati nū per elect. inſtituti, valeāt cū illegitimis ſibi ſubditis diſpenſare. pag. 435. an ſine cauſa cū eiſdē illegitimis queāt diſpēſare. pa. 438. an detur forma aliqua, quę ſit à pręlatis regularib. ſeruanda in diſpenſationibus illegitimorum. 446. per totū eruditè agitur. poſſintne ſuper infamiam diſpenſare. 459. In foro fori an habilitare ſibi ſubditos poſſint. pag. 496. copioſè, ac doctè ratiocinatur. an in foro conſcientiæ ſibi ſubditis vocem reſtituere valeant. 500. per totum curioſè. Generalium electio ad quos ſpectat. 505. an eſſe perpetuos expediat. 507. An ſi generalis infra ſui officij tempus inſufficiens famulatui, & communi vtilitati appareret ſubditorum, abſolui poſſet. 508. per totū ſatis erudite diſcurritur. Generalis temporalis ſuum poſſit prorogare officium, & raffirmari in ſuo officio. 511. Generales vicarij in ordine Prædicatorum, quam authoritatem habeāt. 516. Prouincialis à quibus eſt eligendus. 518. An generalis teneatur in

caſu

Digitized by Google

caſu deuolutionis eligere in prouincialem aliquem de gremio illius prouinciæ vacantis. 521. Prouoincialis à quo, & quomodo confirmandus ſit. p. 523. cuſtodum in ordine Minorum, quæ authoritas, & iuriſdictio. p. 526. An vocem habeant in capitulo generali. 529. Regulares prelati locales, vt Abbates, Priores Guardiani, & ſimiles, a quibus eliguntur. 556. per totum. An tales ſuperores in perpetuum concedi poſſint. 559. per totum. Finito eorum officio, an raffirmati valeant. 560. per totum. In prouiſione horum prælatorum quot ſcrutatores aſſumendi ſint à diffinitorio. p. 562. & ſeqq. diffusè. In prælatum conuentualem an præfici valet, qui neſcit ſubditorum Idioma, 565. An in reſcripto impetrato à Papa, vt ſibi prouideatur de prima dignitate vacatura in tali Religione, Abbatia, vel prioratus veniat. 567. Ganeralis in ordine minorum poſſit ne ad ſui arbitrium eligere in Guardianum quem maluerit. 569. Prælati locorum per viã prouiſionis inſtituti, quo modo confirmẽtur. 573. quam auctoritatem habeãt Prælati locales. 577. per totũ abũdè agitur. qui sũt per pro uiſionẽ inſtituti, an verè prælati ſint. 582. & ſeq. an locorũ ſuperiores excõmunicare poſſint. 585. An ſub pœna excommunicationis aliquid reſeruare valeant. pa. 587. copioſè, & eruditè agitur. An gaudeant facultate capit. 6. ſeſſ. 24. Trid. Concilij. p. 591. In exceſſibus puniendis ſubditorum quantam iuriſdictionem habeant. 592. ab illorum correptione poſſint nè eorum ſubditi appellare. ratiocinatur ſatis doctè, curioſè, & eruditè diffusè. p. 595. cum ſeqq. ad ſaturitatem, & curioſè. An ad Prælatos Maiores Religioſi recurrere valeant, ſinè inferiorum prælatorum licentia, quando ſunt ab his male vexati. pagina 607. per totum eruditè. Superioris electio in dubium poſita, poſſit electus cauſam proſequi monaſterij expenſis. 240. per totum.

Prælatuta.

Ad prælatutam aliquis duplici modo euchi poteſt. 574. n. 2. cum ſeqq.

Præſentatio

De perſona extranea facta, eſt penitus nulla ad ius patronatus. 183. n. 11.

Prioriſſa.

Videatur dictio, Abbatiſſa.

Priuilegia

Regularium, quando in illis apponitũr clauſula „ ita; Quatenus Decretis concil. Trid. non ad- „ uerſentur. Quid operatur, curioſè expenditur, 23. num. 9. & 10. An illorum vi ſuperiores regulares valeant defectus ſupplere commiſſos contra capit. quia propter de elect. in 6. & ca. 6. ſeſſ. 25. Trid. 21. num. 2. quæ dicũtur priuilegia in genere, in ſpecie, & in indiuiduo. pag. 402. numer. 7. 8. & ſeqq. curioſè ratiocinatur.

Procurator

Generalis Regularis à quibus eligitur, cuius officium, & quando inſtitutus fuit, & illius auctoritas, diffusè differitur. 513. per totum copioſè.

Profeſſio fidei.

Videatur dictio, fidei profeſſio.

Prouincialis

Prior, videatur dictio, Prælati Regulares.

Prouiſio

In materia canonicæ electionis, videatur dictio, Electio.

Publicum

Et notorium quid. 303. num. 20. & 418. num 9. & 11. cum ſeqq.

Q

Quærelatus

Ante electionem aliquis eccleſiaſticus ſæcularis, vel Regularis an eligi valeat in prelatum, vel canonicum. 162. per totum.

R

Regulares

Ex ordine Prædicatorum, extra clauſtra manentes, ſunt ab electione actiuè excluſi. pagina 137. numero 13. quomodo intelligendum eſt, non habere velle, nec nolle Regulares. 50. n. 2. & 51. num. 3. Regularis quærelatus ante electionis celebrationem, an eligi valeat 162. per totum in bullis, ſeù conſtitutionibus papalibus, non requiritur neceſſariò, vt vſu à Regularibus acceptẽtur, ad illarum obſeruantiam. 305. num. 3. & 306. num. 6. Regulares non ſacerdotes an gaudeant voce paſſiua. p. 473. per totum. An valeant à correptione ſuoram Prælatorum appellare; curioſè, eruditè, & ſatis ad ſaturitatem prolixè agitur. pag. 595. vſque ad 607. An recurrere valeant ad ſuperiores mamaiores, ſine ſuperiorum ſuorum licentia. 607. per totum. Quid agere debent, quando ſunt à ſuis ſuperioribus grauati, & ſine licentia ſuorum ſuperiorum è monaſterio diſcedũt, & ſunt in correptione nimis grauati, &c. 609. per totum curioſè agitur. nemo Regularis ſubditus compelli valet ad conſentiendum vbi cauſa adeſt denegandi conſenſum. 552. n. 5. An ſubditus diſpenſatus in capitulo, in eodem cõtextu capituli in prælatum eligi valeat, per totum. 409. Si vna vice eſt diſpenſatus valeat nè pro alijs vicibus, vt in ſuperiorem eligi poſſit. per totum. 409. Regulares, Irregulares ſint nè ineligibiles. 412. per totum, & & pag. 421. per totum. & 424. per totum. Regulares non profeſſi, an ab electione canonica arceantur. 469. per totum.

Religioſi.

Videatur dictio, Regulares, ſupra.

Digitized by Google

Renunciatio

Vocis actiuæ ab electione an ſine mortali peccato fieri poſſit.74.num.2. cum ſeqq. & 75. nu. 11.eſt ſtricti iuris.ibid.num.13. an ante confirmationem ab electo fieri poſſit renuntiacio in manibus electorum. pagina 209.num.14.

Reprobatus

Semel ab electione,ſit nè ineligibilis. pa.503. per totum bene diſſeritur.

Reuerentia

Prælatorum Regularium ſitnè ſufficiens ad metum incutiendum in ſubditum in cauſa canonicæ electionis.286.num.29. & ſeqq.

Reclamare

An valeant electores de electionis nullitate , & ſuperiorum confirmatione , & infra quod tempus. 237.per totum. & 239.

S.

Schedulæ

Omnes canonicæ electionis fieri debent abſque proprij nominis manifeſtatione per inuolutas ſchedulas. 123.num.3. & fuſius,ac curioſius agitur de hac re. pa.143. vſque ad 16t.ad ſaturitatem,& eruditè quidem.

Scientia

An requiratur neceſſariò , & qualis in promouendis ad Regulares prælaturas. pagina 376. per totum.

Scrutatores

In canonica electione an exigantur, & quot. copioſè agitur.91. per totum. A ſcrutatoribus, & compromiſſarijs electorum vota quomodo diſquirenda ſint.98. per totum. & 102. & ſeqq. quot ſcrutatores aſſumendi ſint a diffinitorio in prouiſione , & electione ſuperiorum localium.562.per totum.

Simonia

Quæ in canonica electione paſſim interuenit inter electores,& extra eos.diſcurritur ſatis copioſè,eruditè , & ad ſaturitatem per multas controuerſias. à p. 311. vſque ad 354.de illius pœnis verò,à pag. 355. vſque ad 369. ſanè curioſè.

Socij, ſeù Diſcreti.

Electio ſi ſtatuto tempore non fiat, an ad ſuperiorem deuoluatur.234.num.21. quomodo & à quibus celebranda ſit.553.per totum,vbi traduntur omnia ad eos ſpectantia. An ſubprior in ordine prædicatorum eligi valeat in ſocium prioris ad Capitulum euntis. pagina 385.

Sortes,

Quando eis vti licet in electione.78. num.9.per ſortes an electio fieri valeat. pagina 119.per totum.

Statutum

Seù conſtitutio , vel decretum conciliare correctorium iuris communis,in dubijs interpretationem recipit , ac reſtrictionem à iure communi.p.27.num.45. numquam ſtatutis conciliorum derogatur niſi de eis fiat mentio expreſſa.23.num.11. & 24.num.13. Statuta regularium ſunt iuris communis correctoria. pag.27.num.7. ſtatuti forma nequit per æquipollens adimpleri, vbi adeſt expreſsè decretum irritans. 32.num.9. & 11. & pag.33. num. 13. Statutum minimè capitulum condere valet, nullitatem electionis inducens propter defectum aliquorum non vocatorum, qui vocandi erant. pagin.49. numer.7. Statutum annullans electiones celebratas de dignis dignioribus omiſſis, eſt nullius valoris. p.180. num.3.Statutum approbatum de non eligenda perſona extera,& eligitur , an teneat talis electio.182. num.7. Statutum nullum valet, de tali perſona determinata eligenda.280.n.9. Statutum papale , vt à regularibus obſeruetur,non requiritur, vt vſu acceptetur.305.nu. 3.Statuta minorum circa prouiſionem guardianorum, queat Generalis ad ſui arbitrium aliquem eligere.570.per totum.

Subornatio

Sit nè de quærelato non eligendo facta ſuaſio. p. 163. num. 13. an conſuctudo induci valeat, nullum tractatum adhibere in electione , ad euitandam ſubornationem.127. per totum. quænam ſubornatio à iure communi, & ſpeſpeciali ſummorum præſulum in canonica electione prohibeatur. p.295. per totum,ſatis eruditè.liceat nè vti in electione canonica ſubornatione contra ſubornationem.296.per totum.quæ ſubornatio electionem annullet.pa. 298. ad ſaturitatem ſatis curioſè agitur. quibus pœnis ſubornatio affecta ſit. 304. per totum. an regulares prælati diſpenſare valeant in ſubornationis pænis. 498. num.18.

Subornatores

De ſubornatoribus in canonicis electionibus ratiocinatur à pag. 295. vſque ad 311. prolixè, curioſè quidem eruditè , & ad ſaturitatem. quibus pænis afficiantur. 304. per totum in pænis ſubornationis Regulares prælati non valent cum ſubornatoribus diſpenſare.p.499. num.18.

Subprior

Ordinis Prædicatorum in conuentu, vbi degit, poſſit nè in Priorem eligi, ex vi textus conſtitutionem eiuſdem ordinis,& in ſocium prioris euntis ad capitulum prouinciale.385.ad eũ ſpectat electionem dirigere.87. num.3.

Suffragium, ſiuè Votum.

Ad præſtandum electores quomodo ſe habere debeant.p.116.per totum. Teneatur nè elector ſuum pręſtare ſuffragium , qui audiuit in capitulo ſcrutinium. 117. per totũ. an per ſortes præſtari valeat. 118.per totum curioſè, & benè diſſeritur. poſſit ne per fabas, lupinos ſeù calculos præſtare. 123. eruditè diſcurritur.an

ſinè

ſinè mortali culpa licitum ſit illud renunciare.73.per totum eruditè eſt ſermo.in præſtando ſuffragio ab electoribus ſit nè forma aliqua præſcripta.131. per totum curioſè ratiocinatur.præſtito inutiliter, & conditionaliter, ac alternatiuè, quid agendum in tali euentu.145. per totum ſatis benè philoſophatur. an valeāt electores ſua ſuffragia reuocare, poſtquam præſtarunt.140. & 141. per totum ſermo eſt curioſus.de ſuffragijs non manifeſtandis ante, & poſt electionem ad ſaturitatem eruditè, & optimè differitur,à p.143. vſque ad p.161.ſuffragia quibus perſonis ſint præſtanda.diffusè, ac doctè differitur à.p.165.vſque ad p.196. incluſiuè.ſuffragia in ſcriptis redacta, ſint publicanda,& eorum ſit collatio fienda.197.per totum. ſuffragia quando in plures ſe diuiſerint partes,quid agere poſſit electorum confirmator prælatus. 229. diffusè curioſè agitur. de ſuffragiorum præſtandorum tractatus ab electoribus fieri valeat. eſt ſermo eruditus prolixus.à p.125.vſque ad 131.ſuffragio actiuo,ac paſſiuo Religioſi ordin. Prædicatorum extra clauſtra degentes,ſunt priuati 137.num.13.videantur reliqua,in verbo vocis priuatio.& pa. 414.num.10.

Suſpenſi

An vocem habeant in canonica electione actiuam,& paſſiuam. 397.per totum.

Spurij

Filij, ac naturales ſunt incapaces prælaturarum. 404.per totum copioſè agitur.412.per totum & 421.per totum.& pag. 427.num.6. & 8. & 428. cum ſeq.

T

Tempus

Quale ſit inſpiciendum, vt partus dicatur legitimus per ſubſequens matrimonium. 425.per totum.

Tractatus

Haberi nè poſſint ante electionem ab electoribus,abundè differitur à pa.125. vſque ad 131. omnis tractatus ambitioſus in electione vetatur.299. num. 7.

Vicarius Generalis

In prędicatorum ordine,aliquam habeat authoritatem,& qualem.pa.516 per totum.

Vitiati corpore

An ad dignitates eligi valeant. pagin. 462. per totum.

Vocis

Renunciatio, an valeant illam electores renunciare,quoad actiuam videlicet.73. diffusè per totum. Voce actiua priuantur in ordine prædicatorū ſi ante electionem non recipiant ſāctiſſimum ſacramentum euchariſtiæ.86.n.3. & 6.& 87. num.6. Religioſi Dominicani extra clauſtra degētes priuantur voce actiua,& paſſiua.137.n.13.385.n.21. Religioſi cōuerſi & clerici Regulares non ſubdiaconi, an voce actiua in electionibus gaudeant.471.per totū. an Regulares non ſacerdotes voce paſſiua in electionibus gaudeant. 473. per totum.an vocis priuatio ipſo facto incurratur ante iudicis ſententiam. 477. per totum eruditè differitur diffusè. an ſi in iure, & decretis papalibus inferatur vocis priuatio, de vtraque intelligatur. pag. 484. quid veniat ſub pœna priuationis electionis, & interim lite pendente Reus eligi,& eligere valeat.484. & ſeqq. docte diſputatur. Poſſit nè prælatus paſſiuè aliquem ſecreto inaudita parte excludere ab aliqua dignitate.487.per totum eruditè. ipſo iure voce actiua electores ordin.Prędicatorum ſunt priuati, ſi non recipiant ante electionem ſacram Euchariſtiam.86.num.3.& 6.& 87.num.6.an in foro conſcientiæ ſibi ſubditis vocem ea priuatis, reſtituere valeant. 500. & ſeqq. eruditè certè ratiocinatur.

Voluntas

Captatoria quę propriè dicatur, & ſit. pag. 300. num.13.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google